THOMÆ
DELBENE,
DE
IMMVNITATE,
ET IVRISDICTIONE
ECCLESIASTICA,
Pars Prima.

DelBene



THOMÆ DELBENE,

CLERICI REGVLARIS,

S. THEOL. PROFESSORIS,

& Sancti Officij in Vrbe Qualificatoris,

DE

IMMVNITATE, ET IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA;

Opus absolutissimum, in duas Partes distributum.

IN QVO NON SOLVM PERTRACTANTVR DILVCIDE OMNES Dubitationes discussæ à Doctoribus, qui de hac materia hucusque scripserunt; sed etiam plures aliæ ab aliis pene intactæ, & forsan inexcogitatæ; in vtroque foro versantibus scitu dignæ, quin perutiles, & necessariæ:

NAM OMNES HVIVS MATERIÆ CASVS AD VTRVMQVE forum, tam internum, quàm externum spectantes, ex suis principiis methodicè, & ex Summorum Pontificum Constitutionibus, Sac. Congr. Cardinalium Declarationibus, ac S. Rom. Rotæ Decisionibus diluuntur.

PARS PRIOR.

LVGDVNI,
Sumptib. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD, & CLAVDII RIGAVD.

M. DC. L.
CVM PERMISSV SVPERIORVM.

EMINENTISS^MO, ET REVERENDMO PRINCIPI,

FRANCISCO BARBERINO S.R.E. CARDINALI,

THOMAS DELBENE,
CLERICVS REGVLARIS, F.P.

DE ò vehemens tibi gratificandi ſtudium me tenuit, EMINENTISSIME PRINCEPS; vt ruberem vultu, & diſcruciarer animo, diu coram te ſilens, & vacuus: ideoque iniurius eſſem meæ conſciētiæ, quod inofficioſus viderer tuæ amplitudini. Quare iucundum ſatis mihi præſens hoc opus abſoluiſſe, accidit, quòd illud in famæ, virtutiſque tuæ templo ſuſpenderem ad obſequentis animi argumentum. At, dum venire pergo, grauius in tuam me maieſtatem nunc, quàm anteà in humanitatem peccare animaduerto, accuſorque impudentiæ, vtpote quàm eximio Principi quàm exiguum munus offeram, non expendens. Suſpenſus itaque animo magis,

quàm greſſu; & vlterius progredi, an regredi debeam, ignorans; graui hinc inde diſiicior aduerſantium inter ſe rationum tẽpeſtate. Verum ſerenata eſt hæc fluctuantis animi turbatio, vnius, & forſan præcipuè tuæ dignitatis fauſto ſidere. Et ſiquidem ſacro Purpuratorum Patrùm cæteris antiquior interuenis Conuentui, ad quem Eccleſiaſticę (vt aiunt) Immunitatis iura ſpectat vindicare. Iſtoque in munere ita excellis, vt inter iſtius dignitatis, ac ſapientię primores viros ſpectatiſſimus emices pietatis zelo, integerrimaque eruditione. Debuit ergo libellus hic, quem de eadem ſcripſi Eccleſiaſtica Immunitate, ad te omnino deferri, ſiue vt dicandus ad virtutis templum, ſiue vt diiudicandus ad iudicij tribunal. Præterquam quod, ſi hunc ingenij mei partum, vt inſitum eſt omnibus à natura, ęternùm viuere optarem; cui erat commendandus magis, quàm tibi, in quo ad æternitatem conſpirant omnia? Quæ enim vmquam ætas, aut quæ vſquam natio tuas non loquetur, tuas non admirabitur præſtantiſſimas animi dotes, ac virtutes? Iis planè moribus tuam Deus ornauit indolem, ea tu omnium optimarum artium eruditione tuam decoraſti adoleſcentiam, eamque animi probitatem, ac prudentiæ maturitatem adeptus es ipſo iuuentutis Vere: vt nemo ad ſupremum aliquod regimen natum te non animaduerteret. Nec fefellit, nec diu dilata eſt hæc ſpes omnium. Nondum enim adole-

ſcentiam

ſcentiam exueras, cùm à ſummo ſacrorum Principe, Patruo tuo, in totius Chriſtianæ Reipublicæ adminiſtratione adlectus es ſocius, proindeque totius Eccleſiæ moderator, & rector. Quam ergo mirificum fuit, tradendumque æternitati, quod penè ephebus, Phæbi orientis inſtar, totum irradiaueris Chriſtianum orbem! Sub tuis certè auſpiciis ornatior Roma viſa eſt, ac ſanctior; Tua ſiquidem munificentia, ac pietate, addita ſunt Vrbi delubra, delubris ornatus, ornatui religio, ac ſanctitas: Puriores redditi ſunt aulicorum mores, exæquatæ iuſtitię lances, erecta ſeruandis puellis gynæcea, aliti pauperum greges, auctę Religioſorum familię; vt innumera taceamus, quę in meam Religionem, atque in hanc pręcipuè domum à te, tuiſque omnibus cumulata ſunt beneficia. Quapropter ſummis legationibus ad complures mundi plagas ideo te profectum eſſe dixerim; vt orbis pars altera alteri tuas cominùs ſuſpexiſſe, ac ſenſiſſe virtutes, non inuideret: & diſſitarum tu nationum animos humanitate tibi, ſibi ipſis dexteritate, probitate Deo conciliares. Ibunt hęc, & quę addere poſſem, plura, in ęternitatem, ęternamque pariēt hiſtoriis materiam, orbi admirationem: & viuet vtcumquè hoc Opus meum, tui nominis, quò inſignitum erit, æternitate. Hoc itaque meo, omniumque voto obſignabo epiſtolam, vt Vrbis, & Orbis bono, quamdiu viues nomine, viuas & corpore. Romę, anno 1649.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

VM, quæ prælo dantur, Studiose Lector, publici planè iuris fiant: hinc meritò fit, vt non nisi publico scribendum sit bono; nec alio legendum, quàm sibi, & aliis consulendi animo. De Comitiis, seu Parlamentis ea quidem, vel scripsi, vel ex occasione expostulatus docui, quæ communi omnium, Principum, Procerum, Populorum prospicerent vtilitati: quasci licet iustitia simul & æquitate vti debeant Princeps, & Magistratus in subditorum regimine, & maximè in excipiendis tributis. Edocebar equidem, vel ipso nomine, facilitatem debere erga populos, & comitatem Comitia præseferre. Et nónne interfectoris potiùs, quàm pastoris munus agere dicendus est, qui tam anxiè; & tam perseueranter ouium vbera torquet, vt extorqueat & sanguinem? Verùm vtile, & salutare pharmacum, inutile fit, si respuatur, non suo, sed ægrotantis, & respuentis vitio. Quare nil mirum est, si à quorum oculis, & auribus exulauit veritas, eorum culpa factum sit, vt à patrio solo exulauerit & veritatis defensor. At exulauit veritas, exulauit iustitia, exulauit & pax. Has enim tres dixerim diuinas Charites, prophetico depictas carmine; quippe quæ, porrectis manibus, libatis osculis, semper simul morari velint, nunquam ab inuicem separari. Nunc præsens Opus de Ecclesiastica exscripsi Immunitate; sed eadem prorsus mente, eadémque methodo, quæ de Comitiis. Eadem mente, vt scilicet discant, qui iustitiæ præsunt, ex sacrarum legum præscripto, sacris deferre, sacros homines venerari, sacra loca vereri; ne, si Deo dicata audeant tangere, vt Deus ipse minatur, Dei pupillam tangant, & maximam diuinæ Maiestatis incurrant offensam, nulla non animaduersione dignam. Eadem methodo ex suis certè principiis, veluti fontibus, conclusionum, seu, vt dicitur, Corollariorum riuulis deduco. Hac enim via rectiùs, ac doctiùs ad veritatem peruenitur: cùm insuper nulla sit rerum scientia, nisi per causas. Aliàs per circuitus, & ambages mens hominum ducitur, trahitúrque in infinitum.

Infinitum. At infiniti quoque, vt Philosophus ait, nulla est scientia. Hoc tibi denique testatum velim, Humanissime Lector, nihil mihi cadere vnquam posse iucundius, nil gloriosius, quàm si meo labore in tuis te studiis aliquantulum iuuare sentiam. VALE, & alteram vltimam de Comitiis partem expecta.

Imprima

Imprimatur, si videbitur R. D. S. P. A. Mag.
ASCANIVS RIVALDVS, Vicesg.

Imprimatur.
Fr. VINCENTIVS CANDIDVS, Sacri P. A. M. Ord. Præd.

APPROBATIONES.

OPus *De Immunitate, & Iurisdictione Ecclesiastica*, in duas partes distributum, R.P.D. Thomæ Delbene, accuratè perlegimus; & nihil in eo animaduertimus à pietate, vel à Fide dissonum; & cum sit in hac materia absolutissimum, nullam euitans difficultatem, nec typis, nec ingeniosis viris inuidendum iudicamus. Idibus Maij 1649.

D. PAVLVS M. Quartus Cler. Reg. S. T. Professor.
D. ANDREAS PLANELLVS, Cler. Reg. S. T. P.

D. Ioannes Gonzaga, Præpositus Generalis Congreg. Clericorum Regularium.

HOc Opus, quod ad *Ecclesiasticam Immunitatem* tuendam in duas partes distributum, R. P. D. Thomas Delbene, Doctissimus nostræ Congregationis Theologus accuratè composuit, cum iuxtà præscriptam assertionem PP. quibus id commisimus, recognitum, & approbatum fuerit; vt typis mandetur, quoad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes litteras manu nostra subscriptas, ac solito Congregationis nostræ sigillo munitas damus. Romæ in Ædibus nostris sancti Syluestri Montis Quirinalis, Idibus Februarij 1649.

D. GIOVANNE GONZAGA, Præpos. Gener.

D. Ioannes Montoya, Secret.

OPus egregium *De Immunitate, & Iurisdictione Ecclesiastica*, in duas Partes distributum, à R. P. D. Thoma Delbene compositum diligenter euolui, & peruidi iussu Reuerendiss. P. Vincentij Candidi, Magistri Sacri Palatij. Et videtur mihi opus ipsum alia immunitate gaudere, vtpotè immune ab omni labe erroris, siue contra Fidem, siue contra bonos mores. Explicat etiam hic author iurisdictionem secundum Iuris Canonici dictionem, & dictamen. Verè Thomas Delbene, qui D. Thomæ bonus est imitator, & abyssus eximij boni, nempe scientiæ. Ita censeo ego infrà scriptus Romæ 4. Octobris 1649.

D. PAVLVS M. Quartus Cler. Reg. S. T. P.

APPROBATIO DOCTORUM.

NOs infrascripti in alma Facultate Parisiensi Doctores vidimus Librum cui titulus est, *De Immunitate, & Iurisdictione Ecclesiastica*, Auctore D. Thoma Delbene, Clerico Regulari, & immunem illum iudicauimus à quacumque labe contra fidem, vniuersali Ecclesiæ, pro qua in vniuersum loquitur, maximè vtilem: sed salua sint quorumcumque iura & Priuilegia. In horum testimonium subscripsimus die quinta Octobris 1650.

Fr. FRANCISCVS LORNET, Prædicator.

Fr. PAVLVS LOMBARD.

PERMISSIO.

EGO Aduocatus Regius in Præfectura Lugdunensi consentio, vt liber inscriptus in approbatione præmissa, ab Philippo Borde, Laurentio Arnaud, & Claudio Rigaud, Bibliopolis Lugdunensibus excudatur, peculiari licentia ad id ipsis concessa. Datum Lugduni 12. Octobris 1650.

BOLLIOVD MERMET.

VIso Aduocati Regij consensu hunc librum typis mandari supradictis Lugdunensibus Bibliopolis concedimus, & ne quis vltra dictam facultatem denuò excudat, prohibemus, Lugduni 15. Octobris 1650.

SEVE.

IN

IN HAC PRIMA PARTE
Tractatus ſequentes continentur.

INDEX

Capitum & Dubitationum, quæ in hoc Tractatu de Immunitate Ecclesiastica continentur.

CAPVT PRIMVM.

De Immunitate Ecclesiastica, & modis, quibus læditur illa in communi.

CAPVT SECVNDVM.

De Modis, quibus læditur Immunitas Eccleſiaſtica facto.

Index Capitum,

CAPVT TERTIVM.

De modis, quibus læditur Immunitas Ecclesiastica auctoritate publica.

CAPVT QVARTVM.

De personis, quæ, & quando gaudeant, vel non gaudeant Immunitate Ecclesiastica.

& Dubitationum.

DVBIT.

CAPVT QVINTVM.

De Gabellis.

CAPVT SEXTVM.

De Criminalibus.

CAPVT SEPTIMVM.

De Ciuilibus.

CAPVT OCTAVVM.

De legibus, & Statutis.

DVBIT.

XXXIII. An

DE

DE IMMVNITATE ET IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA,

Pars Prima.

CAPVT PRIMVM.

De Immunitate Ecclesiastica, & modis quibus læditur illa in communi.

DVBITATIO I.

Quid, & quotuplex sit Immunitas Ecclesiastica?

SVMMARIVM.

1. *Immunitas dicitur quasi muneris vacatio, & munus significat onus, cuius remissio, & liberatio immunitatem præstat.*
2. *Immunitas Ecclesiastica est ius, quo loca, res, vel personæ ecclesiasticæ à communi onere, seu obligatione libera, & exempta sunt.*
3. *Immunitas Ecclesiastica alio nomine vocari solet libertas, seu exemptio Ecclesiastica.*
4. *Immunitatis Ecclesiasticæ nomine non veniunt alicuius Ecclesiæ, vel alicuius Ecclesiasticæ personæ particularis exemptiones, seu priuilegia, sed veniunt solum exemptiones illæ, quæ toti statui Clericorum, vel omnibus locis, alijsque rebus Deo particulariter dicatis communes sunt.*
5. *Clerici neque cum consensu Superioris, neque etiam cum iuramento Ecclesiasticæ immunitati renunciare possunt.*
6. *Immunitas Ecclesiastica non ob particularem aliquorum; sed ob communem Ecclesiasticæ Hierarchiæ fauorem instituta est.*
7. *Sermo in pœnalibus propriè, & quoad principalia interpretari debet.*
8. *Pœna violationis immunitatis est de immunitate propriè, & formaliter dicta, hoc est de illa, quæ formaliter competit toti Ecclesiæ.*
9. *Immunitas ecclesiastica est triplex, localis, realis, & Personalis.*

RESPONDETVR, immunitatem 1 dici quasi muneris vacationem, prout munus inter alia significat onus, cuius remissio, seu liberatio Immunitatem præstat, *l. munus, ff. de verbor. signif. & l. 1. ff. de iur. immunit.* Quapropter Immunitas Ecclesiastica definitur: *Est ius, quo loca, res, vel personæ Ecclesiasticæ 2 à communi onere, seu obligatione libera, & exempta sunt*: & ideò alio nomine vocari solet libertas 3, seu exemptio Ecclesiastica, *arg. cap. aduersus, de Immunit. Eccles.* & tradunt Sylu. *ver. Immunitas, in prin* *sp.* Couar. 2. *resol. cap.* 20. Io. Lupus *de libertat. Eccles. p. 2. q.* 1 t. Suar. *de immun. Eccles. lib* 4. *c.* 1. *& de censuris, disp.* 2 t. *sect.* 2, *n.* 89. Azor. *to.* 2. *lib.* 9. *c.* 8. & alij passim.

4 Dixi in plurali, *quo loca, res, vel persona*, &c. quia
nomine Immuniratis Ecclesiasticæ, ita vt sacrile-
gium, & excnmmunicatin incurratur, nnn ve-
niunt alicuius Ecclesiæ, vel alicuius Ecclesiasticæ
personæ particularis exemptinnes, seu priuilegia
(quamuis & hæc immunitas Ecclesiastica dici
pnssint ex subiectn, cui insunt) sed veniunt so-
lùm exemptinnes illæ, quæ toti statui clericorum,
vel nmnibus locis, aliisque rebus Deo particula-
riter dicatis cnmmunes sunt, & adæquatè toti Ec-
clesiæ, quà tota est, insunt, sicuti contra Decium
in cap. Ecclesia sancta Maria, num. 12. de Constit. (qui
docet, statuentem cnntra libertatem vnius Eccle-
siæ Inugere iniutiam toti Ecclesiæ) tradunt Innn-
cent. *in cap. nouerit, de sent. excomm.* Abb. *ibid. num. 2.*
Caiet. *ver. Immunitas Ecclesiastica*, & Suar. *cit. cap. 1.*
n. 11. & *de censur. cit. disput. 21. sect. 2. num. 89.* (quæ
5 ipsa causa est, cur clerici, neque cum cnnsensu Su-
perinris, neque etjam cum iuramentn Ecclesiasti-
cæ Immunitari rennnciare pnssint, *cap. si diligen-
ti, de foro compet.* & dicam infrà *dubit. 14.* & dice-
bam *lib. de Parlament. dubit. 4. sect. 19. subsect. 27.*
28. & 32. coroll. 6. n. 10. & *dub. 27. sect. 8. subsect. 3.*)
& quia ex dictis non ob particularem aliqunrum,
sed nb communem Ecclesiasticæ Hierarchiæ fa-
6 uorem Immunitas Ecclesiastica instirutà est; & ex
7 alio capite sermn in pœnalibus prnpriè, & qunad
principalia interpretari deber, *regul. à pœnis, de re-
gul. iur. in 6. & l. vlt. Cod. de prapos. argent.* & tradunt
Cnuar. *lib. 3. var. c. 2.* Tiraquel. *ad leg. connub. glos. 5.*
num. 115. Mnnac. *ad leg. 3. de constit. Princip.* & alij
8 passim: vnde fit, quod quntiescumque de violatio-
ne huius immunitatis qunad pœnam agitur, eius
appellatinne veniat Immunitas illa, quæ adæqua-
tè cnmperit tnti Ecclesiæ, qua tota est, & sic quæ
prnpriè, & formaliter immunitas Ecclesiastica est,
nnn autem imprnpriè, & materialiter ratinne
subiecti.

9 Ex his sequitur, quod Immunitas Ecclesiastica sit triplex. Prima localis, quæ competit Ecclesiis, & aliis similibus Ecclesiasticis lncis. Secunda realis, quæ cnmpetit Ecclesiasticis rebus, seu bonis. Tertia persnnalis, quæ cnmpetit Ecclesiasticis personis, etiam in ordine ad causas ex natura sua à potestare seculari immunes, & exemptas: de quibus nmnibus Immuniratis Ecclesiasticæ speciebus diffusè, fauente Den, dicetur.

DVBITATIO II.

An Immunitas Ecclesiastica sit de iure diuino?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1. *Immunitas Ecclesiastica quoad causas spirituales respicientes fidem, sacramenta, sacrificia, & Diuinum cultum, vel animarum salutem, est de iure Diuino.*
2. *Iudicium causarum spiritualium solùm potest competere, quibus Christus concessit, cum ab illo earũ constitutio emanauerit.*
3. *Iudicium causarum spiritualium ex Christi constitutione soli Petro, eiusque successoribus, aut quibus ipse commiserit, competit, & non aliis.*
4. *Non solum Ecclesiastici in Iudicio causarum spiritualium exempti sunt à Iurisdictione laicali, sed etiam laici omnes.*
5. *Causa spiritualis est extra Iurisdictionem laicalem, & ideo laici de illa in foro laicali iudicari non possunt.*
6. *Immunitas Ecclesiastica quoad causas temporales v.g. solutionem tributorum, punitionem criminum, & obligationem legum ciuilium est etiam de iure Diuino, vel saltem de iure positiuo, iure Diuino dictante.*
7. *In veteri testamento Ioseph subiiciens Regi Ægypti totam terram, excipit terram sacerdotum, quibus etiam ex publico cibaria dabantur.*
8. *Agri Ecclesia non sunt Imperatorum exactionibus subiiciendi.*
9. *Artaxerxes vult Sacerdotes, Leuitas, & alios templi ministros à vectigalibus immunes esse.*
10. *Sacerdotes & Ministri Testamenti noui digniores sunt Sacerdotibus veteris Testamenti, & Reipublica, Principibusque vtiliores.*
11. *Versiculi Psalmi* 104. *Nolite tangere Christos meos, exponitur, & dictio (tangere) accipitur pro iudicare, grauare, vel punire.*
12. *Ex nouo Testamento Matth.* 17. *infertur immunitas Ecclesiastica esse de iure Diuino, cum Christus dicat: ergo liberi sunt filij.*
13. *Immunis cum quis sit à tributis, familia eius communis etiam sit.*
14. *Paulus Act. 25. ad Casaris tribunal appellauit. declaratur non auferre quod immunitas sit de iure Diuino.*
15. *Summus Pontifex, vel Concilium generale, potest aliquid de immunitate remittere, & Principibus secularibus permittere, vt aduersus Ecclesiasticos aliquam iurisdictionem exerceant.*
16. *Inferiores Ecclesia Prælati possunt etiam contra immunitatem aliquid in praxi agi permittere; si sine scandalo, vel maioris mali periculo id non possint impedire.*
17. *Paulus Casarem appellauit, vt scilicet Inferioris Iudicis impiam & sacrilegam, ac toti Ecclesia nascenti perniciosam sententiam declinaret.*
18. *Paulus appellando ad Casarem voluit à Iudice seculari iudicari de facto, non autem de iure.*

19. *Ex*

19. *Ex variis iuris textibus arguitur immunitas esse de iure Diuino.*

20. *Constantinus Imperator querimoniis quorumdam Clericorum respondens ait*, Vos à nemine iudicari potestis; *sed iudicio Dei* reseruamini.

21. *Immunitas Ecclesiastica ratione conuincitur esse de iure Diuino.*

22. *Ecclesiastici sunt Patres, & Magistri secularium, illisque Superiores.*

23. *Filius quod Patrem, & Discipulus Magistrum sibi subiugare & subiicere velit, miserabilis insaniæ est.*

24. *Inferior Superiorem iudicare non potest.*

25. *Summus Pontifex nisi immunitas esset de iure Diuino non potuisset tot homines tam quoad se, quam quoad eorum bona à potestate secularium eximere, & cur.*

26. *Immunitas Ecclesiastica quoad causas temporales quatenus rationes adductæ non euidenter conuincant esse simpliciter de iure Diuino, est tamen de iure positiuo iure Diuino dictante.*

27. *Ecclesiastici initio nascentis Ecclesiæ subiecti erant Principibus secularibus.*

28. *Cum dicitur (omnis) nullus excipitur.*

29. *Authoritas Chrysost. Theodoreti, & Theophylacti, in medium affertur.*

30. *S. Thomas exemptionem Ecclesiasticorum à tributis existimauit habere æquitatem, non tamen esse ex necessitate, quasi sit de iure Diuino.*

31. *Ecclesiastici tenerentur etiam ad tributa, nisi iam exempti facti fuissent à Pontifice, & Principibus ipsis secularibus.*

32. *Locus ille Pauli (quia qui Potestati resistit, Dei ordinationi resistit) solum in genere intelligendus est: scilicet de quolibet subdito respectu sui superioris.*

33. *Ecclesiastici quod subsint secularibus quoad vim coactiuam inferri non potest ex citatis auctoritatibus.*

34. *Ecclesiæ olim etiam ex Agris suis soluebant tributa., & Imperatoribus etiam Christianis.*

35. *Quod in ore Piscis inuenitur, pro Petro, & Domino dari iubetur; quia de exterioribus Ecclesiæ quod constitutum antiquitus est, pro pace, & quiete (quia nos defensare debent) Imperatoribus persoluendum est.*

36. *Character Clericalis ex se, & ratione sui non eximit Clericum à iurisdictione, & potestate seculari, quia per ipsum deputatur diuino cultui, & talis deputatio potest stare cum subiectione Principi temporali in his, quæ Diuinum cultum non impediunt.*

37. *Iustinus Imperator concessit primus priuilegium fori Clericis in ciuilibus tantum, Episcopo non impedito, & in criminalibus eos subiectos potestati seculari reliquit.*

38. *Clericus etiam hodie subiicitur iurisdictioni laicali, si exstat in minoribus, & non habeat beneficium, vel requisita iuxta Concilium Tridentinum.*

39. *Item in causa ciuili reconuentionis, & in causa feudi, & cum committit delictum graue, ob quod seculari Curiæ tradetur.*

40. *Potestas Ecclesiastica licet punitionem possit permittere, non tamen ad talem punitionem se extendit.*

41. *Ex nullo sacræ Scripturæ loco euidenter colligitur immunitas Ecclesiastica esse de iure diuino positiuo.*

42. *Omnia Præcepta positiua antiqua aduentu Christi, & promulgatione legis gratiæ cessarunt.*

43. *Zacharias, & Dauid in locis citatis loquuntur de iniuria, & violentia facta iis, qui sunt Deo familiares, non de iudicio, vel loquuntur de Regibus.*

44. *Locus desumptus ex nouo testamento non euidenter conuincit, quod immunitas sit de iure diuino, & cur.*

45. *Exempto Patrono ab aliquo tributo non semper verum est eximi simul cum illo omnes eius familiares, præsertim exeptione æquali.*

46. *Omnes Christiani baptizati sunt de familia Pontificis, qui omnium Christianorum est caput.*

47. *Ius Diuinum in variis iurium textibus vsurpatur pro iure Canonico, vel quando dicunt iura immunitatem esse de iure diuino, intelligi debent quoad causas spirituales tantum, & quoad Personas, non autem quoad bona.*

48. *Immunitas Ecclesiastica ex veteri lege originem trahit.*

49. *Immunitas Ecclesiastica dicta est de iure positiuo, iure Diuino dictante; quia quod ius Diuinum naturale dictabat esse faciendum; id à iure ciuili, & Canonico præstitum est.*

50. *Personarum Ecclesiasticarum immunitas Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus constituta est, vel ex particulari præcepto à Christo accepto eà à Pōtifice introducta est.*

51. *Multa tam de verbis, quàm de factis Domini omissa fuerunt in Euangelistis.*

52. *Quæ spectant ad formas, & materias Sacramentorum expressa postea fuerunt verbo, vel facto ab Apostolis.*

53. *Multa omissa fuerunt ab Apostolis, quæ reliquerunt exequenda, & ordinanda à suis successoribus.*

54 *Ius diuinum diuiditur in scriptum, traditum,& definitum,seu explicatum.*

55 *Immunitas Ecclesiastica quod sit de iure diuino,si non scripto,saltem tradito, credendum est.*

56 *Non repugnat quemlibet esse superiorem secundum vnam rationem, & esse inferiorem secundum alteram.*

57 *Clericus est superior omnibus Regibus, & Principibus ratione dignitatis Clericalis,& est inferior eisdem ratione regiminis politici.*

58 *Immunitas Ecclesiastica & exemptio à Principibus secularibus videtur quod si non sit de iure diuino immediatè,seu proximè, & completè, sit tamen de iure diuino mediatè,seu remotè, causaliter, fundamentaliter,inchoatiuè,seu incompletè.*

59 *Immunitas Ecclesiastica introducta est à Summo Pontifice ex potestate accepta à Christo Domino gubernandi eius Ecclesiã.*

60 *Ad rectam Ecclesiæ gubernationem, & dignitatis Clericalis honorem, conueniens, & forte necessarium fuit, vt Ecclesiastici à laicali potestate, & iurisdictione exempti fierent.*

61 *Christus Dominus quod dederit potestatem eximendi Ecclesiasticos à potestate,& iurisdictione sæculari,prout Ecclesiæ conueniens fuerit Petro, eiusque successoribus; sed etiam talem exemptionem introduci, & Ecclesiasticis concedi specialiter præceperit, credendum est.*

62 *Summus Pontifex ex præcepto Christi Episcopis,& Pastoribus iurisdictionem spiritualem concedit.*

63 *Modus introductionis, & concessionis immunitatis Pontifici, prout Ecclesiæ conuenire iudicauerit,remissus est.*

RESpondetur, &
1 Dico primò: Si loquamur quoad causas
spirituales respicientes,v.g. fidem,sacramenta,ie-
iunia,& diuinum cultum, vel animarum salutẽ,
omninò affirmandum est; quia sic disertè habetur
in cap.11.si Imperator, & in cap.duo sunt, dist.46. &
2 probatur ratione; quia harum causarum spiritua-
lium iudicium solum potest competere, quibus
Christus concessit(cùm ab illo earum constitutio
emanauerit) at soli Petro, eiúsque successoribus
concessit in illis verbis: *Tu es Petrus,& super hanc
petram ædificabo Ecclesiam meam*; subdendo: *Pasce
3 oues meas.* Ergo soli Petro, eiúsque successoribus,
(aut quibus ipse commiserit)competit,& nõ aliis.
Ita vt quoad tales causas potiùs Principes ipsi
4 subdantur Ecclesiasticis,quàm è contra; & sic in
iudicio dictarum causarum non solùm exempti
sint à iurisdictione laicali Ecclesiastici, sed etiam
laici omnes; cùm laici subdi non possint iurisdi-
ctioni laicali,nisi agitanda causa spectet ad iuris-
5 dictionem laicalem; & consequenter, cùm causa
spiritualis sit extra iurisdictionem laicalem,
fit, quod neque laici de illa in foro laicali
iudicari possint, sicuti rectè tradunt Couarr.
pract.qq.cap.31.num.2.vers.prima conclusio, Molina
tom.1.disp.31.concl.2. Suarez *defens.fidei,lib.4 de immunit.Eccles.cap 2.per totum*, Farinac.*lib.1.praxis,tit.
1.q.8 num.2.*& Curtellius *lib.2.q.1.num.18.*
Dico secundò, Si autem loquamur quoad cau- 6
sas temporales,v.g solutionem tributorum,puni-
tionem criminum, & obligationem legum ciui-
lium,adhuc dicendum est, quod sint immunes de
iure diuino,vel saltem de iure positiuo, iure diui-
no dictante,modo,quo infra explicabimus.
Probatur primò ex Testamento veteri *Gen.47.* 7
vbi Ioseph totam terram Ægypti Regi subiiciens,
& tributariam reddens, excipit terram Sacerdo-
tum, quibus etiam ex publico cibaria dabantur.
Vndę colligit Vrbanus Papa, *c.22. tributum, 23.
quæst.8.* agros Ecclesiæ non esse Imperatorum exa- 8
ctionibus subiiciendos. Et 1.*Esdræ 71.* vbi Arta- 9
xerxes vult Sacerdotes, Leuitas, & alios Templi
ministros à vectigalibus immunes esse. Vnde si,
naturali lumine dictante,eximebantur Sacerdotes
Testamenti veteris,multò magis eximi debent Sa-
cerdotes,& ministri Testamenti noui,quorum di- 10
gnitas, & functio est incomparabiliter nobilior,
& Reipublicæ,Principibúsque vtilior. *Zach.2.* vbi
dicitur: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*
Psal.104.vbi habetur: *Nolite tangere Christos meos.* 11
Quasi dicat Deus: Vos,qui Reges estis, & iudi-
candi potestatem habetis,eos,qui oleo sancto vo-
cati sunt,& mihi specialiter dicati, nolite tangere,
id est,iudicare, grauare, vel punire,&c. & ex aliis
locis,quos adducebã *lib. de parlamentis,dub.27.sect.
4.subsect.1.*
Secundò,ex Testamento nouo, *Matth.17.* vbi 12
cùm à Christo censum quidam exigerent, Chri-
stus Petrum interrogauit: *A quibusnam Reges exi-
gunt tributa,à filiis suis,an ab alienis?* Et cùm Petrus
respondisset,ab alienis,intulit Christus: *Ergo libe-
ri sunt filij*,quasi diceret: Ego,qui sum Filius Dei
liber sum à tributo: *sed ne illos scandalizemus,da pro
me,& te.* Vnde videtur inferri, Petrum, eiusque
successores quasi in filios admissos esse,& sic à so-
lutione tributorum immunes factos;& quia cùm
quis fit immunis à tributis,familia eius immunis 13
etiam fit,sequitur,quod omnes Ecclesiastici simul
cum Petro immunes facti sint.
Dices,ex Testamento nouo potiùs colligi op- 14
positum;cùm Paulus *Act.25.* ad Cæsaris tribunal
appellarit.
Respondetur,id Paulum fecisse,ex eo, quod li-
cet Ecclesiasticorũ immunitas sit de iure diuino,
ex iusta,& rationabili causa potest (vt *cit. dub 27.
sect.4.subs.4.n.5.* dicebam)non solum qui toti Ec- 15
clesiæ præest, vtpote supremus Ecclesiæ admini-
strator (scilicet Summus Pontifex, vel Concilium
generale)aliquid de immunitate remittere,& Prin-
cipibus secularibus permittere,vt aduersus Eccle-
siasticos aliquam iurisdictionẽ exerceant, vel ali-
qua tributa exigant,&c. Sed etiam possint inferio- 16
res Ecclesię Prælati aliquid contra immunitatem,
& libertatem Ecclesiasticam in praxi poni permit-
tere si sine scandalo, vel maioris mali periculo id
non possint impedire: qua ratione Christus etiam
tributum pro se, & Petro soluit;& eadem ratione 17
Paulus Cæsarem appellauit,vt scil. inferioris sub
Cæsare constituti Iudicis impiam & sacrilegam,
ac toti Ecclesiæ nascenti perniciosam tunc senté-
tiam declinaret. Vide Turrect *in cap.si adiutorium,
n.3.& seqq. dist.10.* & *ibidem* Geminianum, *vers.
oppono quod exemplum*, Azorium *tom. 1. lib. 5.
cap.12.*

*cap.*12.*q.*1. Auguft. Triumphum *de poteftate Eccle-*
*fiaft.q.*6.*art.*8.*verf.ad primum,* Vigianum *de Ecclef.*
*immunit. difp.*4.*concl.*2. Bozzium *de iure ftatus, lib.*
4. *cap* 3. *& feq.* Vide etiam Remundum Rufum
in defenf. contra Molinaum.fol 589. Gretferum *tom.*
2. *lib.* 2. *cap.* 29. Francifcum del Caftillo *in* 3.
fent. tom. 2. *difput.* 6 *de poteftate Papa, quaft.* 12.
num. 7. & nomine celebrem Dian. *part.* 7.
refol. 1. qui propterea rectè aiunt, quod Paulus
18 *in loco fuprà cit.* voluerit à Iudice fæculari iudi-
cari de facto, non autem de iure: quidquid in
contrarium fentire videatur Petrus Gonzalez *de*
*lege polit a, lib.*1. *cap.* 3. & Rabardeus *de cauendo*
*fchifmate, fect.*2.
19 Tertiò, ex variis iuris textibus, *cap continua* 11.
quaft. 1. *& cap.futurum,* 12.*quaft.*1. vbi Conftanti-
20 nus Imperator querimoniis quorundam clerico-
rum refpondens, ait: *Vos à nemine iudicari poteftis,*
fed iudicio Dei referuamini cap.quamquam de cenfibus
in 6. ibi: *Ecclefia. Ecclefiafticaque perfona, & res ipfarũ*
non folum iure humano, quinimò & diuino à fecularium
perfonarum exactionibus funt immunes. Ex Conci-
lio Lateranenfi fub Leone X. feff. 9. in Bulla refor-
mationis Curiæ, ibi: *Cùm à iure, tam diuino, quàm*
humano Laicis poteftas nulla in Ecclefiafticas per-
fonas attributa fit. Ex Concilio Tridentino feff.
25. cap. 20. de reformat. ibi: *Ecclefia, & perfonarum*
Ecclefiafticarum immunitas Dei ordinatione, & Ca-
nonicis fanctionibus conftituta eft; Ex facra Rota
Romana, *decif.*10.*in antiquis,* & nouiffimè in vna
Albanenfis Gabellæ, die 28. Iunij, 1630. vbi Ec-
clefiafticorum immunitatem non folùm quoad
perfonas, fed etiam quoad eorum bona effe de
iure diuino definit; & ex aliis locis, quos adduce-
bam, *cit.quaft.*27.*fect.*4.*fubfect.*3.
21 Quartò ratione; quia Ecclefiaftici funt patres,
22 & magiftri fecularium, illifque fuperiores. *cap.*
quis dubitat, & cap. duo funt, 96. *dift.* At quod
23 filius patrem, & difcipulus magiftrum fibi fub-
iugare, & fubiicere velit, miferabilis infaniæ eft.
24 *cit. cap. quis dubitat*; & inferior fuperiorem iudi-
care non poteft. *cap.cùm inferior, c.folua, de maiorit.*
& obedient.
25 Quintò, quia fi talis exemptio, feu im-
munitas non effet à Chrifto Domino, non po-
tuiffet Pontifex tot homines, tam quoad fe,
quàm quoad eorum bona à poteftate fecu-
larium eximere; quia cùm non poffit Pontifex
Reges à Regno deponere, & iurifdictione eis
à populis data priuare; videtur etiam non poffe
tot fubditos eorum ab eorumdem imperio
eximere; cùm talis exemptio fit natiuæ iu-
rifdictionis eis debitæ manifefta priuatio; Qua-
propter dicendum, quod Ecclefiafticorum ex-
emptio à iurifdictione, & poteftate Principum
fecularium fit de iure diuino. Vide, quæ dicen-
tur *infrà cap.* 5. *dubio* 8.

Atque ita (præter quadraginta tres Doctores quos citabam, & fequebar *lib. de Parlamentis cit. dubit.*27.*fect.*4. docent Sylu. ver. *clericus, numero* 5. & ver. *immunitas* 1. *quaft.* 4. Angelus *eodem verb. clericus num.* 14. *& verb. immunitas, num.* 33. Tabien. ver. *clericus num.* 5. Ioan. Bacconius *in* 4. *quaft.* 11. *prol. art.* 4. Hoftienf. *in cap.* 2. *num.* 5. Ancha. an. *num.* 3. Zabarella *num.* 1. Butrios *num.* 9. Imol. *num.* 5. Bald. *num.* 3. & Felin. *num.* 1. *&* 2 *de maiorit. & obedient.* Oldrad. *in confil.* 83. *num.* 5. Marian. Socinus *in cap. noueris, de fentent. excommun. num.*4. Geminian. *in cap. fufcipitis,* 10 *dift.* Zabarella *in repet. cap. perpendimus, num.* 5. *&* 6. *de fentent. excommun.* vbi dicit effe veriorem; Baldus *in authent. ftatuimus, in princip. Cod. de Epifcop. & Clericis,* vbi ait, effe ipfam veritatem; Romanus *in fing.* 419. *quid eft contra,* & *in l. fi verè,* §. *de viro,* *in* 7. *Fallent. num.* 19. *ff. folut. matrim.* Felin. *in cap. Ecclefia S. Maria, num.*6. & *ibi* Dec. *num.*5. *de conftitut.* Turrecrem. *in cap. fi Imperator, num.* 1. *dift.* 96. & *in cap. fi peccauerit, num.* 13. 2. *quaft.* 1. Alexand. *confil.* 8. *num.*1. *volum.* 1. Iafon *in l. eft receptum, num.* 3. *ff. de iurifdict. omn. iudic.* Idem Dec. *in cap. cùm non ab homine, num.* 2. *de iudiciis,* Gigas *de crimine læfa Maieft. lib.* 1. *fub rub. quis de crimine læfa Maieft. cognofcere poffit, num* 15. Grammat. *decif.* 29. Victoria *in relect. de poteft. Ecclef. quaft.*6. *propof.*2. Decian. *tract.crimin.lib.*4. *cap.*9. *num.*1. *&* 4. Stephanus VVeims *conftit.*9. *num.*7. Paramus *in confutat. decret. Venet. cap.*2. *art.*4. *num.*5. Barbetius *part.* 4. *num.*1.*& feqq.* Alciatus *in cap. cùm non ab homine, de iudic.* Sermarinus *in confutat.* 2. *tractatuum, propof.* 1. *&* 5. vbi oppofitam dicit effe fufpectam; Torreblanca *in pract. iur. fpir. lib.* 15. *cap.* 2. *num.*2. *& feqq.* Farinac. *tom.*1. *quaft.* 8. *num.*1. *& feqq.* Domfpergerus *de except. adult. part.* 1. *fect.* 2. *cap.*5. *num.* 560. Gloririus *refponf.* 13. *num.* 4. Correa *de immunit. Ecclef. part.* 2. *num.* 4. Grilenzonius *confil.* 53. *num.*16. Ambrofin. *de immunit. cap.*16. *num.*4. Squillante *de priuileg. cleric. cap.*8. *num.* 1. Hier. Rodriquez *in compend. qq. Regul. refol.* 63. *num.*2. Larrea *in allegat. fifcal. part.*1. *allegat.* 27. *num.*15. Petrus à Monte *de Primatu Papa, & Maieftate Imperatoris, quaft.*1. *num.*1. *& feqq.* Io. Ecchius *in Enchir. contra Lutherum, fub rubr. de immunit. verf. Nolite tangere,* Vantius *de nullitate, fub rub. de nullit. ex defectu iurifdictionis. num.*101. Villalob. *ver. Clericus, num.*96. vbi dicit, effe communem, Bertran. *in confil.* 182. *num.* 1. *in* 2. *part. vel.* Alphonf. Aluarez *cap.* 35. *num* 1. Cucchus *lib.*3 *tit* 9. *de priuileg. clericorum, num.*11. Stephan. Cofta *in repetit. cap. fi Iudex laicus, num.* 9. *in fin. & num.* 11. *de fentent. excommun. in* 6. Natta *confil.* 495. *num.* 13. *& feqq. vol.* 3. Arnal. Albert *in repet. cap. quoniam, quaft.*11. *num.*75. *& feqq. & quaft.* 14 *num.*6. *de hareticis, in* 6. Rolandus *confil.* 4. *num.* 7. *vol.* 1. *& confil.*12. *num* 44. *vol.*2. Parifius *de refignat. benefic. lib.*8. *quaft* 9. *num.* 3. *& feqq.* Araux *in* 1.2. *S.Thom quaft.*97. *difp.*3. *fect.*5. *ad ∫ic.*4. Borrellus *ad Bellagam. de fpeculo Principum,* §. *videndum, Rubr.* 11. *num* 12. *verf probemus*; Viuius *ver. Clerici a poteftate*; Riminaldus iun. *in repetit. cap. qua in Ecclefiarum, num.*54. *de conftitut.* & ibi Anton. Burgos, *num.*196. Tufch. *ver. Clericus, concl.* 385. *num.* 45. *vol* 1. Senatus Parifienfis apud Fagnanum *in Refponf. pro cenfuris Pauli V. fol.*8. Ortiz *in tract. de Polit. & immunit. Ecclef. p.*2. *fol.* 163. Rebuffus *in concord. Rubr. vlt. de protect.* Aufrerius *in Clement.* 2. *de officio Ordin. q.* 1. Io. de Terra Rubea *tract.*3. *art.*5. *concl.*18. Laymann *lib.*4. *tract.*9. *cap.*8. *num.*1. Cardinalis de Lugo *de iuft. & iur. tom.*1. *difp.*36. *fect.*7. *num.*100. Dicaftillus *de iuft. lib.*2. *tract.*1. *difp.*4. *dub.* 8. *num.*138. Granadus *in* 3. *par. S. Th. Controuerf.* 9. *tract.*4. *difp.*4. *fect.*2. *n.* 16. Gretferus *lib.*3. *confider.*1. 1. *& feqq.* Io. Pedrezzanus *ad libellũ Italicum, propof.* 3. §.8. vbi oppofitam dicit effe, ad minus temerariam; Stephanus Brunius *par.*1. *tract.* 11. *q.* 36. *& par.*2 *tract.*6 *difp* 7. *de Bulla Cœna, n.* 1. *cap.* 3. *num.* 15. *& tract.*1. *q.*46. *Dico fecundò,* Bellarmin. *lib.*1. *de clericis, cap.*28. *propofit.*5. *& cap.*19. *& in difput. fpecials, to.*2 *in fin.* Azauarr. *in cap. nouit. de iudiciis,* Zened.

ued. *collectan.* 37. Diana *part.* 7. *tract.* 1. *resol.* 5. *&*
Curtellius *de immun. Eccles. lib.* 2. *q.* 1. *num.* 18. *& q.*
127. *num.* 3. *&* 4.
26 Dixi, quod immunes sint, saltem de iure posi-
tiuo, iure diuino dictante; quia fortasse, quod sint
immunes de iure diuino immediatè, rationes
(quas ad hoc probandum *supra & in cit. dubit.* 27.
Sect. 4 adducebam) non euidenter conuincunt, vt
mox infra in Confirmatione tertia videre est.
27 Confirmatur; quia initio nascentis Ecclesiæ
subiecti erant Principibus secularibus, vt colligi
videtur ex Apostolo ad Rom. 13. ibi: *Omnis anima
potestatibus sublimioribus subdita sit* Vbi comprehen-
di videntur etiam Ecclesiastici; quia (vt ibi ait
28 glossa) cùm dicitur: *Omnis anima*, nullus excipi-
tur: & Chrysost. in illum locum: *Ostendens*, in-
29 quit *ista omnibus imperari, & sacerdotibus, & mona-
chis, non solum secularibus; quod declarat, cum dicit: Om-
nis anima, etiamsi Apostolus sit, si Euangelista, si Pro-
pheta, siue quisquis tandem fuerit* Theodoretus: *Siuè
est sacerdos quispiam, siue Antistes, siue monachus, ii
cedat, quibus sunt mandati magistratus.* Theophyla-
ctus: *Instituens omnem animam, siuè sacerdos sit, siue
monachus, siuè Apostolus, subijci Principibus*; Et S.
30 Thomas quem sequitur Scotus in 4. dist. 13. q. 2.
in eumdè locum dicit exemptionem Ecclesiasti-
corū à tributis habere æquitatem, non tamen esse
ex necessitate, quasi sit de iure diuino; & in idem
inclinat etiā Innocētius *in c.* 1. *de maior & obedient.*
vt mox *infrà in Responsione ad opposita* videbitur.
Neque dicas, id solùm scandali vitandi causa
præceptum esse; quia Apostolus causam refert in
ordinationem diuinam, dicens: *Quia qui potestati
31 resistit, Dei ordinationi resistit*; additque, *eos esse Dei
ministros, & idcircò eis deberi tributa.* Vnde colligi
videtur, Ecclesiasticos etiam debituros tributa, nisi
iam exempti facti fuissent à Pontifice, & Princi-
pibus ipsis secularibus.
Quamuis dici possit, quod locus ille Pauli solū
32 in genere proponat ius diuinum naturale, quo
quisque tenetur obedire legitimo suo superiori, &
potestatem huius in subditum esse à Deo; & qui
huic resistit, Dei ordinationi resistere: quæ omnia
generalia sunt, & respectiuè intelligenda, scilicet
de quolibet subdito respectu sui superioris; Quo-
modo etiam nunc post exemptionem loqui posse-
mus; cùm omnis potestas superioris sit à Deo, &
omnis superior minister sit Dei, & virtute huius
sit vindex in Reum; Quapropter hinc probari non
33 posse videtur, quod Ecclesiastici subsint Principi
seculari quoad vim coactiuam; etsi in quibusdam
rebus (v.g. in pretio rerum venalium, contracti-
bus, & similibus) subsint quoad vim directiuam;
Ita Bellarminus *in Respons. ad duos libel. et. fol.* 8. Co-
mitolus *lib.* 1 *q.* 93 *n.* 25 Benzonius *de immunit. Ec-
cles. fol* 52. Gretserus *lib.* 3. *consider.* 4. Barberius *par.*
4. *n* 32. & 3; Seruantius *in defens. Immunit Eccles.
propos.* 5 *ad* 8. *argum* & Ambros. Vigianus *de Eccles.
immunit disp.* 4. *ad* 7. *argum.* Quapropter
34 Confirmatur secundò; quia olim Ecclesiæ etiam
ex agris suis soluebant tributa, & Imperatori-
bus etiam Christianis, vti constat ex testimonio
Ambrosij, in c. 26. si tributū, 11. q. 1. ibi: *Si tributum
petit, Imperator non ei negamus; agri Ecclesiæ soluant
tributum.* Et ex testimonio Vrbani Papæ c. 21. tri-
butum, 23. q. 8. ibi: *Quod in ore piscis inuenitur, pro
35 Petro, & Domino dari iubetur; quia de exterioribus Ec-
clesiæ quod constitutum antiquitus est, pro pace, & quiete
(quia nos defensare debent) Imperatoribus persoluen-
dum est.* Hoc autem Ecclesia non fecisset, nec fieri
passa esset, si putasset, se iure diuino exemptā esse;
sicut non fecit, nec fieri passa est, se Imperatori-
bus in Ecclesiarū administratione, & causis spiri-
tualibus subijci; quia in his sciebat se de iure di-
uino exemptam esse, vt patet ex testimonio Am-
brosij, & Vrbani *in locis supra cit. & in c. conuenior*
21. *& c.* 21. *tributum*, 23 *q.* 8. Vbi agnoscirnt subie-
ctionem in temporalibus non sic in spiritualibus.
Confirmatur tertiò; quia quod Ecclesiastici im-
munes sint quoad causas temporales à iurisdi-
ctione & potestate Principum secularium de iure
diuino immediatè, non videtur euidenter conuin-
ci, neque quoad ius diuinum naturale, neque
quoad ius diuinum positiuum, ergò.
Prima pars huius Confirmationis probatur;
quia Character clericalis ex se, & ratione sui non 36
eximit clericum à iurisdictione, & potestate secu-
lari; nam ex se, & ratione sui solùm habet deputa-
re hominem diuino cultui, quæ deputatio stare
potest cum subiectione temporali Principi in his,
quæ diuinum cultum non impediunt: quia Cha-
ractere clericali stante sæpe Ecclesiasticus subie-
ctus fuit Principi, & Iudici seculari, vti constat ex
principio nascentis Ecclesiæ ex Apostolo *ad Ro-
man.* 13 iuxta Glossæ, Chrysostomi, & aliorum *su-
prà* explicationem, ex *Act.* 25. & ex tot titulis
Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, & de Episcopis, &
clericis; Quapropter Iustinianus Imperator Con-
stit. 83. primus concessit priuilegium fori cle- 37
ricis, in ciuilibus tantùm, Episcopo non im-
pedito, & in criminalibus eos subiectos potesta-
ti seculari reliquit: tum quia hodie etiam clericus
subijcitur iurisdictioni laicali, si sit in minori- 38
bus, & non habeat beneficium, vel requisita,
iuxta Concilium Tridentinum *sess.* 23. *cap* 6 *de
reformat.* in quo casu priuilegio fori non gaudet.
Item in causa ciuili reconuentionis, & in causa 39
feudi, &c Ac tandem cùm committit delictum
graue (ob quod seculari Curiæ interficiendus
traditur) Iudici seculari subijcitur, vt ab ipso
iudicetur, & puniatur, & non ex potestate Ec-
clesiastica; cùm hæc, licet punitionem corpora-
lem possit permittere, non tamen ad talem puni- 40
tionem se extendat: ergo quod ecclesiarum im-
munitas, seu exemptio sit à iure diuino naturali
non apparet; præsertim quia, si à iure diuino na-
turali esset (cùm hoc sit inmutabile, & immu-
tabile) semper fuisset eadē, & æqualis in omnibus
Ecclesiasticis, absque vlla variatione & mutatione.
Secunda pars Confirmationis, quod scilicet
non sit à iure Diuino positiuo, probatur; quia ab 41
illo esse ex nullo etiam loco sacræ Scripturæ eui-
denter colligitur; cùm quæ ex veteri Testamento
referebam, dicere quis potest, quod vim habeant
in tantum, in quantum iure naturali fundantur;
quia omnia præcepta positiua antiqua aduentu
Christi, & promulgatione legis gratiæ cessa-
runt ex Apost. *ad Heb. c* 7. & tradit S. Th. 1. 2. *q.* 104 42
art. 3. *&* 2. 2. *q.* 87. *ar.* 1. cōmuniter receptos. Addedici
posse, quod Zacharias, & Dauid in *locis cit.* loquā-
tur de iniuria, & violentia facta iis, qui sunt Deo 43
familiares, non de iudicio; vel quod loquantur de
Regibus. Vide Curtellium *cit. q.* 1. *n* 20. *& seqq.*
Locus autem, quem ex nouo Testamento af-
ferebam, dici etiam potest, quod neque euidenter 44
conuincat; quia ex illa Petri responsione fortas-
se solum voluit Christus inferre, se, vt potè fi-
lium naturalem Dei Regis, & Domini vniuer-
sorum, liberum esse à tributo, Petrum verò, vti
Vicarium, eiusque successores Pontifices Roma-
nos

nos ex priuilegio propter eius specialem præro-
gatiuam, & dignitatem, facit *cap. tributum*, 23.
quæst. 8. & admittit Curtellius *cit. quæst.* 1. *num.* 35.
Adde quòd si voluisset Christus priuilegium il-
lud ad omnes Ecclesiasticos extendere, non li-
mitasset solutionem pro se, & Petro, sed illam
æquè pro omnibus alijs discipulis fecisset. Adde
secundò, absurdum videri, quod ex æqualitate
huius solutionis inferatur, reliquos discipulos,
& Ecclesiasticos æqualem cum Christo, & Pe-
tro, eiúsque successoribus immunitatem, & exem-
ptionem habere.

Neque conuincit, quod subdebam, Ecclesia-
sticos esse de familia Petri, vt inde dicatur, ex-
empto Petro eximi simul cum illo omnes Ec-
clesiasticos; quia dicere quis potest, non sem-
45 per verum esse, exempto patrono ab aliquo tri-
buto, eximi simul cum illo omnes eius familia-
res, præsertim exemptione æquali; tum quia
eadem ratione fingere quis posset, à iurisdictio-
ne laicali eximi omnes Christianos baptizatos;
46 quia hi etiam specialiter sunt de familia Pontifi-
cis, qui omnium Christianorum est caput: tum
denique quia illa exemptio fuit solum exemptio
à tributis; Quapropter ex tali loco non euiden-
ter deducitur exemptio etiam in criminalibus, &
ciuilibus.

Cùm verò in variis iuris textibus, Conci-
liis, Pontificum Decretis, & Rotæ Decisioni-
bus dicitur, Ecclesiasticorum immunitatem, &
exemptionem esse ex diuina ordinatione, & iu-
re diuino, dici potest (vt omittam nonnullo-
rum explicationem, de qua dicebam *cit. dubit.* 27.
47 *sect.* 4. *subsect.* 3. per ius diuinum intelligi ibi
ius Canonicum, vel iura illa loqui quoad cau-
sas Ecclesiasticas, seu spirituales tantum; non
item quoad temporales; vel certè loqui quoad
personas tantùm, non item quoad bona) quod
iis verbis nihil aliud intendatur, quàm quod
(vt explicant quidam) eorum immunitas &
exemptio ad similitudinem veteris facta sit,
& sic quod ex veteri lege originem tra-
48 hat; vel secundò dici potest, quod (vt ex-
plicant alij, iure diuino naturali dictante,
49 seu suadente, eam à Principibus esse conceden-
dam, & à Pontifice id fieri posse ob multa, quæ
cit. dubit. 27. *sect.* 5. dicebam) ea à Principibus
sæcularibus concessa sit, & à Pontifice intro-
ducta, ita vt quod ius diuinum naturale dicta-
bat esse faciendum, id à iure Ciuili, & Cano-
nico præstitum sit; & colligi videtur ex *cap. quam-
quam de censibus, in* 6. *cap. non minus, de immu-
nit. Ecclesiast. c.* 12. *si Imperator, dist.* 96. *c. in
qualibet*, 23. *& duobus sequentibus*, 23. *quæst.* 8.
& 11. *quæst.* 1. per multos Canones. Item ex *cap.
cùm clerici, cap. clerici, cap. qualiter, de iudiciis*;
& ex Concilio Tridentino *cit. sess.* 15. *de refor-
50 mat. cap.* 20. quatenus dicit, personarum Ec-
clesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, &
Canonicis sanctionibus constitutam esse. Vel ter-
tiò, dici potest, quod (vt explicant alij, & nos
etiam mox infrà explicabimus) ex particulari
præcepto à Christo accepto, ea à Pontifice intro-
ducta sit.

Et hinc non videtur conuincere, prima, se-
cunda, & tertia ratio, quas suprà adducebam; &
consequenter nec videtur conuincere ratio Ber-
nardi Iusti *in defens. libert. Ecclesiast. fol.* 31. *&* 32.
Angeli Sermarini *in confutat.* 2. *tractatuum, pro-
pos.* 1. *fol.* 16. Duardi *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *can.* 5.
quæst. 18. *num.* 51. *&* 52. Io. Petrazzani *in Respons.
ad libell. Theol. innominat. propos.* 5. §. 8. Io. Filo-
cei *in Respons. ad Epist. Theol. innom. fol.* 38. Iulij
Rossi *in Respons. part.* 3. *cap.* 16. Seruantij *in de-
fens. immunit. Ecclesiast. propos.* 5. *fol.* 58. Granadi
in 3. *part. controu.* 9. *tract.* 4. *disp.* 4. *sect.* 1. *num.* 16.
& Antonini Diana *part.* 7. *resol.* 2. *in fin.* (quam
cit. dubit. 27. *sect.* 4. *subsect.* 3. referebam) quod
scilicet, licet Ecclesiasticorum immunitas for-
tassè non sit de iure diuino scripto, cùm fortas-
se ex nullo loco Scripturæ, neque veteris, ne-
que nouæ, euidenter colligatur; sit tamen de
iure diuino tradito; cùm ex diuersis iuris texti-
bus, Conciliis, & Pontificum Decretis *suprà ci-
tatis*, illam esse de iure diuino, expresè habea-
tur; & ex alio capite, multa, tam de verbis, quàm 51
de factis Domini, omissa fuerint ab Euangelistis
(vt patet ex Io. *cap.* 20. & ex iis, quæ spectant 52
ad formas, & materias Sacramentorum) quæ
posteà verbo, vel facto expressa fuerunt ab
Apostolis, 2. *ad Thessal. cap.* 2. & *cap. cum Mar-
tha*, §. *sanè, de celebrat. Missarum*; & multa etiam 53
omissa fuerint ab Apostolis, quæ reliquerunt
exequenda, & ordinanda à suis successoribus.
Vnde ius diuinum diuiditur in scriptum, tradi- 54
tum, & definitum, seu explicatum, sicuti tra-
dunt Turrecremata *in c. cùm ad verum, num.* 4.
dist. 96. Aluar. *de planctu Ecclesiæ, lib.* 1. *cap.* 59.
column. 8. & communiter Scholastici *in tract. de
fide*; Et ideò, cùm ex diuersis iuris textibus,
Conciliis, & Pontificum Decretis clarè habea-
tur, quod Ecclesiasticorum (& quoad personas,
& quoad bona) immunitas sit de iure diuino,
licet ex nullo loco Scripturæ, tam veteris, quàm
nouæ clarè colligatur, credendum sit, per 55
traditionem Apostolorum ad nos eam peruenis-
se; & sic de iure diuino esse, si non scripto, sal-
tem tradito.

Nec, inquam, hæc ratio videtur conuincere;
quia ly esse ex diuina ordinatione, & iure diuino
(vt iura, Concilia, & Pontificum Decreta supra ad-
ducta loquuntur) explicari potest vno ex iis tribus
modis, quos suprà dicebam.

Nec videtur conuincere quarta; quia dicere 56
quis potest, non repugnare, quemlibet respe-
ctu eiusdem esse superiorem secundùm vnam ra-
tionem, & esse inferiorem secundùm alteram.
Sic qui filium habet Regem, est superior illi ra-
tione patriæ potestatis, & est inferior eidem ra-
tione Regiæ dignitatis. Item clericus est supe- 57
rior omnibus Regibus, & Principibus ratione
dignitatis clericalis, & est inferior eisdem ratio-
ne regiminis politici; Quamuis conuincere vi- 58
deatur, quod dicta Ecclesiasticorum immunitas,
& exemptio à Principibus secularibus (licet non
sit de iure diuino immediatè, seu proximè, &
completè) sit tamen de iure diuino mediatè, seu
remotè, causaliter, fundamentaliter, inchoa-
tiuè, seu incompletè; quatenus scilicet sup-
posito iure diuino naturali dictante, seu suaden-
te, vel supposita ordinatione Christi, conue-
nientissimum, & forsan etiam necessarium erat,
quod lege positiua introduceretur, præsertim,
quia alioquin periret libertas sacerdotalis in lai-
cis instituendis, & corrigendis; & Ecclesiasti-
ci facilè distraherentur à sacris suis officiis in lai-
cos exequendis; Quam causam tetigit Constan-
tinus Magnus in Decreto ad Annulinum apud
Eusebium *lib.* 10 *cap.* 7. Sozomen. *lib.* 1. *c.* 8. & Ni-
ceph. *lib.* 7. *cap.* 42. *&* 46. vide Tannerum *in de-*

fens Eccles. libert. lib. 1. cap. 18.

59 Nec etiam videtur conuincere quinta; quia
dici posset, Ecclesiasticorum immunitatem, &
exemptionem introductam esse à Pontifice vno
ex tribus modis suprà dictis, & præcipuè tertio:
ex potestate scilicet accepta à Christo Domino
60 gubernandi eius Ecclesiam, ad cuius rectam gu-
bernationem,& dignitatis clericalis, & Ecclesia-
sticæ honorem,& splendorem conueniens,& for-
tè necessarium fuit, vt Ecclesiastici à laicali po-
testate,& iurisdictione exempti fierent. Quapro-
pter debebat,nedum poterat,Pontifex eos à dicta
potestate,& iurisdictione seculari eximere, ratio-
ne sui muneris, quod rectè sine tali exemptione
61 exerceri non posset. Adde, credendum esse, quod
Christus Dominus hanc potestatem eximendi
Ecclesiasticos à potestate,& iurisdictione sæcula-
ri,prout Ecclesiæ conueniens fuerit, Petro, eiús-
que successoribus non solum contulerit,sed etiam
talem exemptionem introduci, & Ecclesiasticis
concedi specialiter præceperit (quod satis indi-
cant verba illa Tridentini dicentis,immunitatem
Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus esse
constitutam) & sic, quod Deus hanc immunita-
tem à Pontifice introduci, & Ecclesiasticis con-
cedi ordinauerit (sicuti ex Christi præcepto, sal-
tem in potestate Pontifici concessa gubernandi
62 Ecclesiam incluso, habetur, quod Pontifex Epi-
63 scopis, & Pastoribus iurisdictionem spiritualem
concedat; quia sine illa rectè Ecclesia gubernari
non posset) modum autem huius introductionis,
& concessionis,tam quoad personas, & materias,
quàm quoad quantitatem,Pontifici, prout Eccle-
siæ conuenire iudicauerit, remiserit; Et in hoc
sensu etiam verum est quodammodo, hanc exem-
ptionem iurè diuino fundatam esse,& ab ipso iu-
re diuino prouenire;quia sic à iure diuino proue-
nit,vt introducatur, & Ecclesiasticis concedatur;
quamuis modus introductionis,& concessionis
Pontifici remittatur.

SECTIO II.

An Immunitas Ecclesiastica tolli, vel minui possit à Principe sæculari?

SVMMARIVM.

1 *Immanitos,& exemptio à Iurisdictione sæculari, tam quoad onera, seu gobellas, quàm quoad forū iudiciale Ecclesiasticis concessa, licet non sit de iure diuino immediatè,seu proximè, & completè; est tamen de iure diuino mediatè,seu remotè originaliter,causaliter,fundamentaliter, inchoatiuè, & incompletè.*

2 *Immunitas Ecclesiastica à nulla potestate humana Principum sæcularium potest tolli,vel mutari, quia nulla potestas humana est superior potestate Pontifici à Christo Domino concessa.*

3 *Immunitas ex speciali Christi ordinatione à sæculari Iurisdictione Ecclesiasticis conceditur.*

4 *Quid dicendum sit,si dicta Immunitas introducta fuerit primorio, & iure positiuo Imperatorum.*

5 *Immunitas Ecclesiastica ex mente, intentionéque concedentium, absolutè, & in perpetuum Ecclesiæ concessa, seu donata est.*

6 *Omnis donatio communitati absolute,& in perpetuum facta est irreuocabilis.*

7 *Immunitas Ecclesiastica concessa est in remunerationem beneficiorum; quæ ob Ecclesia in Regna proueniunt, & ideò neque potest reuocari propter ingratitudinem.*

8 *Perniciosissima Doctrina est asserere licere Principibus reuocare Prærogatiuas, Immunitates,& Priuilegia Ecclesiæ concessa,si damnum aliquod ex eorundem priuilegiorum continuatione sæcalari politiæ sequatur.*

9 *Sæcularis Politia est in inferiori ordine ad statum clericalem, & Ecclesiæ dignitatem.*

10 *Repetere Agros,& cæteras res, quæ in honorem rei oblata sunt sacrilegium est.*

11 *Quod semel consensu Regni alienatum est non potest à Principe repeti.*

12 *Ecclesiasticorum Immunitas totius Christiani orbis consensu concessa est.*

13 *Pontifices, & Concilia dictam Immunitatem confirmarunt.*

14 *Ius naturale diuinum dictauit esse Immunitatem Ecclesiasticis à Principibus concedendam.*

15 *Violantes Immunitatem Ecclesiasticam efficiuntur infames, & priuantur ipso facto omni honore,sicut & eis auxilium in hoc præstantes,& scienter receptantes.*

16 *Immunitatis priuilegium cum concessum sit non subditis transit in contractum,& sic reuocari non potest.*

17 *Decet concessum à Principe beneficium esse mansurum.*

18 *Imperatores de facto sæpius Immunitatis priuilegium reuocarunt; secus autem de iure.*

19 *Priuilegium quando quis non potest reuocare,neque potest illud minuere, restringere, vel limitare.*

20 *Reuocare,& minuere,seu restringere,vel limitare pendent ab eadem potestate.*

21 *Priuilegium aliquod hoc ipso quod Ecclesiæ conceditur, reponitur inter bona, & iura ecclesiastica.*

22 *Nullus etiam Princeps supremus potest minuere,vel quid disponere de priuilegiis, vel iuribus alterius Principis supremi, vel cuiuscumque alterius personæ sibi non subditæ.*

23 *Res per quascumque causas nascitur per eosdem dissoluitur si pendeat à sua causa*

fieri, & conseruari, secus si aliis.
24 *Pontifices possunt in totum reuocare, vel minuere priuilegia inferioribus Principibus concessa, & cur?*
25 *Ampliatur etiam per modum concordiæ.*

1 EX dictis sequitur primò, quod immunitas, &
exemptio à iurisdictione sæculari, tam quoad
onera, seu gabellas, quàm quoad forum iudiciale
Ecclesiasticis concessa (etiamsi non sit de iure di-
uino immediatè, seu proximè, & completè, sed me-
diatè, seu remotè, originaliter, causaliter, funda-
mentaliter, inchoatiuè, & incompletè; quatenus,
scilicet supposito iure diuino naturali dictante,
seu suadente, vel supposita ordinatione Christi,
conuenientissimum, & forsan etiam necessarium
2 erat, quod lege humana introduceretur) à nulla
potestate humana Principum secularium tolli, vel
mutari possit; quia nulla potestas humana est su-
perior potestate Pontifici à Christo Domino con-
cessa; ex vi cuius potestatis, & iure naturali diui-
no dictante, seu suadente, & fortassè etiam ex spe-
3 ciali Christi ordinatione, dicta immunitas, & exé-
ptio à sæculari iurisdictione Ecclesiasticis conce-
ditur. Vide somnium Viridarij *lib. 1. cap* 34. vbi
damnatur omninò contraria sententia, vide etiam
Couart. *pract. qq. c. 31. n. 3. vers. quarta conclusio*, Fa-
rinacium *lib. 1. tit. de inquisit. q. 8. n. 4.* Molinam *de
iust. tom. 1. tract. 1. disp. 31.* Lessium *lib. 1. c. 33. dub. 4.
n. 35.* Malderum *in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 4. in fin.*
Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ in Proœm.
cap. 6 per totum*, Salgad. *de protect. Regia, tom. 1. p. 1.
c. 1. præl. 3. n. 127.* Curtellium *lib. 2 q. 2.* & Anto-
ninum Diana *p. 1. tract. 2. resol. 2.* vide etiam, quæ di-
cebantur *lib. de parlamentis, cit. dub. 27. sect. 5.* per
suas subsectiones, & quæ dicêtur *infr. dub. 14. & 15.*

Quod & dicendum est, etiamsi dicta immunitas,
& exemptio Ecclesiasticis concessa, introducta
4 fuerit primariò ex iure positiuo ciuili Imperatorũ,
vti contra Rabardeum *de cauendo schismate, sect. 2.
n. 2* docent communiter Doctores (etiam ij, qui
tenent, illam ex iure positiuo ciuili Imperatorum
originem primam traxisse) & dicebamus nos *cit.
dub. 27. sect. 5. subsect. 2.* Et probatur

5 Primò, quia etiam in tali casu Ecclesiasticorum
immunitas, & exemptio ex mente, intentionéque
concedentium absolutè, & in perpetuum Ecclesiæ
concessa, seu donata est; omnis autem donatio
6 communitati absolutè, & in perpetuum facta est
irreuocabilis. Vide Salonium *in 2. 2. q. 67. art. 1. con-
trou. 1. concl. 5.*

7 Secundò, quia concessa est in remunerationem
beneficiorum, quæ ab Ecclesia in Regna proue-
niunt, iuxta illud Cõstantij, & Cũstantis, *can. qua-
libet, 23. q. 8. Rempublicã augeri magis, orationibus &
officiis clericorum, quàm sudore, & labore corporis.* Qua-
propter neque propter ingratitudinẽ potest reuo-
cari; sicuti docent Suarez, Sanchez, Basilius Pon-
tius, quos citat, & sequitur Palaus *tom. 1. tract. 3.
disp. 4. punct. 31. § 1. n. 4.* Item Tiraquellus *in l. si
vnquam n. 13. Cod. de reuocandis donation.* Osascus
decis. Pedemontana 139. *n.* 28. Rolandus de Valle
*cons. 5. n. 12. & cons. 98 lib. 1. & cons. 76. n. 15. lib. 2. &
cons. 13. n. 61. lib. 3.* Aracius *de priuileg. iur. Ciuil. lib. 3.
cap. 8. n. 1.* Klocchius *cap. 16 sect. 1. n. 180.* Maulius
de homagio, tit. 9. num 210. Tapia *in l. fin. de Consti-
tut. Princip. 2. p. cap. 7. num. 42.* & Ioan. Antonius de
Saura *in voto Platoni, de examine propositionum, c. 9.*
8 vbi subdit, quod dicere, Principibus licere reuo-
care prærogatiuas, immunitates, & priuilegia Ec-
clesiæ concessa (si damnum aliquod ex eorundem
priuilegiorum continuatione, & conseruatione
sæculari politiæ sequatur) doctrina sit perniciosis-
sima; & meritò; quia sæcularis Politia est in infe-
riori ordine ad statum clericalem, & Ecclesiæ di- 9
gnitatem, vt omittam, quod ex hac (vt *suprà* dice-
batur) Principibus, & Regnis procedant omnia
bona, sicut & ex eius contemptu procedunt eis-
dem omnia mala.

Tertiò, quia repetere agros, & cæteras res, quæ 10
in honorem Dei oblatæ sunt, sacrilegium est, er-
go & reuocare immunitatem in honorem eius-
dem Dei concessam sacrilegium erit.

Quartò, quia Christianus orbis (à quo Principes
Christiani auctoritatem habent) in eam consensit;
ergo sicuti, quod semel consensu Regni alienatũ 11
est, non potest à Principe repeti; ita nec Ecclesia- 12
sticorum immunitas, & exemptio, quæ totius
Christiani orbis consensu concessa est, repeti po-
terit. Vide Sanch. *in opusc. to. 1 lib. 2. c. 4. dub. 55. n. 2.*

Quintò, quia Pontifices, & Concilia (quæ sunt 13
suprà Christianos Principes) dictã Ecclesiasticorũ
immunitatem, & exemptionem confirmarunt.

Sextò, quia saltem ius naturale diuinum dicta- 14
nit, esse illam Ecclesiasticis à Principibus conce-
dendam, sicuti naturali lumine concedendum sen-
serunt Reges Ægypti, *Genes. 47.* & Artaxerxes,
l. 1. Esdræ c. 7. Quapropter saltem ob hoc meritò
dixit Concil. Trident. *sess. 25. c. 20 de reform.* perso-
narum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordi-
natione, & Canonicis sanctionibus constitutam
esse. Vide etiam *c. quanquam de censibus, in 6. c. non
minus, extra de immun.* Concil. Lateran. sub Leon. X.
sess. 9 in Bulla reformationis Curiæ, §. 40. & eius-
dem Leonis X. Bullam 10. quæ incipit: *Regimini.*
Bullam 3. Vrbani VI. & Bullam Cœnæ; quæ iura
præter pœnas ab Imperialibus, & Canonicis san-
ctionibus in proscribentes, & violantes personam
Ecclesiasticam statutas (de quibus 11. *q. 1. & 17.
q. 4. c. si quis suadente, & tit. de foro compet.*) reddunt 15
eosdem infames, inhabiles ad placita, & consilia
nobilium, & priuant ipso facto omni honore, sicut
& eis auxilium in hoc præstantes, & scienter re-
ceptantes.

Septimò, quia cùm tale immunitatis priuile- 16
gium concessum sit non subditis, transit in con-
tractum, & sic reuocari non potest, iuxta regulam
legis *sicut ab initio, Cod. de actionib. & obligat.* & do-
cet gl. in Reg. *Decet concessum à Principe beneficium* 17
esse mansurum, de regulis iuris, in 6. quam commu-
niter recipiunt Canonistæ, & Iuristæ *in l. fin. Cod.
de legib. & constitution. Principum.* Item Innocentius
num. 6. Abb. *num. 23.* Felin. *num. 9. in cap. nouit, de
iudic. & in cap. suggestum, de decimis*, Imol. *in cap.
fin. num. 35. de solut.* Lapus *allegat. 100. num. 4.* Ab-
bas *consil. 32. & 45. lib. 1.* Romanus *consil. 147.
num. 5.* Cardin. *consil. 147. num 5.* Paulus de Castro
consil. 156 Barbat. *consil. 2. lib. 4.* Decius *consil. 407.
num. 18.* Gozadin. *consil. 5. num. 1.* Ripa *respons. 12.
num. 11. de diuers. rescript.* Afflictus *decis. 361. num. 9.*
Purpur. *consil. 580. num. 27.* Rimin. sen. *consil. 462.
num. 1.* Alexand. *consil. 101. num. 4.* Loffred. *cons. 38.
num. 27.* Rodericus Suar. *allegat. 8. num. 14.* Al-
phons. Montal. *super leges fori, leg. 8. tit. 22. lib. 3. col.
3. vers. Item nota*, Boss. *tit. de Princip. num. 15.* & Pe-
chius *tract. de iur. sistendi, cap. 12. num. 5.* quidquid in
contrarium sentire videatur Suusa *in Bull. Cœnæ,
cap 16. disp. 84. num. 9.*

Dices, Imperatores de facto sæpiùs immunitatis 18
priuile-

priuilegium reuocarunt, vt constat ex Gratiano *in c. omnes §. hæc si quis, 11. q. 1. & l. si quis Curialis. Cod. de Episcop. & cleric. l. neminem, Cod. de sacrosanctis Eccles. & authent. quas actiones, Cod. eodem.* Ergo.

Respōdetur cum Felino *in cap. Ecclesia de Constitutionibus*, & Valboa *in cap. 1. de foro compet. num. 11.* in dictis iuribus narrari factum, non tamen dici id iure factum esse. Adde (sicuti mox *infrà* dicetur) talia iura defectu potestatis, irrita, & nulla fuisse.

Instabis, saltem Imperatores poterunt illud, si non in totum, in parte reuocare, id est, minuere, restringere, vel limitare,

19 Respondetur, nego antecedens; quia quando quis priuilegium non potest reuocare, neque potest illud minuere, restringere, vel limitare, vt habetur in *l. quod de bonis, §. fin. ff. ad leg. Falcidiam,*
20 *& in l. si optio, ff qui, & à quibus de pactis*; & meritò: quia reuocare, & minuere, seu restringere; vel limitare pendent (sicuti docent Surdus *consil. 419. num. 45. & seqq.* Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 30. num. 12.* & Maulius *in tract. de homagio, tit. 9. num 113.*) ab eadem potestate. Et
21 ratio vlterius est; quia hoc ipso, quod Ecclesiæ priuilegium aliquod conceditur, reponitur illud inter bona, & iura Ecclesiastica; circa quæ (vtpotè extra sphæram) nullam potestatem habent seculares; & sic non possunt illud, non solum tollere, seu reuocare in totum, sed nec etiam minuere, restringere, seu limitare, aut legem aliquam, quæ in illius præiudicium cedat, ferre, & promulgare.

22 Et confirmatur; quia nullus, etiamsi sit Princeps supremus, potest minuere, vel quid disponere de priuilegiis, vel iuribus alterius Principis supremi vel cuiuscumque alterius personæ sibi non subditæ (à quocumque, vel quocumque iusto titulo illa habuerit, & possideat) Ergo à fortiori, non poterūt Principes seculares de priuilegiis, & iuribus Ecclesiæ quidquam, quod in eius præiudicium cedat, disponere. Quapropter omnis huiusmodi dispositio non solùm illicita, sed etiam defectu potestatis, nulla, & irrita erit; & vt talis declaratur *in Authent. Cassa, Cod. de sacrosanctis Eccles. & cap. nouerit, cap. grauem, de sent. excommun.* & multis aliis iuribus sub titulo *de immunit. Ecclesiarum. de foro compet. & de iudiciis.*

23 Reinstabis, res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur; ergo.

Respondetur, si res pendeat à sua causa in fieri, & conseruari; ita vt prorsus non mutetur status rerum, concedo. Si secus, (vt est in casu nostro, præsertim quia conceditur non subdito, & transit in superiorem statum) nego.

24 Vrgebis, ergo neque Pontifices poterunt in totum reuocare, vel minuere priuilegia (siue iurisdictionalia, siue non iurisdictionalia) Principibus secularibus (præsertim per modum concordiæ) concessa; quod est contra id, quod dicebamus *cit. dub. 27. sect. 11. & 13. cap. 5. dubitat. 14. sect. 9. & seqq.* cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Bonacinam *de legibus, disp. 1. quæst. 3. punct. 8. §. 3. num. 10.* Tannerum *in defens. Eccles. libert. lib. 2. cap. 17.* Dicastillum *de iust. & iur. lib. 2. tract. 1. disp. 4. dub. 18. n. 327. & 329.* Guinparum *de iure Pontif. defens. q. 5. c. 2. n. 6.* & Ant. Diana *p. 7. tract. 1. r. sol. 8.*

Respondetur, nego consequentiam; & disparitas est, prout *cit. dub. 27. sect. 12. & 13.* dicebatur & dicetur *cit. cap. 5. dub. 14. sect. 11.*

25 Reurgebis, Pontifices (cùm, licet non subdantur iuri positiuo; subdantur tamen iuri gentium, & diuino) tenentur stare contractui (etiam cum subditis) ergo priuilegia (præsertim per modum concordiæ) Principibus concessa, non poterunt validè, nedum licitè reuocare.

Respondetur, prout etiam *in cit. locis* dicebatur, & dicetur; præcipuè *cit. cap. 5. dubit. 14. sect. 12.*

SECTIO III.

An immunitas Ecclesiastica tolli, vel minui possit à Pontifice?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica (etiamsi non sit de iure diuino immediatè) neque ab ipso Pontifice tolli potest totaliter.*

2 *Immunitas Ecclesiastica, licet sit de iure diuino immediatè potest à Summo Pontifice pro varietate temporum, & occasionum restringi, & ampliari.*

3 *Summus Pontifex non potest tollere, quod rectæ gubernationi Ecclesiæ necessarium est; cum non sit ei data potestas in destructionem, sed in ædificationem.*

4 *Summus Pontifex non est Dominus absolutus bonorum suæ Sedis, & eorum, quæ à Principibus ipsi donata sunt. Vide plures auctoritates.*

5 *Summus Pontifex (licet sit de iure diuino immediatè) si non totaliter, saltem partialiter potest tollere immunitatem in causis vrgentissimis commune bonum Reipublicæ respicientibus. intellige tamen de nonnullis causis secundi generis.*

6 *Papa, quando non agitur de articulis fidei, potest reliquo iuri diuino dispensare.*

7 *Non is, qui iurisdictionem exercet, sed qui præcipit exercendam ius dicere videtur.*

8 *Papa, quod possit partialiter tollere immunitatem ad euitanda scandala, conuincit Christi exemplum.*

9 *Ad vitandum scandalum de facto multa, vel conceduntur, vel vetantur, vel permittuntur.*

10 *Scandalum, vt vitetur, debent etiam dimitti temporalia quædam, si tamen data opera scandalum patientium non procedat. vide diffusè nonnulla exempla relata.*

SEquitur secundò, quod immunitas neque ab ipso Pontifice (etiamsi similiter non sit de iure diuino immediatè) tolli possit totaliter, id 1
est, quoad omnes clericos, omnia loca, & omnes causas (licet possit, etiamsi sit de iure diuino im- 2
mediatè,) pro varietate temporum, & occasionum restringi, & ampliari, sicuti dicebam *cit. dubit. 27. sect. 8. subsect. 3. & sect. 12.* & dicam *cap. 5. dub. 12.*

quia

quia non potest Pontifex tollere, quod rectæ gubernationi Ecclesiæ necessarium est, cùm non sit ei
3 data potestas in destructionem, sed in ædificationem, tum quia Ecclesiasticorum exemptio iure diuino quodammodo, & Dei ordinatione fundata est, esto modus exemptionis Pontifici remissus
4 fuerit; tum quia Pontifex non est Dominus absolutus bonorum suæ sedis, & eorum, quæ à Principibus ipsi donata sunt; cùm donata principaliter sint Christo, & Pontifici vt Vicario Christi, & sic sedi, non autem personæ; & consequenter est solum dispensator prudens, & fidelis, non autem Dominus absolutus, vt pro suo arbitratu possit illa donare, vel alienare: atque ita tradit S. Gregor. Epist. 37. ad Natalem Episcopum lib. 2. ibi: *Quod verò dicitis nostris temporibus debere seruari, quæ à nostris prædecessoribus tradita, vel custodita sunt, absit hoc à me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam; quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo.* idem habetur *causa 25. q. 2. & 2. c. quæ ad perpetuam, c. sunt quidam, & c. 7. dict. q. 1.* vbi Zozimus Papa ait: *Contra statuta Patrum concedere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest authoritas: apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reuerentiam.* Ita etiam docent Grammaticus *decis. 61. n. 10.* Surdus *tom. 3. cons. 301. n. 53.* Vigianus *tract. de immun. Eccl. disp. 5.* & Couar. *c. 3. 4. & 6.* Farinac. *cit. q. 8. n. 4.* Suar. *in defens. fidei, lib. 4. de immunit. cap. 20. per totam,* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ in proœm. cap. 6.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 1. n. 2.* Diana *part. 1. tract. 2. resol. 2.* & dicebamus nos *cit. dubit. 27. sect. 8. subsect. 3. & sect. 12.* & dicemus *infrà cit. cap. 5. dubit. 14.*

5 Dixi, *quod dicta immunitas non possit neque ab ipso Pontifice tolli totaliter;* quia quod possit (etiamsi sit de iure diuino immediatè, sicuti *suprà* innuebamus) tolli partialiter; & sic quod possit Pontifex in certis vrgentissimis casibus, ex causis, quæ commune bonum, vel totius Christianæ reipublicæ, vel alicuius regni, vel prouinciæ respiciunt, nonnullas Ecclesiasticas secundi generis causas, certum genus clericorum, &c. Principibus secularibus ad tempus, vel ad semper (immunitate hac non refragante) subiicere, ac eis suam potestatem, quæ Ecclesiastica maneat, delegare; cùm huiusmodi delegationis, seu concessionis incapaces illi non sint, docet gl. *in cap. valde, distinct. 49.* & patet ex multis iuribus, quæ congerit Suar. *lib. 4. de immun. 2. par. argum. 6.* Aufrer. *de potest. seculari in Ecclesiast. regul. 1. fall. 12.* Gratus *cons. 61. n. 22 & 23.* Chach. *decis. 30. n. 16.* Thesaur. *decis. 31. n.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. eff. 5. num. 378 & seqq.* Menoch. *de retinend. poss. remed. 3. num. 35* Pacian. *cons. 116. & 117.* Sesse *in Epist. ad Regni n. 46 & 100. & de inhibit. cap. 8. § 3. n. 151. & seqq.* Nauarr. *cap. 27. n. 6.* Diana 1, *part. tract. 1. resol. 12* & dicebamus nos *lib. de parlament. cit. dubit. 27 sect. 8. subsect. 3. & sect. 12.* & dicemus infrà *cap. 5. dubit. 12.*

6 Et ratio pro nunc breuiter est; quia, cum non agatur de articulis fidei, potest Papa reliquo iuri diuino dispensare, glossa, Archidiac. Innocent. & alij Doctores communiter, quos citat, & sequitur Mattha *de iurisdict. part. 4. centur. 2. casu 62. num. 15.* & Curtellius *in C. Politico nota 36. ad leg. Martini, n. 4. fol. 535. & de immunit. Eccles. lib. 2.*
7 *q. 4. num. 21.* cum quia non is, qui iurisdictionē exercet, sed qui præcipit exercendam ius dicere videtur, *cap. vt famæ, 35. vers. cum non ipsi, de sent. excom. cap. audientiam, de præscript. & l. obuenire, ff. de verbor. signific.* facitque textus *in cap. aduersus, de immun. Eccl.*

Et quod possit id facere Pontifex ad vitandum 8
scandalum, conuincit Christi Domini exemplum, ad id datum, vt Pontifices faciant, sicut ipse fecit; qui, cùm Filius Dei esset, & ideò tributi liber, ad vitandum tamen scandalum, illud pro se tribui
volnit, *Matth. 17.* Quapropter de facto ad vitan- 9
dum scandalum ex dispensatione, multa vel conceduntur, vel vetantur, vel permittuntur, S. Th.
2. 2. q. 43. art. 7 & 8. vbi docet, deberi etiam tem- 10
poralia quædam dimitti, vt scandalum vitetur, si tamen data opera scandalum patientium non procedat, Alens. *2. 2. tit. de scandalo,* & Richard. *in 4. distinct. 38.*

Ex causa igitur, præsertim vrgenti, Pontifex id facere poterit, quin & tenebitur, quia, vt Iulius Pontifex ait Epist. 1. ad Episcopos Orientales, *Ei nec dissimulare licet nec tacere, cui maior cunctis Christianæ religionis zelus incumbit* Præsertim quia, vt in *c. nemo, dist. 83.* dicitur Sacerdotum quorumdam peruersæ actiones sunt, quæ magis Ecclesiæ nocent: vnde propter eorū auaritiam odia in Ecclesia oriri, ac consurgere, dixit Hieronymus relatus in *c. 23. diaconi, dist. 93.* Gregor. Papa *in Pastoral part. 1. cap. 2.* Turrecremat. *cit. c. nemo,* & Germon. *de sacr. immunit. lib. 3. cap. 12.* & satis ostendunt exempla Germaniæ, Britanniæ, & Scotiæ.

Hinc Leo IV. Pontifex Ludouico Pio Imperatori scribens, ad similia scandala vitanda de semetipso loquens, dicit: *Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem non seruauimus, vestro, ac vestrorum Missorum cuncta volumus emendare iudicio* & Innocent. III. *in cap. licet, de for. compet.* ait: *Ne, quod absit, inde sumatur materia scandali, vnde prouida debet consideratione sedari.* Et meritò; quia ad scandalum, & Ecclesiæ perturbationem vitandam, multa de iure suo Pontificem remittere, multa per concordiam leniter indulgere, multa deniquē dissimulare, prudentis officium, & optimi patris munus est.

Ex his Angliæ olim mores, & concordati Galliæ Hispaniæ, & Veneti Dominij casus, in quibus nonnullæ Clericorum causæ laicis potestatibus attribuuntur, non om[illegible] im[illegible]biliter à quibusdam Doctoribus sustinentur cum eos laici Principes non ex propria [illegible]state, sed ex Pontificum concessione, ac inter vtrumq; forum concordia, cog[illegible]oscant, & iudicent; & sic Pontificum supre[illegible]um ius, ac immunitas Ecclesiastica non euerti, sed potius firmari videatur; qua de re tamē quid sentiam, vide infrà *dubitat. 15 sect. 5. & capit. 5. dubit. 14. & lib. de Parlam. dubit. 4. sect. 19. subsect. 3. & 4. & dub. 27. sect. 11. 12.*

Cæterum an dicta immunitas renunciari possit ab ipsis Ecclesiasticis, dicam infrà *dubit. 14. & cit. cap. 5. dubit. 13*

SECTIO IV.
An Pontifex sit exemptus, & quomodo, & à quo.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex exemptus est à iurisdi-*

ctione Principum secularium, non solùm sicut alii Ecclesiastici, sed etiam immediatè ab ipsomet Christo Domino.

2. *Christus Dominus dixit Petrum exemptum esse à solutione tributorum, ex quo infertur etiam Pontificis exemptio.*
3. *Impossibilis est potestas Principis secularis in Pontificem, cum non possit contra voluntatem Pontificis executioni mandari.*
4. *Omnis Iurisdictio semper pendet ab ipso Pontifice, & sic semper potest ab eodem ea reuocari, & impediri.*

1 SEquitur tertiò, quod Pontifex exemptus sit à iurisdictione Principum secularium, non solum sicut alij Ecclesiastici, quod dubium non est (quia si iure diuino dictante, & ex potestate à Christo Domino accepta gubernandi Ecclesiam potest, & debet Pontifex eximere Ecclesiasticos à iurisdictione seculari, cum hæc exemptio rectæ gubernationi Ecclesiæ conuenientissima, & fortè necessaria sit, à fortiori, potest, & debet ab eadem eximere seipsum, ob maiorem ipsius dignitatem, & ob superiorem potestatem, quam in Principes seculares habet) sed etiam Immediatè ab ipsomet Christo
2 Domino; tum ex illo *Matth.* 17. vbi Petrum à solutione tributorum exemptum esse dixit: præcepit enim solui tributum pro se, & Petro, non quia debitum esset, sed ne scandalum generaretur; ex qua tributi exemptione infertur etiam Pontificis exemptio quoad fori iurisdictionem, vtpotè Pontifici minus decentem: tum ob supremam potestatem, quam habet in Principes seculares, illis dominandi, & gubernandi, quatenus rectæ gubernationi Ecclesiæ necessarium esse iudicauerit; quæ potestas excludit omninò, vt capi, & puniri à Principe seculari sibi subiecto possit, vtpotè quid tali supremæ potestati indecens, & indecorum; tum quia ex tali potestate potest Pontifex Principem secularem, ac ipsum capiat, & puniat, impedire, & quidquid ille in contrarium fecerit irritare; Quapropter impossibilis est potestas Principis secula-
3 ris in Pontificem, cùm non possit contra voluntatem Pontificis executioni mandari; & sic consequenter non potest Pontifex iurisdictioni alterius, quoad vim coactiuam se submittere, quia semper ab ipso Pontifice pendet omnis iurisdictio, & sic semper potest ab eodem ea reuocari, & impediri; Atq; ita docent Suarez *in defens. fidei lib* 4. *de immunit. Eccles. c.* 4. 5. 6. & 7. Molina *disput.* 31 *concl.* 4. & Curtellius *de imm Eccl. lib.* 2. *quæst.* 1 *num.* 35.

SECTIO V.

An immunitas Ecclesiastica potuerit, & debuerit introduci à Pontifice, & Concilio generali etiam inconsultis, & inuitis Principibus sæcularibus.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica à iurisdictione seculari tàm quoad onera, seu tributa, quàm quoad forum iudiciale Ecclesiasticum concessa etiamsi non sit de iure diuino immediatè, sed mediatè, à summo Pontifice introduci potuit, & debuit.*

2. *Summus Pontifex habet potestatem, & fortasse etiam speciale præceptum à Christo Domino introducendi dictam immunitatem, & exemptionem.*
3. *Summus Pontifex ratione finis supernaturalis habet potestatem indirectam in omnibus temporalibus.*
4. *Summus Pontifex ratione finis supernaturalis potest eximere fideles à dominio Principis infidelis.*

SEquitur quartò, quod immunitas, & exemptio à iurisdictione seculari, tam quoad onera, seu tributa, quàm quoad forum iudiciale Ecclesiasticis concessa (etiamsi similiter non sit de iure diuino immediatè, seu proximè, & complete, sed mediatè seu remotè, radicaliter, originaliter, primordialiter, initiatiuè, & incompletè, quatenus supposito iure diuino dictante, vel supposita ordinatione Christi, conueniens, & forsan necessarium erat, quod lege positiua introduceretur) à summo Pontifice, & Concilio generali etiam inconsultis, & inuitis Principibus secularibus, introduci potuerit, quin & debuerit, quia ex dictis supra, & *lib. de Parlamentis, dubit.* 7. *sect.* 5. *subsect.* 3. habet Summus Pontifex potestatem, & fortasse etiam speciale præceptum à Christo Domino illam introducendi; quin & habet in vniuersum potestatem statuendi, quidquid ad bonum spirituale Ecclesiæ, & Dei honorem videtur necessarium, vel valde expediens; & sic ratione finis supernaturalis habet potestatem indirectam in omnibus temporalibus; vt *cit. lib. de Parlamentis, dubit.* 4. *sect.* 21. *num.* 3. *& seqq.* dicebamus, citatis multis Doctoribus, quibus nunc addo S. Thomam *de Regim. Princip. lib.* 3. *& in* 2. 2. *q.* 10. S. Bonauenturam *lib. de Hier. Eccles. par.* 2. *c.* 1. Alexandrum de Ales 3. *par. q.* 40, *num.* 5. *& par.* 4. *q.* 10. Hugonem de S. Victore *de sacrament. lib.* 2. *p.* 2. *cap.* 4. Henricum de Gandauo *Quodlib.* 6. *q.* 23. Durandum *in lib. de origine seditionis, q.* 3 *ad* 3. *argum.* Caietanum *in Apolog. cap.* 13. Vvaldensem *lib.* 2. *doctrinæ fidei, art.* 3. *cap.* 7. Driedonem *de liber. Christ. lib.* 2. *cap.* 2. Sanderum *lib.* 2. *cap.* 4. Cordubam *lib.* 1. *q.* 57. & Antoninum Diana *part.* 7 *tractat.* 1. *§.* 12.

Confirmatur; quia potest summus Pontifex ratione finis supernaturalis eximere fideles à dominio Principis infidelis, ergo multò magis à dominio Principis fidelis. Consequentia patet; quia in subditos aribus facilius quis statuere potest in subditum, quàm in non subditum: antecedens est [illegible] 2. 2. *cit. q.* 10. *art.* 10. & probatur ex iis, [illegible] *dubit.* 4. *sect.* 21. *subsect.* 3. diffusè dice-

Atque ita (quod scilicet immunitas Ecclesiasticorum etiamsi non sit de iure diuino immediatè, sed mediatè, à Pontifice, & Concilio generali etiam inconsultis, & inuitis Principibus secularibus introduci potuerit, quin & debuerit) docent contra Robardeum *de cauendo schismate sect.* 2. *num.* 3. communiter Doctores, & dicebamus nos etiam *cit. lib. de Parlamentis, Dubit.* 27. *sect.* 5. *subsect.* 3. citatis

tis innumeris Doctoribus, quibus nunc addo Innocentium *in cap.2.de maior. & obedient.* & omnes *ferè* Canonistas *in cit. cap. 2. de maior. & obedient.* & *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constitutionibus*, Victoriam *relect. 1. de potest. Ecclesiæ, num.* 5. Henriquez *lib.7.cap.* 14. Azorium *part. 3. libro 5.cap. 19. quæst.2.* Tannerum *in Apolog. de immunit. Ecclesi. libro 1.cap 19* Nauarrum *in cap. nouit, de iudiciis notab.* 6. Comitolum *in Respons. moral. lib. 1. quæst.* 93. Angelum Sermarinum *in in confutat. 2. tractatuum, propos. 5. fol.* 125. Dieudonem *libro 1. de libert. Christ. cap.* 9. Lessium *de iust. & iur. lib.2. cap.* 33. *dub.* 2. Baldellum *tom* 1. *lib.5. disp.* 35. *num.* 18. Molinam *de iust. tom.* 1. *tract. 2. disp.* 31. Valentiam *tom 3.disp.9. quæst.5. punct.*4. Salas *de legibus, disp.14 sect.* 11. *num.*121. Bannez *in 2.2.quæst.67.art.1.concl.*3. Salonium *ibidem, controuers. 1. concl.* 5. Castrum Palaum, *tom. 2.tract.12.disp. unic. punct. 1. num.* 5. Dicastillum *de iust.lib. 2. tract.* 20. *disp.* 4. *dub.* 6. *num.* 110. Cardinalem de Lugo *de iust. & iur.tom. 2. disp.*36. *sect.* 7. *num.*161. Curtellium *de immun. Eccles. lib. 2.num.*11. & 18. Tamburinum *de iure abbatum, tom. 1. disp.15. q.* 20. *num.* 7. Beltranum de Gueuara *in propugnaculo libert. Eccles. Assert.1.§.7.num.*35. Maynardum *de priuilegiis Eccles. part. 2. art.* 16. Adolphum Schulkenium *in Apolog. pro Cardinali Bellarmino, cap.* 5. *num.* 71. Petrum Gonzalez *de lege Politica lib.1.cap.3.num.*8. Petrum de Vries *ad Ritum* 235. *Miss. Rom. part. 1. Prel. 2. num.* 53. & 54. Alphonsum de Leone *de officio, & potest. Confessor. Recollect* 11. *num.* 704. Germonium *de sacr. immunit. lib.3.cap.15.n.*37. Io. Pedrezzanum *in Respons. ad Venetos, propos* 4. §.11. Fagnanum *de iust. Censur. Pauli V. part. 1. fol.* 11. Lælium Baglionem *in Apolog. contra Paulum Venetum, propos.* 12. Rebuffum *in Rubrica de protect. Concordat. §. Nec obstat*, & Aufrerium *de offic. Ordin. q. 1. num.* 1. & 4. apud Antoninum Diana *part.7.tract.1.resol* 12.

SECTIO VI.

Difficultates contra dubitationis resolutionem, earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Couarruuias reprehenditur quod nimis contra Iurisdictionem & immunitatem Ecclesiasticam indulserit Principibus secularibus.*

2 *Auctoritas S. Gregorij in Epist. 31. lib. 4. declaratur, neque esse contra Immunitatem Ecclesiasticam ostenditur.*

3 *Innocentius IV. in cap. 2. de maiorit. & obedient. ostenditur non esse contrarius Immunitati.*

4 *Immunitas Ecclesiastica in sententia S. Thomæ non tantùm est ex priuilegio Principum Temporalium, sed etiã ex iure Diuino naturali, seu de iure positiuo iure Diuino naturali dictante.*

5 *Auctoritas Doctorum est potius quod*
6 *Immunitas sit de iure Diuino, quamè contra, seu quod sit de iure positiuo iure Diuino naturali dictante secundum aliquos.*

7 *Immunitas Ecclesiastica quod saltem sit de iure positiuo Canonico primario, non autem de iure Ciuili Imperatorum referunt multi Doctores.*

8 *Tempore primitiuæ Ecclesiæ, & sic antequam Imperatores concessérint, Episcopus habebat suum Tribunal, & iudicabat subditos suos Ecclesiasticos.*

9 *Tempore nascentis Ecclesiæ Imperatores fuerunt Infideles.*

10 *Tempore Imperatorum. Infidelium potuit Ecclesia & potest etiam nunc eximere subditos suos Ecclesiasticos à potestate, & iurisdictione Principium secularium infidelium.*

11 *Doctores dicentes immunitatem Ecclesiasticam esse de iure positiuo Ciuili intelligendi sunt de iure positiuo Ciuili explicante, seu confirmante, non autem instituente, seu concedente.*

12 *Salomon deponit à Sacerdotio Sacerdotem Abiathar de facto, non autem de iure, & dato quod fecerit de iure non fecit vt rex; sed vt Propheta, & Diuinæ iustitiæ executor cum in textu legatur Salomonamouisse Abiathar Sacerdotem, vt adimpleretur sermo Domini.*

13 *Iosias Rex occidit multos Sacerdotes, sed Sacerdotes Idolorum.*

14 *Ioas Rex fuit impius Idololatra, & acerrimus Tyrannus, & ideo non mirum quod Pontificem, & Leuitas coegerit ad præstandum debitũ, seu potius admonuit quàm coegit adadimplendum debitum in templi reparationẽ.*

15 *Non valet argumentum à veteri lege ad nouam quoad exercitium Iurisdictionis*

16 *Assignatur differentia inter sacerdotes veteris & nouæ legis,*

17 *Leges Imperatoriæ circa Immunitatem Ecclesiasticam non sunt institutoria, sed subsidiaria, confirmatoria, & declaratoria, adiutoria, seu executiua.*

18 *Imperatores eximentes Ecclesiasticos à potestate, & iurisdictione laicali, non concesserunt nouum priuilegium, sed solum per hoc recesserunt ab errore veterum legum.*

19 *Leges Ciuiles imperatoriæ, quaecunque sint institutoria, seu concessiuæ vel latæ sunt Pontificia auctoritate vel nulla sunt.*

20 *Leges Ciuiles imperatoriæ si de Personis, vel Bonis Ecclesiasticis expressè loquuntur, defectu iurisdictionis etiam si à Pontificè non approbentur, nulla sunt.*

21 *Amplia licet sit ex iusta causa, & priuilegia non lædant, & personas Ecclesiasticas non ligent, quia requi-*

 riunt,

ritur Potestas in ferente legem?

22. *Leges Caroli Magni, & alterum Regum, vel à sede Apostolica auctorizatæ fuerunt, vel alioquin nullæ sunt.*

23. *Idem dic de Constantino, Theodosio, aliisque Imperatoribus, qui in causis Ecclesiasticorum se immiscuerunt.*

24. *In Regnis Hispaniarum & Galliæ dantur Clericorum delicta communia vtrique foro ob priuilegium summorum Pontificum, sed an sit, & talis vsus sit validus, caueant qui id affirmant.*

25. *Paulus Venetus, Barclaius, & Rabardeus reprehenduntur.*

26. *Principes seculares non ideo in Clericos habent iurisdictionem, quia in iure excipiuntur quadam delicta Clericorum de quibus ipsi cognoscere possunt.*

27. *Iudices Ecclesiastici etiam in delictis exceptis sunt Iudices, laici verò Iudices sunt solùm executores pœnarum; vel dato, id exerceant, id efficiunt auctoritate Summi Pontificis.*

OBiicies primò, Couarrunias *lib.1. var. cap.* 31. sentit, quod immunitas, & exemptio à iurisdictione, & potestate Principum secularium Ecclesiasticis concessa, merè sit de iure positiuo ciuili, scilicet ex benignitate, & largitate ipsorum Principum secularium, ergo.

1 Respondetur, transeat antecedens; at hoc mouere non debet virum aliquem cordatum; cùm ei obstent loca Testamenti, iam veteris, quàm noui; Concilia, Pontificum decreta, Rotæ decisiones, & communissima sententia Doctorum; & cùm Couar. in iis, quæ pertinent ad iurisdictionem, immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, contra Ecclesiam in fauorem Principum secularium, Canones sacros patum attendendo, plerumque locutus sit; sicuti rectè notarunt Cardinalis Bellarminus *in Respons. ad Epistolam cuiusdam Theologi*, Tannerus *in defens. libert. Eccles. lib.* 2. *c.* 16. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 4. & alij complures, quos *lib. de parlamentis, dubit.* 4. *&* 27. referebam.

2 Obiicies secundò, idem sentire videtur S. Gregorius Papa; cùm *in Epistola* 31. *lib.* 4. scribens ad Mauritium Imperatorem dicat, se illum debere Sacerdotibus dominari, vt debitam iis reuerentiam impendat; ex quibus verbis clarè colligitur, quod ad mentem ipsius S. Gregorij Papæ, sacerdotes iurisdictioni Principum secularium subderentur, nisi gratia, & priuilegio illorum essent exempti.

Respondetur, nego antecedens; quia (cùm ibi S. Gregorius Papa inter Sacerdotes, vt ex contextu apparet, loquatur etiam de se ipso) sequeretur, etiam summum Pontificem iurisdictioni Principum secularium subdi, quod dicere impium est, & ex iis, quæ *suprà*, dicebantur, omninò falsum; tum quia ibi S. Gregorius Papa asserit, Imperatorem debere Sacerdotibus reuerentiam impendere, quod inferioris est, non superioris. Quapropter dicendum, quod S. Gregorius Papa ex humilitate ibi loquatur; & Mauritio Imperatori (cùm tyrannicè administraret) ad vitandum maius Ecclesiæ damnum subdat se, & Sacerdotes, non de iure, sed de facto; quomodo Christus subdidit se Pilato, & tributum petentibus; & quomodo etiam Paulus subdidit se Cæsari, Cæsarem appellando; sicuti *suprà* dicebam, & docent Card. Bellarminus *lib.* 2. *de Romano Pontif. cap.* 28 Card. Baronius *to.* 8. *anno* 593. & Gretserus *in Controuersiis pro defensione Bellarmini, tom.* 2. *lib* 8. *cap.* 28. *& contra Theologos Venetos, lib* 3 *consid.* 1. Quod inde confirmatur; quia idem Gregorius Papa ex *Psal.* 4. ait, Mauritium, dum aduersum Dei Sacerdotes Regiam potestatem exerceret, inter Imperatores habendum non esse, sed Neroni, & Diocletiano comparandum.

Obiicies tertiò: Idem sentire videtur Innocentius IV. cùm *in cap.* 2. *de maiorit. & obedient.* dicat: *Quis eximit clericos de iure Imperatoris, cùm prius ei subessent? Respondetur, quod Papa consentiente Imperatore*; sic ille, ergo. 3

Respondetur (quamuis Innocentius loquatur ibi, non vt Pontifex, sed vt Doctor) nego antecedens; quia statim subdit: *Sed hi non plenè eximunt; vnde dicimus, quod exempti sunt à Deo. Vel dic, quod Papa, etiam sine consensu Imperatoris, eos potuit eximere per suas Constitutiones; quia, cùm clerici spirituales res sint, & ex toto corpus suum, & animam dederint in seruitium & sortem Christi, per consequens Papa iudicio, & constitutionibus subsunt*; Quapropter retorquetur argumentum; & meritò Innocentium pro nostra sententia allegat Panormit. *in cap. nimis, de iureiurando*. Bellarminus *de exempt. clericor. cap.* 1. *in fin.* Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *q.* 1. Tannerus *in Apolog. de immunitat. Eccles. lib.* 1. *cap.* 17. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *q.* 18. *num.* 6. Fagnanus *de iustitia Censur. Pauli V. fol.* 8. Michaël de Molino *in Reper. For Regni Aragon. lit. C. ver. Clericus, num* 84 Diana *par.* 7. *tract.* 1. *resol.* 6. & nos *lib. de parlamentis, dubit.* 27. *sect.* 4 *subsect.* 4. vide quæ ibi dicebamus.

Obiicies quartò, idem sentire videtur S. Th. cùm *in lect.* 1. *cap.* 13. *ad Rom.* doceat, Ecclesiasticos exemptos esse ex priuilegio Principum secularium, ergo. 4

Respondetur, nego antecedens; quia licèt dicat, eos exemptos esse ex priuilegio Principum secularium, statim subdit, quod & id æquitatem naturalem habeat; & sic quod exempti sint etiam de iure diuino naturali, seu de iure positiuo, iure diuino naturali dictante. Vide Bellarminum, & Tannerum *in locis supra cit.* Maynardum *de priuil. Eccles. part.* 2. *art.* 15. *num.* 16. Angelum Sermarinum *in confutat. duorum tractatuum, propos.* 1. *fol.* 31. Vide etiam Ioan. Antonium Bouium *in Respons. ad considerat. Pauli Seruitæ, part.* 4. *argum.* 1. Stephanum Barberium *in confutat. contra M. Fulgentium part.* 4. *numer.* 8. & Antoninum Diana *part.* 7. *tract.* 1. *resolut* 6. qui & aduertunt, S. Thomam *lib.* 3. *de Regim. Principum, cap.* 10. asserere, quod Ecclesiastici exempti sint de iure diuino; quod intellige, mediatè, id est, de iure positiuo, iure diuino dictante, vt *supra* dicebamus; ne talis, & tantus Doctor sibi non congruere, sed contradicere, dicatur.

Obiicies quintò, idem sentire videntur Caietanus *ver. Excommunicatio, cap.* 31. *&* 37. Franc. Victoria *Relect. de potest. Ecclesiæ sub fin.* Molina, Palatius, Ioan. Medina *Cod. de restit. q.* 15. Sot. *in* 4. *distinct.* 25. *q.* 2. *art.* 2. Nauar. *cap.* 17. *num.* 119. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 4. *num.* 28. Castrus Palaus *tract.* 12. *disput. vnic. punct.* 1,

punct. 1. Salas *de legib. disp.* 14. *sect.* 11. *num.* 121.
Gaspar Hurta. *de iust. & iur. disp.* 14. *diffic.* 13. Ami-
cus *tom.* 5. *de iust. disp.* 9. *sect.* 5. *num.* 140. Baldellus
in Theol. moral. lib 5. *disputat.* 35. *numer.* 17. & alij
quos citabam *cit. dubitat.* 27. *sect.* 5. *subsect.* 2.
in fin. Item Alciatus, Petrus de Ferraria, &
Molinæus, quos citat, & sequitur Rabar-
deus *de cauendo schismate, sect.* 2. *fol.* 16. *& sequen-
tibus*, ergo.

Respondetur; nego antecedens; nam ex his
aliqui (inter quos præcipuè Alciatus *in cap. cùm
non ab homine, num.* 2. *de iudic.*) expresè sentiunt
oppositum, esse scilicet Ecclesiasticorum im-
munitatem, & exemptionem de iure diuino;
Quapropter Alciatum pro nostra sententia me-
ritò nos supra adducebamus, & adducunt etiam
Barsatus *consil.* 42. *num.* 2. *volum.* 1. Torreblan-
ca *in pract. iur. spir. lib.* 15. *cap.* 2. *num.* 18. & Ser-
marinus *in confutat. duorum tractatuum propos.* 1.
6 Alij verò (inter quos Caietan. Victoria, Molina,
Palatius, Medina, Nauar. Less. Salas, Gaspar Hur-
tad. Amicus, Baldellus, & Castrus Palaus) sentiunt
quidem, illam esse de iure positiuo, sed de iure
positiuo, iure diuino dictante (vno ex iis tribus
7 modis; quos supradicebamus) & esse saltem pri-
mariò de iure positiuo Canonico Pontificum,
non autem de iure positiuo ciuili Imperatorum;
idque tum propter multa decreta Conciliorum,
& Pontificum, quæ primariò ante omnes leges
Imperatorias illam instituerunt, & concesserunt
(vt videre est apud Diana *part.* 7. *tractat.* 1. *resol.* 7.)
tum propter illud Pauli *Epist.* 1. *ad Timoth. cap.* 5.
vbi ait: *Aduersus Presbyteros accusationem noli re-*
8 *cipere, nisi sub duobus, vel tribus testibus.* Ex qui-
bus verbis clarè colligitur, quod tempore primi-
tiuæ Ecclesiæ, & initio nascentis Ecclesiæ, & sic
antequam Imperatores concesserint, Episcopus
habuerit suum tribunal, & iudicarit subditos
9 suos Ecclesiasticos. Neque obstat, quod tempo-
re nascentis Ecclesiæ Imperatores fuerint infi-
10 deles: nam etiam tempore Imperatorum infide-
lium, potuit Ecclesia, & potest etiam nunc, exi-
mere subditos suos Ecclesiasticos à potestate, &
iurisdictione Principum secularium infidelium.
Vide Suar. *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 11. *nu-
mer.* 16. Salas *de legib. disput.* 14. *sect.* 12. *numer.* 10.
Cardinalem de Lugo *de iust. tom.* 2. *disput.* 36.
sect. 7. *numer.* 9. Tannerum *in defens. libert. Ec-
cles. lib.* 1. *cap.* 14. Comitolum *lib.* 1. *q.* 93. Ray-
mundum Rufum *in Apolog. contra Molineum, fol.*
587. *& seqq.* Gretserum *in consid. lib.* 2. *consid.* 8.
in fin. & Valboam *tom.* 2. *ad c.* 2. *de iudicus, num.* 39.
Cæterum si qui ex Doctoribus in argumento ad-
11 ductis, dicant immunitatem Ecclesiasticam esse
de iure positiuo ciuili, intelligendi sunt (vt
mox infrà dicemus) loqui de iure positiuo ciuili
explicante, seu confirmante, non autem insti-
tuente, seu concedente. Quod si tandem ex iis
aliqui fortè reuera velint, esse illam de iure posi-
tiuo ciuili instituente, audiendi non sunt; cùm
clarè contra ipsos sint in oppositum præter ra-
tiones loca scripturæ veteris, & nouæ; Conci-
lia, Pontificum decreta, sacræ Rotæ Romanæ de-
cisiones, & torrens infinitus Doctorum, vt supra
videbatur.
12 Obiicies sextò, Salomon deposuit à Sacerdo-
tio Sacerdotem Abiathar, substituto loco illius
altero, scilicet Sadoch, 3. *Reg.* 2. Item Iosias
Rex occidit multos Sacerdotes, 4. *Reg.* 23. &
Ioas Rex coëgit Pontificem, & Leuitas ad im-
plendum debitum, 2. *Paralip.* 24. &c. Ergo signum
est, quod etiam Reges nostri temporis exercere
possint iurisdictionem in sacerdotes; & conse-
quenter, quod istorum immunitas, & exemptio à
iurisdictione, & potestate Principum secularium
non sit de iure diuino, sed tantùm de iure positi-
uo ciuili, scilicet ex benignitate, & largitate ipso-
rum Principum secularium.

Respondetur, distinguo antecedens: Salomon
deposuit à Sacerdotio sacerdotem Abiathar, sub-
stituto loco illius altero, scilicet Sadoch; de facto
(sicuti de facto Razias gladio, & præcipitio se-
ipsum occidit; & de facto Saul sacerdotes Domi-
ni; Abimelech septuaginta fratres; Athalia semen
Regium, & alij alios occiderunt) concedo: de iu-
re, nego; quia id non legimus in scriptura; & ex
alio capite (vt rectè obseruauit Acacius *de priuile-
giis, lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 19. & Becanus *in Man. contr.
lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 39. *& seqq.*) non quidquid fa-
ciunt Principes, iure faciunt.

Respondetur secundò; dato, Salomon id fe-
cerit de iure; iterum distinguo: fecit vt Rex, ne-
go; fecit vt Propheta, & diuinæ iustitiæ execu-
tor (cum in textu legatur, Salomon amonisse
Abiathar Sacerdotem, vt adimpleretur sermo Do-
mini) concedo. Vide Turrecrem. *in summa Eccles.
lib.* 2. *cap.* 95. Sermarinum *in confutat duorum tra-
ctatuum, proposit.* 5. Comitolum *in tractat. Apolog.
cap.* 5. *memb.* 3. *num.* 21. Duardum *in Bull. Cœna,
lib.* 2. *can.* 15. *q.* 18. *num.* 31. Bellarminum *de Ro-
mano Pontifice, lib.* 2. *cap.* 29. Bellettum *in disquis.
cleric. part.* 1. *tit.* 3. *§.* 1. *num.* 30. Bozzium *de tem-
porali Ecclesiæ monarchia, lib.* 5. *cap.* 16. Seruantium
in defens. immunit. propos. 5. *fol.* 62. Paulum Do-
natum *in tract. de modo eligendi ministros Ecclesiæ,
cap.* 6. Gretserum *in considerat. contra Theologos
Venetos, lib.* 2. *cons.* 1. Puetonum *de Regular. Ari-
stocratia, tom.* 2. *cap.* 12. *num.* 55. Maynardum *de
priuilegiis Eccles. part.* 2. *conclus.* 2. Theologos
Religionis Seruorum *in defens. Censurarum Pau-
li V. cap.* 8. *ad* 3. *Argum.* Franciscum à sancta
Clara *in Apologia Episcoporum, cap.* 7. *fol.* 313.
Bouium *in Respons. ad Paulum Seruitam, part.* 2.
argum. 6. & Antoninum Diana *part.* 7. *tractat.* 1.
resol. 13. Eodem modo responderi potest ad alia
suprà adducta, & similia aliorum Regum facta.
Adde, quod Iosias Rex occidit quidem multos 13
Sacerdotes, sed Sacerdotes idolorum. Et Ioas 14
Rex, non mirum, quod Pontificem, & Leuitas
coëgerit ad præstandum debitum; quia fuit im-
pius idololatra, & acerrimus tyrannus; etsi di-
ci possit, quod quoad hoc rectè fecerit; quia
reuera non coëgit Pontificem, & Leuitas ad
implendum debitum; sed, sciens negligentiam
Leuitarum circa præceptum Moysis, tantum mo-
nuit Pontificem, vt quod suum erat, ipse illos
cogeret ad implendum debitum, scilicet in repa-
rationem Templi; cùm sic legatur in cit. 2. Para-
lip. 24. *Vocauitque Rex Ioiadam, & dixit ei: Quarè
tibi non fuit curæ, vt cogeres Leuitas inferre de Iu-
da, & de Ierusalem pecuniam, quæ constituta est à
Moyse seruo Domini, vt inferret eam omnis multi-
tudo filiorum Israel in tabernaculum testimonii?* Vi-
de Puetonum, & Bouium *in locis supra cit.* & Ste-
phanum Valentinum, *lib. de potestat. Rom. Ponti-
ficis, cap.* 11.

Respondetur tertiò; dato, & non concesso, 15
Reges in veteri Lege de iure potuerint iuris-
dictionem exercere in Sacerdotes illius legis, 16
non tamen hinc sequitur, quod de iure possint

etiam iurisdictionem exercere in Sacerdotes no-
16 uæ legis; quia inter hos, & illos Sacerdotes differentia maxima est: quandoqoidem Sacerdotium veteris legis licet esset ordinatum ad diuinum cultum, & esset figura Sacerdotij nouæ legis, tamen erat carnale, & per carnalem propagationem continuabatur; & sic non mirum, si quà carnale, seu terrenum erat (præsertim quia terrena erat summa potestas, & terrena erat promissio) carnali, seu terrenæ Regiæ potestati subiiceretur. At Sacerdotium nouæ legis est spirituale, & promissio est spiritualis; & sic non est, cur Sacerdotes nouæ legis etiam similiter Regibus subiiciantur. Vide Turrecrem. *in summa de Ecclesia, lib. 2. cap. 96 vers. vsque ad quartam de Sacerdotio*, Aluar. *de planctu Ecclesiæ, lib. 1. cap. 59. vers. ad id, quod obiicitur quartò*, & Duuallum *tractat. de Summo Pontifice, part. 3. quæst. 2.*

Obiicies septimò, Imperatores de facto in multis suis legibus ciuilibus concedunt Ecclesiasticis immunitatem, & exemptionem à laica iurisdictione, & potestate; ergo signum est, quod talis immunitas, & exemptio sit de iure positiuo ciuili; scilicet ex benignitate, & priuilegio Principum secularium.

17 Respondetur, distinguo antecedens; ita vt tales leges ciuiles Imperatoriæ sint institutoriæ, seu concessiuæ, id est, de nouo immunitatem, & exemptionem Ecclesiasticam instituant, & concedant, nego. Ita vt sint subsidiariæ, confirmatoriæ, declaratoriæ, adiutoriæ, seu executiuæ (id est, immunitatẽ, & exemptionem, quæ Ecclesiasticis iure diuino, & Pontificio concessa erat, confirment, declarent, adiuuent, stabiliant, seu exequantur; ad eum modum, quo leges Imperatoriæ etiam decernunt de summa Trinitate, & fide Catholica; de reuerentia debita Episcopis; de subiectione subditorum ad Superiores; de furtis, adulteriis, homicidiis, blasphemiis, &c. non committendis; quæ tamen, cùm clarè sint de iure diuino, clarè non sunt de iure positiuo instituente, seu concedente, vel prohibente, sed solùm confirmante, declarante, adiuuante, seu exequente) concedo. Vide Surdum *cons. 396. num. 19. vol. 3.* Comitolum *in Respons. Mor. lib. 1. q. 93. & in tract. Apploget. cap. 5. membr. 3. fol. 144.* Belletum *part. 1. tit. de fauor. cler. personali, §. 1. n. 25.* (vbi citat Abbatem, Felinum, Barbatiam, & Alexandrum de Heno) Ferdinandum de Bastidia *part. 2. argum. 57.* Gretserum *lib. 2. considerat. 8.* Seruantium *in defens. libert. Eccles. propos. 5. ad 9. argum.* Bouium *part. 4. ad 8. argum.* Martinum Magerum *cap. 17. num. 190.* Philippum Maynarduio *de priuileg. Eccles. part. 2. art. 12. num. 13.* (vbi citat Baldum *in authent. Statuimus, in princip. Cod. de Episc. & cler.* Alexand. *consil. 8. num. 1. vol. 1.* & Beltran. *consil. 182. num. 36. vol. 2.*) S. Rotam Romanam *in vna Albensi Gabella die 28. Iunij* 1630. Christophorum Besoldum *in synopsi Politicæ doctrinæ lib. 1. cap. 2. num. 8.* & Antoninum Diana *part 7. tract. 1. resol. 8.* qui propterea omnes dicunt, & rectè, quod licet Imperatores exeme-
18 rint Ecclesiasticos à potestate, & iurisdictione laicali, per hoc non concesserint nouum priuilegium, sed solum recesserint ab errore veterum legum (cùm nunquam à principio Ecclesiastici fuerint sub potestate, & iurisdictione laicali) & sic quod tales exemptiones, & prohibitiones sint potius declaratoriæ, quàm de nouo promulgatoriæ; cùm & antea Ecclesiastici à tali subiectione fuerint immunes; quod de exemptionibus, & prohibitionibus factis à Pontificibus etiam docent gloss. *in cap. si Imperator, dist. 96.* teste Nauarro *in cap. nouit, de iudiciis, notab. 6. num. 30.* Felinus *in cap. 2. num. . de maiorit. & obedient.* Card. Alb. *de potestate Papæ, 3. part. n. 5 t.* Villalob. *in communibus opin. versic. clericus, numer. 69.* Stephan. Affr. *in Clemen. vt (lericorum, numer. 59. de offic. ordin.* Arnal. Albert. *in Repet. cap. quoniam contra, q. 11. num. 79. de hæreticis in 6.* Roland. *consil. 4. in causa Inquisitionis, num. 7. volum. 1.* Riminal. Iunior *in cap. quæ in Ecclesiarum, numer. 54. de constitut.* Tuschus *ver. Clericus, numer. 2. volum. 1.* Marca *de libert. Eccles. lib. 1. cap. 8. num. 3.* Turrecremata *in summa Eccles. lib. 2. cap. 41.* Bernardus Iustus *in defens. libert. Eccl. fol. 30.* Thomas Bozius *de iure status, lib. 5. cap. 1. ad fin.* Diana & Maynardus *in locis supra cit.*

Cæterùm, si quæ leges ciuiles Imperatoriæ in 19
ff. Cod. Authentic. Nouellis, &c. sint institutoriæ, seu concessiuæ, dicendum est, vel quod ex auctoritate Pontificis latæ fuerint; vt ex factis Constantini, Theodosij, Marciani, Iustiniani, & aliorum Imperatorum colligi videtur, teste Stephano Valentino *lib. de potestate coactiua Romani Pontificis, cap 11. in fin.* Hurtado de Mendoça *tom. 2. de fide, disp. 34. sect. 9. §. 100.* Baronio *tom. 7. anno 528.* Iulio Rosso *in Responsione ad M. A. Capellum, par. 2. cap. 38.* Dominico Ansosso *de sacris Reliquiis, §. 2. num. 38.* vide etiam Ioan. Andr. *in cap. non minus*, & *ibi* Abb *num. 18. de immunit. Eccles.* Archidiaconum *in cap. quo iure numer. 18. dist. 8.* Felinum *in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 40* & *ibi* etiam Abb. *numer. 14. & 15.* & Anton. de Burg. *num. 194. & seq. de constit.* S. Rotam Romanam *in vna Ostiensis Canonicatus die 1. Decembr. 1595.* coram Pegna, vbi idem definit. Cabde. *cons. 2. stat. Perusino, num. 3. vers. ratio, quia lege de cens.* & Beto. *consil. 31. num. 2 2. vol.* Vel quod alioquin nullæ sint, non solum quia per multa decreta Canonica (quin & per Constitutionem etiam Friderici, vt *in dicta Authent. Statuimus*, aduertit gl.) reuocatæ sunt; sed etiam quia à principio defectu iurisdictionis contra ius diuinum, & Canonicum, & etiam contra antiquorum Imperatorum concessiones (vt constat ex Constantino *in l. 7. Cod. de Episcopis, & clericis*) latæ fuerunt; Atque ita præter Doctores supra citatos docene Iulius Clarus *in §. Emphyteusis, q. 28. num. 6.* vbi testatur de communi, Tannerus *in Apolog. de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 13.* Bellarminus de potestate Pontificis contra Barclaium, *cap. 34.* Gratianus *in disceptat. forens. tom. 1. cap. 164. numer. 12.* Seruantius *in defens. immunitat. Eccles. propos. 1. fol. 18.* Layman *lib. 4. tractat. 9. cap. 3. num. 2.* Ascanius Torrius *in Apolog. pro libert. Eccles. ad Gallofrancum, fol. 40.* Valboa *tom. 2. ad cap. 2. de iudiciis, numer. 45.* Dominicus Ansossius *de sacr. reliq. §. 2. numer. 41.* Rossus *in Responsione ad M. A. Cappellum, part. 2. cap. 38.* Moditios *in §. lex est, dub. 22. numer. 2.* Gretsetus *lib. 2. considerat. 13.* Fagnanus *de iustitia censurar. Pauli V. part. 4. fol. 16.* & Beltran. de Gueuara *in propugn. libertat. Eccles. Assert. 2. §. 7. num. 24.*

Quin addo, quod illæ (si de personis, vel bo- 20
nis Ecclesiasticis expressè loquantur) defectu iurisdictionis etiam (si à Pontifice oon approbentur) nullæ sint, quamois tendant ad commodum Ecclesiarum, & personarum Ecclesiastica-

rom

rum, ex text. *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut.* & docent Ioan. Andr. *in cap. non minus,& ibi* Abb. *num.20. de immunitat. Eccles.* Felin. *num.80. prima est, de constitut.* Bero *in consil.* 31. *numer.*22. *&* 24 *volum.* 1. vbi testatur de communi, Odd. *consil.* 44. *numer.* 13. Surdus *in consil.* 2. *numer.* 15. *vol.* 1. *& consil.* 501. *num.* 14 *&* 24. *vol.* 3. Riminald. Sen. *consil.* 218. *num.* 8. *vol.* 1. Becc. *consil.* 3. *num.* 60. Menoch. *consil.* 91. *num.* 25. *vol.* 3. & Tusch. *in conclus.* 12. *ver. Ecclesia, num.* 18. *& concl.* 13. *num.* 29. *volum.* 3. & nos dicemus *cap.* 8. *dubit.* 1. & dicebamus *lib. de palamentis dubit.* 30. *sect.* 24.

21 Addo etiam, quod quamuis ex causa licita, & honesta latæ fuerint, & Ecclesiæ priuilegia non lædant; Ecclesias, personasque Ecclesiasticas non ligent; quia vt lex, vel statutum subsistat, & Ecclesias, personasque Ecclesiasticas liget, non sufficit in lege, vel statuto esse iustam causam, sed etiam requiritur in legem, vel statutum ferente potestas, quæ in nostro casu, vt *suprà* dicebatur, non est; Ita Hostiens. *in cap. quæ in Ecclesiarum, numer.* 11. & *ibi* Abb. *numer.* 1. & Cardin. Zabarel. *numer.* 7. *de Constitut.* Surd. *in citat. consil.* 2 *num.* 33 *volum.* 1. *& consil.* 301. *num.* 11. & Menoch. *in cit. consil.* 291. *num.* 25. *volum.* 3. vide etiam, quæ dicebantur *libro de Parlamentis cit. dubit.* 30. *sect.* 24.

22 Hine ad leges Caroli Magni, & aliorum Regum (qui in volumine Gallicarum legum nominantur) dico, quod, vel illæ à sede Apostolica auctorizatæ fuerint; vel quod alioquin nullæ sint; Atque ita docent Duuallius de potestate Pontificis *part.* 3. *q.* 2. Gretserus *lib.* 2. *consider.* 11. & Ioan. Beltran. de Gueuara *propugnac. immunit. Eccles. part.* 2. *assert.* 1. *num.* 15. Adde, quod Carolus Magnus *in cap.* 33. *&* 34. *lib.* 5. *dicti Capitularij* remittit Sacerdotum iudicium ad Leonem Pontificem; & *in cap.* 205. *lib.* 7. relinquit res definiendas iudicio Episcoporum; sicuti rectè notauit Card. Baronius *tom.* 9. anno 806. Barberius contra M. Fulgentium, *part.* 2. *num.* 39. *&* 70. *& part.* 3. *num.* 29. & Tannerus *in defens. immunit. Eccles. lib.* 1. *cap.* 9. Similiter ad facta

23 Constantini, Theodosij, aliorùmque Imperatorum (scilicet quod aliquando in causis Ecclesiasticorum se immiscuerint) dico, quod vel ex auctoritate sedis Apostolicæ id fecerint, vel quod fecerint de facto, sed non de iure; quapropter Constantinus, teste Augustino *epist.* 162. ab Episcopis veniam petiit, quod ad importunas preces Donatistarum in Cæciliani causa se interposuerit; & Nicolaus I. in epist. 2. ad Michaelem Imperatorem, vt in tom. 3. Conciliorum legere est, de his, & similibus factis grauiter conqueritur; Atque ita tradunt Suar. *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 17. *cap.* 14. *num.* 21. *& cap.* 30. *n.* 15. Paulus Donatus *in tract. de modo eligendi ministros Ecclesiæ, cap.* 6 Bellarmin. *contra duos libellos Pauli Seruitæ, fol* 24. Duuallius *de Rom. Pontifice, par.* 4. *q* 2. Gretserus *lib.* 2. *considerat.* 5. 8. *&* 13. Baronius *tom.* 3. *anno* 313. Bouius *in Responsione ad Paulum Seruitam, par* 4. *ad* 8. *argum.* Roffus *in Responsione ad M. A. Cappellum, c.* 20. 21. *&* 131. & Horatius Scoglius *in Histor. Ecclesi. lib.* 5. *ar.* 41.

24 Obijcies octauò; In Hispania, & Gallia dantur clericorum delicta communia, quæ cognoscantur à iudicibus Ecclesiasticis, & delicta priuilegiata, quæ cognoscantur à Iudicibus secularibus, Ergo signum est, quod Ecclesiasticorum immunitas, & exemptio sit de iure positiuo ciuili, scilicet ex benignitate, & priuilegio Principum secularium.

Respondetur (quidquid sit de huiusmodi Hispaniæ, & Galliæ priuilegiis; an scilicet eorum vsus sit validus, & licitus, nec ne; qua de re dicam infrà *dubit.* 15. *cap.* 3. *dubit.* 9. *per tot. & cap.* 5. *dubit.* 14 & dixi *lib. de parlamentis, dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 3. *&* 4. *& dubit.* 27. *sect.* 11. *&* 12.) nego consequentiam; & retorqueo argumentum; quia non dicuntur delicta priuilegiata, ex eo, quod Princeps ea sibi teseruauerit, quando priuilegium exemptionis Ecclesiasticis concessit (vt minus rectè Barclaius, Paulus Seruita, & Rabardeus *sect.* 2. *num.* 4. *fol.* 29. existimant) sic enim potius dici deberent non priuilegiata, cùm quoad illa in clericos procedatur; ac sic priuilegium non haberent; sed dicuntur priuilegiata, quia ex priuilegio sedis Apostolicæ Regibus Hispaniæ, & Galliæ indultum est, vt ipsi talia delicta cognoscere, & iudicare possint; quod tamen ad alios Reges, vel Principes extendi non potest nisi illi similia priuilegia à sede Apostolica sibi concessa demonstrarint; ita Suarez contra Regem Angliæ *lib.* 4. *cap.* 34. *num.* 19. Bellarminus *tract. de potest. Pontificis, cap.* 35. Tannerus *in defens. Eccles. libert. lib.* 2. *cap.* 18. Duuallius *de Romano Pontifice, par.* 3. *q.* 3. Fagnanus *de iustitia censurar. Pauli V. par.* 4. *fol.* 105. Torrius *in Apologia ad Gallo-francum, fol.* 46. Vallascus *in allegat. tom.* 1. *allegat.* 15. *num.* 7. Barberius *in confutat. contra Fulgentium Seruitam, part.* 4. *num.* 64. Ioan. Antonius Bouius *in Responsione contra Paulum Seruitam, par.* 4. *ad argum.* 10. (vbi citat Clarum, Ripam, Salzedum, & alios) Antoninus Diana *par.* 7. *tract.* 1. *resol.* 16. & Ferdinandus de Bastidia *in Antidoto ad Considerationes Pauli Veneti, part.* 2. *numer.* 65. 25

Quapropter, licet in sacris Canonibus reperiantur etiam cum certis circumstantiis aliqua alia delicta exceptuata (in quibus Ecclesiastici amittunt priuilegium fori) neque hinc tamen sequitur, quod Principes quoad talia delicta in Ecclesiasticos ex se iurisdictionem habeant; quia vel (vti docent Scotus *in* 4 *dist.* 13. *q.* 2. Seruantius *in defens. immunit. Eccles. propos.* 1. *fol.* 22. Bastidia *cit part.* 1. *num.* 56.) in dictis delictis Iudices Ecclesiastici sunt tenera, qui in clericos iurisdictionem exercent, & sententiam ferunt, Iudices verò laici solum sunt executores pœnarum; vel dato, in illis Iudices laici iurisdictionem exerceant, & sententiam ferant, id efficiunt (vti docent Decian. *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 66. Theologi Religionis Seruitarum contra Paulum Venetum, *cap.* 8. Thomas Vallascus *in Allegat. tom.* 1. *allegat.* 13. *num* 19 Gretserus contra Theologos Venetos *lib.* 2. *consid* 13. Stephanus Barberius *in Confutat contra Fulgentium, part.* 4. *num.* 71. *&* 72.) ex potestate summi Pontificis sibi concessa, & sic tanquam Pontificis Iudices delegati. 26 27

DVBITATIO III.

An cuiuscunque immunitatis Ecclesiasticæ violatio sit culpa mortalis?

SVMMARIVM.

1 *Violatio immunitatis Ecclesiasticæ est* culpa

culpa mortalis, tum sacrilegij aduersus Personas Ecclesiasticas, tum iniustitiæ aduersus ius ipsis Ecclesiasticis debitum.

2 *Violatores Immunitatis Ecclesiasticæ grauissimis pœnis afficiuntur; & præcipuè excommunicatione in Bulla Cœnæ, can. 15.18.& 19.*

3 *Acta contra Immunitatem Ecclesiasticam quamcumque (etiamsi nulla oppositio, vel appellatio interponatur) irrita sunt.*

4 *Tributum exactum à Clerico, est eidem restituendum, etiamsi soluat sine vlla oppositione, vtpote sine vlla iurisdictione exactum.*

5 *Acta contra Clericum ante Iudicem laicum, etiam ipso non opponente, sunt nulla.*

6 *Violatores Ecclesiasticæ Immunitatis in sententia nonnullorum sunt suspecti de hæresi Lutheranorum, vel Bohemorum.*

7 *Quidam minister laicus ob impressionem cuiusdam allegationis contra Immunitatem Ecclesiasticam, subiit S.Officij censuram, & propriæ dignitatis, priuationis pœnam: intellige prædicta fundamenta cessante, & si qui fecerit pluries fecerit, & non sit probæ fama.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, ita
vt sit culpa mortalis, tum sacrilegij
aduersus personas Ecclesiasticas, &
obiectum intuitu religionis prohibitum; tum iniustitiæ aduersus ius
ipsis personis Ecclesiasticis debitum; patet ex dictis suprà; & confirmatur, quia est res grauissima,
& quæ toti ordini Ecclesiastico præiudicat; qua-
2 propter grauissimis pœnis, & præcipuè excom-
municatione in Bulla Cœnæ *Can.* 15.18.& 19. violantes (tributum scilicet imponentes, exigentes, &c. vel ad forum sæculare trahentes) afficiuntur.

3 Hinc sequitur, quod omnia acta contra quamcumque prædictam immunitatem (etiamsi nulla oppositio, vel appellatio interponatur) irrita sint;
4 Et sic, si exigatur tributum à clerico, & clericus
sine vlla oppositione soluat, debeat restitui, vtpo-
5 te sine vlla iurisdictione exactum. Item sequitur,
quod si clericus conueniatur coram iudice sæculari, & nullam exceptionem opponat, quidquid fit, nihil valeat, & non subsistat, *Authent. statuimus, Cod. de Episcopis, & cleric. cap aduersus de immunit. Ecclesiar cap. seculares, de foro compet. in 6.* & ex communi tradunt Couar. *pract. qq. cap.* 33. *num.* 1. Farinac. *tit. de inquisit. quæst.* 8. *num.* 15. Salzed. *in pract. cap.* 62. *num.* 2. & 3. & videri etiam poterit Molina *de iust. & iur. tract.* 2. *disp.* 670.
6 Et hæc, quæ dixi, adeò vera sunt, vt quidam
putent, quod qui dictam immunitatem Ecclesiasticam violat (clericos scilicet extra casus permissos tributis, & exactionibus grauando, vel ad tribunalia sæcularis tradendo, &c. vel hæc, aut similia à laicis licitè fieri posse, docendo) de hæresi suspectus sit, & S. Officio denunciari debeat; ex eo, quia talis cum hæreticis (scilicet cum Lutheranis clericos, Principibus sæcularibus subiectos esse asserentibus) conuenit in facto, quo illi hæresim suam protestantur; sicuti qui absque vlla necessitate die Veneris carnibus vescitur, vel imaginem Sancti alicuius conculcat, est suspectus de hæresi eorundem Lutheranorum, qui asserunt die Veneris carnes absque vlla necessitate licitè comedi posse; & imagines Sanctorum coli non debere. Item, qui sub vtraque specie communicat, est suspectus de hæresi Bohemorum; quia sic (vti diximus) conuenit cum Lutheranis, & Bohemis in facto, quo illi hæresim suam protestantur; Ita Bannez *in* 2.2. *quæst.* 67. *art.* 1. *concl.* 4. Salonius *ibidem, contr.* 1. *concl.* 3. Rota Romana pro causa Veneta, anno 1606. *in Assertione libertatis Ecclesiasticæ, prope fin.* Bellamerus *cons.* 40. *num.* 35. Beltranus de Gueuara *in propugnac. libert. Eccles. Assert.* 1. §. 2. *num.* 21. Bozius *de iur. nat. & diuino libert. Eccles. lib.* 5. *c.* 15. & Torreblanca *in practicabilib. iuris spiritualis, lib.*
15. *cap.* 4. *num.* 7. vbi subdit, quod de facto, cùm 7
quidam minister laicus contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam typis demandasset allegationem quandam, in qua trahendi clericos, in quibusdam criminibus ad secularia tribunalia consuetudinem defendebat, S. Officij censuram, & propriæ dignitatis priuationis pœnam subierit.

Quæ tamen intellige, si qui dictam immunitatem, & libertatem violat, sine vllo fundamento, tam ab intrinseco, quàm ab extrinseco, aliqualiter rationabili fecerit; & maximè si pluries fecerit, & probæ famæ non sit.

DVBITATIO IV.

An Immunitas ita sit de iure diuino, vt Ecclesiastici immunes sint solum directè, vel etiam indirectè?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici non solum directè, sed etiam indirectè immunes sunt ab oneribus, & iurisdictione fori secularis.*

2 *Grauantes Ecclesiasticos, vel per se, vel per alios, directè, vel indirectè, vel ad forum seculare directè, vel indirectè quauis quæsito colore trahere præsumentes, vel trahi procurantes expressè excommunicantur.*

3 *Omnes ordinationes, & Constitutiones, quibus libertas Ecclesiastica, directè, vel indirectè læditur, vel aliquo modo restringitur dantur pro infectis, & anathematizantur.*

RESPONDATVR, quòd Ecclesiastici ab 1
oneribus, & iurisdictione fori secularis
immunes sint, non solùm directè, sed
etiam

etiam indirectè, quia in Bulla Cœnæ *can.* 18. ex-
2 presſè excommunicantur, qoi Ecclesiasticos grauant per se, vel per alios, directè, vel indirectè; & *in can.* 15. *&* 19. expresſè excommunicantur, qui eosdem ad forum seculare trahere præsumunt, vel trahi procurant, directè similiter, vel indirectè, quouis quæsito colore (qua de re dicam *cap.* 4. 6. *&* 7. & *ibidem* dantur pro infectis, & anathematizantur omnes ordinationes, & constitutio-
3 nes, quibus libertas Ecclesiastica directè, vel indirectè læditur, vel aliquo modo restringitur (qua de re dicam *cap.* 8. *per totum*) ergo, &c. vide etiam, quæ dicebantur *lib. de Parlament. dubit.* 30. & quæ dicentur *cap.* 5. *dub.* 7.

SECTIO II.

An sit contra Immunitatem Ecclesiasticam impositio gabellæ, & sissæ in venditione communi carnis, olei, vini, & similium?

SVMMARIVM.

1 *Impositio gabellæ illicita, & sacrilega est contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, nisi simul statuatur sufficiens modus, quo Ecclesiasticis refectio fiat.*

2 *Nullus simpliciter cogitur emere, sed quia moraliter loquendo non potest sine emptione talium rerum viuere, dicitur absolutè cogi illa emere, & sic gabellam soluere.*

EX dictis sequitur primò, quod contra immu-
1 nitatem & libertatem Ecclesiasticam, & sic illicita, quin & sacrilega sit impositio gabellæ, & sissæ in venditione commuoi carnis, olei, vini, & similium (nisi simul statuatur sufficiens modos; quo Ecclesiasticis refectio fiat) quia, licèt in tali casu Ecclesiasticis non imponatur oous directè (quandnqnidem ipsi non coguntur simpliciter talem gabellam soluere; cùm possint alibi carnem, vinum, oleum, & similia emere, & consequenter ab huius gabellæ solutione cessare) tamen seclusa dicta refectione, imponitur indirectè: coguntur enim moraliter illam soluere, sicut & coguntur
2 laici; cùm nullos simpliciter cogatur emere, sed quia, moraliter loquendo, non potest sine emptione talium rerum viuere, dicatur absolutè cogi illa emere, & sic gabellam soluere; quod æquè, & eodem modo in Ecclesiasticis, ac in laicis locum habet; Atque ita contra Richardum *in quodlib.* 2. *q.* 50. Astensem *in summ. lib.* 3. *tit.* 30. *art.* 4. Rosellam *v. r. Pedagium, num.* 17. Angelum *ver. immunitas,* 1. *q.* 6. & nonnullos alios docent Azorius 2. *par Instit. moral. lib.* 8. *cap.* 10. *priuileg.* 5. *Clericorum,* & alij passim.

Sed de his modis indirectè grauandi Ecclesiasticos; sicut & an possiot propter bonum publicum grauari, saltem modicè; vel grauari ita, vt in fine anni restituatur ipsis interesse; vel grauari ita, vt pro ipsis interim aperiatur taberna, & assignetur locus emendi particularis, &c. vide, quæ diffusè dicebam *lib. de parlamentis, dubit.* 30. *per totum.* & præcipuè *sect.* 11. *& seqq.* & dicam *cap.* 5. *dubit.* 7. Item & de modis indirectè trahendi eosdem ad forum seculare, vide, quæ dicebantur *cit. lib. de parlamentis, dubit.* 4. *sect.* 19. *&* 20. *per suas subsectiones,* & quæ dicentur *cit. cap.* 5. *dubit.* 7. *& cap.* 6. 7. *&* 8.

SECTIO III.

An sit contra immunitatem Ecclesiasticam pragmatica chartæ sigillo Regio signatæ?

SVMMARIVM.

1 *Contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam est etiam Pragmatica Charta sigillo Regio signata.*

2 *Ecclesiastici stante pragmatica Charta non possunt amplius in iudiciis, in instrumentis publicis vti charta non signata, per quod læditur Immunitas, & libertas Ecclesiastica.*

SEquitur secundò, quod contra immunitatem, 1
& libertatem Ecclesiasticam sit etiam pragmatica Chartæ sigillo Regio signatæ (nisi excipiantur Ecclesiastici) sicuti docent Arauyus *in* 1. 2. *S. Th. q.* 97. *disp.* 3. *sect.* 5. & alij multi; & probatur;
quia per illam indirectè læderetur, & restringeretur 2
immunitas, & libertas Ecclesiastica, & indirectè imponeretur Ecclesiasticis grauamen; cùm, stante illa, non possint amplius Ecclesiastici in iudiciis, in instrumentis publicis, &c. charta non signata vti; sicut vti (iure nec diuino, nec Canonico prohibente) liberè poterant ante: Ergo, &c. Consequentia patet ex *l. libertas, ff. de statu hominum,* & ex iis, qoæ dicebantur *lib. de parlamen. dubit.* 30. *sect.* 1. *&* 14. & dicentur *cap.* 5. *dubit.* 7. & docent communiter Doctores, Felinus *in cap. Ecclesia S. Maria, de Constitut. num.* 72. *&* 73. Alderanus Mascardus *de interpret. statut. concl.* 1. *n.* 88. Reginaldus *tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 13. *num.* 358. Cochier *de libert. Eccles. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 6. Zecchius *de Repub. Christ. tit. de Clericis, fol.* 28. Soula *in Bull. Cœnæ, cap.* 16 *disp.* 84. *concl.* 3. Sayrus *de censur. lib.* 3. *cap.* 19. *num* 9 Filliuc *tom.* 1 *tract.* 16. *cap.* 10. *n.* 270. Duardus *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *Can.* 15. *q.* 19. *num.* 1. Laderchius *cons.* 103. *n.* 1. Annibaldus *in Addit. ad Mandellum lib.* 1. *consil.* 8. *lit. H.* Garticus *in Allegat. pro Ecclesia, fol.* 208. Humada *in schol.* ad Lopez *leg.* 3. *tit.* 2. *par.* 1. *gl.* 6. *num.* 1. Bonacina *in Bull. Cœnæ, disp.* 1. *q.* 16. *sect.* 1. *punct.* 2. *num.* 4. & Sperellus *decis.* 12. *num.* 42.

SECTIO IV.

Prima difficultas, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici sunt Ciues, & Pars Reipublicæ.*

2 *Ecclesiastici tenentur seruare leges latas pro bono publico si illæ neque directè, neque indirectè lædant, & restringant immunitatem Ecclesiasticam.*

3 *Bonum publicum, seu vtilitas publica non dat valorem pragmaticæ; cum in illam ferente non concurrat potestas defectu iurisdictionis.*

4. *Materia quantumcumque sit aqua, & vtilis bono communi, actus non potest esse sine potentia; & sic quæcumque lex erit nulla, ratione impotentia, quin & iniusta, & iniqua ratione vsurpata iurisdictionis.*

5 *Publicum bonum, seu publica vtilitas non tribuit iurisdictionem laicis, vt possint statuere circa Ecclesias, & Ecclesiasticat Personas, vt pote non subditas.*

6 *Vtilitas, vel necessitas in alienatione rei Ecclesia, vel minoris, non tribuit iurisdictionem administratori, vel tutori.*

7 *Pragmatica Chattæ neque est propter bonum pnblicum, quia ea non obstante scripturæ possunt vt prius falsificari.*

1 OBiicies: Ecclesiastici sunt ciues, & pais Reipublicæ, *cap. nullus, de temporibus ordinand, l. assumptio, ff. de municip. & l. Ciues. Cod. de incolis*; & docent Barbos. *ibi*, Villalobòs *in summa tom. 1. tract. a. diffic. 31. num. 1.* & alij passim; ergo tenentur seruare leges latas pro bono publico, qualis est præsens charta signo Regio signata; cùm tendat ad seruandam legalitatem scripturarum, & ad euitandas falsitates earum.

Respondetur; distinguo consequens: teneo-
2 tur seruare leges latas pro bono publico, si illæ neque directè, neque indirectè lædant, & restringant immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, concedo: si illæ directè, vel indirectè lædant, & restringant aliqoo modo immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, nego. Vide, quæ dicebantur *lib. de parlam. dub. 4. sect. 16. & cit. dub. 30. sect. 1. & 24.* & quæ dicuntur *cap. 5. & 8.* vide etiã Molinam *de iust. tom. 1. tract. 2. disp. 31. n. 15.* Salas *de legibus disp. 14. sect. 8. num 92. & 93.* Baldellum *lib. 5. disp. 33. num. 14.* Regentem de Ponte *in respons. super censur. Pauli V. fol. 15.* Collegium Bononiense *in respons. pro libert. Eccles. num. 2.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub. 3. num. 94.* Et ratio est
3 clara, quia bonum publicum, seu vtilitas publica non dat valorem pragmaticæ, de qua loquimur; cùm in illam ferente non concurrat potestas, defectu iurisdictionis, & potestatis, quàm in Ecclesiasticos oon habet; Quapropter in vniuersum (quantumcumque pragmatica, & quæcumque alia lex sit bona, æqua, & publicæ vtilitati fauens si cessat in ferente (vt in casu nostro) iurisdictio, seu potestas, valida illa noo est; quia (quantumcumque materia sit æqua, & vtilis bono communi) actus non potest esse sine potentia;
4 & sic pragmatica, & quæcumque alia lex, erit nulla, ratione impotentiæ in ferente; quin etiam iniusta, & iniqua, ratione vsurpatæ iurisdictionis ab eodem. Vide Felinum *in cap. Ecclesia, num. 89. de constitut.* Baldum *in l. cunctos populos, num. 50. Cod. de summa Trinit.* Crottum *in §. Dum, num. 80.* Ruinum *num. 92.* & Suar. *de cens. disp. 4. sect. 6. num. 5.* Sic autem contingit in casu nostro; cùm publicum bo-
5 num, seu publica vtilitas non tribuat iurisdictionem laicis, vt possint statuere circa Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, vtpore oon subditas; sicuti patet ex *cap. bene quidem, dist. 96. cap. ne in Ecclesiarum, cit. cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. cap. at si clerici, cap. clerici, cap. qualiter de iudic. cap. 2. de foro compet. cap. continua, 11. q. 1. cap. non minus, cap. aduersus, de immunit. Eccles. cap. quamquam, de censur. in 6. cap. clericus, cap. fin. & Extrauag. 1. de immunit. Eccles.* Et probatur, quia alioquin omnis lex ciuilis, cùm debeat esse propter publicum bonum, seu publicam vtilitatem, extenderet se in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, & in oon subditos, quod oon est dicendum.

Et confirmatur à simili; quia neque vtilitas, 6
vel necessitas in alienatione rei Ecclesiæ, vel Minoris, tribuit iurisdictionem administratori, vel tutori; quandoquidem in alienatione rei Ecclesiæ requiritur facultas superioris, *c. sine exceptione, 12. q. 2.* & *ibi gl. cap. tua nuper. de his, quæ fiunt à Prælatis, cap. nulli de rebus Eccles. alien. vel non alien. Anthent. hoc ius porrectum, Cod. de sacrosanctis Ecclesiis, & Extrauag. Ambitiosæ de rebus Eccles. non alien.* & *ibi* communiter Doctores. Item Tiraquellus *de legibus connubialibus, gl. 8. num. 57.* Less. *lib. 2. cap. 24. dub. 11. num. 60* Rodoanus *de rebus Eccles. non alien. q. 20. num. 19.* & nos dicemus *cap. 17. & 18.* Et in alienatione rei Minoris requiritur decretum iudicis, *l. 1. ff. de rebus eorum, & l. magis puto, §. ne passim, &*
§. si as alienum, eod. tit. Ergo sic, &c. Adde, qood di- 7
cta pragmatica, neque sit propter publicum bonum, seu publicam vtilitatem, ad seruandam scilicet legalitatem scripturarum, & ad euitandam falsitatem illarum, quia stante dicta pragmatica, possunt eodem modo, ac prius scripturæ falsificari; cùm charta signata cuilibet, vt emi possit, exposita sit.

SECTIO V.

Difficultas secunda, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Impressio Regij sigilli super Chartam, falsum est quod non sit gabella, & pretium sit legitimum, quia taxatio est adeo immoderata, quod non meretur nomen pretij, sicut meretur impressio signi publici in moneta, quæ auget valorem intrinsecum moneta modesata.*

2 *Ecclesiastici non tenentur ad gabellas pro publicis necessitatibus subleuandis, nisi seruatis quibusdam conditionibus, v.g. si facultates laicorum non sufficiant, & adsit consensus Cleri, & Pontificis, nisi periculum sit in mora.*

3 *Gabellæ dicuntur Regalia; ita vt sub nomine Regalium veniant etiam angaria, & perangaria.*

4 *Piscariæ sunt de Regalibus, & tamen vectigalia, dicuntur.*

5 *Ripatica sunt de Regalibus, & tamen vectigalia vocantur.*

6 *Portus ex Communi sententia Doctorum sunt*

sunt de Regalibus, & tamen eorum prouentus vectigalia censentur.

7 *Omne id, ex quo fiscus censum accipit est vectigal.*

8 *Ius tractæ, quod soluitur ex extractione aliquarum mercium ex Portu, gabella est, & ad illam Ecclesiastici non tenentur nisi consuetudo in contrarium sit per Pontificem approbata.*

1 OBijcies secundò: Impressio Regij sigilli super chartam non est gabella, sed Regalia; cùm charta sic signata fiat res propria Regis; & sic possit Rex pretium illius taxare, & pretio taxato illam vendere quibuscumque, etiam Ecclesiasticis; cùm & hi teneantur pretium legitimum rerum venalium seruare.

Respondetur; nego antecedens; quod scilicet impressio Regij sigilli in casu nostro non sit gabella; siue ex alio capite dicenda, siue dicenda non sit Regalia. Ratio; quia taxatio est adeò immoderata, quod non meretur nomen pretij, sicuti meretur impressio signi publici in moneta, quæ auget valorem intrinsecum monetæ moderatè; quod autem dicitur, sumi in casu nostro excessum valoris à Principe, sicuti sumitur augmentum monetæ in casibus necessitatis, & sic computari inter Regalias, quæ licitè exiguntur, etiam ex Ecclesiasticis, non soluit difficultatem, quod non sit gabella; quia excessus, seu augmentum dictum sumitur in casu publicæ necessitatis, deficiente ærario, & sic habet rationem gabellæ; sicuti rectè notarunt Mariana *de instit. Reg. lib. 3. cap.*8. Pontius *var. disputat. Relect. 1. de augmento monetæ, part.*1. *propos.*4. & Bornitius *tract. de ærario, lib.*6. *cap.*6. Vide etiam Cabedum *part.* 2. *decis.*45. *num.*7. Sextinum *de Regal. lib.* 2. *cap.*7. *num.*5. *&* 6. Io. Kitzolium *tract. de re monetaria clas.*5. *q.t. n.*34. Layman *lib.* 3. *tract.* 3. *part* 1. *c.*5. *n.*7. & quæ nos dicebamus *lib. de parlamentis, dubit* 4. *sect.* 22. & dicemus *c.*5. *dubit.*7. *sect.*9.

2 Ad gabellas autem pro publicis necessitatibus subleuandis non tenentur Ecclesiastici, nisi seruatis quibusdam conditionibus, vt scilicet facultates laicorum non sufficiant, & adsit consensus cleri, & Pontificis (nisi periculum sit in mora; quia tunc expectari non debet consensus illius, sed sufficit consensus Episcopi, cum clero) sicuti suo loco dicetur, & videri poterit *c. non minus, c. aduersus de immunit. Eccles.* & Rota Romana in vna Brundisina Gabellæ apud Farinacium, *tom.* 2. *Decisionum posthumarum, decis.* 42. & in vna Leodiensi Gabellæ, die 10. Martij 1604.

3 Adde, quod gabellæ dicuntur Regaliæ, ita vt sub nomine Regaliarum veniant etiam Angariæ, & Perangariæ (vt obseruant Sixtinus *loco cit c.*13. Cuiacius *in l. vlt. Cod. de Fabricens. lib.*11. Hotomanus *in Lexico feudali, ver. Angaria,* Alfarus *de officio fiscalis, gl.*20. §.12. *num.*471. Godelinus *de iure nouissimo lib.* 5. *c.*3. & Lindemannus *in exercitat. feudat. c.*3. *num.*57. quos citat, & sequitur Diana *in Resol.* 1. *cit.*) ad quas certum est, quod Ecclesiastici non teneantur, sicuti dicebam *lib. de parlamentis, dubit.* 28. *sect.* 1. *& seqq.* & dicam *cap.*5. *dubit.*6. Vnde salinæ in sententia communi sunt de Regalibus, & tamen inter vectigalia numerantur, *l. inter publica, §. vlt. de verb. significat.* & notant Bolengerus *de Imperator. Roman. lib.*9. *c.*21. Bornitius *in tract. de ærario, lib.*5. *c.*4. Besoldus *in discurs. Polit. de ærario, c.*4. *num.*13. Klockius *tractat. de contribut. c.*1. *num.*116. & Bodinus *de Republica, lib.*1. *c.* 10. *num.*170.

Item secundò Piscariæ (vt tradit Decius *consil.*196. *n.* 1. Cabedo *loco cit. decis.* 54. Sextinus *cit. lib.*2. *c.*18. *num.*12.) sunt de Regalibus, & tamen vectigalia dicuntur, *cit. l. inter publica*, & tradunt Bucerus *de Regalibus, c.* 3. *num.*141. Arumæus *volum.*2. *discurs.* 15 *num* 65. & Albericus *in Commentar. ad tit. de verb. signific. leg. inter publica, fol.*49. 4

Item tertiò, Ripatica (vt docent Bucerus *numer.*154. Arumæus *num.*93. & Mastrillus *de Magistratibus, lib.*3. *cap.*10. *num.*291.) sunt de Regalibus, & tamen vectigalia vocantur, Bucer. Arumæus, & Mastril. *locis supra cit.* 5

Item quartò tandem Portus ex communi sententia Doctorum, sunt etiam de Regalibus, & tamen eorum prouentus vectigalia censentur, *cit. l. inter publica, §. fin. ff. de verb. significat. l.* 3. *Cod. de vectigalib. & l. cùm, & plures §. vehiculum, ff. locati*, vbi portorium, portus, & vectigal idem sunt, & docent Arumæus *volum.*1. *discurs.*30. *c.*3. *num.*44. *& volum.*2. *discurs.*20. *num.*6. Alfarus *cit. gl.*20. §. 2. *num.*16. *&* 18 *&* §. 8. *num.*114. & alij, quos citat, & sequitur Solorzanus *tom.*2. *lib.*1. *cap.*1. *num.*52. *&* 53. Idem docent etiam Besoldus *de iuribus Maiestatis, c.*7. *num.*8 Arnisæus *de iure Maiestatis, lib.*3. *c.*5. *num.*3. *& seqq.* Althosius *in Polit c* 12. *num.* 16. qui rectè subdunt, quod omne id, ex quo fiscus censum accipit, vectigal sit, v. g. (inquiunt ipsi) vectigal portus salinarum, metallorum, piscariorum, &c. Quapropter *cit. lib. de parlam. dubit.*27. *sect.*1. *&* 3. dicebam, *& cit. c.*5. *dubit.*5. dicam, quod ius tractæ, quod soluitur ex extractione aliquarum mercium ex portu, gabella sit; & sic ad illam nisi causa negotiationis extrahant, Ecclesiastici non teneantur; & quod, si consuetudo alicubi est in contrarium, corruptela sit; Atque ita contra Carolum de Graffis *de effect. cler. effect.* 2. *num.*194. docent etiam Sousa *in Bull. Cœna, cap.* 1 9. *disp.*92. *concl.* 1. *num.* 4. Laurentius Orosius *lib.* 4. *c.* 2. & Ciarlinius *in controuers. forens. c.*3 1. *num.*11. *&* 16. Excipe, nisi forsan dicta consuetudo sit ex priuilegio per Pontificem concesso; quod an verum sit, & dato, olim fuerit, modo non sit per Concilium Tridentinum, Bullam Cœnæ Domini, & Bullam Vrbani VIII. (quæ incipit: Romanus Pontifex) reuocatum, viderint, qui affirmant. 6 7 8

SECTIO VI.

Difficultas Tertia, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Rex potest ex iusta, & rationabili causa sibi reseruare, vel alteri concedere venditionem quarumdam rerum, & sic sibimet ipsi, vel alteri concedere monopolia circa aliquas res, dummodo in illis vendendis imponatur iustum pretium.*

2 *Rex in Regno Hispaniarum reseruat sibi venditionem salis, piperis, chartarum, pictarum.*

3 *Rex Galliæ reseruat sibi venditionem salis. Libertas*

4 *Libertas seu immunitas Ecclesiastica laeditur si non seruato iusto pretio Rex reseruet sibi venditionem rerum vsui humano necessariarum: secus si reseruet non deseruientia, cum nemo ea cogatur emere.*

5. *Omnia Monopolia simpliciter, & absolutè improbantur & damnantur tanquam illicita.*

1 Obiicies tertiò; potest Rex ex iusta, & rationabili causa sibi reseruare, vel alteri concedere venditionem quarumdam rerum; & sic sibimet ipsi, vel alteri concedere monopolia circa aliquas res (vnde Rex in Hispania reseruat sibi venditionem salis, piperis, chartarum pictarũ, &c. Vide Molinam *de iust. to. 2. tract. 2. disp.* 345 *n.* 3. Et Rex Galliae reseruat sibi venditionem salis; vide Klockium *de contribut. c.* 1. *num.* 117. Besoldum *cap.* 4. *num.* 15.) Ergo & poterit sibi reseruare venditionem chartae Regio sigillo signatae; vide Molinam *loco supra cit.*

Respondetur; distinguo antecedens: si in illis vendendis imponatur iustum pretium, concedo: si non imponatur iustum pretium (praesertim si illae ad vsum humanum frequenter deseruiant, vt est in casu nostro; vnde patet disparitas ad chartas pictas, piper, & ad similia vsui humano frequenter non deseruientia: in his enim cùm nemo cogatur emere, nemo pretio illarum, quantumuis exorbitanti, grauatur, nisi velit; & praesertim, si inde vel indirectè immunitas, & libertas Ecclesiastica laedatur, vt etiam est in casu nostro; cùm non possint amplius Ecclesiastici liberè, vti antea, vti charta non signata ad suas necessitates) nego. Vt omittam, quod multi, & graues Doctores, vt Caietanus *in* 2. 2. *q.* 77. *art.* 1. Sot. *de iust. lib* 6. *q.* 3. *art.* 2. Siluer. *ver. emptio*, *q.* 28. Rebellius *part.* 2. *lib.* 9. *q.* 7. *num.* 5. Conradus *de contractibus, disp.* 5 1. *ad fin.* & Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 17. § 7. *num.* 42. simpliciter, & absolutè, tanquam illicita improbent, & damnent omnia monopolia, quamuis oppositum, vt fatear, sit probabilius. Vide Molinam *vbi supra*, Lessium *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 1. *num.* 149. Reginaldum *tom.* 2. *lib.* 15. *c.* 22. *num.* 317. Azorium *tom.* 3 *lib.* 8. *cap.* 28. Vvigers *de iust. in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 5. *dub.* 11. *num.* 63. Molfesium *in summa tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 5. *numer.* 123. Filliucium *tom.* 1. *tract.* 35. *cap.* 8. *numer.* 213. & Bonacinam *de contractibus disp.* 3. *q.* 2. *punct.* 5. *num.* 9.



DVBITATIO V.

Quinam Ecclesiastici sint immunes?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Omnes Ecclesiastici in vniuersum constituti in sacris, vel etiam non in sacris sed Beneficiati, vel Constituti in minoribus, vel etiam solum in prima Tonsura spectato iure communi immunes sunt ab oneribus, & iurisdictione Principum secularium.*

Respondetur, quòd spectato iure communi, immunes sint ab oneribus, & iurisdictione Principum secularium omnes in vniuersum, & singuli, constituti in sacris, vel etiam non in sacris, sed beneficiati (de quibus, etiamsi non seruent conditiones à Concilio Tridentino in loco infra citando requisitas, dubium non est, & conueniunt Doctores,) quin & constituti solùm in Minoribus, vel etiam solum in prima tonsura, quamuis non beneficiati, si coniugati non sint, & seruent conditiones à Tridentino *sess.* 23. *cap.* 6. requisitas, vt foti priuilegio gaudeant. Patet ex dictis *supra dubit.* 2. & confirmatur, quia omnibus in vniuersum, & singulis haec immunitas concessa est, *cit. cap.* 6. *Concilij Tridentini, & cap.* 20. *sess.* 25. *de reformat.* ibi: *Personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus statutam.* 1

Item *cap. aduersus, & cap. non minus, de immunit. Eccles.* ibi: *In diuersis mundi partibus consules ciuitatum, & Rectores, necnon & alij, qui potestatem habere videntur, tot onera frequenter imponunt Ecclesijs, vt deterioris conditionis factum sub eis Sacerdotium videatur, quàm sub Pharaone fuerit.* Et inde explicando onera, addit: *Siue quidem fossata, siue expeditiones, siue aliqua quaelibet sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesiarum, & clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis, volunt ferè cuncta compleri.* Et statim: *Quocirca sub anathematis districtione fieri de caetero talia prohibemus, nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerunt, vt absque vlla exactione ad releuandas communes vtilitates, vel necessitates (vbi laicorum non suppetunt facultates) subsidia per Ecclesias existiment conferenda: si autem Consules, aut alij de caetero ista commiserint*, &c. ex Concilio Lateranensi *cap.* 10. repetit *in cap. aduersus*, 7. *eod. tit.* addito etiam, Romanum Pontificem consuli debere.

Item *cap. quamquam*, 4. *de censib. in* 6. ibi: *Cum igitur Ecclesiae, Ecclesiasticaeque personae, ac res ipsarum non solum iure humano, quinimò & diuino à secularium personarum exactionibus sint immunes, Constitutionem Alexandri Papae IV. qui statuit, Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ad pedagia, & quidagia penitus non teneri, nec ad exhibendum, vel soluendum talia pro rebus suis proprijs, quas non causa negotiationis deferunt, vel deferri faciunt, vel transmittunt.* Et inde: *Volentes*, &c. *vt nec Collegium, nec vniuersitas, nec aliqua etiam singularis persona cuiuscumque sit dignitatis aut status à praefatis Ecclesijs, aut personis, pro personis ipsis, aut rebus praedictis talia exigat.*

Item *cap. fin. de vita, & honest. Cler.* vbi clerici negotiatores, si ter moniti non desistant, poena amissionis priuilegij clericalis indicitur, hoc addito: *Tu quominus, dum his se implicant, de suis facultatibus, statutis, & consuetudinibus patriae subiaceant, non defendas eosdem.* Vnde deducitur, quod citra negotiationem exempti sint.

Item *l. presbyteros, Cod. de Episc. & Cleric.* & ex communi docent Couar. *pract. qq. cap.* 31. *num.* 9. Molin. *tract.* 3. *disp.* 671. *num.* 5. Marienz *leg.* 11. *gl.* 1. *num.* 4. & Barbosa *de potest. Episc.* 2. *part. alleg.* 13. *num.* 1. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 2. *cap.* 6. *dub.* 8. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 5. *num.* 39. & alij

moxj

mox infra citandi; Quamuis de immunitate gabellarum loquendo, contrarium quoad constitutos io prima tonsura, & ordinibus minoribus, sed sine beneficio. (At niinus rectè ob iura cit. quæ generaliter loquuntur, & prout fauorabilia, latè interpretanda sunt) sentiant Gutierrez *in pract. qq. lib. 1. q. 8.* Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 17. c. 2. concl. 17.* Angles *in 4. tom. 2. destit. vectigal. diffic. 5.* Currell. *lib. 1. q. 36.* Lassarte *de decima vendit. c. 19. n. 21.* & Io. de la Cruz *par. 1. precept. 7. art. 3. concl. 1.* qua de re, quod scilicet dicti Ecclesiastici sint immunes, vide etiam, quæ dicentur *c. 2. dubit. 4. c. 4. dubit. 1. & c. 5. dubit. 1. & 2.* vbi rationes, & ad opposita responsiooes iouenies pro hac sententia.

SECTIO II.

An, & quid dicendum de iure, & consuetudine municipali?

SVMMARIVM.

1 *Clerici in minoribus constituti spectata consuetudine nonnullorum Regnorum si beneficium Ecclesiasticum non habeant, à tributis immunes non sunt, etiamsi requisita seruent Concilij.*

2 *Leges, & consuetudines prædictæ vt validæ sint, habere debent expressam, vel saltem tacitam à Pontifice dispensationem, quam an habeant, caueant affirmantes.*

3 *Obstat enim reclamatio annualis Bullæ Cœnæ, & Bulla Vrbani VIII. super præseruatione iurium sedis Apostolicæ.*

4 *Pro Regno Castellæ tacitam dispensationem à Pontifice esse defendit Molina.*

5 *Dicta de consuetudinibus quoad Gabellas procedunt etiam de consuetudinibus in criminalibus, vel in ciuilibus quoad forum.*

6 *Iudex laicus non potest ex consuetudine etiam immemorabili in criminalibus, vel in ciuilibus cognoscere Clericos in minoribus, & cur.*

7 *Facientes seruare consuetudines quomodolibet introductas contra immunitatem Ecclesiasticam, excommunicantur.*

8. *Canones cum generaliter tradant, quod de omni crimine Clericus debeat coram iudice Ecclesiastico conueniri, non debet in hac parte Canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generari.*

9 *Consuetudo quando est turpis, & exprobata nunquam potest præscribi; & priuilegium inducere.*

10. *Consensus, & tolerantia Summi Pontificis permissiua non sufficit ad inducendam consuetudinem contra immunitatem; sed requiritur approbatiua, quæ tamen censetur reuocata.*

Dixi primò, spectato iure communi, quia spectato iure Regio, vt Castellæ, & Lusitaniæ,
& spectata consuetudine aliorum Regnorum, cle-
rici io minoribus constituti, nedum in prima ton- 1
sura tantum, si beneficium Ecclesiasticum non
habeant (quamuis seruent conditiones à Triden-
tino requisitas, vt fori priuilegio gaudeant) à tri-
butis immunes non sunt; Ita pro Regno Castel-
læ habetur *in l. 1. tit. 4. lib 1. compilat* & pro Regno
Lusitaniæ habetur *in lib. 2. tit. 11. in princip* & tra-
dunt Felin. *de censib. lib. 2. cap. fin. num. 13.* Molin.
tract. 2. de iust. & iur. disp. 671. in fin. Gutier. *lib. 1.
pract. qq. q. 8. & de gabellis q. 91.* Rodriguez *in sum.
tom. 1. c. 75. concl. 14.* Felicianus *de cens. lib. 2. cap. vlt.
num. 13.* Gironda *de gabellis, part. 7. num. 7.* Flores
de Mena *lib. 2. q. 21. num. 199.* Io. de la Cruz *citat.
precept. 7. q. 7. art. 3. dub. 1. concl. 1.* Bobadilla *in Po-
lit tom 1. lib. 2. c. 18. num. 263. & 283.* Currellius *de
immunit. Eccles. lib. 2 q. 36. num. 38. & seqq.* & Io. de
Heuia *lib. 1. cap. 14. num. 9.* & Barbosa *2. part. de po-
test. Episc. allegat. 13. num. 2.* Quæ tamen leges, & 2
consuetudines vt validæ sint, habere debent ex-
pressam, vel saltem tacitam à Pontifice dispensa-
tionem (quam an habeant, videat, qui affirmat;
quin & videat, an, licet aliquando habuerint, mo-
do reuocata illa non sit; cùm quotannis in Bulla
Cœnæ Pontifex reclamet, & Vrbanus VIII. edi-
derit Bullam super præseruatione iurium sedis 3
Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarom, persona-
rumque Ecclesiasticarum à quibuscumque præ-
iudicialibus, quæ incipit: Rumanus Pontifex)
alioquin absque dubio inualidæ forent; cùm ex-
pressè contradicant iuribus supra cit. vti rectè
docent Molina, & Barbosa, *vbi suprà*, Salas *de le-
gib. q. 96. tract. 14. disp. 14. sect. 11. num. 121.* Vasquez
opusc. de restitut. cap. 6. §. 1. num. 33. Less. *lib. 2. cap 33.
dub. 5. num. 39.* Malder. *in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 8.*
Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disp. 44. dub. 4. n. 12.* Gar-
sias *de beneficiis, tom. 1. p. 2. c. 3. n. 1. & seqq.* Megal.
in p. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. num. 101. Aragoo. *in 2. 2. q. 62.
art. 3.* & Suarez *lib. 4. de immunitat. cap. 27. num. 16.*
Quamuis pro Regno Castellæ tacitam dispensa- 4
tionem à Pontifice esse defendat Molioa *loc. supra
cit.* & pro Regno Lusitaniæ expressam, probet
Barbosa 2 *part. de potest. Episc. allegat. 13. num. 5.*
Sed dato, quod olim fuerint huiusmodi dispen-
sationes, modò saltem an reuocatæ non sint, vi-
deat, vt dixi, qui affirmat.
Et quud modò dixi de legibus, & consuetudi- 5
nibus quoad gabellas, idem contra Pereiram *de
manu Regia, p. 2. cap. 26. num. 10. & cap. 77. num. 1.*
de consuetudinibus quoad forum (quod scilicet
ex consuetudine in criminalibus, vel in ciuilibus
clerici in Minoribus constituti à Iudice laico co-
gnosci possint) multò magis dico; cùm clericos
in Minoribus, etiam in prima tonsura, constitutos
integrè, & plenè (sicuti clericos in sacris) priuile-
gio fori gaudere, constet ex *cap. 1. de foro compet. &
ex cap. cum non ab homine de iudiciis*; Quapropter
cum fori priuilegio (vt est à iure diuino) ita gau-
deant clerici in Minoribus, sicut & clerici io sa-
cris constituti, vt patet ex cit. iuribus, & probat
Suar. contra Regem Angliæ, *lib. 4. c. 10. per totum*;
sequitur, quod similiter iudex laicus non possit 6
ex consuetudine, etiam immemorabili (quia iu-
risdictionis Ecclesiasticæ incapax est) in crimina-
libus, vel in ciuilibus cognoscere clericos in Mi-
noribus; præsertim quia, non solùm in Bulla Cœ-
næ quotânis & in Bulla Vrbani *suprà* adductis, sed
etiam *in Authent. Cassa, Cod. de sacros. Eccles.* in Con-
cilio Lateranensi *sess. 10.* in Trideotino *c. 6. sess. 23.
iuncto cap. 20. in cap. ad nostram, cap. cum inter, de con-
suetud.*

fuetud. & *cap.* *ùm terra, de electione*, damnatur consuetudo etiam particularis, contra libertatem Ec-
7 clesiasticam; Quapropter Honorius III. *in c. nouerit, de sent. excom.* excommunicat omnes, qui consuetudines introductas quascunque contra libertatem Ecclesiasticam seruari fecerint; qua de re dicemus nos infrà *cap. 3. dubit. 15.* & *in cap. clerici, de iudiciis*, habetur, quod cùm Canones generaliter tradant, quod de omni crimine clericus debeat coram iudice Ecclesiastico conueniri, non debeat in hac parte Canonibus ex aliqua consuetudine præiudicium generari.

Atque ita contra Pereiram *loco suprà cit.* Couarruuiam *pract. qq. c. 35. num. 5.* Garsiam *de nobil. Hispan. gl. 9. num. 48.* Salgad. *de protect. Regia, tom. 1. p. 1. c. 1. prel. 3. num. 138.* & *seq.* Ceual. *tract. de cognit. per viam violent. gl. 4. num. 1.* & *seq.* & Gonzalez *ad Reg. 8. Cancell. gl 33. num. 4.* docent etiam glossa, & Doctores *in cit. cap. Clerici, de iudiciis*, Surdus *tom. 3. cons. 301. num. 52.* Martha *de iurisdict. par. 4. cent. 2. casu* 101. Comitolus *in tract. Apolog. cap. 3. num. 8.* Azor. *par. 1. lib. 5 c. 22. q. 1.* Pesantius *tract. de immunit. Eccles. disp. 2. num. 2.* Alter. *de censur. tom. 1. lib. 5. dis. 16. cap. 2* Belletus *part. 1. tit. 3 § 3. num. 8.* Suar. *contra Regem Angliæ, lib. 4. c. 32. num. 23.* Tannerus *in 2. 2. S. Th. disp 5. q. 5. dub. 4. num. 132.* Franciscus Sosa *contra Venetos, fol. 72.* Vgolinus *in Respons. ad Iurisconf. Gymnasij Patauini, cap. 7.* Collegium Bononien. *in Respons contra Venetos, num. 59.* Layman *lib. 4. tract. 9. c. 10. num. 1.* Filliuc. *tom. 1. tract. 16 cap. 10. num. 255.* Acosta *in Bullam Cruciata, q. 79* Peregrinus *de immunit. Eccles. c 2. n. 14.* Diana *part. 4 tract. 2. resol. 20.* Bonacina *de censur. disp 10. q. 2.* Philiarchus *tom. 1. p. 1. lib. 3. c. 9. in fin.* Bellarm. *in Respons. ad Epist. in fauorem Venetorum, fol. 7.* Garsias *de benefic tom. 1. p. 2. t. 3. n 1.* & *seqq.* Megalius *in p. 2. lib. 2. c. 17 q. 6. num. 101.* Decianus *lib. 4. c. 9. num. 10.* & *seqq.* Vigian *de immunit. Eccles. disp. 2. concl 4.* & *disp 3 concl. 1.* Antonius Bouius *in Respons. pro censur. Pauli V. part. 5. ad argum. 11. fol. 79.* Duardus *in Bull. Cœnæ, lib. 2. Can. 19. q. 8. n. 1.* & *seq.* & Fagnanus *in Respons. pro censur. Pauli V. fol. 117.* & *seq.* Quia licèt consuetudo immemorabilis legis, & priuilegij vim obtineat (vt patet *ex cap. super quibusdam, de verb. signif.* & notauit Riccius *part. 4. decis. 89. num. 4.* & Io Narbon. *de appellat. part. 1. fundam. 4. num. 4.*) tamen, quando est
9 turpis, & exprobata (vt est in casu nostro) & maximè in subiecto incapaci, quod propterea nunquam potest præscribere (vt etiam est in casu nostro) non potest vmquam priuilegium inducere; Quapropter non obstat, quod in aliquibus Regnis sint dictæ consuetudines particulares in contrarium, & quod illæ sine scrupulo à Magistratibus laicis obseruantur: Nam respondetur, consuetudines illas non ad ius pertinere, sed ad hominum facta, propter quæ veritatem negare non possumus, neque rationem earum dare tenemur, sed id spectat ad illos, qui consuetudines dictas obseruant; nisi similiter dicant, cum huiusmodi consuetudinibus adesse summi Pontificis consensum explicitum, vel saltem consensum implicitum, & tolerantiam (non quidem permissiuam, quæ non sufficit, vt *in lib. de parlamentis, du-*
10 *bit. 15. sect. 2. num. 1.* dicebam; & ex S. Th. *in 1. 2. q. 97. art. 3. ad 3.* docet Ludouicus Mæratius *in sum. tom. 1. tract. de legib. disp. 15. sect. 11. in fin.*) sed approbatiuam; quod, an verum sit, & dato, verum aliquando fuerit, modò talis consensus, & tolerantia approbatiua, non sit reuocata per Bullam Cœnæ & Bullam Vrbani VIII dictam, videant, qui affirmant, sicuti suprà dicebam, & iterum dicam *dubit. 15. per totam*, & *cap. 5. dubit. 14. sect. 8* & *seqq.* & etiam dicebam *cit. lib. de parlamentis, dubit. 4. sect. 19.* per suas subsectiones, & *dub. 27. sect. 3. 4.* & *5.* & *seqq.*

SECTIO III.

An, & quid dicendum de clericis coniugatis?

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati, licet iuxta Tridentinum, priuilegio fori, & Canonis gaudeant, non tamen à gabellis, & tributis immunes sunt; sed quoad hoc tanquam laici reputantur.*

2 *Clerici coniugati gaudent priuilegio fori solum in criminalibus.*

3 *Textus in cap. vnico, de Cler. coniugat. in 6. intelligitur quoad capturam Personæ; non autem si mere ciuiliter contra bona sine carceratione procedatur.*

4 *Clericus coniugatus si contraxerit cum vnica, & virgine, & deferat tonsuram, & habitum Clericalem, ac inseruiat alicui Ecclesiæ, gaudet priuilegio fori non solum in criminalibus; sed etiam in ciuilibus.*

5 *In dubio iuris potius pro iurisdictione Ecclesiastica, quam laicali standum est.*

6 *Clericus coniugatus cum vna, & virgine, si vestes Clericales, & tonsuram deponens, postea, non tamen in fraudem, habitum reassumat, priuilegio fori etiam gaudet.*

7 *Clericus coniugatus, si pro crimine capiatur incedens sine habitu, & tonsura, & deinde è carcere fugiens habitum, & tonsuram reassumat, & in ea iterum capiatur, non gaudet priuilegio fori.*

DIxi secundò, *quin & constituti solum in Minoribus, vel etiam solum in prima tonsura, quamuis*
non beneficiati, si coniugati non sint; quia clerici con- 1
iugati, licet iuxta Tridentinum Concilium priuilegio fori, & Canonis gaudeant, non tamen à gabellis, & tributis immunes sunt, sed quoad hoc
tanquam laici reputantur; quin talibus priuile- 2
gium fori, solùm in criminalibus conceditur; vti docent gl. *in c. vnic. de cler. coniug. in 6.* Couar. *pract. qq. c. 31. n. 9.* Matienz *leg. 11 gloss. 1. n. 4. tit. 4. lib. 5. recop.* Sanch. *de matr. lib 7. disp. 46. n. 16.* Azor. *1 par. lib. 13. c. vlt. q. fin.* Barbosa *de potest. Episc. part. 2. Allegat. 12. num. 25.* Gutierrez *pract. qq. Canon. q. 4. num 18.* & *seqq.* Pereira *de manu Regia par. 2. c. 26. num. 10.* Correa *relect. de immunitate Eccles. part. 2. num. 32.* Azeuedus *tom. 1. lib. 1. leg. 2. tit. 4. Recopil.* Megalius *in 3. part. lib. 3. cap. 10. num. 40.* Coriolanus *in Bull. Cœna excommun. 16. fol. 945.* Layman, *lib. 4. tract. 9. c. 8. n. 5.* & *seqq.* Cenedus *in 97. Canon. q. 4. num. 18.* & *19* & alij complures, quos citat, & sequitur Antoninus de Ballis *in tract. var lib. 5. tit. 10. num. 18.* Danza *in pugna Doctorum in cit. cap. vnic. de cleric. coniug. num. 13.* Capiblancus *de officio Baronum,*

Baronum, tom. 1. pragmat. 8. part. 3. num. 52. & colligitur ex l. 1. tit. 4. lib. 1. nouæ Recop. & ex cit. c. vnic. de cler. coniugat. in 6. quia, licet textus ibi loquatur
3 etiam de causis ciuilibus, intelligendus est quoàd capturam personæ, non autem si merè ciuiliter contra bona sine carceratione procedatur (vti resolutum fuit in Capella Tholosana decis. 184. & apud Guidum Papam decis. 13.) vel intelligendus est in causis criminalibus ciuiliter motis, vt explicant alij, quos citat, & sequitur Correa, Antonius de Ballis, Danza, & Capiblancus in locis supra cit.
4 Quamuis (si clericus coniugatus contraxerit cum vna, & Virgine, & portet tonsuram, & habitum clericalem, & iuxta Tridentini decretum deseruiat alicui Ecclesiæ) contrarium (quod scilicet priuilegio fori non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus gaudeat, & sic in vtrisque causis conueniendus sit coram Iudice Ecclesiastico) satis probabiliter doceant alij, vt Speculator in tit. de compet. iudic. addit. §. 1. n. 24. Francus in c. vnic. de coniugat. in 6. Cœpolla consil. crimin. 10. Mandosius in Addit. ad Lapum, Allegat. 40. & 118. Camillus Borellus in specul. Princi um, Rubr. 11. §. videamus, in princ. lit. A. Paulus Squillante de priuil. cler. c. 7. dub. 2. n. 27. Antonius de Marinis quotid. resol. c. 58. n. 2. Gauanrus in Enchirid. Episc. ver. clericus, n. 81. (vbi affert præsertim pro Regno Neapolis S. Congregationis declarationem 27. Februarij 1630. editam) Riccius part. 3. decis. 170. n. 1. & par. 4. dec. 310. n. 5. & Collect. 308. Zanardus par. 1. de Sacr. matrim. c. 23. q. 24. Diana par. 1. tract. 2. resol. 50. Duardus in Bull. Cœna, lib. 2. Can. 15. q. 4. concl. 3. n. 12. & ex Iuristis Martha de iurisd. par. 1. cent. 2. cas. 159. n. 5. & Ceuallos in tract. de cognit. per viam violentiæ, par. 2. q. 73. n. 4. & probari potest ex eod. c. vnic. de cler. coniug. & ex c. 2. de foro comp. cùm ibi dicatur, *Neque ab ipsis secularibus Iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecuniariter nullatenus condemnari*; & sic cùm dicatur *nullatenus*, videtur, quod totum negetur, & in vniuersū iurisdictio Iudicis secularis exclu-
5 datur; præsertim quia in dubio iuris potius pro iurisdictione Ecclesiastica (cùm Ecclesia; item & reus sit fauorabilis) quàm pro laicali standum est.
6 Adde, quod, si clericus coniugatus cum vna, & Virgine, vestes clericales, & tonsuram deponens, (non tamen in fraudem, vt ex Anchatano rectè notauit Toletus vbi infra) reassumat, & iuxta Tridentini decretum Ecclesiæ alicui deseruiat, priuilegio fori etiam gaudebit; sicuti contra nonnullos Iuristas, & Auendagnum de exequen. mandatis Reg. lib. 1. c. 22. n. 15. rectè docent Clarus lib. 5. receptarum, §. fin. q. 36. n. 15. M. Antonius Cucchus in institut. lib. 3. tit. 9. n. 67. Barbos. in l. Titia, n. 33. ff. soluto matrim. & Tolet. lib. 1. c. 31.

Quapropter S. Cardinalium Congregatio decreuit, quod si clericus coniugatus, modo scilicet quo supra, post dimissum habitum, & tonsuram clericalem pro debito aliquo in Curia laicali citatus, & ob contumaciam condemnatus, reassumpto habitu, & tonsura (non tamen in fraudem, vti dicebam) Ecclesiæ iuxta Tridentini decretum inseruiat, non possit à Iudice laico propter tale delictum detrudi in carcerem; vel astringi personaliter; & fauet c. si Iudex laicus de sententia excommunicationis in 6 Vnde sententiam Cabedi part. 1. de-
7 cis. 58. n. 8 docentis (quod si clericus coniugatus pro crimine capiatur incedens sine habitu, & tonsura, & deinde è carcere fugiens, habitum, & tonsuram reassumat, & in ea iterum capiatur, non gaudeat priuilegio fori, ex cap. ex parte de priuil.)

improbat Barbosa de potestate Episc. part. 2. alleg. 12. num. 29. Vide quæ dicentur c. 4. dubit. 1. 10. 11. & 12.

SECTIO IV.

An, & quid dicendum de clericis in Minoribus, si non seruent conditiones à Tridentino requisitas?

SVMMARIVM.

1. *Clerici si non seruent conditiones à Concilio Tridentino requisitas, neque à gabellis, & tributis immunes erunt, neque priuilegio Canonis gaudebunt.*
2. *Contra nonnullos contrarium docentes satis probabiliter.*
3. *Clerici in minoribus non seruantes conditiones Concilij Tridentini, si amittunt priuilegium fori, multo magis amittent priuilegium Canonis.*

Dixi tertiò; *si seruent* (id est, constituti solum in Minoribus, vel in in prima tonsura, quamuis non beneficiati) *conditiones à Tridentino requisitas, vt priuilegio fori gaudeant* (id est, incedant in habitu, & tonsura, & deseruiant alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi, &c.) quia alioquin hi neque à gabellis, & tributis immunes erunt, neque priuilegio Canonis gaudebunt; Atque ita docent Suarez in defens. fid. lib. 4. c. 27. n 14. Alteriua de cens. tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 6. dub. 10. Graff. part. 1. lib. 2. cap. 125. num. 21. Molfesius in summa tom. 1. tract. 6. cap. 10. num. 65. & tom. 2. tract. 12. cap. 22. num. 161. Azor. part. 3. lib. 5. cap. 19. q. 6. Reginald. tom. 1. lib. 9. cap. 25. num. 376. Layman. lib. 4 tract. 9. cap. 6. num. 3. Filliucius tom. 1. tract. 16. cap 11. num. 298. Homobonus part. 1. tract. 7. cap. 29. q. 120. Coriolanus in exposit. Bullæ Cœnæ, excommun. 18 Barbosa in collect. 1. lib. 3. tit. 49. c. 7. num. 7. Curtellius de immun. Eccles. lib. 2 q 37. & Ceuallos tract. de cognit. per viam violentiæ, cap. 7. num. 21. 1

Quamuis contrarium satis probabiliter doceant Molina tom. 3 tract. 2. disp. 270. num. 5. Less. lib. 2. c. 33 dub. 5. num. 38. Garsias de benefic. tom. 1. cap. 3. part. 2. num. 5. in fin. Malderus in 1. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 8. Comitolus in Respons. Moral. lib. 1. q. 54. num. 2. & lib. 6. q. 20. Torreblanca lib. de Magia cap. 6. n. 69. & Diana part. 1. tract. 2. resol. 36. ex eo, quod tales clerici (licet non seruent conditiones à Tridentino requisitas, vt fori priuilegio gaudeant) de iure communi immunes sint à gabellis; & tributis, & habeant priuilegium Canonis; ex alio capite autem in dicto casu ius nouum dicti Concilij Tridentini loquatur tantùm de priuilegio fori, & non de priuilegio Canonis, & gabellarum exemptionis, ad quæ alia priuilegia priuationis extensio, cùm sit odiosa, facienda non est; & afferunt pro se S. Congregationis Cardinalium declarationem; de qua tamen non constat authenticè. Quapropter quod dixi prius, videtur mihi probabilius; præsertim, quia si tales clerici in dicto casu amittunt priuilegium fori, quod est de iure diuino, multò magis amittent priuilegium Canonis, quod est de iure positiuo; sique amittont priuilegium fori quoad personas, multò magis amittent priuilegium gabellarum quoad bona; 2 3

Cum Concilium ad principaliorem partē respiciens,

piciens, illos,nisi reqoisita dicta seruassent, pro laicis haberi voluerit:idem enim est,aliquem esse, vel non esse de foro alterius, ac ei subesse, vel non subesse, *gl.in Clem. vnic. vers. subditus,de foro compet.* quam sequuntur communiter Doctores ibi, Franc.*in cap.cum nullus,col.2.de temper.ord.in.6.* Felio.*in cap.1.col.vlt.de sponsalib.& cap.vlt.n.32. de foro compet. Abb.cap.1.col.vlt.eod.tit.* Barbat.*in cap.nonnulli in princip.col.vlt.de rescript.* Glossa, Abb. & Felin.*in c.nuper,de sent.excom.*quibus probatur, nõ esse subditum illum,qui de foro non est:atq; vt nõ subditus,nec iudicio,nec tributi, onerumq; præstationi tenetur:nam qui forũ oon sortitur,oneribus nõ subest:forus enim cõpetentiam superioris supponit, *l. sed & hæ, 35.§.non solum.ff.de procurat.* vnde titulus de foro compet. quia nemo forum exercet in alios nisi ios habeat iudicandi, *c. forus, 10.de verb.signif.*

Accedit,quod ob Ecclesiæ,& Cõcilij integritatem potiùs menti,quàm verbis Concilij iohærere debemus,iuxta *extrauag. ad conditorem, ante fin. de verb.signif.* ibi:*Volentes in sancta Dei Ecclesia, quæ nõ verbo obtinent tantũ,sed quæ re potius,obseruari.* Et tributorũ præstatio ad subiectionẽ,& iorisdictionem pertinet,iuxta Apost.ad Rom.13.ibi:*Necessitate subditi estote, non solùm propter iram,sed etiã propter cõsciẽtiam:ideò enim & tributa præstatis:ministri enim sunt in hoc ipsum seruiẽtes.* Quoties ergo Conciliũ foro priuat clericos,qui requisita non seruauerint, toties eos alteri foro subiacere vult, quodque vt subditi ad illa omnia,ad quæ cæteri ex doctrina Apostoli tenẽtur,astricti cẽseantur:iorisdictioni nimirũ subiacere,& tributa præstare:nam ideo quis eximitur, quia statũ mutat, & mutatio sine his signis,& requisitis nõ sequitur ex Tridentino:quapropter citra mutationẽ ius Principum illęsum manet,iuxta illud,qood rectè dixit Bellarm,*ad Barcla. cap. 34. §.3.* ibi:*Dum euehit laicos ad ordinem altiorẽ, id est, clericorum,non est mirum,si consequenter priuet Iudices iure,quod in eos habebant,dum essent in gradu inferiori.* At non euehit ad hunc ordinem, nisi com illis qualitatibus; ergo non priuantur Principes suo iure,si qualitates illæ deficiant; quia io hoc casu qualitas hæc dat esse rei illaque mutata transit in aliam speciem, *§. præterrà, Instit. de inutil. stipul.* Marsil.*singul.* 520. & Gratian. *discept. 314. numero 36.*

DVBITATIO VI.

An Clerici (constituti scilicet in Minoribus, vel in prima tonsura tantum,& non beneficiati, in casu saltem,quod seruent conditiones à Tridentino requisitas)immunes etiam à gabellis, & tributis sint, si habitum clericalem assumpserint, sine intentione permanendi in clericatu?

SVMMARIVM.

1 *Clerici, vt in titulo recensito,sunt immunes à Gabellis & Tributis,etiam si habitum clericalem assumpserint non animo permanendi in Clericatu.*

2 *Clerici sumentes habitum in dicto casu peccant mortaliter,sed contrarium non est improbabile.*

3 *Pro eo tempore, quo quis Deo seruire vult dignus est mercede sua; & Concilium non loquitur de præcepto.*

4 *Episcopus non potest edictum publicum edere sub pœna priuationis habitus vt Clerici in minoribus sacros ordines assumere debeant.*

Espondetor affirmatioè;quia, licèt 1
talem intentionem non habeát, tameo hic,&nunc verè clerici sunt,&
Ecclesiæ deseruiũt;quapropter hic,
& nunc prioilegio etiam immunitatis gabellarum,nedum Canonis, & fori gaodét;
Atq; ita præter alios docet Duardus *in Bull. Cœnæ lib.2.can.18.q.7.num.* 2. Quamuis contrarium oon
improbabiliter sentiant Prosper de Augustino *in addit.ad summam Quaranta,ver. vectigal. ex l.quæ sub prætextu,Cod.de sacros.Eccles.* Curtellius *de immunit. Eccles.lib.2.q.44.* & Coriolan.*in exposit. Bullæ Cœnæ,excomm.18.fol.950.* Videri etiam poterit Bannez *in 2.2.q.12.art.1.in 2.diffic. concl. vlt.* Ledesma *in summa.tom.2 tract.de Sacram.Ordinis cap.7.concl.* 3.vir magnæ literaturæ Pascaligus *tom.2.decis.* 48.
& Barbosa *de potest.Episcop.part.2.allegat.11. num.* 2
12. vbi tenent,quod io dicto casu clerici peccent mortaliter, ex eo quod Tridentinum Concilium *sess. 23.cap.* 4. dicit: *Prima tonsura non initientur, qui Sacramentum Confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit, eos, non secularis iudicij fugiendi fraude,sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.* Sed etiam quoad hoc videtur contrarium (quod docent Sanchez *de matrim.lib.7.disp.31.num.* 16.& 17.Coninch. *de Sacram. tom.2.disp.20.num.104.& 105.*&Villalob.*in sum.tract.11.diffic.14.num.2.*)mi-
hi probabilius. Ratio;quia pro eo tempore, quo 3
quis Deo deseruire vult,digous est mercede sua; Et Tridentium Coocilium non loquitur de præcepto(cùm ex indostria oon vtatur verbis præceptiuis)sed de conuenieotia; Quapropter sacra Congregatio in vna Maxariensi die 14. Decembris 1650.teste Sellio *in select. Canon cap.19. num.*
4. & Barbosa *in collect. Doctorum super Concilium* 4
*Tridentinum sess.23.cap.7.num.*4. declaraoit, qood Episcopus non possit,vt clerici in minoribus constituti debeant sub pœna priuationis habitus,Sacros ordioes assumere,edictum publicare.

DVBITATIO VII.

An clerici (constituti scilicet etiam in Minoribus,vel in prima tonsura tãtum,& nõ beneficiati, in casu,quod seruent conditiones à Conc. Trident.requisitas) fori priuilegio gaudeant, non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus?

SVM

SVMMARIVM.

1 *Clerici supradicti gaudent priuilegio fori non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus; quia Concilium concedit priuilegium fori absolutè, & sine vlla distinctione.*

2 *Quando lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.*

3 *Omnia, quæ de generalitate exemptionis tam in criminalibus, quam in ciuilibus ad omnes Clericos cuiusque ordinis in statu clericali perseuerantes æqualiter applicanda sunt.*

4 *Pereira refellitur tanquam absurda, & repugnantia sacris Canonibus adstruens.*

1 RESPONDETVR, quod gaudeant priuilegio fori, non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus; quia Concilium Tridentinum *cit. sess. 23. cap. 6* in tali casu prædictis clericis concedit priuilegium fori absolutè, & sine vlla distinctione; ergo non solùm
2 in criminalibus, sed etiam in ciuilibus; cùm quando lex non distinguit (præsertim in fauoribus, qui sunt ampliandi) nec nos distinguere debeamus; Atque ita docet Suarez contra Regem Angliæ *lib. 4. cap. 26. n. 3. & seqq.* vbi ex *cit. c. 2. de foro*
3 *competent. & cit. cap. cùm non ab homine de iudiciis,* rectè subdit, quod omnia, quæ de generalitate exemptionis, tam in criminalibus, quam in ciuilibus iudiciis, quinimmò & in legibus, etiam ciuilibus, & tributis dicuntur, ad omnes clericos cuiuscumque ordinis in statu clericali perseuerantes, æqualiter applicanda sint, propter eandem rationem, quod scilicet neque quoad hoc iura quidquam inter eos discernunt, sed absolutè, & sine vlla distinctione loquuntur; Ita etiam docent Comitolus *in Respons. Moral. lib. 1. q. 54.*
4 & alij passim; quidquid in contrarium dicat Pereira *de manu Regia par. 2. c. 33. num. 2 & seqq.* vbi ait, quod clerici in Minoribus constituti, etiamsi conditiones à Tridentino requisitas obseruent, in omnibus, præterquam in criminalibus (in quibus quidem priuilegio fori gaudent) tanquam laici reputentur; & ideo à Principe seculari personaliter compelli possint ad incendiis occurrendum, ad rixantes separandum, ad delinquentes capiendum, &c.

At quod dixi, est omninò tenendum, adeò vt nonnulli graues Doctores sentiant (vt supra *dubit. 5. sect. 4* dicebam) quod dicti clerici in Minoribus constituti, etiamsi conditiones à Tridentino requisitas non obseruent, retineant adhuc, & non amittant priuilegium Canonis, & exemptionis gabellarum, etsi amittant priuilegium fori; ex eo, quod Tridentinum dictos clericos requisita Tridentini non obseruantes hoc fori solo priuilegio priuet; & sic, cùm simus in odiosis & pœnalibus (præsertim contra immunitatem Ecclesiasticam) non sit ad alia priuilegia facienda extensio; etsi mihi (his non obstantibus) oppositum propter rationem ibi assignatam magis probetur.

DVBITATIO VIII.

An, & quid dicendum sit de Clericis Græcis?

SVMMARIVM.

1 *Clerici Græci etiam non habentes conditiones Concilij Tridentini gaudent priuilegio non solum gabellarum immunitatis, sed etiam Canonis, & fori.*

2 *Græci post separationem Ecclesiæ Orientalis ab Occidentali, & post translatum Imperium à Græcis ad Germanos sub Leone III. non tenentur legibus Pontificiis, quæ de nouo pro Ecclesiasticis conduntur etiam in Conciliis generalibus.*

3 *Ampliatur, quod Clerici Græci gaudeant priuilegio prædicto, siue illi minoribus ordinibus ordinati sint ante matrimonium contractum, siue ordinati sint post.*

4 *Cui conceditur maius conceditur etiam minus.*

5 *Vsus est optimus legum, & priuilegiorum interpres.*

6 *Opinio Veneti reprobatur, & cur.*

7 *Clerici in Orientali Ecclesia in minoribus constituti contrahunt matrimonium, & in maioribus ordinibus vtuntur matrimonio contracto, ex quo non sequitur quod Græci non possint post matrimonium contractum, minoribus ordinibus ordinari.*

8 *Doctrina Marcelli Vulpæ verificatur tantum de Latino non item de Græco.*

RESPONDETVR, quod clerici Græci, licet sint etiam in Minoribus, vel in prima tonsura tantum constituti, & non beneficiati, quin etiam & non seruent conditiones à Tridentino requisitas (vt si non deseruiant Ecclesiæ, &c.) gaudeant priuilegio, non solum gabellarum immunitatis, sed etiam Canonis, & fori. Ratio; quia post separationem Ecclesiæ Orientalis ab occidentali, & post translatum Imperium à Græcia ad Germanos sub Leone III. non tenentur Græci legibus Pontificiis, quæ de nouo pro Ecclesiasticis conduntur, etiam in Conciliis generalibus, vt est Concilium Tridentinum; sicuti rectè notarunt Vasq. *in 3. par. tom. 3. disp. 248. n. 2.* Baldellus *lib. 5. disp. 41. n. 2.* Azorius *par. 1. lib. 5. c. 11. q. 7.* Quaranta *in summa Bullarum ver. Græcorum ritus, in prin.* Squillante *de priuileg. cler. c. 7. n. 16. & c. 8. n. 11.* Faustus *in Thes. Relig. lib. 7. q. 9.* Carolus de Graffis *de effect. cler. effect. 1. n. 82* & Diana *par. 5. tract. 1. resol. 26.* non ex eo, quia non subdantur Ecclesiæ Romanæ, cui quidem subduntur, sicut & cæteri fideles, sed quia Pontifices Romani post dictam separationem noluerunt ad eos illas extendere. 1 2

Et quod dixi (scilicet clericos Græcos, etiamsi sint in Minoribus, vel in prima tonsura tantum constituti, & non beneficiati, quin etiam & non seruent conditiones à Tridentino requisitas, v. g. non deseruiant Ecclesiæ, &c. gaudere priuilegio gabellarum immunitatis, Canonis, & fori)

3 locum habet, siue illi minoribus ordinibus ordinati sint ante matrimonium contractum, in quo conueniunt Doctores, siue ordinati sint post; quia si post matrimonium contractum possunt ordinari ordinibus maioribus, poterunt etiam post matrimonium contractum ordinari ordinibus minoribus; cùm cui conceditur maius, con-
4 cedatur etiam minus, *cap. ex parte, de decimis, cap. licet, de regal. iur. in 6. l. filius, §. fin. de donat. l. Marcellus, ff. de donat. caus. mortis, & l. non debet ff. de regul. iur.*
5 tum quia ita habet vsus, qui est optimus legum, & priuilegiorum interpres, *cap. cùm dilectus de consuet. l. minima, & l. si de interpretatione, ff. de legibus*; tum quia ita docent ex communi Doctores supra citati; quidquid in contrarium sentire videantur
6 alij, inter quos Venetus *in Exam. Episcop. lib. 3. cap. 2. num. 3.* vbi ait, quod Græci sumere debeant prius ordines, & posteà vxores, non autem è contra.

Neque pro Veneto facit cap. *cùm olim de cleric. coniug.* in illis verbis: *Iaxtaritum Græcorum vxorem duxerit in minoribus ordinibus constitutus*; Et infra: *Quoniam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt*, Quapropter gl. *in cap. quæsitum de pœnit. & remiss.* ait, Presbyteri Græci vtuntur matrimonio in minoribus ordinibus contracto; & Honorius *in compend. iur. Can. lib. 3. tit. 1. num. 6.* Bellettus *in disquis. cleric. part. 1. tit. de discipl. cler. §. 9. num. 4.* & alij
7 aiunt: in Orientali Ecclesia clerici in Minoribus constituti contrahunt matrimonium, & in maioribus ordinibus vtuntur matrimonio contracto.

Respondetur enim, id non dici, quia Græci non possint post matrimonium, contractum minoribus ordinibus ordinari, sed quia possint matrimonio in minoribus ordinibus contracto vti, & ad maiores ordines ascendere, non tamen possint similiter vti matrimonio in maioribus ordinibus contracto, sicuti statuit Canon *6. Trullanus*, & notarunt Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 28. n. 4.* Acugna *in Decretam Gratiani part. 1. dist. 31. cap. 12. num. 4.* Pesantius *in Addit. ad 3. part. q. 40. disp. 3. concl. 3.* Layman *lib. 3 tract. 9. cap. 11 num 9.* Præpositus *in 3. part. S. Th. de sacram. ordin. q. vn. dub. 21. num. 209.* Tannerus *tom. 4. disp. 7. q. 4. dub. 2. n. 40.* Ochagauia *de sacram. Ordin. tract. vn. q. 10. num. 5.* Hurtad. *de sacram. Ordin. diffic. 24. & 25.* & alij passim.

8 Neque etiam pro Veneto facit doctrina, quam affert Marcellus Vulpe, nempe quod laicus post matrimonium (etiamsi cum vnica, & virgine) contractum non posit initiari prima tonsura, & effici clericus vt priuilegio fori gaudeat.

Respondetur enim, doctrinam istam verificari de Latino tantùm; quia cùm Latinus post matrimonium contractum non possit ad sacros ordines adscendere, consequens est, quod, si post matrimonium contractum minoribus ordinibus ordinetur, meritò præsumatur ordinati in fraudem iurisdictionis laicalis, ne scilicet ei subiiciatur, quæ præsumptio in Græco (cùm post matrimonium contractum possit etiam ad ordines sacros ascendere, & matrimonio contracto vti:) locum non habet; præsertim quia (sicuti suprà dicebatur) prohibitiones Pontificiæ quoad Latinos, ex mente Pontificum ad Græcos etiam non extenduntur.

DVBITATIO IX.

An, & quid dicendum sit de Religiosis?

SVMMARIVM.

1 *Religiosi immunes sunt à gabellis, & tributis, tam personalibus quam realibus.*

2 *Religiosi omnes, qaia tria vota in Religione approbata (etiamsi non solemnia, sed simplicia) emiserint, quin & omnes Nouitij approbata Religionis, à iurisdictione Principium secularium quoad forum, & à tributis immunes sunt.*

3 *Religiosi ex receptissimo vsu immunes sunt onere quoad Personas, & consequenter quoad bona, cum accessorium sequatur naturam sui principalis.*

4 *Nouitij approbata Religionis siue sint Nouitij formaliter, siue largo modo infra annum Nouitiatus, vt impuberes, ante annos pubertatis ad Religionem admissi gaudent dicto priuilegio.*

5 *Religiosus hoc ipso, quod recipitur in Religione, inter Personas Ecclesiasticas numeratur, & gaudet priuilegio gabellarum exemptionis, Canonis, & fori, cæterisque priuilegiis Religionis.*

6 *Priuilegium Canonis à nonnullis Doctoribus conceditur explicitè etiam iis, qui assumpto aliquo habitu Religioso adhibentur ad seruitia, & obsequia Monialium, & ad petendam eleemosynam pro illis. à quibus etiam conceditur implicitè priuilegium fori.*

7 *Cui competit priuilegium Canonis competit etiam priuilegium fori.*

8 *Bona Nouitiorum etiamsi ad Religionem non pertineant sunt exempta à Gabellis; quia non tollitur quod non sint bona Ecclesiasticorum; quod sufficit ad Gabellarum priuilegium obtinendum.*

9 *Ex diuersis non fit illatio, quando fundamentum non est vnum, & idem.*

10 *Laici familiares Episcopi gaudent tantùm priuilegio fori, quia Episcopus de iure habet familiam armatam, & exemptam.*

RESPONDETVR, quod immunes sint à 1
gabellis, & tributis, tam personalibus, quàm realibus (ita vt si ex propriis bonis aliqua vendiderint, gabellam soluere non teneantur) & à iurisdictione Principum secularium 2
quoad forum iudiciale omnes Religiosi, qui tria vota in Religione approbata (etiamsi non solemnia, sed simplicia, vt in Societate Iesu emiserint; quin & omnes approbatæ Religionis Nouitij; quia hi omnes (licet transire possint ad seculum) sunt pars Religionis, cuius personæ, & bona, vt potè Ecclesiastica, à tributis absque dubio immunia sunt; tum quia inter personas Ecclesiasticas enumerantur, *cap. Religioso, §. 1. de sent. excommun.* in

in 6.& ibi gloſſa,&cõmuniter Doctores;tum quia
gaudẽt priuilegio Canonis,& fori;ergo non eſt,
cur non gaudeant priuilegio exemptionis gabel-
larum ; cùm nuſquam contrarium caueatur ; tum
quia ex receptiſſimo vſu immunes ſunt onere
quoad perſonas,ergo & onere quoad bona ; cùm
acceſſorium ſequi debeat naturam ſui principalis;
Atque ita docent Molina *de iuſt. & iur. tract.* 2.
diſp. 671.*num.* 2. Sanch. *in ſumma tom.* 2.*lib.*6.*cap.*
10. *num.* 16. Turrianus *in* 2. 2. *tom.* 2. *diſp.* 44.
du .4. *num.*12. Malderus *in* 2.2.*tract.* 1.*cap.*6.*dub.*
8. Trulleoch *in Decalog. tom.*2.*lib.* 7. *cap.* 12. *dub.*
5. *num.*16. Barboſa *in Collectan.tom.*1.*lib.* 3. *tit.* 49.
*cap.*7.*num.*11. Diana *part.*1. *tract.* 2. *reſol.* 37. Fau-
ſtus *in ſpeculo Confeſſ. diſp.*33. *q.* 14. *num.* 2. Graſſ.
de effectib. clericor. effect. 3. *num.* 131. (qui citat
Bartolum , Abbatem,Ripam , & alios) Bertachi-
nus *tract. de gabellis , part.* 7. *num.* 56. & Flores de
Mena *lib.*2.*q.*11 §. 4. *num.*198. Quamuis contra-
rium quo ad Nouitios ſentiant Tiraquel. *de re-
tract.* §. 1.*gl.* 8.*num.*31.*& ſeqq.* Greg.Lopez *in l.*7.
ver.ſi quando,part. 1.*tit.*7. Laſſarte *in tract de decim.
vendi .cap.* 19.*num.* 50.(qui ſententiam ſuam ex-
tendit etiam ad Religioſos Societatis Ieſo , vt
vſquè dum non emiſerint quatuor vota, tributis
tenantur ; ſed minus rectè , cum hi , etiam ante
quarti voti emiſſionem verè Religioſi ſint ex
Bulla Gregorij XIII.)Curtellius *de immun. Eccleſ.
lib.*2.*q.*38.Parladorius *lib.*1.*cap.*13. §. 1. *num.* 21.
&inclinare videatur Emanuel Rodericus *in Com-
pend. ver. tributum , & tom.* 3. *q.* 74. *art.* 5. Mol-
feſius *in ſumma tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *num.*162.
4 Et quod dixi de religioſis,& de approbatæ Re-
ligionis Nouitiis, intelligo ex probabiliori , ſiue
ſint Nouitii formaliter) in anno ſcilicet Noui-
tiatus) ſiue ſint Nouitij materialiter , ſeo largo
modo Nouitij (infra annum ſcilicet Nouitiatus)
vt ſont impuberes ante annos pubertatis ad Reli-
gionem admiſſi, & in Religione noſtra Clerico-
rum Regularium , Theatinorom ſont hoſpites.
Moueor propter eaſdem rationes iam dictas ;
quia hoc ipſo , quod quis modo ſolito in Reli-
5 gionem recipitur (cum mancipetur coltui diui-
no, obſequiiſque Religionis, viuat ſub obedien-
tia Prælati, & faciat omnes obſeruantias Regu-
lares, ita vt ſi in aliqua illarum exequenda delin-
quat,à Prælato puniator)noo eſt , cur inter perſo-
nas Eccleſiaſticas non enumeterur ; & ſic non
gaudeat priuilegio gabellarum exemptionis, Ca-
nonis,& fori , cæteriſque priuilegiis Religionis;
Atque ita contra Paſqualigum *tom.* 1. *deciſ.* 424.
num. 2.*& ſiq & tom.*2.*deciſ.*96.docet Diana *part.* 6.
tract. 8.*reſol.*7.Vide etiam Sanchez *lib.*5.*moral. cap.*
4.*num.*24.Peregrioum *in Conſtitut. noſtras Theati-
norum, part.*2.*c.*5.*lit. R.*§.6.Bonacinam *diſp.*2.*de ex-
commun.q.*4.*punct.*3.*num.*7.*& ſeqq.*Ambroſium Ma-
chinum *in Reſolution pro ordinib. Militarib. art.* 6.
6 *num.* 58. & Bordonum *in conſiliis Regularium reſol.*
28.*num.*19.qui Doctores,cùm priuilegium Cano-
nis explicitè concedant ſupra dictis largo modo
ſumptis Nouitiis (quin & aliqui ex ipſis dictum
priuilegium Canonis explicitè concedant etiã iis,
qui aſſumpto aliquo habitu religioſo adhibentur
ad ſeruitia,& obſequia Monialiũ, & ad petendam
eleemoſynã pro illis) implicitè etiam concedunt
priuilegium fori ; quia cui competit priuile-
7 gium Canonis competit etiam priuilegium fori,
vt *ſupra ſect.* 8 *ſubſect.*3.*in fine* probabam & docent
Diana , & Machinus *in locis ſupra cit.* Suar. *contra
Regem Angl æ lib.*4.*cap.*29.*num.*7. Quio & expli-
citè quidam ex ſupra citatis Doctoribos(vt Diana
*reſol.*7.*cit.*)concedunt iiſdem largo modo ſumptis
Nouitiis etiã priuilegium exemptionis gabella-
rum,quia,ſicuti dicebam,tales Nouitij etiam inter
perſonas Eccleſiaſticas enumerantur;ergo.&c.
Non obſtat,quod ipſorum bona ad Religio- 8
nem non pertineant , ſed ipſi bonorum ſuorum
dominium retineant.
Reſpondetur enim , hinc non tolli , quin ſint
bona perſonarum Eccleſiaſticarum ; quod ſufficit
ad gabellarũ priuilegium obtinendũ;alioquin nec
Nouitij formaliter tali priuilegio exemptionis
gabellarum gauderent;cùm & iſtorum bona ad
Religionem non pertineant , ſed dominium ſuo-
rum bonorum etiam ipſi retineant.
Non obſtat ſecundò,quod ex diuerſis non fiat
illatio,*l.Papinianus,ff. de Minoribus* ; & ſic , quod 9
licet ſuprà dicti largo modo Nouitij gaudeaot
priuilegio Canonis,& fori, non tamen propterea
ſequatur,quod gaudeant etiam priuilegio gabel-
larum exemptionis ; vt exemplum eſt in clericis
coniugatis , (qoi licèt gaudeant priuilegio Ca-
nonis & fori modo,quo ſuprà dicebatur)& in lai-
cis ſeruientibus Epiſcopo (qui licet gaudeant
priuilegio fori) non tamen gaudent priuilegio
gabellarum exemptionis.
Reſpondetur enim,ex diuerſis non fieri illatio-
nẽ;quando fundamentũ cõcedendi hæc priuilegia
non eſt vnum, & idem (vt contingit in exemplis
allatis)concedo:quando eſt vnũ & idem(vt eſt in
caſu noſtro;cùm ſupra dictis largo modo Nouitiis
coocedantur,vti dicebã,hæc priuilegia,ex eo quia
ſunt illi perſonæ Eccleſiaſticæ,& cõprehenduntur
ſub nomine Nouitiorum)nego,præſertim quia in
exẽplis allatis expreſsè ius dicta priuilegia diuidit,
& limitat,ita vt clericis coniugatis expreſsè tan-
tum concedat priuilegiom Canonis,& fori,modo
quo ſuprà dicebatur,& laicis familiaribus Epiſco-
pi(ex eo quod Epiſcopus de iure habet familiam 10
armatam, & exemptam)tantùm concedat priuile-
gium fori.

DVBITATIO X.

An,&quid dicendum ſit de Oblatis?

SVMMARIVM.

1 *Oblati gaudent fori priuilegio,& immunitate
à vectigalib.& de quibus Oblatis intelli-
gatur vide diffuſius,*
2 *Oblatis competit priuilegium fori,& Gabel-
larum ſecundum conſuetudinem cuiuſque
Religionis,quãdo à iure cõmuni excludũtur.*
3 *Vide nonnulla dubia de Oblatis quoad eo-
rum exẽptionem reſoluta à Sac. Congre-
gatione Concilii.*

REſpondetur , de hac re vide,quę di-
centur c.4.dubit.1.& 13.vide etiam
S.Concilij Cogregationem, in qua
cùm propoſitum eſſet,an Oblati ali-
cuius Religionis iudicandi ſint per-
ſonæ Eccleſiaſticæ, ita vt fori priuilegio,& immu-
nitate à vectigalibus gaudeant?Reſpondit affirma- 1
tiuè,ſi in forma iuris valida perpetuò,& irreuoca-
biliter,plenè,& cũ effectu ſeipſos,& bona ſua om-
nia . præſentia , & futura,nulla prorſus quam-
uis minima eorum portione , neque in pro-
prietatem , neque in vſufructum ſibi reſerua-

ta, Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutauerint: quod si omnia prædicta simul non concurrant, neque fori priuilegio, neque immunitate à sæcularibus exactionibus gaudeant, vt in sequentibus casibus. Primò, cùm quis obtulit personam cum reseruatione bonorum. Secundò, cùm obtulit personam, nulla bonorum facta mentione, quippe quæ non includuntur in simplici oblatione personæ. Tertiò, cùm obtulit personam, & aliquam tantum partem bonorum, quamuis maiorem. Quartò, cùm obtulit bona omnia præsentia, & personam, reseruato vsufructu. Quintò, cùm obtulit personam, & bona omnia præsentia tantùm. Sextò, cùm obtulit personam, & bona omnia præsentia, & futura, sed postea à Superiore Religionis aliquam eorum partem, licet minimam, in emphyteusim recepit. Septimò, cùm obtulit bona, vel omnia, vel partem eorum absque persona; quo casu persona offerens fori priuilegio non gaudet, sed bona in Religionem cum effectu translata à vectigalibus immunia sunt, dummodo persona offerens vsufructũ eorum sibi non retineat: nam
2 in tali casu immunia non sunt, neque etiam quoad proprietatem. His tamen omnibus, quibus Oblati à fori priuilegio, & gabellarum exemptione à iure communi excluduntur, seruanda sit cuiusque Religionis consuetudo, cuius vigore ipsi tale ius priuilegij, vel exemptionis acquisiuissent. Sic Congregatio.
3 Cui cùm essent proposita alia dubia. Primum, An oblati, qui omnia supradicta adimpleuerint, fori priuilegio, & gabellarum exemptione gaudeant, quamuis matrimonio copulati sint, siue ante, siue post oblationem, illud contraxerint. Secundum, an tales oblati fori priuilegio gaudeant, etiam quoad delictum ante talem oblationem commissum, cuius ratione à iudice laico erant puniendi. Tertium, An iurisdictio, quæ vigore Cõcilij Tridentini *cap.* 11. *sess.* 24 competit ordinario in oblatos carentes qualitatibus. *ibid. ver. Expressis*, intelligatur tributa ordinario in oblatos cumulatiuè, vel priuatiuè ad Superiores Regulares. Quartum, An iurisdictio ex eodem Concilij Tridentini Decreto tributa sit ordinario in criminalibus tantum, vel etiam in ciuilibus? Ad primum respondit, gaudere, siue ante, siue post, licentia Superioris Religionis matrimonium contraxerint. Ad secundum, gaudere priuilegio fori, & esse à iurisdictione Iudicis laici exemptos, puniríque debere à Iudice Ecclesiastico, si tamen absque fraude, id est, non animo effugiendi sæcularis Iudicis punitionem, se, & sua obtulerint: quod si talis fraus subsit, posse à Iudice laico puniri pœna confiscationis bonorum, & alia pecuniaria, non tamen corporali, eique remanere subiectos quoad causam, & bona, sed non quoad personam; debere tamen Iudicem Ecclesiasticum, si delicti qualitas sic expostulet, tradere tales oblatos sæculari Iudici puniendos corporaliter. Ad tertium respondit, in oblatos carentes qualitatibus expressis *in ver. Exceptis*, tributam esse ordinario iurisdictionem cumulatiuè, non priuatiuè ad Superiores Regulares. Ad quartum, huiusmodi iurisdictionem Ordinario tributam esse in criminalibus tantùm, non item in ciuilibus.

DVBITATIO XI.

An, & quid dicendum sit de Equitibus S. Ioannis, S. Iacobi, S. Stephani, & similibus?

SVMMARIVM.

1 *Equites S. Ioannis, S. Benedicti, S. Iacobi, S. Augustini, S. Lazari, S. Stephani, Alcantara, Calatraua, & similes sunt immunes à Gabellis, & tributis, & à iurisdictione Principum sæcularium quoad forum iudiciale.*

2 *Equites S. Ioannis in omnium sententia sunt verè Religiosi, inter personas Ecclesiasticas reputantur, & fori, & Canonis priuilegio gaudent.*

3 *Amplia id etiam procedere in Nouitiis dictorum Ordinum, & præcipuè Ordinis S. Ioannis, licet per multos annos in Nouitiatu permaneant.*

4 *In Religionibus Claustralium ex causa rationabili etiam professio differri potest vltra annum.*

5 *Equites alij exceptis Equitibus S. Ioannis, quod non gaudeant dictis priuilegiis eo quod non sint Religiosi, sentiunt multi Doctores quoad bona propria; secus quoad bona commendarum.*

6 *Nouitij aliarum militarium Religionum, exceptis Nouitiis S. Ioannis nisi sint professi non gaudent dictis priuilegiis, ex quo colligitur differentia inter Equites S. Ioannis, & alterius Ordinis.*

7 *In sententia Auctoris probabilius est omnes Equites prædictorum Ordinum, siue professos, siue Nouitios, & præcipuè S. Ioannis, gabellarum Immunitatis, Canonis, & fori priuilegio gaudere.*

8 *Literæ Pontificiæ appellant etiam prædictos omnes Equites Religiosos & meritò, quia cum castitate coniugali vera Religio constare potest, vide alias rationes.*

9 *Pius IV. confirmando priuilegium Religionis S. Lazari, exemit ipsam in omnibus casibus, in quibus est exempta Religio S. Ioannis Hierosolymitani.*

10 *Alexander III. Commendatarios S. Iacobi approbauit, & tanquam viros Religiosos confirmauit.*

11. *Clemens VIII. in Bulla de largitione munerum excipit Equites S. Iacobi, Alcantara.*

12. *Limita prædicta non procedere in Equitibus aurei velleris, S. Michaëlis, Annunciationis B. Virginis, & de Militibus Garreriorum, & de vulgo dictis della Banda, & de omnibus aliis sedis Apostolicæ auctoritate institutis.*

13 *Equites*

13. *Equites, & Professi S. Ioannis, & ceterarum Religionum auctoritate Apostolica institutarum, in quolibet atroci, & graui crimine, neque etiam in causis ciuilibus possunt à iudice laico, absque censurarum incursione cognosci.*

14 *Iudices Conseruatores dictorum Equitum contra iudices seculares si in dictis causis tam ciuilibus, quam criminalibus procedant, possunt fulminare excommunicationem.*

15 *Amplia id procedere ex probabiliori sententia in aliis equitibus emittentibus tria vota in manibus Prælati, & à sede Apostolica approbatis, & rationes, cur.*

16 *Opinio Villadiego quod priuilegia dictorum Equitum sint tantum localia reprobatur.*

17 *Equites prædicti exceptis Equitibus S. Ioannis de facto in praxi à Iudicibus secularibus cognoscuntur, & fori declinatiuam non opponunt; at de iure opinio Auctoris est probabilior.*

1 Espondetur, quod immunes sint etiam à gabellis, & tributis, & à iurisdictione Principum secularium quoad forum iudiciale, Equites S. Ioannis, S. Benedicti, S. Iacobi, S. Au-
2 gustini, S. Lazari, S. Stephani, Alcantaræ, Calatrauæ, & similes; quia hi omnes (præcipuè Equites S. Ioannis, qui in omnium sententia sunt verè Religiosi) inter personas Ecclesiasticas (vt gabellarum fori, & Canonis priuilegio gaudeant) reputantur; tum quia ita expressè habetur *leg. 9. tit. 18. lib. 9. noua compilat. & lib. 2. ordin. Regij, tit. 11. §. vlt.* & docent Nauar. *consil. 23. de Regularib.* Gutier. *de gabellis, 95. num. 12. & seqq.* Menochius *controuers. illustr. cap. 105. num. 45.* Barbosa *3. part. de potest. Episc. allegat. 31. num. 14. & 15.* & complures alij Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *tom. 1. moral. lib. 4. cap. 4. cap. 16. num. 11.* Item docent Garsias *de benefic. tom. 1. part. 1. cap. 4. num. 15.* Cened *tract. de paupert. Relig. dub. 60. num. 12. & seqq.* In. Henriquez *in compend. cas. Moral. cap. 20. num. 7.* n. Paulinus Berti *in explicat. Bullæ Clement. VIII. de largitione munerum, part. 2. princip.* Cenedus *de paupertate Religiosa, dub. 50. num. 15.* Faustus *in Thesaur. Relig. lib. 8. q. 103.* Valerus *ver. Munera, num. 23.* Pontius *in tract. de impedim. matrim. causa 17. q. 2. §. 4.* Mota *de confirm. Ordin. S. Iacobi, lib. 1. cap. 2. §. 8. & 29.* Sancius *in selectis, disp. 49. num. 11. & 13.* Flores de Mena *l. 2. q. 21. num. 205.* Diana *part. 1. tract. 2. resol. 49. & tract. 6. resol. 23.* Nouarius *tom. 1. qq. forens. cap. 42. & de elect. fori, lib. 2. q. 66 num. 29.* Riccius *in prax. tom. 4. resol. 76. num. 3. & resol. 181. num. 2.* Valenzuela *tom. 1. consil. 95. num. 53.* Rouitus *consil. 96* Barbosa senior *in Remission. ad ordinat. Lusitan. lib. 2. tit. 12. §. 1. n. 2.* Bonacina *de censur. disput. 2. q. 4. punct. 3. num. 9. & in Bullam Cœnæ, tom. 3. disp. 1. q. 16. punct. 3. num. 16.* Viuianus *tract. de iure patron. part. 2. lib. 6. cap. 2. num. 19.* Ferdinandus Pizzarrus *in Discur. Apologet. fauorem or limen Militarium in fine historiæ dictorum ordinum.* Henriquez *lib 7. c. 25. num. 7* Rodriquez *tom. 1. cap. 80. num. 17.* Ambrosius Machinus *in Resol. pro Nouitiis dictorum ordinum, ad fin.* Marius Antoninus *lib. 2. resolut. 112. cas. 63.* Paulus Squillante *de priuilegiis cleric. cap. 7. num. 46.* Guazzinus *de defens. reorum, tom. 1. defens. 1. cap. 2. num. 5.* Bellettus *in disquis. cleric. part. 1. tit. 3. §. 1. num. 16.* Caballus *centur. 1. cas. 64. & centur. 2. cas. 225.* Narbona *in Recopilat. Leg. Hispan. leg. 10. gloss. 20. num. 34.* & Thomas Carleualius *de iudiciis, lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 6. sect. 3. n. 239. & seqq.* qui id ex- 3
tendunt ad Nouitios dictorum Ordinum (præcipuè ordinis S. Ioannis, licèt per multos annos in Nouitiatu permaneant; cùm ex causa rationabili etiam in Religionibus claustralium cuilibet professio vltra annum differri possit) & ita etiam pro 4
Nouitiis dictorum Ordinum Militarium iudicatum esse in Regio Senatu Portugalliæ, testatur Barbosa senior *loco supra cit.* & Decisum in sacra Rota Romana, & in Congregatione Cardinalium, testatur Riccius *cit. resol. 181.*

Quamuis contrarium ex eo, quod dicti equites, exceptis equitibus S. Ioannis, non sint Reli- 5
giosi; vel ex eo, quod in aliquibus Regnis, vt Siciliæ, & Neapolis, non habeant in suis priuilegiis Regium exequatur) sentiant Doctores alij, quos citat etiam Sanchez *in loco supra cit.* Item Ledesma *in summa tom. 2. tract. 10. cap. 8. dub. 2 concl. 2.* Sà *ver. Religio, num. 41* Burgos de Paz *consil. 17. num. 2. & 3.* Natta *lib. 3. consil. 508. & 509.* Danza *in pugna Doctorum cap. 1. de qualitate officialium num. 82.* Molfesius *in summa tom. 1. tract. 6. cap. 2. num. 30.* Grassius *tom. 1. lib. 3. disp. 10. q. 4. punct. 12.* Moneta *de conser. indic. cap. 10. num. 389* Carolus de Grassis *de effect. cler. effect. 1. num. 115.* Imbrianus *in tract. de iudice part. vlt. num. 25.* Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 264.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 2. dub. 3. concl. 2.* Valentia *tom. 3. disp. 10. q. 4. punct. 12.* Mastrillus *part. 3. decis. 290. num. 166.* (vbi citat Soccinum, & Bossium *in cap. proposuisti, de foro compet.*) Villadieg. *in Polit. cap. 5. §. 20. n. 112. & 114.* Rodrig. *in qq. Regul. tom. 2. q. 62. art. 14.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 8. num. 61. & seqq.* Seraph. *decis. 587.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 2. q. 50.* Cenedus *in qq. Canon. q. 4. num. 40.* Petrus de Vries *in assiduo otio part. 2. num. 109.* Lopez de Texeda *in controu. 11. dub. 1. num. 16.* & Giurba *in Consilis criminal. consil. 77. num. 21.* qui tamen omnes concedunt, quod equites prædictorum ordinum immunes sint à gabellis, & tributis quoad bona commendarum; & aliqui (vt Bobadilla, Mastrillus, Villadieg. Cenedus, Rodriquez) concedunt, quod immunes sint etiam eodem modo quo ad cætera bona, si sint professi, secus, si sint Nouitij, exceptis tamen Nouitiis S. Ioannis; ita vt hæc differentia 6
sit inter equites S. Ioannis, & alios, quod illi (cùm sint verè Religiosi) etiam Nouitij, gaudeant priuilegio gabellarum immunitatis, fori, & Canonis; alij autem minimè, nisi professi sint; & tunc hi gaudeant priuilegio immunitatis gabellarum quoad bona Commendarum tantum, vel etiam quoad cætera bona, iuxta Bobadillæ, Mastrilli, & aliorum sententiam & gaudeant priuilegio fori in criminalibus (siue criminaliter, siue ciuiliter in his agatur) non item in puris ciuilibus, vel etiam in puris ciuilibus, iuxta nonnullorum sententiam (ad eum modum, quo ex Tridentino Concilio *sess. 23 cap. 6.* renouante *cap. 1. de cleric. coniug. in 6.* gaudent clerici coniugati, de quibus dicetur *c. 4. dubit. 4.*) ita præter Mastrillum *decis. 290.* & alios sensit Curtellius *de immunit. Eccl. lib. 2. q. 50.* in cuius sententia sequitur, quod etiam gaudeant priuilegio Canonis, cùm & priuilegio Canonis gaudeant Clerici coniugati, sicuti *cit. dubit. 4.* dicetur.

7 At quod dixi (scilicet omnes Equites prædictorum Ordinum siue professos,siue Nouitios,& præcipuè S.Ioannis,gabellarum immonitaris,Canonis, & fori priuilegio simpliciter gaudere) videtur mihi probabilius (adeò vt aliquibus id videatur certum,& oppositum oimis liceotiosè dictum) moueor; quia pleno ore literæ Pontificiæ illos appellant Religiosos;& meritò,quiacum castitate coniugali vera Religio constare potest; cùm, sicut in paupertate, ad superioris scilicet
8 voluntatem, est latitudo, ita etiam in castitate, quæ est materia voti,latitudo esse possit,tum quia (sicuti dicebam)dato,non sint verè,& substantialiter Religiosi,sunt tamen saltem personæ Ecclesiasticæ, & largo modo Religiosi, tum quia ita expressè habetur *in l. 9. tit. 8. lib. 9. nova compilat. & lib. 1. ordin. Regij, tit. 11. § vlt.* tum quia teste Michaële de Carrança ita habet praxis in Regno Valentiæ; & teste eodem Cuttellio ita habet praxis in aliis dominiis Regis Hispaniæ (saltem quo ad priuilegium immunitatis gabellarum, & priuilegium fori in criminalibus, etiamsi in his ciuiliter agatur) & teste Barbosa ita iudicauit Regius Senatus Portugalliæ; & teste Riccio ita determinauit S.Rota Romana, & S.Congregatio Eminentissimorum Cardinalium; & teste Diana *part. 1. tract. 6. resol. 23.* ita pluties decreuit Illustrissimus
9 Senatus Panormi; tum quia teste eodem Riccio *cit. resol. 76. n. 3.* Pius IV. confirmando ano. 1565. priuilegia Religiosis S.Lazari, eximit ipsam in omnibus casibus, in quibus est exempta Religio
10 S.Ioannis Hierosolymitani. Vide etiam Alexandrum III.in Bulla quadam edita anno 1175. (vbi Commendatarios S.Iacobi, approbauit, & tan-
11 quam veros Religiosos confirmauit) & Clementem VIII. in Bulla de largitione munerum, vbi prohibens Religiosis largitionem munerum, excipit Equites S Iacobi,Alcantaræ, &c. quod euidens signum est, tales Equites esse verè, & substantialiter Religiosos;cùm exceptio firmet regulam in contrarium.

12 Quod tamen similiter non dicas de Equitibus aurei Velleris,S.Michaëlis,Annunciationis B.Virginis, & de Militibus Garteriorum, & de vulgò dictis *della Banda*, & de omnibus aliis absque Sedis Apostolicæ auctoritate institutis; etsi ex probabiliori contra Bobadillam *cit cap. 18. num. 233.* id dicere possis de Fratribus S.Ioannis, qui portant mediam crucem albam; ex eo,quod militent sub eadem Religione S. Ioannis. Vide Riccium *in prax to. 4. resol. 177 num. 3.*

13 Itaque hi etiam,& multò magis Equites S.Ioannis(siuè professi,siuè Nouitij sint)gaudent priuilegio gabellarum exemptionis,Canonis,& fori; ita vt si committant crimen(licet atrox ,& graue) non possint criminaliter, & in causis ciuilibus non possint ciuiliter sine contractione censuræ,
14 & in Bulla Cœnæ, cognosci à Iudice seculari,aduersus quem eorum Iudices conseruatores poterunt etiam excommunicationem fulminare. Vide Doctores supra citatos,& præcipuè Barbosam, Paulum squillante, Guazzinum ,& Nouarium in locis supra citatis; & hoc verum est , etiamsi crimen committant in Officio seculari quod à Principe seculari collatum exercent ; sicuti libro de Parlamentis *dub. 4. sect. 20. subsect.* a. ex probabiliori sententia Doctorum dicebam ;& docent præter alios Bellettus , Caballus,& Narbona in locis citatis.

15 Idem ex probabiliori sententia dico de aliis Equitibus etiā vota emittentibus in manibus Prælati ; & à Sede Apostolica approbatis,vt S.Iacobi,Alcantaræ , Calatrauæ,&c.cum sic sint verè, & substantialiter Religiosi; & de Equitibus S.Lazari,& etiam de Equitibus S. Stephani in magno Ducatu Florentiæ ; cùm hi etiam professionem trium votorum in manibus Prælatorum emittant, non aliter ac Equites S.Iacobi , Alcantaræ ,Calatrauæ,&c.quandoquidem , licet non emittant votum paupertatis,emittunt tamen votum castitatis,obedientiæ,&charitatis,sicuti ex Bulla Pij IV. ad fundationem concessa anno 1560. Cosmo de Medicis Florentiæ Magno Duci apparet.

Confirmatur ; quia qui gaudet priuilegio Canonis , gaudet etiam priuilegio fori , &c. (sicuti *dubit. 5. sect. 4.* dicebamus,& præter alios multos docent Suar. *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 29. num. 7.* Layman *lib 4. tract. 9. cap. 7. num. 1.* & meritò; quia cùm priuilegium Canonis sit iuris positiui,priuilegium autem fori sit iuris diuini , fortius hoc competit personæ ,quàm illud)sed Equites S.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ,&c. gaudent priuilegio Canonis (sicuti ex communiori sententia Doctorum tradunt Nauarrus *Consil. 11. de Regularib.* Gipsius *de casibus, cap. 3. num. 15.* Marius Antonius *var. Resol. lib. 1. cap. 112. Cas. 63.* Carolus de Graffis *de effect. lib. cleric. effect. 9. num. 131.* Filliucius *to. 1. tract. 15 cap. 11. q. 4. num. 7* & Bonacina *de censur. disp. 4. q. 4. punct. 1. num 7.*)ergo gaudebunt etiā priuilegio fori,&c. Vide Doctores suprà citatos, & præcipue Barbosam,Sancium , Nouarium ,Bonacinam, Viuianum (qui refert Bullas exemptionis dictorum Equitum(Caballum,Io.Henriquez, Antoninum Diana, & Ambrosium Machinum *in locis citatis*, Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentia par. 2. q. 149. num. 23.* (vbi testatur , ita pluries fuisse decisum in Hispania)Motam *cit. lib. 2. cap 1. §. 9* (vbi refert Bullas Pontificias Alexandri III. & aliorum)*& cap. 2. §. 32. num. 31. & 43* (vbi citat Molinam,& Michaëlem Carrançam) Mastrillum *cit. par. 3. decis. 280. num. 65.* vbi adducit literam quandam Regiam die 10. Ianuarij 16 9. datam, in qua statuitur , quod tales Equites in criminalibus , & mixtis causis gaudeant priuilegio fori, & causæ ipsorum ciuiles determinentur iuxta stylum , & consuetudinem loci , seruata omnimoda fori exemptione eorumdem.

Vnde mihi non probatur , quod dicit Villadiego , nempe priuilegia dictorum Equitum esse tantum localia ; quia cùm sint illi (vt patet ex dictis Bullis Pontificiis) verè , & substantialiter Religiosi , priuilegium eorum est absolutum, & præscindens à loco , & sic immunes esse debent vbique terrarum ; sicut & vbique terrarum immunes sunt Equites S.Ioannis ; Quamuis Carolus de Graffis , Imbrianus , & Danza de omnibus dictis Equitibus (exceptis Hierosolymitanis) contrarium sentiant , ex eo quod in suis priuilegiis Exequatur Regium non habeant ; & propterea de facto in praxi à Iudicibus secularibus cognoscantur , & fori declinatoriam non apponant ; At quod dixi ,saltem de iure,videtur mihi probabilius. 16 17

* *
*

SECTIO II.

Difficultas prima, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Equites, & præcipuè S. Ioannis in sententia nonnullorum insumendo bona sua, præsertim fructus suarum Commendarum in vsus illicitos, v. g. in meretrices, peccant contra votum paupertatis.*

2 *Imò quod non peccent contra votum paupertatis est opinio probabilior, & tenenda; quia non vouent paupertatem ita rigorosam, vt vouent Religiosi claustrales; sed benigniorem, & magis laxam, vt vsus recepit approbatus.*

3 *Votum dictorum Equitum de proprio non retinendo intelligitur quoad dominium, & proprietatem Commendarum, non autem quoad fructus.*

4 *Equites prædicti licet non possint in morte testari de fructibus suarum Commendarum sine licentia superioris, possunt tamen de illis in vita disponere.*

5 *Religiosus claustralis habens licentiam à suo superiore impendendi in vsus proprios aliquam quantitatem pecuniarum, si impendat in vsus turpes non peccat contra votum paupertatis.*

6 *Recipiens à Religioso excusatur à restitutione facienda, iudicando, si oppositum aliunde non nouerit, quod pecunia non fuerit Monasterij.*

1 Obiicies primò; si hoc esset, sequeretur, quod dicti Equites (præcipuè S. Ioannis) insumendo bona sua, præcipuè fructus suarum Commendarum, in vsus illicitos, vt in ludos prohibitos, conuiuia exorbitantia, meretrices, &c. peccarent contra votum paupertatis, & recipiens ab ipsis tenerentur ad restitutionem; ergo.

Respondetur, transeat sequela antecedentis; Atque ita satis probabiliter docent (loquendo de Equitibus S. Ioannis) Nauarrus, Molina, Motta, Ayala, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *tom. 2. moral. lib. 7. cap. 19. num.* 81. Item Azot. *tom.* 1. *lib.* 13. *c.* 4. *q.* 10. Fagundez *de præceptis Eccles. prac.* 2. *lib.* 8. *cap.* 6. *num.* 15. Llamas *in summa part.* 3. Math. *cap.* 9. §. 13. & Cenedus *de paupertate Religiosa, dub.* 17. *num.* 7. *& seqq.* Videri etiam poterit Riccius *part.* 3. *decis.* 321. *num.* 4. & Suar. *de Relig. tom.* 3. *lib.* 8. *cap.* 16. *num.* 24.

2 Respondetur secundò, nego sequelam antecedentis; quia licet dicti Equites (præcipuè S. Ioannis) vt potè verè, & substantialiter Religiosi, voueant paupertatem, non tamen vouent illam ita rigorosam, vt vouent Religiosi claustrales, sed benigniorem, & magis laxam, vt vsus permissus, & toleratus (etiam scientibus, & non contradicen-
3 tibus Superioribus) apud ipsos iam diu diuturnus recepit; ita scilicet vt votum ipsorum de proprio non retinendo, intelligatur quoad dominium, & proprietatem Commendarum, non autem quoad fructus; & sic de illis (licet amouibilibus etiam ad nutum Magni Magistri) possint ad libitum disponere ad quoscumque vsus voluerint, etsi non possint de iisdem in morte sine licentia superioris testari; Atque ita contra Doctores supra citatos ex probabili sententia Doctorum docent Angles, Lopez, Medina, & alij, quos citat, & sequitur Salas *de ludo, dub.* 21. *num.* 6. Alcozer *in tract. de ludo, cap.* 39. Ledesma *in Addit. ad* 2. *part. sua summa tract. de statibus cap.* 4. *diffic.* 4. Ioannes de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 1. *concl.* 2. Rebellius *part.* 2. *lib.* 1. 2. *q.* 4. *sect.* 7. *num.* 6. & Zanardus *part.* 2. *precep.* 4. *cap.* 31. *q.* 8. Vide etiam Vasquez *opusc. de redditibus, cap.* 3. *dub.* 9. *num.* 40. Genuensem *in pract. Eccles. tricenar.* 1. *q.* 20. *num.* 3. Faustum *in Thes. Relig. lib.* 8. *q.* 80. *num.* 2. Graffium *tom.* 1. *lib.* 3. *cons.* 11. *num.* 23. Homobonum *de bonis part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 12. *quæst.* 58. 4

Adde quod multi Doctores (inter quos Bannez *in* 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. Lopez *de contr. lib.* 2. *cap.* 40. *vers. non autem Religiosus*, Rebellius *loco supra cit. sect.* 1. *num.* 6. & Io. Franciscus Suarez *in Enchirid. lib.* 3. *vers. de voto paupertatis fol.* 25.) non omnino improbabiliter docent, quod Religiosus, etiam claustralis, habens licentiam à suo superiore impendendi pecuniam aliquam in vsus licitos (quoscumque voluerit) si illam impendat in turpes vsus, non peccet contra votum paupertatis, & accipiens non teneatur restituere. Et ratio esse potest; quia in tali casu Superior (cùm iam dederit subdito licentiam impendendi) non est inuitus quoad substantiam; sed solum quoad modum alienationis. 5

Adde secundò quatenus spectat ad recipientem, quod is excusari possit etiam à restitutione, iudicando (si aliunde oppositum certò non nouerit) quod pecunia, quam recepit à Religioso, non fuerit Religiosi, seu (potiùs dicam) Monasterij, sed alicuius amici, vel consanguinei, qui eam dederit Religioso, vt sit talis pecuniæ solum administrator, & distributor, non autem Dominus. 6

SECTIO III.

Difficultas secunda, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Equites præcipuè S. Ioannis in sententia multorum possunt confiteri Sacerdoti ab Ordinario non approbato, & ad placitum suum electo, sicut alii Regulares.*

2 *Equites prædicti peccando contra castitatem tenentur in Confessione explicare, se peccasse contra votum.*

3 *Item temerariè relinquendo suum habitum sc. Crucem peccant mortaliter, & incurrunt excommunicationem.*

4 *Filii dictorum Equitum ex copula illicita sunt sacrilegi.*

5 *Equites prædicti accedentes ad Sacramentum pœnitentiæ, & Eucharistiæ ense, & pugione accincti licitè accedent. vt Religiosi militares; Idem dic de laicis nisi adsit*

sit scandalum, vel consuetudo in contrarium.

6 *Per votum solemne Equitum S. Ioannis (sicut per votum solemne Religiosorum Claustralium) non solum dissoluitur matrimonium contrahendum, sed etiam dissoluitur matrimonium ratum,*

7 *Status matrimonialis Religiosa obligationi valde repugnans dicitur.*

8 *Per votum solemne Equitum S. Iacobi, Alcantare, Calatraua, &c. nan dissoluitur matrimonium contrahendum, & multo minus dissoluitur matrimonium iam contractum.*

9 *Neque dissoluitur per votum simplex Religionis, vel castitatis; quia per tale votum homo in facie Ecclesia non censetur mutare statum.*

10 *Vota simplicia in Religione Societatis Iesu, quibus vere Religiosi constituuntur, matrimonium contrahendum dissoluunt; quãuis antea contractum non dissaluant,*

11 *Votum solemne castitatis ex constitutione Ecclesia, sacro Ordini annexum, licet matrimonium ratum, & nondum consummatum non dissoluat, dissoluit tamen contrahendum.*

12 *Maritus, si ante matrimonij consummationem sacrum Ordinem recipiat absque coniugis licẽtia, & non sicuti sacris Canonibus constitutũ est, efficitur irregularis.*

13 *Maritus supradictus est monendus, non vero cogendus, vt Religionem ingrediatur; & si nolit Religionem ingredi, vxori repetenti est restituendus, vt matrimonium cum ea consummet reddendo tamen, non petendo debitum, ad quod petendum ius amisit.*

14 *Per Religionis professionem censetur fieri perfectissima traditio sui ipsius, & reciproca obligatio cum Religione.*

15 *Religionis professia censetur mors quadam spiritualis, ac veluti spirituale matrimonium, cui merito prius secundum carnem cedere debeat; at secus est in sacri Ordinis susceptione.*

16 *Matrimonium eius, qui in sacro Ordine constitutus est, non tantum prohibitum, sed etiam nullum, & irritum censetur, etiam apud Ecclesiam Orientalem.*

17 *Religiosus vtriusque sexus, & Clericus in sacris constitutus, matrimonium contrahebere præsumentes incurrunt ipso facto excommunicationem.*

18 *Idem dic de eo, qui non veretur contrahere cum Montali.*

19 *Clericus in sacris constitutus, matrimonium contrahere præsumens, ab ordine suspensus est; Episcopus tamen post peractam pœnitentiam cum eo dispensare poterit, si bigomiam non contraxerit.*

20 *Vxor, si in saculo castitatem vouent, marito suscipiendi sacros Ordines licentiam dederit; eo morte uo non validè potest transire ad secundas nuptias.*

21 *Episcopus dispensare potest cum eo, qui cum voto simplici castitatis matrimonium contraxit, vt debitum petat etiamsi non consummauerit matrimonium, ad vitandum periculum incontinentia.*

22 *Omnis Regularis Confessor ex priuilegio potest dispensare in casu supradicto.*

23 *Is, qui cum voto simplici castitatis matrimonium contraxit, valde probabile est, non teneri ingredi Religionem, vt satisfaciat voto castitatis.*

24 *Is, qui cum voto simplici castitatis matrimonium contraxit, tenetur mortua coniuge seruare castitatem, etiamsi dispensatio intercesserit; quia talis dispensatio fuit tantum partialis, & ad tempus.*

25 *Votum Religionis, & castitatis differt; nam vouens Religionem, si postea matrimonium contraxerit, & consummauerit, reddere & petere poterit absque dispensatione; non ita qui vouit castitatem*

26 *Qui edidit votum Religionis non edidit votum castitatis, sed de vouenda castitate solemniter, quod exequi non potest nisi matrimonium soluatur.*

OBiicies secundò, saltem sequeretur, quod di- 1
cti Equites (præcipuè S. Ioaonis) possent 2
cõfiteri cum Sacerdote ab Ordinario non ap-
probato, & ad placitum suum electo, sicuti pos-
sunt alij Regulares. Item sequeretur secundò,
quod peccando contra castitatem, tenerentur in
confessione explicare, se contra votum castitatis
etiam peccasse. Item sequeretur tertiò, quod non
possent transire ad aliam Religionem sine licẽtia
Magni Magistri. Item sequeretur quartò, quod
temerariè relinquendo suum habitum, scilicet
Crucem, peccarent mortaliter, & incurrerent ex- 3
communicationem, & possent esse apostatæ, sicut
alij Regulares deserendo habitum suum. Item se- 4
queretur quintò, quod ipsorum filij ex copula il-
licita nati, essent sacrilegi, & similia.

Respondetur, transeat totum; Atque ita non
improbabiliter ob rationem dictam docet Motta
cit. lib. 2. cap. 1. §. 6. num. 5. & cap. 2 §. 21. *num. 3. &*
5. *&* §. 23. *num. 6. & 7. &* §. 29. *n.* 32. qui citat Aya-
lam, Rodriguez, Feoam, & alios. Vide etiam San-
cium *in select. disp* 49. *num.* 11. *& seqq. & disp.* 45.
num. 3. *&* 6. vbi rectè subdit, quod dicti Equites 5
(vtpotè Religiosi militares) si ad Sacramentum
Pœnitentiæ & Eucharistiæ accedant ense, & pu-
gione accincti, licitè accedant; Et id extendit
etiam ad laicos, seu sæculares, (quamuis quoad
hos sit consuetudo in contrarium) qood tamẽ
intellige, nisi fortasse ex circumstantiis scandali
peccatum admisceatur.

Aduerte tameo hîc, quod, licet per votum so- 6
lemne Equitum S. Ioannis (sicuti per votum so-
lemne Religiosorum claustralium) non solùm
dissoluatur matrimonium contrahendum, sed
etiam dissoluatur matrimooium ratum, non ta-
men

men consummatum (vt contra Sotum *in 4.dist.*
27.q.1.art. 4. Michaëlem Medinam *de sacr homi-*
num contin.lib.1. cap.36. & Sarmientum *in defens.*
lib. de redditibus part. 1. man.56.num.1. docent com-
muniter Doctores. Et ratio est, quia placuit Eccle-
siæ, eos qui vitæ perfectioris statu suscepto, sta-
bili obligatione se Deo, & Ecclesiæ consecrant,
inhabiles efficere ad statum matrimonij; cùm talis
7 status dictæ Religiosæ obligationi valde repu-
8 gnans sit.) tamen per votum solemne Equitum
S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. non dissol-
uitur matrimonium contrahendum, & multò mi-
nus dissoluitur matrimonium iam contractum
9 (sicuti nec per votum simplex Religionis, vel ca-
stitatis, *cap. consuluit. cap. meminimus. cap. rursus, qui*
clerici vel vouentes, & cap. vn. de voto, in 6. & meritò,
quia per tale votum homo in facie Ecclesiæ non
censetur mutare statum; cùm per illud nullam
promissionem acceptante Ecclesia fecerit) non
quia votum istorum Equitum solemne non sit,
sed quia Summus Pontifex sic ei præscripsit for-
mam, & modum; minuendo solemnitatem talis
voti, quoad hoc, vt scilicet dictum votum profi-
tentibus, & postea nubentibus matrimonium ir-
10 ritum non sit. Qua ratione simili quadam pro-
portionali Gregor. XIII. in Bulla *Ascendente Do-*
mino decreuit, quod vota simplicia in Religione
Societatis IESV (quibus verè Religiosi consti-
tuuntur) matrimonium contrahendum dissolue-
rent, quamuis antea contractum non dissoluant,
vt bene docent Vasquez *in 1.2. disp. 165. cap.* 10. &
Sanchez *lib. 5. moral cap. 1. num.* 9.

11 Aduerte secundò, quod votum solemne casti-
tatis, ex constitutione Ecclesiæ, sacro Ordini an-
nexum, licet matrimonium ratum, & etiam non-
dum consummatum, non dissoluat, dissoluat ta-
men contrahendum.

12 Prior pars habetur in Extrauag. Antiquæ Ioan-
nis XXII. de voto, vbi etiam subditur, quod, si
maritus ante matrimonij consummationem sa-
crum Ordinem recipiat absque coniugis licentia,
& non sicuti sacris Canonibus constitutum est,
13 efficiatur irregularis, atque sit monendus, non ve-
rò cogendus, vt Religionem ingrediatur; si verò
nollit Religionem ingredi, vxori repetenti sit re-
stituendus, vt matrimonium cum ea consummet,
reddendo tamen tantum debitum non item pe-
tendo; sicuti gl. communiter recepta notat ibi,
ver. *Consummare*. Ratio autem, cur Ecclesia velit
per professionem Religionis matrimonium ra-
tum dissolui, non item per susceptionem ordinis,
14 illa est; quia per Religionis professionem cense-
tur fieri perfectissima traditio suiipsius, & reci-
15 proca obligatio cum Religione (& sic meritò Re-
ligionis professio censetur mors quædam spiri-
tualis, ac veluti spirituale matrimonium, cui me-
ritò prius secundum carnem initum cedere de-
beat) quod in sacri Ordinis susceptione non
contingit.

Posterior pars habetur *in c. nullus Missum, cap.*
præter hoc dist. 32. c. 1. & 4. de cleric. coniug. c. 1. 2. &
c. insinuante, qui clerici, vel vouentes, cap. vn. de voto, in.
6. Tridentino sess. 24. de matr. an. 9 & docent *S. Tho.*
in 4. dist. 37. q. vn. art. 1. & *ibid* S. Bonau. *art. vn. q. 2.*
16 & 3. quos sequuntur cæteri Doctores. Idque (vt
scilicet matrimonium eius qui in Ordine sacro
constitutus est, non tantum prohibitum, sed etiã
nullum, & irritum censeretur) etiam in Orienta-
li Ecclesia obseruatum est, sicuti præter alios no-
tarunt Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 28. num. 3.* &
Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 12. quæs. 5. & cap. 14.*
quæs. 7.

His adde primò, quod excommunicationem 17
ipso facto incurrat Religiosus vtriusque sexus, &
clericus in sacris constitutus, qui matrimonium
contrahere præsumit, & quicumque cum Monia- 18
li contrahere non veretur, Clement. 1. *de consan-*
guin. & affinit.

Adde secundò, quod si clericus in sacris con- 19
stitutus matrimonium contrahere præsumat, ab
Ordine suspensus sit; cùm quo tamen Episcopus
post peractam pœnitentiam dispensare poterit, si
bigamiam non contraxerit, *c. sanè, 2. de cleric. con-*
iug. & cit. c. 1. qui clerici, vel vouentes, & docent Ab-
bas *in cap. 2. eod. tit. in fin.* & ibidem alij Doctores.

Adde tertiò, quod si vxor in sæculo castitatem 20
vouens, marito suscipiendi sacros Ordines licen-
tiam dederit, eo mortuo, ne validè quidem, in hoc
tamen solummodo casu, ad secundas nuptias tran-
sire possit, *c. quia sunt. iuncta gloss. & c. seqq. d. 28. &*
c. seriatim, d. 32 & docet Palud *in 4. d. 38. q. 2. art. 5.*
Abb. *in cap. constitutus, num. 6. de conuers. coniugat.*
Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 40.* & Azor. *tom. 1. lib.*
13. cap. 14. quæs. 11. contra Sotum *de iust. lib. 7. q. 5.*
art. 3. ad 2.

Adde quartò, quod licet is, qui cum voto sim- 21
plici castitatis matrimonium contraxit, debitum
petere non possit, antequam cum ipso dispense-
tur (in quo casu tamen, ob periculum inconti- 22
nentiæ, Episcopus, & sic omnis Regularis Con-
fessor ex priuilegio, dispensare poterit, vt petat,
etiamsi non consummauerit; quia valde probabi- 23
le est, talem non teneri ingredi Religionem, vt
satisfaciat voto castitatis, vti docet Angelus, *ver.*
impedimentum matrimonij, 3. n. 2. & Sotus *dist. 38.*
q. 2. art. 1. Et ratio esse potest; quia res hæc est lon- 24
gè difficilior, quam ille nullo modo vouere in-
tendit; quo posito potest consummare matrimo-
nium reddendo, absque dispensatione, & cum di-
spensatione etiam petendo, vt iidem Doctores
docent, qui tamen mortua coniuge tenetur ser-
uare castitatem, etiamsi dispensatio intercesserit?
quia talis dispensatio fuit tantum partialis, & ad
tempus) non tamen sic, qui post votum Religio- 25
nis matrimonium contraxit, & consummauit: hic
enim etiam sine dispensatione, poterit reddere,
& petere; cùm non ediderit votum castitatis, sed 26
votum de vouenda castitate solemniter, quod
exequi non potest, nisi matrimonium soluatur,
vti ex communi docent Nauarr. *lib. 3. cons. 17. de*
voto, edit. 2. & Sanchez *de matr. lib. 9. disp. 33. n. 14.*

SECTIO IV.

Difficultas tertia, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Vxores Equitum S. Iacobi, Alcantaræ, Ca-*
latrauæ, &c. gaudent priuilegio gabella-
rum Immunitatis, & fori, in casibus in qui-
bus gaudent ipsarum viri, ipsis mortuis, si
statum vidualem seruauerint.

2 *Status vidualis dum durat, censetur vxor in*
priori matrimonio durare.

3 *Vir, & vxor ratione matrimonij sunt duo in*
carne vna, & vxori nobilitas viri com-
munica

municatur, & conceditur quod sequatur forum illius.

4 *Concessa viro in quacumque dispositione etiam strictis iuris censentur concessa etiam vxori.*

5 *Vxor Clerici Latini in minoribus constituti, & Clerici Græci cuiuscumque ex probabili sententia etiam Doctorum; gaudet priuilegio gabellarũ Iummunitatis, & for.*

6 *Vxores Equitum S.Iacobi Alcantaræ, Calatrauæ, &c. si durante viduitate gabellas defraudent, non tenentur ad restitutionem neque si delictum committant., conueniri debent coram Iudice seculari sed coram Ecclesiastico.*

7 *Filij Clericorum gaudent priuilegio gabellarum, Immunitatis, & fori*

8 *Filius, & Pater censentur vna & eadem Persona*

9 *Exclusa Persona Patris censetur exclusa Persona Filij; & in æstimatione communi Pater, & filius reputantur pro vno capite.*

10 *Limita id procedere in Filijs Legitimis, & viuente Patre.*

1 OBiicies tertiò, sequeretur, qood vxores Equitum S.Iacobi, Alcantarę, Calatrauæ, &c. gauderent etiam priuilegio gabellarum immunitatis, & fori in casibus, in quibus gaudent ipsacum viri.

2 Respondetur similiter, transeat totum (idque in opinione aliquorum verum est, etiam mortuis viris, si statum vidualem seruauerint; quia dum status vidualis durat, censetur vxor in priori matrimonio durare, *l. filij, §. t. ff. ad municip.*) Atque ita ex probabili sententia Doctorum docent Socinus senior *Consil.* 12.*num.* 18.*volum.* 1. Barbosa 2. *part. de potest. Episcop. allegat.* 31. *num.* 14. & 15. Perez *lib.* 1. *tit.* 3. *leg.* 1. *fol.* 57. Bellettus *in disquisit. Cleric. tit. de fauore clericorum reali* §. 1. *numero* 24. & 25. Franciscus Amaya *in Comment. super Codicem lib.* 10. *tit.* 39. *num.* 16. & 17. Squilante *tract. de priuileg. cleric. cap.* 7. *dub.* 2. *num.* 34. Carolus de Grassis *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 155. Auilez *in cap. prætorum, proœm. gl.* 1. *num.* 28. Correa *in relect. ad cap. inter alia de immunit. Eccles. part.* 2. *num.* 33. & Fagundez *de inst. libro* 5. *cap.* 11. *num.* 18. contra Ægidium Trullench. *in Decalogum tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 12. *dub.* 5. *num.* 27. Castrum Palaum *tom.* 2. *disp. vnic. de immunit. Eccles. punct.* 2. *num.* 10. Io. Andream *in cap. vnic. de cleric. coniugat. in* 6. Bonacinam *de legib. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 8. §. 2. *num.* 9. Antonium de Marinis *quotid. resolut. cap.* 58. *num.* 14 & alios, quos citat, & sequitus Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 47. *num.* 2 (quamuis postea *in opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 2. citans Hostiensem, Imolam, Panormitanum, Montaluum, & alios, se retractet, & sequatur sententiam affirmatiuam) & probatur ex *l. vlt. lib.* 10. *Co. dicto tit.* 39. *l. penult. Cod. de Fabric. lib.* 11. *l. ne ad diuersa, Cod. de silentior. lib.* 12. *l.* 1. *Cod. de in ius vocand. l. cùm quedam, ff. de iurisdict. omnium iudicum l. fin. Cod. de incolis, & Authent. de consul. c.* 2. vbi

3 ratione matrimonij (& meritò; quia ratione matrimonij vxor, & vir sunt duo in carne vna) communicatur vxori nobilitas viri, & conceditur, quod sequatur forum illius; Quapropter in quauis dispositione stricta concessa viro, censetur includi 4 vxor, ait *gl. in cap. admonere, ver. partem.* 33. *q.* 2. Vide etiam glossam primam *in cap. cos.* 31. *dist. & cap.* 2. 11. *q.* 1. Abb. *in cap. de foro compet. num.* 9 & Felinum *ibidem num.* 5. Vnde videtur, quod priuilegium gabellarum immunitatis, & fori non sit ita rigorosè personale, vt competat tantum viro, & non etiam vxori; quod est totum fundamentum auctorũ contrariæ sententiæ; quæ tamen est etiam probabilis; & fortasse probabilior, vt infrà dicemus.

5 Confirmatur; quia vxor clerici Latini in minoribus constituti, & vxor clerici Græci cuiuscunque ex probabili etiam sententia Doctorum (quos refert, & sequitur Diana *part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 45. Merolla *tom.* 3. *disp.* 6. *cap.* 3. *num.* 52. Fagundez *de inst. lib.* 5. *cap.* 11. *num.* 28. & Franciscus Amaya *loco supra cit. num.* 10.) gaudet priuilegio gabellarum 6 immunitatis, & fori ergo iisdem priuilegiis gaudebunt etiam vxores Equitũ S.Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. Ita vt si quæ istarum, viuente marito, vel durante viduitate, gabellas defraudet, ad restitutionẽ in foro conscientiæ obliganda non sit; & similiter, si viuente marito, vel durante viduitate delictum aliquod committat, conueniri coram Iudice seculari non debeat, sed corã Ecclesiastico.

7 Instabis; sequeretur, quod etiam filij clericorum gauderent priuilegio gabellarum immunitatis & fori, ita vt ad gabellas præstandas non teneantur, & Iudex laicus non possit illos punire; 8 quia etiam filius & pater censentur vna & eadem persona, *l. fin. C. de impubor.* Et filius dicitur persona corporis patris, *l. cum scimus, §. fin. C. de agric. & cens. lib.* 10. Quapropter exclusa persona patris, censetur exclusa persona filij; & in æstimatione communi pater, & filius reputantur pro vno capite, ita vt sufficiat alterum ipsorum bona registrare.

9 Respondetur similiter transeat totum; Atque ita propter rationes dictas probabiliter docent Decianus *in tract. crim. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 49. Carolus de Grassis *de effect. cler. effect.* 1. *n.* 189. Nouarius *in qq. forensibus, p.* 1. *q.* 98. *num.* 2. Paulus Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 7. *dub.* 2. *num.* 35. & *cap.* 8. *dub.* 1. *n.* 13. Barbosa *de iure Pontificio, lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *n.* 62. vbi etiam sacram Cardinalium Congregationem die 18. Martij 1631. ita declarasse testatur.

10 Quod tamen intellige de filiis legitimis, & viuente patre; ita vt si quis ex filiis sit illegitimus, etiam viuente patre, dictis priuilegiis non gaudeat; & si quis ex filiis sit legitimus, sed mortuo patre, iisdem priuilegiis etiam non gaudeat. Vide Doctores *supra citatos*, & citatam Cardinalium Congregationis declarationem.

DVBITATIO XII.

Quinam alij sint immunes, & gaudeant priuilegio Canonis, exemptionis gabellarum, & fori, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus?

RESPONDETVR, de hac re dicam commodius in locis suis, *cap.* 2. *Dub.* 4. & *cap.* 4. *cap.* 5. 6. & 7. *per tot.*

DVBI

DVBITATIO XIII.

An Ecclesiastici dici possint vassalli Principum secularium?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici dici non possunt Vassalli Principum secularium in opinione nonnullorum.*

2 *Ecclesiastici, licet sint Cives sicut & laici, tamen à potestate Principum secularium sunt exempti.*

3 *Ecclesiastici dici nō possunt Vassalli Principum secularium, etiamsi ab ipsis feudum obtineant.*

4 *Ecclesiastici quatenus Deo sacrati sunt Principibus secularibus superiores, & laicorum Patres, magistrique censentur.*

5 *Ecclesiastici Principibus secularibus subiecti esse non debent.*

6 *Opinio in oppositum est etiam probabilis.*

7 *Ecclesiastici vt Cives, & pars Reipublicæ dicuntur Vassalli Principum secularium.*

8 *Ecclesiastici non sunt in omnibus exempti à iurisdictione Principum secularium, sed tantum quoad quadam, vt quoad forum, capturam, & tributa.*

9 *Clerici sunt Principibus secularibus ratione regiminis politici aliquo modo subiecti.*

10 *Clerici subsunt legibus ciuilibus communitati impositis saltem indirectè; si leges illæ statui Ecclesiastico non repugnent, & rectæ gubernationi Reipublicæ conueniant.*

11 *Clerici subsunt legibus ciuilibus, quæ pretium mercibus imponunt, quæ arma deferri vetant, quæ solemnitates contractibus designant.*

12 *Ecclesia numquam voluit eximere Ecclesiasticos ab obligatione seruandi leges ciuiles latas ob commune bonum Reipublicæ, velnti eidem conueniens. intellige tamen quoad vim directiuam, non tamen coactiuam.*

13 *Ecclesiastici inobedientes, non possunt cogi à seculari Iudice, vt ab inobedientia abstineant, cum sint extra ipsius iurisdictionem.*

14 *Coactio, quæ per impositionem pœnæ facienda est, non pertinet ad seruandam vniformitatem Reipublicæ.*

15 *Pœnæ variandæ sunt pro diuersitate delinquentium, & delictorum.*

16 *Clerici cogendi sunt solum à Iudice Ecclesiastico, quia ad ipsum solum pertinet Ecclesiasticos sibi subditos compellere.*

17 *Modus coactionis si in iure Canonico expressus non inuenitatur, erit qui Iudici Ecclesiastico conuenientior, & vtilior videbitur.*

18 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur vti pœnis à iure ciuili impositis, seu statutis.*

19 *Clerici offendentes Principem secularem an committant crimen læsæ Maiestatis humanæ, & priuentur Ecclesiarum immunitate, vide cap.3.dubit.1.sect.5.subsec.11.*

NEGANT probabiliter aliqui (in- 1
ter quos Martha *de iurisdict. part. 4.*
centur.2. cas.188.) quia Ecclesiasti- 2
ci, licet sint ciues, sicut & laici, ta-
men à potestate Principum secula-
rium sunt exempti, *cap. si Imperator, dist. 96. cap.*
nimis, & *ibi* Abbas, & communiter alij Doctores,
de iureiurand. Ergo, vt tales, dici non possunt
vassalli Principum secularium; quod & verum
est, etiamsi à Principibus secularibus feudum ha-
berent; quandoquidem, si Pontifex, vel Impera- 3
tor feudum haberent ab alio Principe, indecorum
esset, quod vassali illius dicerentur; ergo idem
dicendum in casu nostro; quia Ecclesiastici, quate-
nus Deo sacrati sunt, Principibus secularibus su-
periores, & laicorum patres, magistrique censen- 4
tur, & quibuscumque laicis præsunt, *c. quis dubi-*
tet, dist. 96. c. solita de maior. & obed. & cit. c. si Impe-
rator, dist. 96. & sic Principibus secularibus subie-
cti esse non debent, *c. cum inferior, de maior. & obed.* 5

Affirmant autem, & probabiliter etiam, Rodri- 6
quez *in summ. tom. 4. cap. 168. num. 1.* Sousa *in Bull.*
Cœne, cap. 16. disp. 84 num. 9. & Valascus *tom. 1. con-*
sult. 100. num. 2. quia Ecclesiastici reuera sunt
ciues, & pars reipublicæ, sicut & laici, *l. assumptio, ff.*
de municip. l. ciues, Cod. de incolis, & cap. cum nullus de
temporibus ordinand. & docent Bartol. *in l. 1. ad man-*
cip. Villalobos *in sum tom. 1. tract. 2. diffic. 31. n. 1.* & 7
alij communiter, ergo si ciues, & pars Reipublicæ
sunt sicut & laici, erunt & vassalli Principum secu-
larium. Neque obstat, quod sint exempti; quia 8
tantùm sunt exempti quoad quædam, vt quoad
forum, *c. placuit, c. inolita, 11. q.* Item quoad captu-
ram, *c. 1. de foro compet.* Item quoad tributa, *c. quam-*
quam de censib. in 6. & non quoad cætera, vt
infra; ergo quoad cætera manent vassalli. Neque
obstat, quod quatenus Deo sacrati sunt, Principi-
bus secularibus superiores censentur; quia licet 9
ratione dignitatis Ecclesiasticæ, & clericalis sint
omnibus Principibus secularibus superiores, sunt
tamen illis ratione regiminis politici aliquo
modo subiecti; quandoquidem, licet non sub-
dantur legibus ciuilibus sibi directè impositis; &
si non subdantur directè; quia sunt extra iuris-
dictionem legislatoris ciuilis, subduntur tamen 10
legibus ciuilibus Communitati impositis; & sic
subduntur, saltem indirectè; dummodò tamen
leges illæ statui Ecclesiastico non repugnent, &
rectæ gubernationi Reipublicæ conueniant (qua- 11
les sunt leges ciuiles, quæ pretium mercibus im-
ponunt, quæ arma deferri vetant, quæ solem-
nitates contractibus signant, &c.) quia, cùm
sint ciues, & pars Reipublicæ, sicut & Laici, (qui-
bus vniformitas necessaria est) requiritur omni-
no propter bonum publicum, vt ea, quæ toti Rei-
publicæ conuenientia sunt, obseruent, sicut &
cæteri; & sic ad id obligantur sicut & cæteri; à
qua obligatione numquam Ecclesia voluit Ec- 12
clesiastitos eximere. Quamuis hæc indirecta obli-
gatio sit tantùm quoad vim directiuam, non ta-
men coactiuam; quia Ecclesiastici inobedientes 13
non possunt cogi à seculari iudice, vt ab inobe-
dientia abstineant; cùm sint extra iurisdictionem
ipsius, sicuti dicebam; & cùm hæc coactio, quæ per 14
impositionem pœnæ facienda est, non pertineat
ad seruandam vniformitatem Reipublicæ, quia
pro diuersitate delinquentium, & pro diuersitate

circumstantiarum delictorum possunt, quin & debent variari pœnæ. Cogendi itaque sunt solùm à iudice Ecclesiastico; quia ad ipsum solum pertinet Ecclesiasticos sibi subditos compellere, vt legi
17 naturali, diuinæ, & ciuili communi obediant. Modus autem coactionis, si à iure Canonico signatus non fuerit, erit qui Iudici Ecclesiastico conue-
18 nientior, & vtilior videbitur; quia non tenetur is vti pœnis à iure ciuili impositis, seu statutis, cùm legislator ciuilis talibus pœnis instruat solùm iudices sæculares sibi subiectos, non autem Ecclesiasticos, in quos iurisdictionem non habet. Vide quæ c.8.dub.2.dicentur, & quæ *lib.de Parlamentis dub.4.sect.15.16.17.18.19.& 20.per suas subsectiones* dicebantur, vide etiam Suarez *lib.4.de immunit. cap.16.per totum.*
19 Cæterùm, an tales, si offendant Principem sæcularem, committant crimen læsæ Maiestatis humanæ, & priuentur Ecclesiarum immunitate? vide *cap.16.dub.23.num.26.*

DVBITATIO XIV.

An Ecclesiastici possint aliquo modo renunciare priuilegio immunitatis?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici renunciare non possunt priuilegio immunitatis, præsertim si existat de iure diuino, vel etiam positiuo iure diuino dictante, vel suadente, neque tacitè, neque expressè.*

2 *Priuilegium immunitatis concessum est Clericis ratione dignitatis Clericalis.*

3 *Renunciatio priuilegij Immunitatis cederet in præiudicium totius status clericalis, præsertim Prælatorum, & primario Summi Pontificis Ecclesiæ visibilis capitis omnes complectentis.*

4 *Nemini datum est priuilegio, cuius renunciatio cedit in publicum damnum, renunciare.*

5 *Nullus distringere, aut condemnare potest Clericum sine permissu Summi Pontificis.*

6 *Superior, etiam Pontifex lege cauere potest, ne subditi iurisdictionem alterius prorogent.*

7 *Amplia, Clericos non posse renunciare etiam cum iuramento dicto immunitatis priuilegio.*

8 *Iuramentum prædictum, vtpote de re illicita, & quæ non est in potestate renunciantis, nullum, & sacrilegum est.*

9 *Amplia, vt Clericus neque renunciare possit etiam cum consensu Episcopi.*

10 *Episcopus non potest immutare ea, quæ à iure diuino concessa sunt.*

11 *Episcopus vt inferior non potest præiudicare Summo Pontifici maximè in iis, quæ spectant ad immunitatem.*

12 *Iura nonnulla antiqua significantia Clericum potuisse cum consensu Episcopi huic priuilegio renunciare, abrogata fuerunt.*

13 *Clericus priuilegio immunitatis renunciare potest cum consensu Summi Pontificis.*

14 *Summus Pontifex potest priuilegia omnia, etiamsi de iure diuino sint, restringere, & ampliare, tam quoad causas, quam quoad personas, prout Ecclesiæ conuenire, seu expedire iudicauerit.*

15 *Communitas Ecclesiastica particularis quæcumque illa sit, præiudicare, vel derogare toti statui clericali priuilegio renunciando, non potest.*

16 *Concilium Generale, nec non Summus Pontifex renunciare, vel derogare non potest in totum priuilegium immunitatis.*

17 *Summus Pontifex ad hoc vt possit renunciare, vel derogare d. Immunitatis priuilegium debet habere causam rationabilem*

18 *Summus Pontifex non est Dominus absolutus bonorum, & iurium suæ Sedis, & eorum quæ à Principibus ipsi donata sunt, quia non personæ, sed Sedi donata sunt.*

19 *Summus Pontifex est solum dispensator fidelis, & prudens, non autem Dominus absolutus, vt pro suo arbitratu possit illa donare, vel alienare.*

20 *Priuilegium immunitatis non solum à Summo Pontifice, sed etiam à Principibus sæcularibus Clericis concessum est.*

21 *Episcopus non potest priuare Ecclesiæ inseruientes immunitate à Gabellis, & aliis oneribus laicalibus.*

22 *Clerici nisi cum conditionibus à Concilio Tridentino requisitis inseruiant, & habitum, & Tonsuram Clericalem deferant, vel beneficium Ecclesiasticum obtineant, priuilegio fori non gaudent.*

RESPONDETVR, quod Ecclesiastici ita immunes sint ab oneribus, & iurisdictione Principum secularium, quoad forum iudiciale, vt tali priuilegio immunitatis (præsertim, si sit de iure diuino, vel etiam positiuo, sed iure diuino dictante, seu suadente) non possint, neque tacitè, neque etiam expressè renunciare; quia dictum priuilegium concessum est clericis ratione dignitatis clericalis; ergo clericus dum retinet dignitatem clericalem, non potest tali priuilegio renunciare. Vide, quæ dicebantur *suprà dubit.2.per totum.* 1 2

Confirmatur secundò, quia ista renunciatio cederet in publicum damnum (scilicet in præiudicium totius Ordinis clericalis, præsertim Prælatorum, & primariò Summi Pontificis Ecclesiæ visibilis capitis omnes complectentis, *cap per exemptionem, de priuileg.in 6.*) ergo non potest ei renunciare. Consequentia probatur, quia ex *l.ius publicum, ff.de pact.l.1.§ si eo tempore, ff.de administr. rerum ad Ciuit. pertin.& ex l.necesse de regulis iuris,* nemini datum est, priuilegio, cuius renunciatio cedit in publicum damnum, renunciare. 3 4

Confirmatur

5 Confirmatur tertiò, quia *in Can. nullus*, 11. *q.* 1.
& ex Concil. Agatensi in Can. clericorum, 40. *eadem*
causa, & quæst. & ex Concil. Parisiensi in cap. 2. de foro
compet. expressè cauetur, quod *nullus Iudicum, neque*
Diaconum, aut Clericum vllum, neque iuniores Ecclesiæ
sine permissu Pontificis per se distringere, vel condemna-
6 *re præsumat* & ex alio capite superiorem, præsertim
Pontificem, ne subditi iurisdictionem alicuius
prorogent, lege cauere posse, conueniunt Docto-
res, etiam Iuristæ apud Curtellium *de immunit. Ec-*
cles. lib. 2. q. 1. n. 19. ergo non potest clericus priui-
legio immunitatis renunciare. Atque ita habetur
in c. si diligenti, de foro compet. c. cùm non ab homine, c.
at si clerici de iudiciis, & c. cùm contingat, de sent. ex-
comm. & ex communi contra Ansitecium *de potest. iu-*
dic. secularis reg. 1. n. 10. (qui posse in quibusdam
casibus dixit) docent Couar. *in qq. pract. c. 33. n. 2.*
Anton. Gom. *var. resol. tit. 3. c. 10. n. 30.* Farinac. *lib. 1.*
tit. de inquisit. q 8. Suar *lib. 4. de immunit c. 31. n. 1.*
Curtellius *de immunit. Eccles. lib* 2. *q.* 3. & nos di-
cebamus *lib. de Parlamentis*, *dubit.* 4. *sect.* 19. *sub-*
sect. 27 28. & 32. *Corollar.* 6. *num.* 10. & *dubit.* 27.
sect. 8. *subsect.* 3. & dicemus *cap.* 4 *dubit* 31. & *c* 5.
dubit. 12. & 13, quæ omnia præcipuè vera sunt (vti
ibidem dicebam) si Ecclesiasticorum immunitas
sit aliquo modo de iure diuino.

7 Et quod dixi, adeò verum est, vt non possint re-
nunciare, neque etiam cum iuramento; quia tale
8 iuramentum, vtpotè de re illicita, & quæ non est
in potestate renunciantis, nullum, & sacrilegum
est, *cit. cap. si diligenti, de foro compet.* & docent Fari-
nacius, Suar. *vbi suprà*, Scaccia *de iudic. lib. 1. c.* 11.
num. 35. & 36. & nos dicebamus *locis supra cit.*

9 Item secundò adeò verum est, vt non possint
renunciare, neque etiam cum consensu Episco-
pi; quia cùm dictum priuilegium concessum sit
clerico, ita vt simul ei præcipiatur, ne contra il-
lud agat, non potest Episcopus aduersus hoc
10 ius procedere; quia, quæ à iure communi statu-
ta sunt, non potest Episcopus immutare, glossa
in cap. significasti, de foro com. et per text. in cap. qualì-
ter, & quando de iudiciis, Farinac. *lib.* 1. *q* 8. *num.* 13.
11 Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 28 & Suar. *cit.*
cap. 31. *num.* 4. Vide etiam, quæ dicebamus *cap.* 5.
dubit. 13. & quæ dicebamus *lib. de Parlamentis, cit.*
dubit. 4. *sect.* 19. *subsect.* 27. & *cit. dubit.* 27. *sect.* 8.
subsect. 3. Accedit, quod renunciatio esset in præ-
iudicium summi Pontificis, cui Episcopus, vtpotè
inferior, non potest præiudicare, Farinac. *q* 8. *n.* 13.
Marta *part.* 4. *cas.* 152. *num* 8. & Carolus de Grassis
effect. 3. *num.* 652. quos citat, & sequitur Curtel-
lius *de immunit. Eccles. lib.* 2. *q.* 3. *num* 37.

12 Neque obstat, quod in quibusdam iuribus an-
tiquis videatur significari, quod clericus possit
cum consensu Episcopi huic priuilegio renun-
ciare *c. clericus* 1. & 2. 11. *q.* 1 Quia iam *in cap. si*
diligenti, de foro compet. declaratum est, id esse il-
licitum, vt bene aduertit *gl. in can. qualiter de iu-*
13 *diciis*; Quamuis possit clericus dicto priuilegio
renunciare cum consensu Summi Pontificis;
14 quia summo Pontifici datum est, priuilegia om-
nia, etiamsi sint de iure diuino, restringere) sicut
& ampliare) tam quoad causas, quàm quoad
personas, prout Ecclesiæ conuenire seu expedire
iudicauerit, sicuti supra *dubit.* 2. *sect.* 3. & *lib. de*
Parlamentis, *cit. dubit.* 27. *sect.* 12 dicebamus: &
fauet *cap.* 2. *de foro competent.* & tradit ex commu-
ni Suar. *in defens. fidei, lib.* 4. *de immunit. cap.* 31.
num. 8.

15 Item tertiò, adeò verum est, vt non possint
renunciare, neque etiam cum consensu alicu-
ius particularis cuiuscunque communitatis Ec-
clesiasticæ; quia, cùm dictum priuilegium in to-
tius Ordinis, & status clericalis honorem con-
cessum sit, non potest ob easdem rationes dictas
communitas Ecclesiastica particularis (quæcum-
que illa sit) ei præiudicare, vel derogare, *cit. cap. si*
diligenti, de foro compet. & nos dicebamus *lib. de Par-*
lamentis cit dubit. 17. *sect.* 8. *subsect.* 3. & dicemus
cap. 5. *dubit.* 14. *sect.* 11.

His adde, quod non possit, neque Conci- 16
lium generale, neque etiam ipse Summus Pon-
tifex, dictum priuilegium in totum renunciare,
vel derogare; quia talis renunciationis, & dero-
gationis totalis nunquam vlla esse posse vide- 17
tur rationabilis causa; qualis (vt Pontifex pos-
sit non solùm licitè, sed etiam validè, etiam ex
parte renunciare, vel derogare) necessariò re-
quiritur, cùm potestas ipsi data sit in ædificatio-
nem, & non in destructionem; & ipse non sit
Dominus absolutus bonorum, & iurium suæ se- 18
dis, & eorum, quæ à Principibus ipsi donata sunt,
quia principaliter donata sunt Christo, & Pon-
tifici vt Vicario Christi, & sic non personæ, sed
Sedi; Quapropter est solum dispensator fidelis,
& prudens, non autem Dominus absolutus, vt 19
pro suo arbitratu possit illa donare, vel alienare;
sicuti *supra cit dubit.* 2. *sect.* 3. & *lib. de Parlamen-*
tis cit. dubit. 27. *sect.* 8. *subsect.* 3. & *sect.* 12. diceba-
mus, & *cap.* 5. *dubit.* 11. dicemus.

Confirmatur; quia dictum priuilegium dona- 20
tum est clericis non solùm à Summo Pontifice,
sed etiam à Principibus secularibus, quam dona-
tionem Ecclesia nomine Christi acceptauit, ergo
sine consensu Christi (qui nunquam in tali, &
tanta præiudiciali renunciatione consentire cen-
setur) non poterit (præsertim si, vti dicebam,
Ecclesiasticorum immunitas sit aliquo modo de
iure diuino) tali priuilegio validè, nedum lici-
tè renunciare. Vide Grammaticum *decis.* 61. *nu-*
mer. 10. Surdum *tom.* 3 *consil.* 301. *num.* 53. Vigia-
num *tract. de immunit. Eccles. disp.* 5. & 6. Ceual-
los *tractat. de cognit. per viam violentiæ in Proœm.*
cap. 6. Suarez *citat. cap.* 3. *numer.* 10. & *sequent.* An-
toninum Diana *part.* 1. *tract.* 2 *resolut.* 2. & sacræ
Congregationis Episcop. die 24. Ianuar. 1651.
determinationem, quod scilicet immunitate à
gabellis, & aliis oneribus laicalibus priuare non 21
possit Episcopus inseruientes Ecclesiæ; sed quod
iidem clerici, nisi cum conditionibus à Conci-
lio Tridentino requisitis inseruiant, & habitum, 22
ac tonsuram clericalem deferant, vel beneficium
Ecclesiasticum obtineant, priuilegio fori non
gaudeant.

SECTIO II.

An, & quid dicendum de Clerico, qui fingat se laicum in iudicio seculari?

SVMMARIVM.

1 *Clerici confessio apud Iudicem secularem fingentis se laicum non est valida; sed prorsus nulla, vt potè facta coram Iudice incompetenti.*

2 *Clerici condemnatio permittentis se condemnari à Iudice sæculari, est nulla.*

3 *Nullum in vniuersum est quidquid contra Clericum fit à Iudice sæculari, quãuis nulla oppositio, nec declaratoria interponatur.*

1 Ex dictis sequitur primò, quod si quis clericus fingat se laicũ, non ob id confessio illius apud Iudicem sæcularem fit valida, sed prorsus fit nulla, vtpote facta coram iudice incompetenti, *c. etsi clericus, de iudiciis*, & tradunt Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. n.* 114. & Salzed. *in prax. c.* 62 *n.* 4.
2 Item fit nulla condemnatio, si permittat se ab eo-
3 dem Iudice seculari condemnari. Et in vniuersum fit nullum, quidquid contra clericum (quamuis nulla oppositio, nec declaratoria interponatur) fit à Iudice sæculari, ob eandem rationem iam dictam, Decian. *n.* 115. Salzed. *n. 2. & 3.* Couar. *pract. qq. c.* 33 *n.* 2. & Farinac. *q.* 8. *n.* 15.

SECTIO III.
An, & quid dicendum de Iudice sæculari, qui sic clericum condemnauit?

SVMMARIVM.

1 *Iudex sæcularis condemnans Clericum, potest sententiam reuocare sub prætextu incompetentiæ.*

1 Sequitur secundò, quod Iudex sæcularis sic clericum condemnans, possit sententiam reuocare, sub prætextu incompetentiæ, *l. si præses. Cod. quomodo, & quando Iudex, & l. 4. C. de accusat.* & docent Decian. *d. lib. 4. cap. 9. num.* 115. & Farinac. *quæst.* 8. *num.* 15.

SECTIO IV.
An, & quibus pœnis afficiendus sit clericus, qui permisit se cognosci à Iudice sæculari;

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram Iudice sæculari citatus, & exceptionem, ac declaratoriam opponere omittens, condemnandus est, pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, vtpote Iuris transgressor.*

2 *Item condemnandus est in expensis; quia excusare facilè potuit, cum omnia acta sint nulla, quod cum non fecerit, sibi imputet.*

3 *Prædicta condemnationes fieri non debent nisi à Iudice Ecclesiastico.*

4 *Iudex Ecclesiasticus cum solus possit de causa principali cognoscere, solus etiam potest cognoscere de annexis.*

1 Sequitur tertiò, quod clericus coram iudice sæculari citatus, & exceptionem, ac declinatoriam opponere omittens, condemnandus fit pœna extraordinaria arbitrio Iudicis, vtpote iuris transgressor, Farin. *cit. q.* 8. *n.* 10. & 12. & Scaccia *de iudic. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 46. Item condemnandus fit 2
in expensis, quia cùm omnia acta sint ipso iure nulla, & expensas in eis factas excusare facilè potuerit, meritò, si non excusauit, vt eas soluat condemnari debet, Couar. *qq. pract. c.* 33. *n.* 2. *vers. Clericus verò*, Salzed. *in prax. c.* 62. *n.* 6. Farinac. *cit. q.* 8. *c.* 16. Scaccia *c.* 11. *n.* 46. Hæc tamen omnia non 3
Iudex sæcularis, sed Ecclesiasticus facere debet; quia cùm solum Iudex Ecclesiasticus possit de causa principali cognoscere, solum ipse etiam poterit de ei annexis iudicare, *c. tuam, de ordine cognit. c. si Iudex laicus, de sent. excomm. in* 6. & docent Couarr. *cit. c.* 33. *n.* 2. & Farin. *cit. q.* 8. *n.* 16. & 17. Quidquid in contrarium dicat Ioan. Gutier. *lib.* 1. *pract. qq. super leges Regni. quæst.* 20. *n.* 4.

DVBITATIO XV.
An priuilegium immunitatis possit saltem consuetudine derogari?

SECTIO I.
Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Immunitatis neque potest consuetudine derogari.*

2 *Nulla lex etiam à Pontifice lata potest immunitatem Ecclesiasticam, præsertim si de iure diuino sit, derogare in totum.*

3 *Consuetudo non potest efficacior esse, & plus iurium habere quam lex.*

4 *Leges de consuetudine, vel præsumptione loquentes ad ius supremi acquirendi, ac à Summo Pontifice, & capite abdicandi, porrigi non possunt, cum de priuatis rebus, & inter priuatos loquantur.*

5 *Iura vtriusq; Imperij Ecclesiastici sc. & temporalis inseparabiliter Imperio adhærent, nec possũt siue Imperio acquiri, vel amitti.*

6 *Bartolus, & alij post ipsum collocarunt summum Imperium inter cætera vsu, ac præscriptione acquisibilia; at oppositum est probabilius.*

7 *Temporalia iura Regnorum mutari, ac perire promiscuè possunt.*

8 *Pontifex solus, aut aliquis de consensu ipsius, potest condere legem immunitati Ecclesiasticæ derogantem in parte.*

9 *Consuetudo, vt legem diminuat introduci debet ab iis, qui possunt condere legem.*

10 *Consuetudo contraria immunitati abrogatur per Concilia, sacros Canones, & Bullas Pont. non solũ introducta, sed etiã introducenda.*

11 *Immunitas vtpote fauorabilis est potius amplianda quam restringenda.*

12 *Falsum est quod Pontifex consentiat implicitè derogationi immunitatis per contrariã consuetudinem ex eo introductã, quod Clerici*

alicubi

alicubi citati coram Iudice seculari compareant, quia summus Pontifex sine non potest quacumque in toto orbe Christiano Iudices seculares operantur.

13 *Summus Pontifex tolerando aliquid fieri contra immunitatem,non dicitur tolerare tolerãtia approbatiua;sed tantũ permissiua.*

14 *Laici constituti in possessione iudicandi Clericos, tuendi, & conseruandi non sunt contra quamplures contrarium scribentes.*

15 *Conarruuios refellitur à Sacra Rota Romana in materia immunitatis.*

16 *Iura, Concilia, & Pontificum decreta abrogantia & corruptelam appellantia omnem Consuetudinem contra Immunitatem, & exemptionem Ecclesiasticam tendentẽ,non loquuntur de consuetudine generali, quæ nunquam introduci attentata fuit; sed de particulari.*

17 *Vide varias prohibitiones cuiuscumque Consuetudinis contra Immunitatem Ecclesiasticam introducta*

18 *Consuetudo Anglicana, quod Rex sc.posit cognoscere, & habere iurisdictionem in Clericos solutos in actionibus Ciuilibus, etiam personalibus merè, vel criminalibus, reprobatur à Rota Romana.*

19 *Consuetudo contra Immunitatem est contra Sanctorum Patrum instituta*

20 *Consuetudo contra Immunitatem est contra præceptum prohibitiuum & negatiuũ*

21 *Item est contra generale statutum Ecclesiæ, præsertim in honorem totius ordinis Clericalis,nedũ Cleri Anglicani introductum.*

22 *Clerus Anglicanus consentiens tali abusui, non potest prætextu talis consuetudinis derogare priuilegium Immunitatis*

23 *Consuetudo contraria Immunitati est contra legem Diuinam*

24 *Consuetudo induci non potest contra præcepta, præsertim per eum, qui non potest contrariam legem, vel præceptum statuere.*

25 *Rex Anglicanus non excusatur ab obseruantia legis Immunitatis,quia præceptum de ea est prohibitiuum & obligat sub peccato mortali. Vide fusius alias rationes, ob quas non excusetur.*

26 *Immunitas, & libertas Ecclesiastica concessa est Clericis à Christo, in quem omne imperium tam in temporalibus, quam in spiritualibus transmissum fuit.*

27 *Summus Pontifex express. protestatur in iure, se non velle præiudicare Iurisdictioni Regis Angliæ; sed hoc non obstat sententia supradicta.*

1 RESpondetur, quod Ecclesiastici ita immunes sint ab oneribus,& iurisdictione Principum secularium quoad forum iudiciale, vt tale priuilegium immunitatis, neque possit consuetu-
dine derogari;& quidem quod non possit deroga-
ri in totum,patet ex dictis *dubit. 2. per totum*, & ex
dicendis *cap. 4. dubit. 41. & cap. 5. dubit.* 14. Et con-
firmatur; quia nulla lex,etiam à Pontifice lata, 2
potest immunitatem Ecclesiasticam (præsertim si
sit etiam aliquo modo de iure diuino)derogare in
totum (vti *suprà cit. dubit. 2. sect. 3. & lib. de Parlam.
dubit. 27. sect. 8. subsect. 3. & sect. 12. dicebamus, & in-
frà cit. cap. 4. dubit.* 31. *& cap. 5. dubit.* 14. dicemus,
ergo neque potest derogare in totum consuetu-
do; cùm consuetudo non possit efficacior esse, & 3
plus virium habere, quàm lex; & in hoc conue-
niunt Doctores.

Confirmatur,quia leges de consuetudine, vel 4
præscriptione loquentes ad ius supremi acquiren-
di,ac à summo Pontifice,& capite abdicandi por-
rigi non possunt, cum de priuatis rebus, ac inter
priuatos loquantur, v g quod Petri domus, fun-
dus, census, &c. acquirantur, vel amittantur;iura
verò vtriusque Imperij, inter se administratione 5
distincti,Ecclesiastici scilicet, & temporalis legi-
bus istis non subiacent,& reguntur,cùm Imperio
inseparabiliter adhæreãt.nec possint sine ipso Im-
perio acquiri,vel amitti. Doctores passim, quos ci-
tat,& sequitur Menoch. *cons.* 961. *num.* 29 Georg.
Obrech. *de iurisd. cap. 4. n.* 24. Gregor. Tolosan. *in
syntagm. iur. lib. 7. c. 21. n.* 14 Modest. Pictor. *cons.* 12.
n. 28. Monarch. *ad leg. 1. ff. de constit. Princ.* Moder-
nus *de iure belli, & pacis lib. 2. cap. 3. num.* 11 & Cut-
tell. *in C. Polit. ad leg. Federic. not. 50. n. 1. fol.* 286.
ex cap. cùm non liceat, & cap. cùm ex officij de præscrip.
Quamuis enim Batt. *in l. hostes de captiu. & postli- 6
min. reuers. & in l. 1. de aqua pluuia arcenda*, & non-
nulli alij post ipsum collocarint summum Impe-
rium inter cætera vsu, ac præscriptione acquisibi-
lia,probabilius est oppositum legem ciuilem sci-
licet, tum potestatis, tum voluntatis defectu ad
summi Imperij iura non porrigi: sic enim ista vel
iure quodam supernaturali,vel ex gentium, popu-
lique vnanimi consensu reguntur;cùm temporis
mutationi,& vicissitudini subiecta non sint:quid-
quid sit fortè de temporalibus Regnorum iuribus, 7
quæ mutari, & perire promiscuè possunt, vt rectè
dixit Aristot. 1. *de generat. c.* 10 & Seneca *Epist.* 92.

Quod autem neque possit derogari ex parte,
probatur etiam ex dictis *in locis supra cit.* quia le-
gem immunitati Ecclesiasticæ derogantem non
potest condere,nisi Pontifex,aut quis de consen- 8
su Pontificis;ergo similiter introducere consuetu-
dinem. Consequentia probatur;quia vt consuetu- 9
do legẽ diminuat,introduci debet ab iis, qui pos-
sunt condere legem;cùm consuetudo(vt dicebam)
non possit habere plus virium seu esse efficacior,
quàm lex. Vide,quæ de hac re diffusè dicebam *cit.
lib. de Parlam. Dubit. 4. sect. 19. subsect. 1. 2. 3. & 4 &
Dubit. 27. sect. 3. & seqq.* & dicam *cit. cap. 4. dubit. 31.
& cap. 5. dubit. 4.*

Accedit quod omnem huiusmodi consuetudi- 10
nem abrogant Concilium Lateranense sub Leone
X. *sess. 10. cap. clerici, de iudic. cap. qualiter, & quando
eod. tit. cap. nouerit, de sentent. excommun.* Bulla Cœ-
næ coram Principum Oratoribus quotannis pu-
blicata,& nouissimè Bulla Vrbani VIII. edita die
5. Iunij 1641. super præseruatione iurium Sedis
Apostolicæ,& inferiorum Ecclesiarum, persona-
rúmque Ecclesiasticarum à quibuscumque præiu-
dicialibus(vbi Pontifex reprobat quãcumq; cõsue-
tudinẽ contra libertatẽ Ecclesiasticã,etiã cum fama
priuilegij) & innumera alia iura antiqua, quibus
conformis dicta Bulla Cœnæ improbat,& reuocat

contra Curtellium *de immun. Eccles. lib* 2.*q*.4.*num*.
s 17.*&* *q*.97. Castillum Sotom.*tom*.7.*contro.c*.183.
& seqq. omnes consuetudines , non solùm nonas
ex eo tempore,quo publicari cœpit, introductas,
& in posterum introducendas,sed etiam antiquas
quascumque;præsertim cùm illa generaliter,& si-
ne distinctione loquatur,& ex alio capite immu-
11 nitas , vtpote fauorabilis, potiùs sit amplianda,
quàm restringenda; Quapropter meritò Inno-
centius *in d. cap. nouerit*. Præpos. *in cap. si quis cum*
clerico,11.*q*.5. Felin. *in cit. c. qualiter, prope fin.* Abb.
in c. clerici, de iudic. ibid. Buttius *n*.11. Bartol.& Bald.
in Constitut. Frideric. *Cassa, & irrita, C. de sacros. Ec-*
cles.& Alex *cons*.8.*num*.1. docent, quod omnis ta-
lis consuetudo,cùm sit contra id,quod ex iure,vel
priuilegio,siue à Deo,siue à Pontificibus, & Im-
peratoribus , Clericis concessum est , sit etiam
contra libertatem , immunitatem , seu exemptio-
nem Ecclesiasticam.

Neque dicas cum aliquibus (inter quos Sal-
zed Curtellius , & Rabardeus *in locis infra citan-*
dis)quod Pontifex in hac derogatione consentiat
implicitè;cùm permittat,vt Iudices sæculares,in
quibusdam causis,& locis vocent clericum ad sua
tribunalia,& quod is vocatus ibi respondeat , &
12 in aliquibus casibus tributa soluat : Nam id ve-
rum non esse videtur , cùm Pontifex scire non
possit , quæcumque in toto orbe Christiano Iu-
dices sæculares operantur ; & cùm, quando scit,
sæpissimè musset, conqueratur , & reclamet , ex-
communicando Iudices illos,qui hanc sibi iuris-
dictionem vsurpant ; & cum quotannis etiam in
Bulla Cœnæ *clausul*. 14.*& seqq.* vniformiter ad iu-
ra antiqua expressè tales excommunicet ; & ex-
13 pressè ibidem omnes consuetudines immunita-
ti,vel libertati Ecclesiasticæ derogantes abroget,
& corruptelas appellet. Quod si quando etiam
sciens,tolerat , tolerat non tolerantia approbati-
ua,sed tolerantia solum permissiua , ad euitanda
maiora damna, & scandala , *Multa per patientiam*
tolerantur,quæ non approbantur, cap cum iamdudum, in
fin. de præbend. & cap. nihil prodest, de præscript. Vide
lib. de Parlamentis, cit. dubit.4. *sect*.19. *subsect*.3. *&*
dubit.15 *sect*.2. *& cit. dubit*. 27. *sect*. 6. *& seqq.* *&*
infra cap.3. *dubit*. 8.*sect*.4.

Atque ita (quod scilicet consuetudine non
possit immunitas Ecclesiastica derogari , neque
etiam ex parte)contra Couaruuiam *pract. qq. cap*.
31.*n*.5 *&* *c*.35.*n*.3. Clarum *in pract. crimin. q*.36.
vers. Sed ea retenta. Nauarrum *cap*.27.*n*.70. Farina-
cium *tit. de inquisit. q*.8.*n*.3. Io. Garsiam *de nobilit.*
gloss.9.*n*.44.*& seqq.* Salzed. *in prax. cap*.102. Ra-
14 bardeum *sect*.2.*num*.7.*fol*.17.34.*&* 41. Domsper-
gerum *de exempt. adulter. part*.1.*sect*.2. *cap*.5.*n*.77.
(vbi tenet , quod laici constituti in possessione
iudicandi clericos,tuendi, & conseruandi sint in
illa) Villalob. *in commun. opinion. verb. clericus, n*.80.
Curtellium *de immunit. Eccles. lib*.2. *q*.4. *n*.17. *&*
seqq. & n.110. *vsque ad finem* , *& q*.5. *per totam* , *&*
q. 97. & quosdam alios docent Suarez *lib*.4. *de im-*
munit. cap.31 *n*.14. *& seqq.* Antonius Saura *in vo-*
to Platonis de examine propositionum cap.9. Azot *tom*.
1. *Instit. moral. lib*.5 *c*.12. *vers. sed dubitari posset*. Re-
buff. *in Concor. rubr. vlt. de protect.* §. *Tertiò infertur*,
Tannerus,Baldellus;Filliucius, quos citat,& se-
quitur Diana *p*. 6. *tract*.1. *resol*. 29. & alij multi,
quos citabamus,& sequebamur nos *lib. de Parla-*
mentis cit dubit 4.*sect*.19 *subsect*.3.*& cit. dub*.27.*sect*.
3.*& seqq.*& citabimus,& sequemur *cit. c*.4.*dub*.31.
Item Fagundez *in Decalog. tom*. 2.*lib*.8.*cap*.43.*num*.
20.*&* 21.& Layman *lib*.4.*tract*.9.*cap*.10.*num*.1. in
specie contra Couaruuiam , contra quem etiam 15
nominatim adest nouissimè sacræ Rotæ Romanæ
in causa Barchinonensis exemptionis die 20. Iu-
nij 1636. decisio;& meritò,quia cùm iura,Conci- 16
lia , & Pontificum decreta supra adducta abro-
gant,& corruptelam appellant omnem consuetu-
dinem contra immunitatem , seu exemptionem
Ecclesiasticorum tendentem , non loquuntur de
consuetudine generali,id est,in vniuersum,vel in
omnibus causis criminalibus , vel ciuilibus im-
monitatem Ecclesiasticorum destruente (cùm in
nullo Regno ex Regnis Catholicis talis consue-
tudo vnquam introducta , vel introduci attenta-
ta fuerit)sed de particulari, vt patet ex iisdem lo-
cis supra adductis , & præcipuè ex *cap. clerici , de* 17
iudiciis, ibi : *Clerici maximè in criminalibus causis in*
nullo casu possunt ab aliquo,quam ab Ecclesiastico iu-
dice condemnari, etiamsi consuetudo Regia habeat , vt
fratres à Iudicibus sæcularibus iudicentur. Et ex Bul-
la Cœnæ, vbi quotannis coram Principum Ora-
toribus fiunt variæ prohibitiones omnium ferè
actuum (per quos huiusmodi particulares con-
suetudines introduci possunt)& renouantur iura
antiqua,tales actus , & consuetudines reproban-
tia. Et patet etiam ex ratione ; cùm particularis
consuetudo sit etiam irrationabilis , sicut & ge-
neralis. Vide *de Parlamentis, cit. dubit*.4.*sect*.19.*sub-*
sect.3.*& cit. dubit*.27.*sect*.7.*& infrà cit. cap*.4.*dubit*.
31.*& c*.5.*dub*.14.*sect*.8.*& seqq.*

Vide etiam Decisionem 10. Rotæ Romanæ in
antiquis, *tit. de consuetud.* vbi improbat consuetu- 18
dinem Anglicanam , quod Rex scilicet possit co-
gnoscere,& habere iurisdictionem in Clericos so-
lutos in actionibus ciuilibus,etiam personalibus
merè,vel criminalibus , vbi agitur ciuiliter ; tum
ob dicta,tum etiam ob ea , quæ notat Innocent.
de foro compet. cap. postulasti,& Arcbidiac. *in cap. Ro-*
mana, in 2.*gloss. eod. tit. in* 6. tum quia talis consue- 19
tudo est contra Sanctorum Patrum instituta , *ar-*
gum. extra de his , quæ fiunt à maiori parte Capituli,
c.1. *iuncto, c*.2. *extra , de foro compet.* tum quia est 20
contra præceptum prohibitiuum,& negatiuum;
vt *in dict. c.* cui renunciari, præsertim cùm obliget
semper,& ad semper,expressè non potest, vt *ibid.*
notatur,& probatur *eod tit. cap. si diligenti* , *& arg.*
C. ne fideiussores dotium dentur, l. 2. *in fin.* Ergo mul- 21
tò minus tacitè ; tum quia est contra generale
statutum Ecclesiæ, præsertim in honorem totius
Ordinis clericalis , nedum cleri Anglicani intro- 22
ductum ; ergo clerus Anglicanus quomodocum-
que consentiendo tali abusui,non potest prætex-
tu talis consuetudinis ei derogare, *argum*.25.*q*.2.
c. sunt quidam, & argum. not. Innocent. de consuetud.
supra rubr. circa medium: tum quia est contra legem 23
diuinam , per quam exempti sunt clerici à iuris-
dictione Principum secularium,iuxta ea,quæ no-
tat Innocent. *de maior. & obed. c. si quis* : tum quia
est contra institutionem Ecclesiæ, *argum. extra, de*
tempor. ordin c.2. tum quia videtur expressè repro-
bata, *c. ad nostram extra, de consuetud.* & per ea quæ
tradit Archid. *c*.1. *de cler. coniug. in* 6. *super ver. con-*
demnari, Hostiens.& Ioan. Andr. *in Nouella extra,*
de obligat. ad ratiocinia , c.1. tum quia non potest 24
contra præcepta induci consuetudo , præsertim
per eum , qui non potest contrariam legem , vel
præceptum statuere , vt notat Innocent. *de con-*
suet. in rubr. circa fin. Nec obstat , si dicatur , quod 25
Ecclesia Anglicana,& Rex non obseruauerint ta-
le præceptum,& sic non videantur illo ligati,nec

fieri,si non obseruent,illius transgressores,*arg.4. dist.c.leges,iuncta nota de treuga,& pace, cap.1. in fin. in glos.* & quod Papa sciat, & toleret; quia, cùm fuerit ius prohibitiuum,& ab exemptione diuina procedens,vt notat Innocent.*de maior.& obed.c. si quis*, & per consequens contrarium sit peccatum; dici non potest, quod ex hoc sint excusati, quantocumque tempore in contrarium sint abusi; quinimò tanto est grauius peccatum, vt *extra de consuetud. cap. fin.* Nec hoc casu videtur sufficere tolerantia Papæ, *argum. de prebend. & cap.cùm iam dudum,in fin.not. per Innoc.in rubr.de consuet.* Et dato,quod propter scandalum, quia aliàs prohiberi poterat,Papa tolerauit, non propter hoc approbasse, & consuetudinem introduci voluisse, censetur,*argum.not. per eundum Innocent.in rubr.de consuet.& præscrips.cap.nihil.* Nec obstat etiam si dicatur, quod Papa non potuit clerum Anglicanum priuilegiare in præiudicium Regis Angliæ, cui omnis, antequam Christus veniret, iurisdictio
26 competebat;quia tale priuilegium, & talis libertas concessa est clericis à Christo, in quem omne imperium tam in temporalibus,quàm in spiritualibus,transmissum fuit, iuxta not.*in cap. nouit, de iudic.& per Innocent. de voto,& voti redempt. c. quod super his,& de foro compet. cap. licet*: & quia clerici sunt spirituales,& in spiritualibus, Papam solum, vel Iudicem Ecclesiasticum posse se intromittere, priuilegium generale datum fuit à Deo, iuxta *c. quando, de iudic. & not. Innocent. de sentent. excommun cap.nouerint,circa princip.* Nec per consequens
27 obstat,si dicatur,quod Pontifex expressè protestetur in iure, non velle se derogare iurisdictioni Regis Angliæ, *extra qui filij sint legitimi, cap. causam*,quia rex ex dictis patet,in clericos nullam iurisdictionem habet,nec habere potest.

SECTIO II.

Difficultas prima, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Lege,vel priuilegio introduci potest ab iis qui legem, vel priuilegium condere possunt, vt laici causas aliquas Ecclesiasticas cognoscāt, & à Clericis tributa, seu gabellas exigant.*

OBiicies ex Curtellio, lege, & priuilegio introduci potest,quod laici causas Ecclesiasticas aliquas cognoscant, & quod in aliquibus casibus à clericis tributa, seu gabellas exigant (vt rectè probat Decianus *tract.crimin.tom.1.lib.4.c.9. num.66.70.& 76* Martha *de iurisd.part.4.centur.1. cas.62.n 14.*Sesse *de inhibit.cap.8.§.3.num. 152. & seqq.* Suar. *de immun. Eccles. contra Regem Angliæ lib.4.cap.34.n.45.& seqq.*Carolus de Grassis *de effect.ib.Cleric.effect.1. num. 372. & seqq.* Paramus *de inquisit.lib.3.q.1.n.42.* & Curtellius *de immun.Eccl. lib.2.q.2. & q.4.num.20.*& patet ex dictis *suprà dubit.2.& lib.de Parlamentis, dubit.27.sect.11.& 12.* & ex dicendis infrà *c.4.dubit.31.* ergo & consuetudine etiam id introduci poterit. Vide *de Parlamentis, cit.dubit.4. sect. 19.subsect.4.& cit.dubit.27. sect.6.& sequent.& cit c.5.dubitat.14.sect.2. & seqq.*

Respondetur distinguo consequens:si consuetudo introducatur ab iis,vel cum consensu eorum qui legem, vel priuilegium introducere possunt, concedo:si ab aliis,vel alio modo,nego.Et sic cùm laici nullam legem,vel priuilegium derogans immunitati introducere possint, & de facto cum consensu Pontificis non introducant,retorquetur argumentum.

SECTIO III.

Difficultas secunda, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo longissimi temporis decursu firmata, seu tamdiu continuata, vt initij memoria non extet, habet vim priuilegij, & priuilegio æquiparatur.*

2 *Limita prædictam conclusionem in duobus casibus, videlicet quando quis non est capax potestatis, & iuris,& quando consuetudo reprobatur à iure scripto.*

3 *Laici cum decimas detinere non possint, eas nulla ratione valent præscribere.*

4 *Non valenti agere præscriptio non currit.*

5 *Lex ad impossibile non attingit.*

6 *Contra Ecclesiam non currit nisi præscriptio centenaria.*

7 *Laici non sunt incapaces in rebus Ecclesiæ acquirendis, & eas posse acquirere non est iure scripto improbatum,at secus de immunitate.*

8 *Est de iure naturæ,& Diuino, quod stetur traditioni,& consuetudini, cuius memoria non extat, & ideo vt non obliget specialis reuocatio requiritur.*

9 *Secus tamen est quando est incapacitas ex parte subiecti, & improbatio ex parte iuris scripti.*

OBiicies secundò ex eodem Curtellio, saltem
introduci id poterit consuetudine longissi- 1
mi temporis decursu firmata, quia consuetudo longissimi temporis decursu firmata, seu tamdiu continuata, vt initij memoria non extet, habet vim priuilegij,& priuilegio æquiparatur, *l.hoc iure,vers.ductus aquæ, ff.de aqua quotidiana,& æstiua, cap.cum vobis,& cap. si diligenti,de præscript.cap.cum persona,de priuileg.in 6* & tradunt Felin. *in cap.causam,num.6.& 7.cap.cum ex officij,num.13. & cap.accedente, num. 6. de præscript.*& alij complures DD. quos citat,& sequitur Anguian. *de legib.lib.2.controuers.20.& 24.* Matta *de iurisd.p.4.cent.1.casu 62. num. 13.* & Rota *decis.1027.lib.3. part.3.*ergò,&c.

Respondetur,nego antecedens;& ad probationem Respondeo, distinguendo: consuetudo longissimi temporis decursu firmata,seu tamdiu continuata, vt initij memoria non extet, habet vim priuilegij,& priuilegio æquiparatur, simpliciter,
nego: cum limitatione, vt id locum non habeat 2
in duobus casibus; (quorum prior est, quando quis,vt est in casu nostro, non est capax potestatis,& iuris,*cap.causam 7.de præscript.*ibi: *quia cum Laici decimas detinere non possint, eas nulla valent præscribere ratione*;& docent Innocent. *in cap.1.de* 3
*apostatis.*Abb.*in cap.super quibusdam,de verbor.signific.& in cap.nouit,de iudic.& in cap.quanto,de consuetud.*Ioan.Andr. & Dominic. *in cap.2.de præbendis,*

in 6. Felin. *in cap. dilecto, eod. tit.* Bald. *in l. si solemnibus, Cod. de fide instrum.* & ipsemet Cuttellius *cit.*
4 *q. 4. num. 3. & q. 5 num.* 20. & meritò, quia non valenti agere præscriptio non currit, *l. 2. 3. & 6. Cod.*
5 *quibus non obiic. long. tempor. proscript.* lex enim ad impossibile non astringit. Posterior, quando, vt etiam est in casu nostro, consuetudo improbatur à iure scripto, *cap. cum satis de offic.* & docent Archid. & Ioan. Andr. *in cap. 1. de clerico ægrotante in* 6. Malderus *part. 1. q. 96. art 4. col. 1. fol.* 407. Layman *lib 4. tract. 9. cap.* 10. Vigian. *de immun. Eccles. cap. 2. num.* 4 Philiarch. *de offic. Sacerd. part. 1. lib. 3. cap. 9. in fin.* Tannerus *2. 2. disp. 5. q. 5. dub. 4. num.* 131. Barbosa *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 25. de constit.* & ipsemet etiam Cuttellios *cit. q. 5. num.* 21. & meritò quoque, quia tunc consuetudo, etiam à principio, malam fidem operatur, simulque omnem Pontificum, inducto expressissimo dissensu, patientiam excludit) concedo. Vnde retorqoetur etiam argumentum. Vide, quæ *cit. dubit. 4. sect. 19. subsect. 1. 2. 3. & 4. & cit. dubit. 27. sect. 5. subsect.* 1. dicebantur, & quæ *cit. cap. 5. dubit.* 14. dicentur.

Instabis ex eodem Curtellio: Ecclesia Romana
6 ob hoc ipsum, quod initium ignoretur, in rebus acquirendis centenariam, quæ minor est, amplectitur *in cap. ad audientiam, de præscrip.* ibi: *Respicientes, quod est longè validius, ipsum negotium tangere principaliter, Romanam Ecclesiam, contra quam nonnisi centenaria præscriptio currit, cap. diligenti, eodem tit.* ergo non est, cur consuetudinem longissimi temporis decursu firmatã, & tamdiu continuatam, vt initij memoria non extet, quæ maior est etiam, non amplectatur; & multò magis respondetur, disparitas est; quia in rebus Ecclesiæ acquirẽdis la-
7 ici non sunt incapaces, & eas posse acquirere, non est iure scripto improbatum, sed potius acceptatum: At secus est in casu nostro, vt patet ex dictis.

8 Vrgebis ex eodem Cuttellio: est de iure naturæ, & diuino, quod stetur traditioni, & consuetudini, cuius memoria non extat: adeò quod immemorialis traditionis & consuetudinis tanta est firmitas, vt speciali reuocatione indigeat, ad hoc vt obligare desistat, sicuti tradunt Gonzalez *ad regul. 8. Cancellar. gl. 53. num.* 5. Gutierrez *pract. cap. 14. num. 69. lib.* 3. Monald. *consil. 73. num.* 24. & adsunt Cardinalium declarationes, vt per Gonzalez *ibid.* quas cum aliis refert Barbosa *in claus. non obstante consuetudine, & in cap. cum tanta, num. 7. de consuet.* Eman. Rodriq. *qq. Regul. q. 9. art. 5. tom.* 1. Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 4. num.* 13. Oxeda *de incompat. part. 1. c. 17. n.* 19. Narbona *tract. 1. fundam. 2. num.* 9. Moneta *de distribut. part. 2. c. 12. n.* 22. & Curtell. *de immun. Eccles. lib. 1. q. 1. n.* 19. quod factum non est in casu nostro; ergo, &c.

9 Respondetur, id verum esse, quando ad id, quod per huiusmodi immemorialem traditionem, & consuetudinem habetur, non est incapacitas ex parte subiecti, nec improbatio ex parte iuris scripti, sicuti contingit in casu nostro, vt patet etiam ex dictis; & sic retorquetur etiam argumentum.

SECTIO IV.

Difficultas tertia, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo mixta Clericorum, & laicorum introduci non potest.*

2 *Consensus Clericorum ad consuetudinem contra immunitatem inducendam valere non potest.*

3 *Consuetudo mixta cum dicitur quod in rebus & Personis Ecclesiasticis aliquid possit operari, intelligitur de consuetudine, quæ non præiudicat sacris Canonibus.*

OBiicies tertiò, saltem introduci id poterit consuetudine mixta clericorum, & laicorum.

Respondetur, nego antecedens; quia consensus clericorum (cùm ipsi priuilegio immunitatis renunciare non possint, vt supra *dubitat.* 14. diceba-
tur) ad id nihil operatur; & sic ad consuetudinem 2
introducendam valere non potest; vt rectè notauit Felinus *loco supra cit.* & Paulus de Castro *consil.* 159. Quapropter, cùm dicitur, quod consuetu- 3
do mixta clericorum, & laicorum in rebus, vel personis Ecclesiasticis quid possit operari, intelligitur de consuetudine, quæ non præiudicat sacris Canonibus, vel si præiudicat, accedat consensus Summi Pontificis, saltem implicitus; & per aliquos etiam explicitus, quia in tali materia, vtpotè valde odiosa, in qua consensus Pontificis non esset facilè prudens, & honestus, implicitus non sufficit cum nunquam præsumatur. Vide *cit. dubit. 4. sect. 9. subsect. 1. 2. 3. & 4. & cit. dubit. 27. sect. 8. & cit. cap. 5. dubit.* 14. & Fagundez *in Decalogum tom. 2. cap. 43. num.* 23.

SECTIO V.

Difficultas quarta, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *De facto in quibusdam Regnis, vt in regno Castellæ, Lusitaniæ, Galliæ, Iudices sæculares cognoscunt de quibusdam causis Ecclesiasti-*
2 *cis, & quæ sint tales causæ ibi. at non ex vi consuetudinis; sed fortasse priuilegij à Papa concessi.*

3 *Titulus necessarius esse decernitur ei, qui incapax est, cuive ius commune resistit, vel in eum præsumit; nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria non extat.*

4 *Modus probandi priuilegium æquiualens ipsi exhibitioni, dicitur qui ex tempore inducitur.*

5 *Immemorabilis consuetudo præsumi potest à priuilegio incepisse, quandoquidem alia via honestari non potest, & esse turpis, & illicita facilè præsumi non debet.*

6 *Iudicibus secularibus quod talis cognitio competat etiam de iure naturæ scripserunt nonnulli.*

7 *Summus Pontifex in Bulla Cœnæ quotannis excommunicat Iudices, & Magistratus, qui prætextu violentiæ impediendæ ad sua Tribunalia Clericos aduocant. Secus si fiat vero titulo violentiæ impediendæ.*

8 *Indi*

8 *Iudices seculares comprehendentes Clericum in graui crimine, vel ei arma auferentes non procedunt titulo iurisdictionis in Clericum; sed nomine, & commissione generalissimi Prælati.*

9 *Idem dicunt de visitatione, & punitione, quam Rex facit in Clericos ministros, & Consiliarios suos.*

10 *Priuilegium supradictum derogatiuum immunitatis non est ita facilè præsumendum.*

11 *Priuilegium prædictum, dato quod aliquando fuerit concessum, nunc reuocatum videtur per Tridentinum.*

12 *Priuilegium prædictum non apparet Regibus per vim contractus, & remunerationis esse concessum.*

13 *Vsus dicti priuilegij improbatur à Doctoribus communiter.*

14 *Violentia deberet esse clara ad hoc vt de iure natura diceretur permissum Iudicibus secularibus cognoscere causas Clericorum ad eam impediendam.*

15 *Procedens titulo defensionis violentiam repellit facto, non autem iudiciali strepitu; & veritatis indagatione.*

16 *Defensio non est actus iurisdictionis in subsidium; sed executio iuris à natura ciuiliter homini vt alterum defendat, concessi.*

17 *Iudicibus Ecclesiasticis non est concessum laicum de suo Iudice querelantem ad iudicium suum vocare, vel violentiam, si forte sit, repellere.*

18 *Nemini datum est alienam iurisdictionem vsurpare, & in alienis causis se immiscere.*

19 *Iudices seculares minorem potestatem habent ad corrigendum negligentiam, & defectus Iudicum Ecclesiasticorum, quam è contra.*

20 *Iudices seculares sunt simpliciter impotentes ad ea, quæ sunt fori Ecclesiastici.*

21 *Ecclesiastici ad ea, quæ sunt fori secularis sunt solum Iudices incompetentes, vtpote non omnino extra sphæram ipsorum, saltem indirectè propter finem supernaturalem.*

22 *Iudices seculares subordinantur iudicibus Ecclesiasticis, vt corpus anima, seu corporalia spiritualibus.*

23 *Iudices Ecclesiastici habent potestatem corrigendi negligentiam, & defectus Iudicum secularium, & non è contra.*

24 *Qui iniuriam, vel vim à iudice Ecclesiastico pati arbitratur, querelam deferre debet ad eius superiorem, scilicet ad Metropolitanum, vel ad Pontificem.*

25 *In casu extraordinario necessitatis licita erit sui ipsius defensio etiam si opus sit aduocandi laicos in auxilium, siue priuatas,*

26 *siue publicas Personas, dummodo iniuria sit manifesta, & non fiat defensio per modum iurisdictionis, sed per modum naturalis defensionis.*

27 *Clericus conueniri debet coram Episcopo, Episcopus coram Archiepiscopo, Archiepiscopus coram Primate, Primas coram Romano Pontifice, vel coram eius Legato, ad eam Prouinciam misso.*

28 *Oppressus à Prælato inferiori ad Prælatum superiorem, & non ad tribunal laicum recurrere debet via ordinaria.*

29 *Reges, & eorum Magistratus solum in casu extraordinariæ necessitatis hanc causarum cognitionem vsurpare possunt.*

30 *Priuilegium præsumptum videtur reuocatum per leges contrarias, quas vide ibi.*

31 *Omne priuilegium concessum à Papa, ex iusta causa potest reuocari.*

32 *Curtellius refellitur, & cur.*

Obiicies quartò, de facto in quibusdam Regnis, vt in Regno Castellæ, Lusitaniæ, Galliæ, &c. Iudices seculares de quibusdam causis Ecclesiasticis cognoscunt (vt de causa possessoria, de violentia facta à Iudice Ecclesiastico, v. g in appellatione, cùm debebat eam concedere, negando; in iurisdictione, quæ sibi non competit vsurpanda, &c.) & clericum in graui delicto inuentum comprehendnnt, & ei, si arma portet, eripiunt, & non restituunt, & clericum etiam in officio seculari delinquentem visitant, & pœna pecuniaria, ac officij priuatione puniunt; &c. Ergo omninò dicendum est, quod consuetudine immunitati Ecclesiasticæ derogari possit ex parte. Consequentia probatur; quia credi non debet, tot Iudices Sedis Apostolicæ filios, Catholicos, & pios, hæc omnia facere, si per ea immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam violarent, & sacros Canones oppugnarent. 1

Respondetur, distinguo antecedens, ità vt id faciant ex vi consuetudinis, nego: ità vt id faciant ex vi fortasse priuilegij à Papa concessi (quod, licet non appareat, credi potest fuisse concessum *argum. c. Ecclesiasticarum, & c. in his rebus, dist. 11. c. cum persona de priuileg. lib. 6. & cap. 1. de præscript. in 6* vbi ei, qui incapax est, cuiue ius commune resistit, vel in eum præsumit, titulum necessarium esse decernitur, cum hac exceptione, nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cuius contrarij memoria non extat; quapropter modum probandi priuilegium æquiualentem ipsi exhibitioni esse, qui ex tempore inducitur, docét Couar. *var. resol. lib 1. c. 17. n. 5.* Bannez *1. part. q. 1. art. 1. dub. vlt. ad vlt.* Gloritius *respons. 12. num. 62* Suar. *de relig. lib. 1. tit. de decim. cap. 27. n. 3.* Barbosa *in c. causam, q. 7. de præscript.* & alij, quos citat, & sequitur Curtellius *decis. 20. n. 91. & de immun. Eccles. lib. 1. q. 31. num. 6. & lib. 2. q. 4. n. 14. & q. 6. n. 11* & non omninò improbabiliter; cùm immemorabilis consuetudo præsumi possit priuilegio incœpisse; quandoquidem alia via honestari consuetudo non potest; & esse turpis, & illicita, facilè præsumi non debet) transeat; Atque ita tradunt Curtellius *in c. Sic ido ad leges Marinis, nota 36. post num. 4. fol. 635. & de immun. Eccl. lib. 2. q. 4. n. 14.* Salgad. *de supplic. ad sanctissimum, p. 1. c. 2.* Bannez *2. 2. q. 67. ar. 1. dub. 2. concl. 6.* & de Gallia Menoch. *de retinen. possess. rem. 3. n. 354.* & Rebuff. *in Com. ad Constit. Galliæ, tom. 3. tit. de appellat. tanquam abusu, num. 14. & in concord. tit. vlt. de protect. Concordat.* qui & subdunt, quod cognitio 2

deui

6 de vi arcenda dictis Iudicibus competit, etiam de iure naturę; quia, cùm ipsis datum sit, subditos suos defendere, & Rempublicam à violentiis præseruare, consequens necessariù est, quod dicta cognitio de iure naturæ ipsis competat.

7 Quod si iis obiicias, Pontificem in Bulla Cœnæ quotannis excommunicare Iudices, & Magistratus, qui prætextu violentiæ impediendæ ad sua tribunalia clericos aduocant, & de causis Ecclesiasticis cognoscunt.

Respondent, id esse verum, si fiat prætextu, id est, simulatione violentiæ impediendæ; secus, si fiat vero titulo violentiæ impediendæ.

8 Et ad id, quod Iudices seculares clericum in graui crimine inuentum comprehendant; & ei arma eripiant, & non restituant, respondent præcitati Doctores, id non titulo iurisdictionis in clericum, sed nomine, & commissione generali sui Prælati fieri; cùm hæc commissio rectæ gubernationi conueniat. Idem dicunt de visitatione, &
9 punitione, quam Rex facit in clericos ministros, & consiliarios suos, quod id nomine, & commissione generali Pontificis efficiatur; cùm alias non appareat qua ratione à Iudicibus secularibus iudicari, & puniri possint Ecclesiastici, qui tamen de facto sæpe pœnis pecuniariis, priuatione officij, & exilio à Curia Principis puniuntur. Vide Suar. *lib. 4. de immunit. Eccles. cap. 34. num. 26.*

10 Dixi, *ex vi fortasse priuilegij à Papa concessi*: nam dicta Bannez, Rebuffi, Curtellij, Salgadi, & aliorum doctrina difficultatem mihi facessit; quia tale priuilegium non est ita facilè præsumendum; cùm sit odiosum, & immunitati, ac libertati Ecclesiasticæ
11 derogatiuum; tum quia, dato, aliquando fuerit cõcessum, nunc reuocatum videtur per Tridentinum *sess. 25. cap. 3. & cap. 20. de reform.* per Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex*; & per Bullam Cœnæ, *clausul. 19.* & vlt vbi coram principum Oratoribus per verba valde generalia quotannis quælibet priuilegia quibusuis personis cõcessa etiam per vim contractus, & remunerationis reuocantur. Adde, quod non apparet, tale priuile-
12 gium Regibus per vim contractus, & remunerationis esse concessum, vt simpliciter derogatum non censeatur; Quapropter dicti priuilegij de vi
13 arcenda vsum improbant Felinus *in cap. 2. num. 1. de maior. & obed.* Surd. *consil. 301. num. 54.* Decian. *lib. 4. cap. 9. num. 10.* Torreblanca *in practicab. spir. lib. 15. cap. 4. num. 4.* Sayrus *de censur. lib. 3. cap. 25. num. 10.* Duardus in *Bull. Cœn. lib. 3. q. 1. §. 5. num. 1.* Mainardus *de priuileg. Eccles. part. 2. tr. 18. num. 10.* Vgolinus *in Respons. ad Colleg. Patauin. pro Venetis cap. 7. fol. 63.* Theologi Religionis Seruorum *in eadem causa cap. 8. num. 19. in fin.* Ioan. Beltr. de Gueuara *propugn. Eccles. libert. §. 7. num. 43.* Marta *de iurisd. part. 4. centur. 1. cas. 7. num. 12* Barbosa *in cap. Ecclesia sancta Mariæ num. 25. de constit.* Guido Papa *q. 77. num. 3* Petr. Iacobus *in tit. de condit. ex lege Iusti. de action. § quadruplici, col. 2.* Petrus Binsfeldius *in comment. de iniuriis, & damno dato, cap. 7. concl. 13.* Vasquez *in Apologia manuscripta pro immunit. Eccles. disp. 1. 2.* Io. Antonius Saura *in voto Platorit de primis instantiis, fol. 48. §. 1.* Bellettus in *disquis. cleric. part. 1. tit. 2. §. 3. num. 1.* Andr. Magerus *de Aduocat. armata, cap. 17. num. 189.* & aliis, quos *cap. 9. dubitat. 6.* adduceam *& lib. de Parlamentis dubit 4. sect. 19. subsect. 1. 2. 3. & 4. & dubit. 27. sect. 11. & 12.* adducebam; Quamuis eum improbare non audeant præter Bannez, Menochium, & Rebuffum *in locis suprà cit.* Nauarrus *cap. 27. num. 71.* Suarez contra Regem Angliæ, *lib. 4. cap. 34. num. 29.* Bellarm. *tract. de potest. Pontificia, cap. 35.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 14. q. 4.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 12. disp. vnic. punct 9. num. 10.* Pesantius *tract. de immunit. Eccles. disp. 3.* Tannerus *in defens. libert. Eccles. lib. 2. cap. 18.* Malderus *in part. 2. S. Th. quæst. 9. art. 4. & part. 6. quæst. 96.* Fillius *tom. 1. tract. 16 cap. 11. num. 258.* Baldellus *lib. 5. disp. 33. num. 22. & disp. 40. num. 11.* Bastidia *in Antidoto ad considerationes Pauli Veneti, part. 2. num. 63.* Salas *de legib. disp. 14. sect. 9. num. 114.* Fagundez *de precept. Eccles. tract. 1. lib. 3. cap. 7. num. 17.* Salgad. *tom. 2. part. 3. cap. 10. num. 96. & seqq.* Salzedus *de lege Polit. lib. 1 cap. 8. per totum*, Fagnanus *de iustitia Censurarum Pauli V. part. 4. fol. 105.* Thomas Vallaschus *in allegat. tom. 1. allegat. 15. num. 7.* Barberius *in Confutat. contra Fulgentium Seruitam part. 4 num. 64.* Io. Antonius Bouius *in Responsine contra Paulum Seruitam, part. 4. ad argum. 10.* Torrius *in Apologia ad Gallofrancum fol. 46.* Io. de la Cruz *in direct. Conscient. part. 1. precept. 8. q. 3. art. 1. concl. 3.* Baunius *in Theologia. Mor. part. 1. tract. 21. q. 31. ad fin. & part. 2. tract. 6. disp. 7. de Bulla Cœna, q. 1 cap. 2. num. 14.* Petrus de Marca *de libert. Eccles. Gallicana, tom. 1. lib. 3. cap. 10.* Diana *part. 7. tract. 1. resol. 16.* & alij, quos *etiam Dubit. 4. sect. 19 subsect. 1. 2. 3. & 4. & cit. Dubit. 27. sect. 11. & 11.* referebam *& cit. cap. 9. dubit. 6.* referam.

Et maiorem difficultatem mihi facessit id, quod 14
dicunt Bannez, Menochius, Rebuffus, Curtellius *locis supra cit. & de immunit. Eccles. lib. 2. q. 14.* & alij de violentia impedienda, quod scilicet id facere de iure naturæ Iudicibus, & Magistratibus secularibus competat; quia vt id verum sit, necessarium ad minus esset, vt clara sit violentia; quod tamen in casu nostro non contingit, quandoquidem Iudices seculares, Prælatum Ecclesiasticum violentiam facere subdito suo litiganti (negando ei appellationem vel terminos probatorios, quos postulat, & similia) non sciunt, quousque processum examinent, & acta cognoscant; Quapropter prius vsurpant cognitionem causæ Ecclesiasticæ, quàm ipsis de violentia constet; & sic non titulo defensionis, vt ipsi dicunt, procedunt.

Confirmatur, quia qui titulo defensionis pro- 15
cedit, violentiam repellit facto, non autem iudi-
ciali strepitu, & veritatis indagatione (cùm defen- 16
sio non sit actus iurisdictionis in subditum, sed executio iuris à natura cuilibet homini, vt alterum defendat, concessi) At Iudices seculares causas ad se aduocando, & processus examinando, non facto, sed iudiciali strepitu, & iurisdictione exercita violentiam, si fortè inest, repellunt, ergo, &c. quapropter non licet ipsis hoc modo clericum defendere.

Confirmatur secundò; quia Iudicibus Ecclesia- 17
sticis non est concessum, laicum de suo iudice querelantem ad iudicium suum vocare; ibique processum examinare, & iniuriam, vel violentiam, si
fortè sit, repellere, & emendare, quia nemini datum 18
est, alienam iurisdictionem vsurpare, & in alienis causis se immiscere; Quapropter si hoc facerent Ecclesiastici, nullu pacto permitterent laici, Ergo multò minus id iudicibus secularibus concessum
esse debet. Consequentia probatur; quia minorem 19
potestatem habent Iudices seculares ad corrigendum negligentiam, & defectus Iudicum Ecclesiasticorum, quàm econtrà; cùm Iudices seculares ad

ea,

10 ea, quæ sunt fori Ecclesiastici (vt potè omnino extra sphæram ipsorum) sint simpliciter Iudices im-
11 potentes: Ecclesiastici autem ad ea, quæ sunt fori secularis (vt potè non omninò extra sphæram ipsorum, saltem indirectè, propter finem supernatura-
12 lem) sint solum Iudices incompetentes; Vnde illi subordinantur istis (vt corpus animæ, seu corporalia spiritualibus) & non è contra; & sic verè habent
13 isti potestatem corrigendi negligentiam, & defectus illorum, & non è contrà, præsertim quia isti habent potestatem corrigendi peccata suorum subditorum, & non è contra, *cap. ex tenore de foro compet. & ex cap. nouit de iudiciis*. Sed de hac re vide, quæ diffusius dicam *cap. 9. dubit. 6.* & dicebam *lib. de Parlam. dubit. 4 sect. 19. per suas subsectiones.*

24 Confirmatur tertiò, quia qui iniuriam, vel vim à Iudice Ecclesiastico pati arbitratur, querelam
25 deferre debet ad eius superiorem, scilicet ad Metropolitanum, vel ad Pontificem, eiusve Legatum. Quod si in extraordinario casu necessitatis, nempe quia vterque abest, vel renuit prouidere, id, quæ iniuriam patitur, facere non potest, tunc naturali iure seipsum defendere, & alium quemcumque, etiam laicum siue priuatam, siue publicam personam, ad sui defensionem aduocare poterit, modò
26 iniuria manifesta sit, & nihil per modum iurisdictionis, sed solum per modum naturalis defensionis, à laico aduocato efficiatur. Consequenter, vti dicebam, solum in casu extraordinario necessitatis, cùm scilicet nullum aliud remedium suppetit; quia ad talem vim reprimendam Iudex Ecclesiasticus non adest, vel si adsit, non vult illam reprimere, potest, qui violentiam patitur, Iudicem laicū adire, & non alias; quia conuenire debet clericos
27 coram Episcopo, & Episcopus corā Archiepiscopo, *c. Sacro, de sent. excomm. & c. ad reprimendam, de offic. Ordinar.* & Archiepiscopus coram Primate, *cap. antiqua, de priuileg.* & Primas coram Romano Pontifice, vel coram eius Legato ad eam prouinciam mis-
28 so. Vnde fit, quod oppressus à Prælato inferiori ad Prælatum superiorem, & non ad tribunal laicale extra dictum extraordinarium necessitatis casum recurrere debeat; præsertim quia Canones expressè prohibent ab Ecclesiastico Iudice ad laicum appellari, *cap. qua in re, & cap. quanto, de iudic. & cap. si quis clericum, 11. q. 1.*

29 Certum ergo ex dictis mihi videtur, quod ex titulo defensionis non possint Reges & eorū Magistratus, nisi solum in dicto casu extraordinario necessitatis, hanc causarum cognitionem vsurpare; & sic solum restat quod possint titulo priuilegij à Pontifice concessi, quod ao fuerit concessum; & dato, quod aliquando fuerit concessum, modò
31 (cum omne priuilegium semel concessum à Papa ex iusta causa reuocari possit, sicuti dicebam *lib. de parlamentis dubit 27 sect. 11. & seqq.* & dicam etiam infrà *cap. 4. dubit. 13. & cap. 5. dubit. 14. sect. 8. & seqq.*) non sit reuocatum per Tridentinum, Bullam Vrbani, & Bullam Cœnæ Domini, quæ per verba valde generalia quotannis quælibet priuilegia quibuscunque personis, etiam per vim contractus, & renunciationis, concessa reuocat coram Principum Oratoribus, videant i (qui Regię iurisdictioni fauent) ne, vt gratiam Regis acquirant, gratiam Dei regum Regis amittant, & ne amando animam suam in hac vita, in alia vita perdant eam, Vide omninò, quæ dicebam *lib. de Parlamentis cit. Dubit 4. sect. 9. et suas subsectiones, & cit. dubit. 27. sect. 11. & seq.* & quæ dicam *infra cap. 3. dubitat. 8. cap. 4. dubit. 31. cap. 5. dubit. 14. sect. 6. & seqq.* & *cap. 9. dubit. 6. per totam.*

Instabis ex Curtellio *lib. 1. q. 1. num. 51. 68. & 74.* 32
& lib. 2. q. 5. num. 15. ad hoc, vt Pontifex validè reuocet consuetudines, & priuilegia, seu concessiones antiquas, debet id facere ex cathedra, vel generale Concilium adhibendo, & vocatis, auditisque Principibus secularibus; ergo.

Respondetur, quam rectè (cùm non simus in iis, quæ spectant ad fidem, & cùm legislator, præsertim Pontifex, in ferendis legibus non pendeat à subditis, vt dicam *infra sect. 7. & cap. 16. dubitat 8.*) id dixerit Curtellius, videri posse *cap. 3. dubit. 1. sect. 2. subsect. 7.*

SECTIO VI.

An, & quid senserit Rota Romana quoad ea, quæ dicta sunt in sectione præcedenti?

SVMMARIVM.

1 *Fuit declaratus excōmunicatus quidā Paulus Archidiaconus Ecclesiæ Oscen. à Sacra Rota Romana ob recursus habitos ad Iudices, seculares, & declaratus quod ad effectum agendi non erat audiendus.*

2 *Satis clarum est per multa Concilia ab Ecclesia Romana approbata & perpetuo vsu recepta, prohibitum esse Laicis Clericos trahere ad Iudicia secularia.*

3 *Omnes Iudices violantes Ecclesiasticam libertatem, & præsumentes iuxta tenorem suorum statutorum & Consuetudinum introductarum Clericos iudicare, incidunt in sententiam excommunicationis.*

4 *Impedientes Prælatos Ecclesiasticos, quominus sua Iurisdictione vtantur excommunicantur in Bulla Cœnæ.*

5 *Rota semper respuit opinionem nonnullorum Doctorum asserentium posse causas possessorias rei spiritualis, vel quasi spiritualis per Iudices laicos cognosci, & decidi; & censuit causas possessorias beneficiorum & aliarum rerum Ecclesiasticarum ad forum Ecclesiasticum pertinere.*

6 *Vsus multorum Principum cognoscendi in Caussis possessoriis Beneficiorum & rerum spiritualium recessit post Bullam Cœnæ.*

7 *Recursus Ecclesiasticorum ad Iudices laicos multi Doctores non esse prohibitos scripserunt.*

8 *In sententia dictorum Doctorum apparet tam Ecclesiasticos, quam seculares oppressos violentia Iudicum Ecclesiasticorum posse adire Iudices laicos.*

9 *Opinio dictorum Doctorum est periculosa, & contra sacrorum Canonum auctoritatem*

10 *Nonnulli antiqui Canones nostræ sententiæ contrarij per recentiora decreta fuerunt correcti; & quomodo intelligi debent.*

gene

11 *Dicta Decreta non sunt alicuius Concilij generalis, neque alicuius Romani Pontificis, & inspectis conditionibus generalium legum vim non habent.*

12 *Gratianus non publica; sed priuata auctoritate, multa Canonum Ecclesiasticorum, & legum etiam secularium decreta in suum librum contulit.*

13 *Liber Gratiani nunquam ab aliquo Romano Pontifice tanquā authenticus approbatus fuit.*

14 *Canon relatus in Decreto Gratiani non habet maiorē auctoritatem, ac si esset in suo loco*

15 *Gregorius XIII. non authenticauit librum Gratiani; sed solum emendari illum iussit, & emendationes sine additionibus, & detractionibus obseruari.*

16 *Ex Consuetudine Hispaniarum antiquissima videntur recursus ad iudices seculares vsu frequenti recepti.*

17 *Menochius refellitur asserens Consuetudinem Hispaniarum contra Immunitatem confirmatam esse per summos Pontifices*

18 *Consuetudo prædicta non potest vocari optima; sed corruptela magna*

19 *Minor numquā supplet maioris negligentiā.*

20 *Talis Consuetudo expresse damnatur ab Honorio III. & in Bulla Cœna.*

21 *Afferuntur quædam leges Regni Castellæ quibus cauetur licere recurrere ad Tribunal laicorum pro auferendis violentiis à Iudice Ecclesiastico illatis & vide quales.*

22 *Leges prædictæ omnes, & similes inualidæ sunt; quia regula est, omnes leges Principum secularium disponentes aliquid circa Personas, vel res Ecclesiasticas non valere propter manifestū defectū potestatis, seu iurisdictionis.*

23 *Amplia dictam Regulam veram esse etiam si tales leges contineant fauorem Clericorum vel Ecclesiarum*

24 *Leges contenta in Codice Iustiniani tit de Sacros. Eccl. nulla sunt, quamuis non vergant in damnum Ecclesiarum nec repugnent sacris Canonibus.*

25 *Reges Hispaniarum vigore priuilegiorum à sede Apostolica concessorum possunt cognoscere de violentiis illatis à Prælatis Ecclesiasticis in clericos suos subditos.*

26 *Reges Franciæ ex antiqua consuetudine, ac priuilegiis Apostolicis, possunt iudicare de articulis possessoriis rerum spiritualium, & spiritualibus annexarum; & de violentiis, & oppressionibus Clericorum.*

27 *Duces Sabaudiæ tam de iure communi, quā ex forma priuilegiorum Imperialium à sede Apostolica confirmatorum; habent eamdem potestatem in Episcopos, & Clericos in suo statu degentes,*

28 *Romani Pontifices ex causa rationabili possunt similia priuilegia Principibus secularibus concedere.*

29 *Quæ Iurisdictionis sunt, possunt laicis committi, & delegari.*

30 *Priuilegia prædicta, cum sint exorbitantia credi non debent esse concessa, nisi ipsorum tenor exhibeatur.*

31 *Priuilegium est quid facti, & non præsumitur, nisi probetur.*

32 *Doctoribus de ista concessione affirmantibus non est facile credendum, cum de tempore, & de tenore concessionis, & an fuerit perpetua vel tēporalis nihil dicant. nec an fuerit particularis respectu vnius tantum Prouinciæ, an respiciens particulares Personas, an modificata, & limitata.*

33 *Concessio generalis non fuisset Prudentis Pontificis, considerata maxime natura ipsorum Principum secularium, qui solent tenaciter retinere semel sibi concessa, & liberius, quam decet se extendere vltra concessa*

34 *Probabilius est talia priuilegia à Romanis Pontificibus concessa non esse, neque Reges Hispaniarum dictorum priuilegiorum mentionem aliquam fecerunt.*

35 *Ioannes Castellæ Rex primus solum se fundauit in antiqua consuetudine vsu firmata, & obseruata*

36 *Imperator Carolus V. & Ioanna Regina solum se fundarunt in iure, & immemorabili consuetudine.*

37 *Item Carolus V. & Ioanna Regina in lege lata Toleti asserunt tam de iure Communi, quàm de immemorabili Consuetudine, ad se pertinere solere violentias, quas inferunt Iudices Ecclesiastici.*

38 *Immemorabilis Consuetudo est plene probanda.*

39 *Vnica Enunciatiua contenta in lege lata à Principe seculari nullo pacto probat immemorabilē.*

40 *Priuilegia prædicta dato quod fuerint sunt hodie per Bullam Cœnæ reuocata*

41 *Clerici Aragoniæ poterant habere recursum ad Curiam Iustitiæ Aragonum, & ab illa obtinere inhibitionem contra alios Clericos, etiam Episcopos proprios ipsorum superiores, sed contra id valet allata responsio.*

42 *Auctoritas Nauarri, & Ceterorum DD. reiicitur*

43 *Recurrentes ad iudices seculares, vt vim Iudicum Ecclesiasticorum coercerent sæpe à Rota per diuersas decisiones excusati fuerunt.*

44 *Decisiones prædictæ locum habent, quando quis recurrit ad simplex auxilium laicorum; vt de facto defenderetur à grauamine, & vi illata, per quam de facto expelleretur à sua possessione. non autem per viam iudiciariam & cessante extraordinario necessitatis casu.*

45 *Iudices delegati de iure communi possunt recurrere ad Iudices seculares, & brachium illorū inuocare pro exequendis rebus sibi cōmissis.*

46 *Idem dic de quolibet alio, cui hoc esset rescripto Papali specialiter concessum*

47 *Iudices laici vigore dictarum decisionum non*

pos

possunt facere aliud, quam praestare nudum auxilium.

49 *Recursus ad Iudices, Reges, & Principes laicos non potest fieri ad effectum obtinendi inhibitiones cum poenis comminatoriis contra Clericos, & contra facientes incidunt in Bullam Coenae, vide diuersas reprobationes factas in Decisionibus rotalibus.*

1 Respondetur, quod in vna Oscen. Canonicatus die 1. Decembris 1595. haber, quod(cùm quidam Paulus Archidiaconus Ecclesiae Oscen. super controuersia, quam habebat cum Capitulo eiusdem Ecclesiae super quodam vestuario, bis recurrisset ad tribunal seculare pro obtinenda inhibitione; & in alia causa, super qua idem Paulus litigabat in Rota; ipsi opponeretur de praedictis recursibus, vt consequenter tanquam excommunicatus non esset audiendus; ac die 10. April. esset decisum, Paulum in excommunicationem incidisse, agentesque pro Paulo conquererentur, eum fuisse valde grauatum; quia recursus ad Iudices seculares, qui non negabantur, fuerant in casu licito, & sacris Canonibus permisso) dato dubio, an Paulus esset ex communicatus ad effectum, quod veniret, vel non veniret audiendus, Rota vtraque parte informante, illum in censuras à sacris Canonibus, & Bulla Coenae Domini latas contra illos, qui in causis Ecclesiasticis, quae
2 aguntur coram Iudice Ecclesiastico, ad Iudicem secularem recurrunt, incidisse, pronunciauit; quia satis clarum est per multa Concilia ab Ecclesia Romana approbata, & perpetuo vsu recepta, prohibitum esse laicis clericos trahere ad iudicia secularia; Concilium Carthaginense III. *cap. 9.* Concilium Tolet. III. *c. 13.* vbi talis ausus vocatur indisciplinatio, & licentiae inolitae praesumptio: Concilium Chalcedonense *cap. 9.* (quae refert Gratian. *in c. inolita, c. placuit, & c. clericus, 11. q. 1.) c. nemo, c. clericum, c. si quis, c. Christianis, c. nullus clericus, c. peruenit, c. fratris, & c. sacerdotibus, 11. q. 1.* quibus per omnia consentiunt recentiorum Pontificum Constitutiones, Innocentij III. *in cap. qualiter, & capi quando de iudic.* Honorij III. *in cap. nouerit, & c. grauem, de sent. excomm.* quibus duabus vltimis consti-
3 tutionibus in sententiam excommunicationis incidunt omnes Iudices violantes Ecclesiasticam libertatem, & praesumentes iuxta tenorem suorum statutorum, & consuetudinum introductarum clericos iudicare.

4 Accessit denique censura Bullae Coenae Domini singulis annis renouata in §. 16. vbi Papalem excommunicationem incurrunt omnes, qui Praelatos Ecclesiae impediunt, quo minus sua iurisdictione vtantur; quique illorum, & delegatorum iudicia eludentes, ad Cancellarias, & Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata contra Iudices Ecclesiasticos obtinent, & aduersus eosdem exequi procurant, aut id vt fiat, auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem praestant.

Vnde cùm Paulus recursum habuerit ad Iudicem secularem, & inhibitionem, seu iuris formam contra Capitulum obtinere procurauerit, eaque reuera vsus fuerit, meritò in censuras à sacris Canonibus statutas incidisse iudicabatur.

Caeterùm, quia Paulus in casu licito, & iure permisso ad Iudicem secularem se recursum habuisse, multis rationibus defendebat, rationes illius discutientur.

Prima ratio erat, quia non adiuit Iudicem secularem, vt de causa cognosceret, sed vt prohiberet, ne appellatione pendente Iudex Ecclesiasticus aliquid in suum praeiudicium innouaret; praesertim cùm ageretur de possessorio, de quo etiam Iudex secularis potest cognoscere, vt patet ex traditis per Crauet. *consil. 458.* & Couar. *in pract. qq. c. 35. n. 1.* & Ant. Thesaur. *decis. 82.* qui loquitur de iudicio possessorio beneficiorum Ecclesiasticorum inter clericos, & concludit non solum super possessorio retinendae, seu redintegrandae, aut recuperandae possessionis, sed etiam super possessorio adipiscendae possessionis posse cognoscere: quapropter multò magis cognoscere potuit in casu nostro, in quo non tractabatur de possessorio beneficij, neque Iudex laicus volebat cognoscere, sed solum interposuit simplicem inhibitionem super possessorio non beneficij, sed cuiusdam vestuarij, quod magis profanitatem sapiebat, idque donec superior Ecclesiasticus de institia causae cognosceret.

Sed respondebatur, quod licet multi Doctores, 5 quos refert Crauet. & Thesaur. *vbi supra cit.* tenuerint, posse causas possessorias rei spiritualis, vel quasi spiritualis per Iudices laicos cognosci, & decidi, Romana tamen Curia, & supremum Rotae tribunal talem opinionem, tanquam periculosam, semper respuerit, censueritque causas possessorias beneficiorum, & aliarum rerum Ecclesiasticarum ad forum Ecclesiasticum pertinere, *Clem. 1. de caus. possess. & propriet.* atque ita saepe Rota iudicauit coram Puteo *decis. 361. lib. 1.* & in vna Oueten. Sacristiae coram Neapoleone. Et licet multa Christianorum Principum tribunalia eandem opinionem secura, vt ex dict. Thesauri decisione patet, super possessorio rerum Ecclesiasticarum cognoscere se posse putent, postquam tamen Romani Pontifices per Bullam Coenae sub graui anathemate constituerunt, ne 6 praetextu violentiae, vel aliarum praetentionum Iudices laici in causis Ecclesiasticis se quomodolibet interponant; non videtur amplius dubitationi locus relictus, quin si contra fecerint, in excommunicationem incurrant.

Secunda ratio erat; quia Doctores tenent, similes 7 recursus ad Iudices laicos à sacris Canonibus non esse prohibitos. Sic Matth. de Afflict. *decis. 24.* vbi latè Vrsill. Stephan. Aufrer. *in Clement. 2. de offic. Ordinar.* Menoch. *tract. de retinend. possess. 3. num. 356. & seq.* Rebuff. *tom. 3. titul. de appellat. abus.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, numer. 54. de testam.* Carolus de Grass. *lib. 2. Regal. Franciae, iur. 7.* Couarr. *in pract. qq. cap. 35.* Gregor. Lupez *partita 2. tit. 13. lib. 13. ver. non fuersa*, Petr. Auend. *par. 1. cap. 1. num. 32. de exequend. mandatis Regum, & part. 1. cap. 6. num. 12.* Franciscus Auiles *in cap. Prat. cap. 1. ver. mandamus, num. 8.* Didacus Castellus *in l. 44. Tauri in 3. addit. vers. hinc est*, Azeued. *lib. 3. tit. 6. lib. 1. legum nouae Recopilationis*, Didac. Perez *l. 9. tit. 1. lib. 2. Ordin. ver. pueden conocer.* Gonsal. Suarez *in prax. Eccles. tom. 1. temp. 1. num. 23. & 24.* Nauar. *in cap. cum contingat, de rescript. remed. 1.* Cacheranus *decis. 30. Pedemont.* Salzed. *in addit. ad practic. criminal.* Bernardi Diaz *cap. 102.* Molinus *in Repert. foror. Aragoniae, ver. firma iuris*, Hieron. Portoles *in 2. par. s. volior. ad Repertor. Molini, §. firma iuris, num. 101. & §. appellatio, n. 30. & 31.* Humada *l. 13. Tauri, tit. 13. part. 2. gloss. 4.* Viuald. *in Candelabr. aur. p. 2. in explanat. Bullae Coenae, cas. 14.* Cened. *in collectan. Iuris Canonici super Decret. collect. 17.* Gabriel de Monterusso *in pract. tract. 5. fol. 92. & eod. tract. c. 2. fol. 93.* Sot. *in relect. de ratione tegendi secretum, membr. 2. q. 5. vers. quando Iudex secularis,*

Bannez 2.2.q 62.*art.*1.*concl.*6.Salon. 2.2.*q*.67.*art.*1:
8 *contr.*1.*in fin.& cõtr.* 2.*verſ.ad alia argumẽta*,& Cor-
doua *tract.de caſibus Conſcient.q.*35.ex quibus appa-
ret, tam Eccleſiaſticos, qoàm ſeculares, oppreſſos
violentia Iudicum Eccleſiaſticorum poſſe adire Iu-
dices laicos,vt ipſos à violeotia, & oppreſſione li-
berent, donec vel à Iudice Eccleſiaſtico ſuperiore,
vel à Romano Pontifice iure debitum præſtetur
auxilium.

9 Sed reſpondebatur; horum Doctorum opinio-
nem eſſe periculoſam,& cõtra ſacrorum Canonum
auctoritatem; quia cùm ſacri Canones indefinite
prohibeant huiuſmodi recurſus ad Iudices ſecula-
res,ad ſolum Romanum Pontificem, cuius eſt Ca-
nones coodere, & conditis auctoritatem præſtare,
pertinet docere caſus,in quibus licitus ſit talis re-
curſus; non autem ad priuatos auctores, quibus
obediendi neceſſitas, non verò declarandi facultas
incumbit. Quamuis adderetur in hac re aotiquio-
res Doctores magis poſſe excuſari propter quoſdam
Canones, qui talem licentiam tribuere videntur,
quàm recentiores, qui poſt prohibitionem factam
io Bulla Cœnæ idem docere auſi ſuot;cùm in §.14.
dictæ Bullæ Romani Põtifices recurſus tales,etiam
prætextu violentiæ,vel aliarom prætentionum,ſeu
etiam dooec ipſi recurrentes ad Pontificem infor-
mandum ſupplicauerint, vel ſupplicari fecerint,
ſub cenſura prohibitos eſſe decreuerint.

Tertia ratio erat ex auctoritate quorundam an-
10 tiquorum decretorum; *in cap. filiis*, & *ibi* gloſſ.
ver. Regis, 16. *q*.7. ibi: *Quod ſi talia Epiſcopus
agere tentet, Metropolitano eius hac inſinuare procurent:
ſi autem Metropolitanus talia gerat, Regis hac auribus
inſinuare non differãt*.vbi gloſ.Regem adire permittit,
vt corrigat Iudicem Eccleſiaſticum,quando per Ec-
cleſiaſticum cogi noo poteſt. Item quando Iudex
Eccleſiaſticus eſt negligens;quod etiam probare vi-
dentur decreta *in cap. Principes,cap. Regum,& cap.ad-
miniſtratores*,23.*q*.5.

Sed reſpondebatur, decreta dicta ex ſententia Io.
Andreæ,& Abbatis *in c.qualiter,& quando,n.*7.*de iu-
diciis*.per recentiora decreta fuiſſe correcta; vel in-
telligi ſecundùm antiqua tempora;vel denique Iu-
dice Eccleſiaſtico negligente, aut vim inferente,
Reges, & maiores magiſtratos adiri poſſe, non vt
iudicent, neque vt inhibeant, ſed vt admoneant,
vel inſtent,vel intercedant coram ſuperiore Eccle-
ſiaſtico,vel vt adiuuent.Abb.*in cit.c.qualiter,& quan-
do,n* 7.*verſ.nec obſtat*; quæ propterea ſi fieri debent,
vt oullum imperium, nullam iuriſdictionem, vel
poteſtatem ſeculares Iudices in perſonas Eccleſia-
ſticas vſurpent.

Accedit, quod dicta decreta non ſint alicuius
11 Concilij generalis,neque alicuius Romani Ponti-
ficis,quia Decretum *in c.filiis*,eſt Concilij Toletani
IX.*c*.1.textus *in c.Principes*,23.*q*.5.eſt Iſidori *lib*. 3.
ſent.de ſummo bono,c.53.textus *in c. Regum*,eſt S.Hie-
ronymi *in c* 22.*ſuper Hier*.& textus *in c. adminiſtra-
tores*,licet à Gratiano tribuatur Ioanni Papæ VIII.
nondum tamen patuit, an eius Pontificis ſit; &
quamuis fuerit, longè aliam ſententiam habet, vt
eius ſeries indicat.Quapropter talia decreta,inſpe-
ctis conditoribus, generalium legum vim non ha-
bent,& licet propter auctorum dignitatem, & ſan-
ctitatem venerabiliter ſint interpretanda, non ta-
men ſunt pro legibus Canonicis habenda, ſed piè
interpretanda.Nec refert, dicta decreta recenſeri à
12 Gratiano in Decreto compilato; quia cùm Gratia-
nus non publica,ſed priuata auctoritate,multa Ca-
nonum Eccleſiaſticorum, & legum etiam ſecula-
tium decreta in ſuum librum contulerit, nec legis
condendæ auctoritatem habuerit, oec ab aliquo
Romano Pontifice liber ille tanquam authenticus 13
approbatus fuerit, fit, vt quilibet Canon ibi rela- 14
tus,ex eo tantùm, quod ibi referatur, non habeat
maiorem auctoritatem, quàm in proprio loco
conſiſtens de ſui natura eſſet habiturus, vt re-
ctè dixit Baptiſta de S. Blaſio *in repet rubr. Decre-
ti Gratiani*, *q*.5.& 6. Nec Gregorius XIII. Gra- 15
tiani dictum librum authenticauit, cùm ſolum
emeodari eum iuſſerit, & emendationes ſine ad-
ditiooibus, & detractionibus obſeruari man-
dauerit.

Quarta ratio erat ex conſuetudine Hiſpaoiæ an- 16
tiquiſſima, per qoam iſti recurſus vſu frequenti vi-
dentur eſſe recepti: de qua conſuetudine teſtatur
Menoch.*tract.de retin.poſſeſſ remed*.3.*n*.356.*& ſeq*.vbi
poſtquam retulit decreta *in C. Principes C. Regum,&
C.adminiſtratores*,23.*q*.5.ſubdit,inde inualuiſſe op-
timam illam obſeruantiam Galliæ,Hiſpaniæ,& Lu-
ſitaniæ, Pontificum poſtcà priuilegiis confirma-
tam, vt clerici vel bonorum Eccleſiarum diſſipato-
res, vel miſerabilium perſonarum oppreſſores ob
negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici cogi poſſint à Iu-
dicibus laicis à diſſipatione, & oppreſſione deſiſte-
re. De eadem conſuetudine teſtatur etiam Couar.
in pract. qq. cit. cap. 35.*num*. 3. & Nauar. *cap*. 27.
num.70.

Sed reſpondebatur, reſpectu talis conſuetudinis 17
parum ſubſiſtere, quod aſſerebat Menoch. de illa
confirmata per Romanorum Pontificum priuilegia,
quæ ſi extarent, vel aliquando à Sede Apoſtolica
fuiſſent conceſſa,in grauibus controuerſijs,quæ pro
iſtorum recurſibus frequenter occorrunt, oſtenſa
fuiſſent,quod tamen nuſquam factum apparet: nec
Doctores,qui aiunt,tales recurſus licitos eſſe, ſen-
tentiam ſuam muniuot priuilegiis Pontificum, ſed
iuribus,& decretis paulò ſuprà citatis. Subdebatur 18
etiam,talem coosuetudinem, cui tot Conciliorum
& Pontificum decreta contradicunt, oon poſſe vo-
cari optimam,ſed potiùs corruptelam magnam:cùm
enim Iudices ſeculares oec actu, nec habitu iuriſ-
dictionis penitùs incapaces ſint, *argum. cap. cauſam
de præſcript. & cap. Sacerdotibus*, 11. *q*. 1. & tradit
Abb. *in cap.qualiter,& quando,num*.7.*de iudic* & præ-
tereà Iudicibus Eccleſiaſticis inferiores exiſtant,
cap. denique, 96. *diſt. & Clement. Romani, de iureiur*.
fit, quod oullo modo poſſint corrigere Iudices
Eccleſiaſticos, vel illorum negligentiam ſupple-
re, vel eis iohibere, niſi in caſibus à iure expreſ-
ſis; quia, vt rectè dixit Inoocent. *in cap. quia di-
uerſitatem de conceſſ. præb*. numquam minor maio- 19
ris negligentiam ſupplet. Accedit, quod talem 20
conſuetudinem, & obſeruaotiam, quæ immuni-
tati, & libertati Eccleſiaſticæ iniuriam infert, ex-
preſſè damnauerit Honorius III. *in cap. nouerit,
de ſentent. excommunic*. & Bulla Cœnæ, quæ
dum omnem prætextum recurrendi ad Iudices
ſeculares prohibet, conſuetudinem etiam quam-
cumque ſuſtuliſſe cenſetur, & paulò poſt in ſpe-
cie coosuetudinem, etiam immemorabilem, au-
fert.

Quinta ratio erat;quia ad prædictam conſuetu- 21
dinem Hiſpaoiæ, tanquam licitam defendeodam:
allegabantur quædam Regni Caſtellæ leges, qoi-
bus cauetur, licere recurrere ad tribunal laico-
rum pro auferendis violentiis à Iudice Eccleſiaſti-
co illatis. Huiuſmodi leges ſunt; prima *in lib*. 2.
ordin. Reg. tit. 1. *l*.5. *pag*.496. vbi notat Perez *in
gloſ. ver. pueden conocer*, quod in tali lege fundetur
hodiernos

hodierna practica, qua vritur Consilium Regium.
Hæc eadem prima lex refertur *in noua recopilatione*
lib. 1 tit. 6. l. 1. vbi Azeuedus latè conatur probare iu-
stitiam talis legis. Secunda *in lib. 2. recopil. tit. 5. l. 36.*
pag. 62. vbi dicitur ad Reges pertinere de iure, & de
immemorabili cõsuetudine, tollere violentias, quas
faciunt iudices Ecclesiastici. Tertia *in eodem lib. 2.*
tit. 5. l. 37. Quarta *in eodem lib. 2. tit. 5. l. 38.* Quinta *in*
eodem lib. 2. tit. 5. l. 39. & in prioribus legibus Reges
affirmant, se posse cognoscere de iniuriis, & violen-
tiis, quæ accidunt inter Prælatos Ecclesiasticos, &
clericos super Ecclesiis, & beneficiis; idque ex con-
suetudine antiqua approbata, & vsitata, & obseruata
l. 4. eiusdem noua recopil. tit. 1. de iurisd. Regia, pag. 223.
& seq. Sunt aliæ ibi leges, quibus Ecclesiastici multa
alia facere iubentur, vel prohibentur, quæ tamen de
violentiis auferendis non loquuntur.
22 Sed respondebatur, omnes dictas, & similes leges
inualidas esse; quia regula est, quod omnes leges
Principum secularium disponentes aliquid circa
personas, vel res Ecclesiasticas, non valeant propter
manifestum defectum potestatis, seu iurisdictionis.
Sic Canonistæ communiter *in c. Ecclesia S. Mariæ,*
vbi Felin. *n. 40. de Constitut.* Gratus *consil. 100. n. 36.*
lib. 1. Clar. *in §. Emphyteusis, q. 28 n. 7. vers. nec dicatur.*
23 Quæ regula vera est, etiamsi tales leges contineant
fauorem clericorum, vel Ecclesiarum, Butrius, Imo-
la, & Abb. *in c. quod clericus, de foro compet.* quos citat,
& sequitur Surdus *consil. 301. n. 13. & 14* Nec refert,
quod istæ leges ferri potuerint ex Apostolica con-
cessione, quia neque Reges, qui eas tulerunt, funda-
runt se in Apostolica concessione vt patet ex serie
ipsarum legum, consequẽter firmum remanet, quod
24 dicebatur. Ex quo vlterius sequitur quod leges,
contentæ in Cod. Iustiniani *tit. de sacros. Eccles. & de*
Episc. & Cler. nullæ sint, quamuis non vergant in
damnum Ecclesiarum, nec repugnent sacris Cano-
nibus; & sic quod neque etiam de honestate seruan-
dæ sint propter notorium defectum potestatis, seu
iurisdictionis, vt dicebatur.
25 Sexta ratio erat ex eo, quod Reges Hispaniæ
vigore priuilegiorum à sede Apostolica concesso-
rum possint cognoscere de violentiis illatis à Præ-
latis Ecclesiasticis in clericos suos subditos: qua de
re testatur Menoch. *tract. de retinend. possess. remed.*
3. num. 356. & seq. & Bannez *de iust. & iur. q. 62. art. 1.*
concl. 6. quorum auctoritas muniebatur ex his, quæ
scribit Carolus de Grass. *lib. 2. Regal. Franciæ iur. 5.*
& 7. & Feraldus *de insign. priuil. Regum Franciæ iur. 11.*
26 vbi dicunt, Reges Franciæ ex antiqua consuetudine,
& priuilegiis Apostolicis iudicare de articulis pos-
sessoriis rerum spiritualium, & spiritualibus anne-
xarum, & de violentiis, & oppressionibus clerico-
rum. Item ex his, quæ scribit Cacheranus *decis. Pede-*
27 *mon. 30. num. 4. & 15. vers. sed per priuilegium,* vbi ait,
duces Sabaudiæ tam de iure communi, quàm ex
forma priuilegiorum Imperialium à Sede Apostoli-
ca confirmatorum habere eam in Episcopos, & cle-
ricos in suo statu degentes potestatem, quam habet
Imperator in eos, qui in ipsius Imperio degunt.
28 Sed respondebatur, quod potuerint quidem olim,
ac possint nunc etiam ex causa rationabili Romani
Pontifices Principibus secularibus similia priuile-
gia concedere Gratus *consil. 61. num. 22. & 23. lib. 1.*
29 Aufrer. *de potestat. secular. reg. 1. fallent. 12.* quia quæ
iurisdictionis sunt, possunt laicis cõmitti, & delega-
30 ti. At quod talia priuilegia, cùm sint à sacris Cano-
nibus exorbitantia, credi non debeat, esse concessa,
31 nisi tenor priuilegiorũ exhibeatur; præsertim quia,
cùm priuilegium sit quid facti, non præsumitur, nisi
probetur *l. in bello, §. facti, ff. de captiuis, & postliminio*
reuersis. Item, quod tribus, vel pluribus Doctoribus 32
de ista concessione Apostolica affirmantibus non sit
facilè credendum; præsertim cùm non referant, à
quibus Pontificibus, quibus Regibus, quo tempore,
& quo tenore fuerint concessa. Nam esto, fuerint
concessa, videndum rectè nunc est, an sint priuile-
gia perpetua, vel temporalia: item, an sint voi tan-
tùm Regi, & respectu vnius tantùm prouinciæ con-
cessa. Item, an respiciant particulares personas ali-
quorum Episcoporum, vel clericorum. Item, an sint
concessa respectu vnius, vel alterius articuli tan-
tum Item an sub aliqua modificatione, seu limita-
tione, quod, data concessione, factum esse valde ve-
risimile videtur; quia non prudentis Pontificis 33
fuisset, concedere generaliter Principibus seculari-
bus, vt cognoscere possint in causis quibusdam
clericorum, quæ secundùm Canones solùm tractari
possunt, & solent in Curiis Iudicum Ecclesiastico-
rum, maximè considerata natura ipsorum Princi-
pum secularium, qui solent tenaciter retinere se-
mel sibi concessa, & liberiùs, quàm decet, se exten-
dere vltra concessa. Vnde probabilius dicebatur,
talia priuilegia à Romanis Pontificibus concessa 34
non esse; præsertim quia Hispaniæ Reges, qui super
istis recursibus, & violentiis inter Ecclesiasticos
cognoscendis leges tulerunt, nullam mentionem
fecerunt Apostolicorum priuilegiorum: nam Ioan-
nes Castellæ Rex Primus *lib. 2. ordinamenti Regij,* 35
tit. 1. l. 5. solum se fundauit in antiqua consuetudi-
ne approbata & vsitata, & obseruata: & Imperator 36
Carolus V. & Ioanna Regina solum se fundarunt
in iure, & immemorabili consuetudine; vt videre
est *cit. lib. 2. noua recopilat. tit. 5. l. 36. pag. 62.*
Septima ratio erat ex lege lata Toleti à Carolo 37
V. & Ioanna Regina die 11. Augusti 1525. & habe-
tur *cit. lib. 2. noua recopilat. tit. 5. l. 36. pag. 62.* vbi asse-
runt, tam de iure communi, quàm de immemorabi-
li consuetudine, ad se pertinere tollere violentias,
quas inferunt Iudices Ecclesiastici, & aliæ personæ
in causis, quas cognoscunt, non admittendo appel-
lationes legitimè interpositas; quia si, vt in l. dici-
tur, Reges Hispaniæ habent pro se immemorabi-
lem consuetudinem, consequenter possunt allega-
re quemcunque titulum, atque adeò & in primis
priuilegium Apostolicum.
Sed respondebatur, quod in dicto casu nulla im- 38
memorabilis consuetudo apparuerit probata, quam
tamen plenè, & concludenter probari oportebat,
iuxta requisita per gloss. *in c. 1. de præscr. in 6.* & sub- 39
debatur, quod ex vnica enunciatiua contenta in le-
ge lata à Principe seculari super materia, cuius lai-
cus ex natura sua incapax est, nullo pacto probetur
immemorabilis in fauorem Principum secularium;
quia si per similem vnicam enunciatiuam prolatam
à personis interessatis probaretur immemorabilis,
facilè omnis iurisdictio Ecclesiastica vsurparetur. 40
Postremò dicebatur, quod dato, adsint talia priuile-
gia, & consuetudines, modò non suffragentur, vt-
potè per Bullam Cœnæ Domini reuocata.
Octaua ratio erat ex peculiari consuetudine il-
laque antiquissima Regni Aragoniæ, de qua testa-
tur Molinus *in repertor. foror. Aragon. ver. firma iu-*
ris, & Hieronym. Portoles *in 2. par. schol. in repert.*
Molini §. firma, num. 101. vbi aiunt, quod clerici 41
Aragoniæ possint habere recursum ad Curiam Iu-
stitiæ Aragonum, & ab illa obtinere inhibitionem
contra alios clericos, etiam Episcopos proprios ip-
sorum superiores, si ij ipsos indebitè grauent; quod
etiam post Concilium Tridentinum, & Bullam

Cœnæ fieri posse tradidit Cenedus *in Collectan. iuris Can. part. 2. collect. num. 17.*

Sed respondebatur, vt suprà. & subdebatur, quod respectu personarum Ecclesiasticarum valde displicebat hæc firma iuris, præsertim à Paulo obtenta, in qua dicebatur, quod firma iuris vigore fori locum haberet in omni casu; cùm tamen nullus ex Doctoribus supra allegatis pro defensione istorum recursuum auderet asserere tam generalem facultatem, sed eam restringeret, vel ad casum negligentiæ Iudicis Ecclesiastici, vel ad casum violentiæ, & oppressionis. Quapropter Rota censuit, istam fori obseruantiam respectu personarum Ecclesiasticarum non esse tolerabilem; quam etiam damnabant Concilia, Ponti-
42 fices, & Bulla Cœnæ. Neque obstat auctoritas Nauarri *in c. cùm contingat, remed. 1. de rescript. & in sum. c. 27. num. 70.* Couarruuiæ *in pract. qq. cap. 35. num. 3.* & Caroli de Grass. *de Regalib. lib. 2. in 7. iure*, Cacherani *decis. 50. Pedem. num. 13.* & Aufrerij *de potest. secul. sup. Eccles. vers. reg. 2. fallent. 3.* quos citat, & sequitur Hieronym. Portoles *loco supra cit.* quia his supra satis videtur responsum.

43 Nona ratio erat ex eo, quia sæpe Rota per diuersas decisiones excusatos habuit recurrentes ad Iudices seculares, vt vim Iudicum Ecclesiasticorum coërcerent. Achill. *decis. 36. de appell.* & fuit decisum in vna Tarracon. die 4. Decembris 1591. & iterum in vna Salmantina Canonicatus die 24. Maij 1595. quia isti recursus ad defensionem propriæ possessionis, quam quisque propria auctoritate potest defendere, & ad appellationis admissionem non sunt improbati.

44 Sed respondebatur, quod dictæ Rotæ decisiones locum habeant quando quis in casu extraordinario necessitatis, quia scilicet aliud remedium non superest, recorreret ad simplex auxilium laicorum, vt de facto defenderetur à grauamine, & vi illata, per quam de facto expelleretur à sua possessione; non secus ac si quis inuocaret auxilium cuiuslibet illac transeuntis, si fortè de facto ab aliquo potentiori de propria domo pelleretur: non autem, vt possit à Iudice laico defendi per citationes, inhibitiones, iuris firmas, & comminationes pœnarum à tali Iudice contra Prælatos, & Iudices Ecclesiasticos emanatas; quia tales recursus, tanquam illiciti, nunquam tolerandi sunt: in qua re grauiter lapsus est Couar. *in pract. qq. cap. 35. num. 3.* & quicumque Couarruuiæ opinionem sequitur. Cæterum decisio in causa Tarraconen nullo pacto poterat Paulo suffragari; quia (præterquam quod Archiepiscopus vigore Papalis rescripti potuerat propria auctoritate possessionem apprehendere; & in capienda etiam possessione interuenerat consensus totius vniuersitatis, quæ sponte consenserat, vt possessio caperetur, propter quem excludebatur attentata) Crescen. *decis. 17. ea fin. lib. 1. tit. vt lite penden.* Peregrin. *decis. 93. lib. 1.* difficultatem tollebat, ex eo, quia in eo casu Archiepiscopus vigore eius rescripti Papalis poterat inuocare auxilium brachij secularis, vt securiùs caperet possessionem, & faceret reliqua, quæ ad eundem finem
45 pertinebant: manifestum est autem, Iudices delegatos de iure communi posse recurrere ad Iudices seculares, & brachium illorum inuocare pro exequendis rebus sibi commissis, *c. præterea de offic. delegat.* & tradit Nauar. *in cit. c. cùm contingat, de rescript. reme. 1. n. 2. & seqq.* idemque posse facere quemlibet
46 aliom, cui hoc esset rescriptu Papali specialiter concessum, explorati iuris est.

47 Subdebatur, quod cùm prædictæ Rotæ decisiones veræ sint modo explicato, propterea Iudices laici nihil aliud facere debeant, præter exhibere nudum auxilium ad manutentionem; quia si ad aliud procederent, recursus esset illicitus, & causaret attentata. Lancellor. *de attentat. cap. 4. limit. 1. num. 37. & 38.* vbi allegat aliquas decisiones Rotales, & Mandos. *in tract. commiss. in formula 14. ver. reuocandi, vers. quartò quæro*, vbi fatetur dictas decisiones Rotales esse iuri, & rationi conformes; timet tamen, ne ansam præbeant Regibus, & aliis dominis temporalibus intromittendi se in causis beneficialibus, & in rebus, personisque Ecclesiasticis.

Subdebatur secundò, quod dictæ decisiones Ro- 48
tales non potuerint Paulo suffragari; siquidem, si prætendebat se grauatum, debebat, omisso tribunali sæculari recurrere ad immediatum superiorem Ecclesiasticum, vel ad Nuncium Apostolicum, *c. si clericus, 11. q. 1. & c. filiis, 16. q. 7.* vbi de Episcopo grauante recurritur ad Metropolitanum. Quod verò ibi dicitur de adeundo Rege, si Metropolitanus etiam negligat remedium adhibere, non potest recurrentes istos tueri, cùm talis recursus, vt supra dicebatur, nec possit, nec debeat fieri ad effectum obtinendi inhibitiones, aut comminationes pœnales aduersus Ecclesiasticus, qui neque ratione personarum, neque rerum suarum subiiciuntur iurisdictioni laicorum. Marius Succin. *in cap. si quis clericus, num. 28. & in cap. sanè, num. 10. de foro compet.* vbi reprobat Hostiensem.

Subdebatur tertiò, quod ad omnium supradictorum confirmationem optimè faciat Decisio Rotæ 10. *de consuetud. in antiq.* vbi reprobatur consuetudo Anglicana, quod Rex possit cognoscere, & habere iurisdictionem in clericos. Quapropter meritò decisum fuit, Paulum ob firmam à iustitia Aragonum obtentam, & vsum illius, in sententiam excommunicationis ipso iure incurrisse; quia, quamuis sint quidam casus in iure expressi, in quibus licet, quin & oportet, Iudices secolares adire, *vt in c. cæterùm de iudic. c. præsideates, c. vt officium, §. compescendi, ver. denique, & ver. statuimus de hæreticis in 6.* tamen in proposita facti specie Paulus non habuit recursum in casu in iure Canonico expresso, & à Iure Canonico permisso.

SECTIO VII.

Difficultas quinta, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Leges ab oneribus, seu tributis, & iurisdictione Principum secularium, quoad forum iudiciale Ecclesiasticam immunitatem statuentes non sunt vsu recepta à principio quoad quasdam causas in aliquibus locis.*

2 *Leges etiam Pontificiæ, & etiam Bullæ Cœnæ, & Conciliorum vt Tridentini, ad hoc vt in consensu obligent in loco particulari, requiritur ibi earum promulgatio, & consensus, seu acceptatio populi.*

3 *Leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur cum moribus vtentium approbantur.*

4 *Leges nulla alia ex causa nos tenent, quàm quod iudicio populi receptæ sunt.*

5 *Leges positiuæ non debent subditis esse nimis onerosæ, sed suaues.*

6 *Christus*

6 *Christus dedit Prælatis potestatem legislatiuã non in destructionem sed in ædificationẽ.*

7 *Iudices Curia Romanæ definiunt causas, quæ ad ipsam Curiam ex toto Orbe terrarum deferuntur iuxta leges Romæ tantum promulgatas secundum opinionem communem, & probabiliorem.*

8 *Leges consuetudine receptæ, non indigent particulari promulgatione.*

9 *Præceptum obligat independenter à consensu illius, in quem dirigitur, quia dirigitur in Personam singularem, & ad tempus.*

10 *Leges prædictæ requirunt, a[illegible]t hoc obligent, promulgationem, & consensum populi, quando Summus Pontifex contrarium non explicat.*

11 *Non acceptantes leges sine causa sufficienti peccant mortaliter si non contra ius positiuum, saltem contra ius Naturæ.*

12 *Princeps secularis potestatẽ condendi leges accipit à Populo, & in ordine ad finem Boni communis naturalem, qui pendet à Populo.*

13 *Summus Pontifex potest ferre leges independenter à promulgatione illarum in loco, & independenter à consensu, & acceptatione Populi, quia Pontifex potestatem condendi leges non accepit à Populo, sed à Christo; &*

14 *id neque est contra fidem, vel saltem quid erroneum.*

15 *Non vsus non potest excusare ab obseruantia legum immunitatis à summis Pontificibus latarum, quia eneruatur per decretum irritans in Bulla Cœnæ, quin & omnis vsus in contrarium. Vide rationes ibi.*

16 *Contra leges Pontificias quãdo summus Pontifex vult eas obligare sine consensu & acceptatione Populi, & sint ex causa iusta & rationabili, non valet allegari non publicatio, non acceptatio, non vsus.*

1 OBiicies quintò; leges Ecclesiasticam ab oneribus, seu tributis & à iurisdictione Principum secularium quoad forum iudiciale immunitatem statuentes, à principio quoad quasdam causas in aliquibus locis non sunt in vsu receptæ; ergo quoad tales causas ibi non obligant; quia vt lex in aliquo loco obliget, requiritur, vt ibi promulgetur, & acceptetur à populo.

Respondetur; transeat (quamuis certum non sit) antecedens, de quo videant, qui affirmant; nego tamen consequentiam; & ad probationem Respondeo, quod licet contra communem sententiam (quam passim tradunt Doctores *in 1. 2.* vt Vasquez *disp. 156. cap. 5. num. 36.* Lorca *tom. 2. tract. de legib. disp. 20.* Pesantius *q. 108. art. 4. disp. 5.* Siluius *q. 96. art. 4.* Granad. *cont. 7. tract. 3. par. 1. disp. 7. num. 3.* Malderus *q. 90. art. 3. dub. 1.* Præpositus *q. 95. dub. 9. num. 29.* Arauius *q. 97. disp. 1. sect. 2. diffic. 3.* Hackerus *q. 90. disp. 3.* Puteanus *q. 95. art. 3. dub. vn. concl. 2.* Berti *in Exposit. Bullæ Clem. VIII. de largit. muner. part. 7. princip.* Layman *lib. 1. tract. 4. c. 5. n. 3.* Tanner. *disp. 5. q. 5. dub. 3.* Montesinus *tom. 2. disp. 20. q. 4. diffic. 3. n. 90.* Auersa *q. 95. sect. 4.* Amicus *tom. 5. disp. 1. sect. 5. num. 75.* Soarez *de legibus lib. 4. cap. 15. num. 2.* Salas *disp. 12. sect. 2. num. 10.* Azor. *tom. 1. part. 1. lib. 5. cap. 5. q. 3.* Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 7. num. 2.* Filliuc. *tom. 2. tract. 21. cap. 11. num. 397.* Sayr. *in Claui Reg. lib. 5. cap. 3. n. 7.* Fragos. *de Regim. Reipub. part. 1. lib. 1. disp. 5. n. 258.* Petrus à sancto Ioseph *lib. 1. cap. 1. resol. 5.* Vgolinus *contra Venetos, cap. 1. §. 1. num. 4.* Castellinus *in tract. de elect. Canon. pral. 1. §. 10.* Fernandez *in Examen. Theol. mor. part. 2. cap. 3. §. 3. num. 1. in fin.* Rodriquez *qq. Regular. tom. 1. q. 6. art. 5.* Graff. *in consil. tom. 1. lib. 3. cons. 9. num. 4. de Regularib.* Granad. *in 1. 2. contr. 7. tract. 5. part. 1. disp. 11. sect. 2. num. 17.* Marius Antonin. *lib. 1. resol. 122. cas. 1.* Coriolanus *in Bull. Cœna, vbi de absolutione, in fin. fol. 975.* Valentia *tom. 1. disp. 7. q. 5. punct. 5.* Duardus *in Bull. Cœna, lib. 1. c. 3. q. 6. num. 9 & lib. 3. §. 1. q. 1. num. 17.* Molfesius *in sum. tom. 1. tract. 9. cap. 8. num. 38.* Villalob. *in summa tom. 1. tract. 2. dub. 12. num. 5.* Ghetius *tom. 3. ver. lex, cap. 1. q. 5.* Petr. Gonzalez *lib. 1. cap. 7. §. 1. num. 128. & lib. 2. cap. 5. num. 29.* Diana *par. 7. tract. 1. resol. 28.* Caspensis *tract. 13. disp. 1. sect. 4. num. 53.* Machadus *tom. 1. lib. 3. part. 4. tract. 3. docum. 2. n. 4.* & S. Rota Romana in vna Maioricensis Indult. die 11. Aprilis 1639. & in altera Messanensis Decanatus, die 27. Maij 1641. non improbabiliter (vt videre est apud Nauarrum *cap. 23. num. 41.* Miraodam *in Man. Prælat. tom. 2. q. 15. art. 21. conclus. 1.* Valentiam *tom. 2. disp. 7. q. 5. punct. 2.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 22. dub. 13. n. 98.* Reginaldum *tom. 1. lib. 13. cap. 16. num. 160.* Tannerum *in 1. 2. S. To. disp. 5. q. 5. dub. 4. num. 130.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 4. q. 1.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 2. dub. 16. n. 6.* Cochier *de iurisd. tom. 1. q. 50. n. 8.* Filliucium *tom. 1. tract. 11. cap. 1. q. 5. num. 11. & tom. 2. tract. 21. c. vlt. num. 429* Becanum *in summa Theol. part. 2. tract. 5. cap. 6. q. 8. num. 2.* Puteanum *in 1. 2. S. Th. q. 11. art. 4. dub. 2.* Sanctarellum *tract. de hæresi, cap. 13. n. 21.* Sà *ver. lex. num. 1. & 9.* Homobonum *part. 2. tract. 11. c. 7. q. 17.* & Io. Valerum *ver. peccatum, diffic. 30. n. 2.* Stephanum Baunium, *tom. 2. disp. 3. tract. 2. q. 19.* Angelum *ver. lex num. 15.* Sot. *de iust. & iur. lib. 1. q. 1. art. 4* Carbo *de legibus lib. 3. disp. 9.* Conradum *in 1. 2. q. 90. art. 4. ad 2.* Molinam *de iust. tom. 2. tract. 2. disp. 395. num. 4.* Medinam *in 1. 2. q. 90. art. 4. dub. 1. post 2 concl. & dub. vlt. concl. 5.* Layman *lib. 1. tract. 4. c. 5. num. 3.* Vasquez *in 1. 2. tom. 2. disp. 156. c. 2.* Granad. etiam *in 1. 2. contr. 7. tract. 3. p. 1. disp. 11. sect. 2. n. 17.* Serarium *tom. 3. disp. de legib. n. 56. & 57.* Solerum *de potest. Confess. cap. 9. q. 5.* Victorellum *in Notis ad Manual. Nauarri cap 23. num. 40.*) leges, etiam Pontificiæ, & etiam Bullæ Cœnæ, & Conciliorum, & Tridentini, &c. ad hoc vt in conscientia obligent in loco particulari, requiratur ibi earum promulgatio & consensus, seu acceptatio populi quia forsan dependenter ab hac leges,
etiam Pontificiæ, & etiam Bullæ Cœnæ, & Con- 2
ciliorum, vt Tridentini, &c. præsumuntur promul-
gari, & ferri à Pontifice, iuxta quod Gratianus *c.*
in istis, dist. 4. dixit: *Leges instituuntur, cùm promulgan-* 3
tur; firmantur, cùm moribus vtentium approbantur. Et
in l. de quibus, ff. de legibus, dicitur: *Leges nulla alia* 4
ex causa nos tenent, quàm quod iudicio populi recepta
sunt. Et ratio esse potest; quia leges positiuæ non 5
debent subditis esse nimis onerosæ, sed suaues;
quapropter dicitur, quod non obligent cum magno incommodo: tum quia ex D. Paulo 2. *ad Cor.*
3. Christus dedit hanc potestatem Prælatis non 6
in destructionem, sed in ædificationem; Quapropter præsumendum, quod nolint Prælati illa vti

contra communem (id est, maioris partis) populi
acceptationem: quandoquidem sic non esset in
ædificationem, sed in destructionem; ergo, &c.

7 Neque obstat, quod omnes causæ (quæ ex toto
orbe terrarum ad Romanam Curiam deferuntur)
non definiantur, nisi iuxta Regulas Cancellariæ,
& alias leges, quæ Romæ tantum promulgatæ
sunt: Nam responderi posset, quod Curiæ Roma-
næ Iudices id faciunt secundum opinionem com-
munem, & probabiliorem, quæ asserit, leges Pon-
tificias Romæ tantum publicatas, in foro exter-
no, & interno obligare; vnde tamen non sequatur,
quod contraria Aduersariorum sententia sit falsa,
& omninò improbabilis, quomodo in simili casu
responderi solet etiam ad stylum Curiæ Roma-
næ; qua de re vide Bresoum *loco supra cit. q. 7. n. 3.
in fin.* Fagundez *de preceptis Eccles. precep. 2. lib. 8.
cap. 8. num.* 138. Granad. *in 1. 2. contr. 7. tract. 3. p. 1.
d ff. 11. sect. 2. n.* 15. Henriquez *lib.* 12. *cap. 3. n.* 7.
Ceuallos *in qq. pract. q.* 737. *num.* 20. *& seqq.* & Vil-
lalob. *in summa tom. 1. tract. 2. diffic.* 43. *num.* 4.

Neque obstat secundò, quod quædam leges
Pontificiæ, vt Bulla Cœnæ, & quædam aliæ con-
tentæ in Decreto, Decretali, Sexto, Clementinis,
Extrauag. & in Conciliis, vt Tridentino, &c obli-
gent, tametsi in multis prouinciis non sint illæ
8 promulgatæ: Nam responderi posset, quod ibi
obligent, etiamsi ibi non sint promulgatæ; quia
iam ibi consuetudine receptæ sint, & propterea
non indigeant ibi promulgari.

Neque obstat tertiò, quod præceptum obliget
9 independenter à consensu illius, in quem dirigi-
tur; ergo sic & lex: Nam responderi posset, id esse,
quia præceptum (cùm dirigatur ad personam sin-
gularem, & ad tempus) fertur independenter à
consensu illius, in quem dirigitur; cùm sic inde
multa incommoda in Republica sequi non pos-
sint; quod tamen de lege similiter dici non po-
test, vt patet ex dictis.

10 Respondeo, inquam, quod, licet contra com-
munem sententiam non improbabiliter leges,
etiam Pontificiæ, & etiam Bullæ Cœnæ, &
Conciliorum vt Tridentini, &c. ad hoc, vt in con-
scientia obligent in loco, requiratur ibi earum
promulgatio, & consensus, seu acceptatio populi,
propter rationem iam dictam, id tamen intelliga-
tur, quando Pontifex contrarium non explicat;
secus, quando contrarium explicat; quia quando
contrarium explicat, non deest in illo obligandi
voluntas, neque potestas; non voluntas, vt patet;
neque potestas; quia, licet Princeps secularis for-
san non possit ferre leges, nisi dependenter à pro-
mulgatione earum in loco, & nisi dependenter à
consensu, seu acceptatione populi (ita vt si aliter
ferat, leges ipsius nullæ, & inualidæ sint; & sic
qui in tali casu, etiam sine sufficienti causa non
11 acceptant, non peccent mortaliter; nisi exinde
magnum Reipublicæ incommodum sequatur; &
tunc non peccent contra ius positiuum, & eius
pœnas, vtpotè non acceptatas, sed solum contra
ius naturale, quod dictat illas in tali casu accepta-
ri debere, vt *lib. de parlamentis dubit. 4. sect. 19. sub-
sect* 35. dicebam, & videri poterit Valentia *tom. 2.
disp. 7. q. 5. punct.* 5. Megalius 2. 2. *lib. 2. cap. 6. q.* 3.
num. 115. *&* 117. Villalobos *tom. 1. tract. 2. dub.* 16.
& Bonacina *de legibus disp. 1. q. 1. punct. 4. num.* 39)
12 quia Princeps secularis potestatem condendi le-
ges accepit à populo, & in ordine ad finem boni
communis naturalem, qui pendet à populo, ita vt
si lex expediat populo, iusta sit, & sic teneat; quia
tunc est propter bonum commune, quod requi-
ritur ad legem; secus, si non expediat, sed pertur-
bet populum, Pontifex tamen potest ferre leges
independenter à promulgatione illarum in loco, 13
& independenter à consensu, & acceptatione po-
puli; quia Pontifex potestatem condendi leges
non accepit à populo, sed à Christo Domino, &
in ordine ad finem supernaturalem, qui non pen-
det à populo; adeò vt negare, Pontificem posse
condere legem independenter à consensu, vel ac- 14
ceptatione populi, esse contra fidem, vel saltem
quid erroneum, doceant Suarez *de legibus, lib.* 4.
cap. 16. num. 2. Tannerus *in Apolog. de immunit. Ec-
cles. lib. 2. cap.* 15. Villalobos *tom. 1. tract. 2. diffic.* 16.
num. 1. 10. Præpositus *in part. 2. quæst 95. disput.* 1.
dub. 9. num. 29. Caspensis *tract. 13. disp. 1. sect. 5.
num.* 62. Nauarrus, Driedo, & alij, quos refert, &
sequitur Stephanus Bannius *tom. 2. disp. 3. tract. 2.
q.* 19 & Castrus, Valentia, Vasquez, Salas, & alij,
quos citat, & sequitur Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 1.
punct. 13. num.* 1.

Quapropter (cùm leges, Canones, & aliæ leges
Pontificiæ in materia immunitatis, & libertatis
Ecclesiasticæ, tam quoad personas, quàm quoad
bona, & ex probabiliori quoad loca Ecclesiarum
etiam, vt dicetur *cap. 16. dubitat.* 2. latæ fuerint in-
dependenter à promulgatione in loco, & inde-
pendenter ab acceptatione populi; sicut & inde-
pendenter etiam ab vsu, & consuetudine in con-
trarium, vt patet ex eo, quia in Bulla Cœnæ ex-
cluduntur omnes prætensiones, & prætextus in 15
contrarium; tum quia in eadem apponitur clau-
sula, & decretum irritans, per quod eneruatur
omnis non vsus, quin & omnis vsus in contra-
rium, vti decreuit S. Rota Romana *in cit. vna Ma-
ioricen. sit indult. die 11. Aprilis, 16 , 9. & in altera Tre-
virensi Abbatia S. Maxim. die 20. Nouembris,* 1624.
& habetur *in c. quod super his, de consanguin. & affin.
& in cap. super eo, de cognatione spirituali*, & docent
communiter Doctores, quos citat, & sequitur
Molfesios *in summa, tom. 1. tract. 9. cap. 8. num.* 51.
Tannerus *in Apologia de immunit. Eccles. lib. 2. c.* 15.
Bonacina *tom. 1. disp. 1. q. 1. punct. 4. num. 29. & tom.
3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. num.* 2. Remigius *in solu-
tionibus qq. Moralium, q* 32. *art.* 2. Larrea *in Allegat.
fiscali, part. 1. allegat. 12. num* 13. & Chartarius *de-
cis. 46. num. 79. decis. 74. num. 19. & decis. 93. num.* 21.
tum quia non solùm *in Bulla Cœna*, sed etiam *in
cap. vlt. de consuetudin. cap. Clerici, de iudic. cap. quam-
quam, de censib. in 6 cap. nouerit, de sentent. excommu-
nic* & in aliis multis iuribus, damnantur vt corru-
telæ, quæcumque consuetudines contra liberta-
tem, & immunitatem Ecclesiasticam; tum quia
Pontifices quotiescumque à Principibus, eorúm-
que ministris aliquid contra libertatem, & immu-
nitatem Ecclesiasticam attentatur, conqueruntur,
& singulis quibuscumque annis in Bulla Cœnæ
improbant, & excommunicant; tum quia nouissi-
mè Vrbanus VIII. in Bulla, quæ incipit: *Romanus
Pontifex.* damnat omnia præiudicialia facta, & fa-
cienda contra libertatem, & immunitatem Eccle-
siasticam, *etiam sub prætextu, quod Bullæ, seu Consti-
tutiones Pontificiæ non fuerint publicatæ, vel vsu re-
ceptæ, vel contrario vsu, etiam decennali, & quantum-
libet longissimo, vt prætenditur, abrogatæ.*) omninò
dicendū est, quod leges Pontificiæ in materia im-
munitatis, & libertatis Ecclesiasticę, tā quoad per-
sonas, quàm quoad bona, & ex probabiliori quoad
loca Ecclesiarum etiam vbique obligent, quamuis
non fuerint publicatæ in loco, vel non acceptatæ,
à populo,

à populo, vel attentatæ abrogari per non vsum, vel
16 vsum in contrarinm; Ita vt licet contra leges Pontificias allegari possit non publicatio, non acceptatio populi, non vsus, vel vsus in contrarium populi; id tamen, quoticscumque (vt est in casu nostro) Pontifex in contrarium voluntatem suam explicat, præsertim in re tam iusta, & rationabili, locum non habeat, Vide Tannerum *in Apologia de immunit. Eccles. lib. 2. cap. 15.* Molfesium *in summa tom. 1. tract. 9. cap. 8. num. 51.* Castrum Palaum *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 12. num. 1.* Bonacinam *tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. num. 2.* & Io. Præpositum *in 1. 2. S. Th. quæst. 95. disp. 1. dub. 9. num. 29.* Vide etiam quæ cit. *cap. 16. dubit. 2. 6. & 24. sect. 5. & cap. 4. dubit. 31. dicentur.*

DVBITATIO XVI.

An, & quibus modis violetur immunitas Ecclesiastica in communi.

SVMMARIVM.

1 *Violatur Immunitas quotiescumque peccatum sacrilegij intercedit.*
2 *Violatur solo facto, seu priuata vsurpatione iuris, & rerum*
3 *Violatur pratextu publica potestatis, & Iurisdictionis in Ecclesias, aut Ecclesiastica bona, & Personas.*
4 *Modus violandi Immunitatem pratextu publica potestatis est grauior, & detestabilior quam cateri.*
5 *Ostiarius dum turbam arcet, si Clericum percutiat, ab Episcopo absolui potest.*
6 *Iudex laicus si in Clericum manus iniiciat mittendus est ad sedem Apostolicam.*
7 *Modus posterior Immunitatis violanda vix vmquam ex leuitate materia est peccatum veniale*
8 *Exiguum Tributum ab Ecclesiasticis tanquā debitum laica potestati exigere, non exiguam iniuriam continet.*

1 Resp. ex communi sententia Doctorum violari, ita vt semper sacrilegij peccatum intercedat,
2 Primò, solo facto, seu priuata vsurpatione iuris, v. g. res Ecclesiæ subripiendo, Ecclesiasticam personam verberando. &c.
3 Secundò, sub prætextu publicæ potestatis, vel iurisdictionis in Ecclesias, aut ecclesiastica bona, & personas.

Cæterùm, quamuis vtcrque violandi modus sit ex genere suo peccatum mortale; quia iniuriam continet aduersus iustitiæ virtutem; & quia sacri-
4 legij malitiam habet aduersus religionem; tamen modus violandi posterior est grauior, ac detestabi-
5 lior *a g. c. si verò. 1. de sentent. excomun.* vbi habetur, quod si Ostiarius, dum turbam arcet clericum percutiat, ab Episcopo absolui possit, nisi percussio
6 grauis, & enormis fuerit si officialis (id est. Iudex, vel apparitor potestatis secularis) in clericum manus iniicait, ad Sedem Apostolicam mittendus sit. Et ratio est, quia non tantum iniuriam infert, sed etiam iurisdictionem vsurpat; vt rectè ibi aduertit Abbas; nulli autem laico super clericum tanta datur auctoritas. cit. c. si verò. Quapropter poste- 7
rior iste modus ecclesiasticam immunitatem, seu libertatem violandi, vix vnquam ex leuitate materiæ peccatum veniale est: exiguum tributum, enim v. g. ab ecclesiasticis, tanquam debitum laicæ potestati, exigere, non exiguam iniuriam continet, cùm significet ecclesiasticorum subiectionem, quæ statum Ecclesiasticum quam maximè dedecet.

DVBITATIO XVII.

An, & quibus modis violetur solo facto, seu priuata vsurpatione?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica violatur primo per subreptionem rerum Ecclesiasticarum vel Ecclesiasticorum bonorum*
2 *Secundo violatur per pollutionem Ecclesia, vel Cameterij*
3 *Tertio violatur per exercitium rei profana in loco sacro*
4 *Quarto per iniectionem manus in Clericum violenter.*
5 *Quinto per impeditionem coeuntium Romam victualia, vel alia necessaria.*
6 *Sexto per occisionem, mutilationem, vulnerationem, spoliationem, capturam, detentionem per se, vel per alium, eorum qui ad sedem Apostolicam tendunt.*
7 *Septimo per occisionem, mutilationē, vulnerationem, detentionem, capturam & deprædationem Romipetarum deuotionis gratia.*
8 *Octauo si pradicta quis committat in S. R. E. Cardinales Patriarchas, Archiepiscopos, &c. si mandet, ratum habeat vnam ex pradictis actionibus.*
9 *Nono, si quis percutiat, vel bonis spoliet per se, vel per alium directè, aut indirectè, recurrentes pro suis negotiis ad Romanam Curiam, vel si ad aliquam ex pradictis actionibus det consilium, auxilium, vel fauorem.*
10 *Decimo si quis appellet à grauamine, vel futura executione literarum Apostolicarum ad Principes temporales.*
11 *Vndecimo si quis impediat Pralatos Ecclesiasticos, quominus vtantur iurisdictione directè, vel indirectè.*
12 *Duodecimo, si quis prasumat per se, vel per alios, directè, vel indirectè, & quouis titulo inuadere, detinere, occupare, detinere in totum, vel in partem Terras Ecclesia; vel si prasumat supremam iurisdictionem in illis exercere.*

Resp. violari, Primò, si quis subripiat res 1
Ecclesiæ, vel quæcunque alia ecclesiastica bona. vide *c. quisquis, 17. quæst. 4.*

 Secundò,

2 Secundò, si quis polluat Ecclesiam, vel cæmeterium Vide *c. si motum, c. Ecclesiis, d. 1. de consecrat. cap. proposuisti, cap. ult. de consecrat. Eccles. & cap. unic. eodem tit. in 6.*

3 Tertiò, si quis in loco sacro exerceat actionem profanam, quæ vel ex sua natura, vel ex Canonici Iuris prohibitione, loci sanctitati repugnat, licet per eam locus sacer non violetur. Vide *cap. decet de immunit. Eccles. in 6. & c. non oportet, 2. dist. 41.*

4 Quartò, si quis inferat manus violentas in clericum, vel Religiosum. Vide *cap. si quis suadente, 17. q. 4.*

5 Quintò, si quis impediat, seu inuadat eos, qui victualia, vel alia necessaria Romam conuehunt, vel defendat per se, vel per alium, hæc perpetrantes. Vide *Bulla Canonem* 8.

6 Sextò, si quis interficiat, mutilet, vulneret, spoliet, capiat, detineat per se, vel per alium eos, qui ad Sedem Apostolicam tendunt, vel ab ea redeunt. Vide *Bullæ canonem 9.*

7 Septimò, si quis interficiat, mutilet, vulneret, detineat, capiat, vel deprædetur Romipetas deuotionis gratia, ibi commorantes, aut inde recedentes, vel si ad aliquam ex dictis actionibus det auxilium, consilium, aut fauorem. Vide *Bulla canonem 10. & c. si quis Romipetas, c. illi, 24. q. 3. §. 3. & c. innouamus de treuga & pace.*

8 Octauò, si quis interficiat, mutilet, vulneret, percutiat, capiat, carcerer, detineat, hostiliter insequatur, vel à suis diœcesibus, territoriis, terris vel dominiis eiiciat S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, aut Nuncios; vel, si ex prædictis Actionibus aliquam mandet, ratam habeat, vel in ea auxilium, consilium, aut fauorem præstet. Vide *Bulla canonem 11. c. felicis de pœnis in 6. Leonis X. constitutionem* 16. quæ incipit, *Temerarium*, & Pij V. constitutionem 93. quæ incipit, *Infelicis.*

9 Nonò, si quis percutiat, vel bonis spoliet (per se, aut per alium, directè, aut indirectè) recurrentes pro suis negotiis ad Rom. Curiam; vel, si ad aliquam ex prædictis actionibus det consilium, auxilium, aut fauorem. Vide *Bulla canonem 12. c. quoniam de immunit. Eccles. in 6. Concil. Constantien. Sess. 15. c. Sacrosancta, generalis Synodus, & Alex. VI. Constitutionem 11.*

10 Decimò, si quis appellet à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum gratiam, vel iustitiam concernentium; item citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum executorialium, & aliorum decretorum emanatorum à Sede, vel delegatis Apostolicis, ad Curiam secularem; vel, si ea retineri faciat, aut quomodocunque impediat. Vide *Bulla canonem 13. & cit. cap. quoniam de immunit. Eccles. in 6.* vide etiam *Martini V. Bullam 2. Innocentij VIII. Bullam 17. & Leonis X. Bullam 39.*

11 Vndecimò, si quis Archiepiscopos, & cæteros superiores, & inferiores Prælatos, & alios quoscunque Iudices ecclesiasticos ordinarios, quomodocunque hac de causa directè, vel indirectè impediat, quò minus sua ecclesiastica iurisdictione contra quoscunque vtantur; vel si post ordinariorum, vel ab eis delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut aliàs fori ecclesiastici iudicium eludens, recurrat ad Curias seculares; vel, si hæc decernat, exequatur, aut det in eis auxilium, consilium, patrocinium, vel fauorem. Vide *Bulla Canonem 16. & cit. cap. quoniam, de Immunit. Eccles. in 6. & Concil. Trident. sess. 20. cap. 3. de reformat.*

12 Duodecimò, si quis præsumat per se, vel per alios, directè, vel indirectè, & quouis titulo inuadere, destruere, occupare, detinere, in totum, vel in partem regna, prouincias, ciuitates, terras, loca, vel iura pertinentia ad Romanam Ecclesiam, immediatè, vel mediatè ei subiecta: vel si præsumat supremam iurisdictionem in illis eidem Rom. Ecclesiæ competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, vel aliis quibuscumque modis vexare: vel si ad hæc adhæreat, faueat, defendat, auxilium, consilium, aut fauorem quomodocunque præstet. Vide *Bulla Canonem 20. & Ioannis XII. Constitutionem 10.*

13 Decimo tertio, si quis violet Monialium clausuram, vide *cap. periculoso, de statu Regular. in 6.* Tridentinum Concilium *sess. 25. cap. 5. & cap. 22. de Regular.* Pij V. motum proprium, qui incipit: *Decori, & honestati*: & alterum, qui incipit: *Circa Pastoralis*, & Gregorij XIII Motum proprium, qui incipit: *Deo sacris virginibus.*

Sed de his modis dicam diffusè *cap. 2. per totum.*

DVBITATIO XVIII.

An, & quibus modis violetur sub prætextu publicæ potestatis?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica primò violatur si Potestas secularis extrahat ab Ecclesia Reum illuc tanquam ad asylum confugientem.*

2 *Secundò, si Domini seculares, vendicent tanquam iure debitum hospitium in Domibus Ecclesiarum vel Ecclesiasticorum.*

3 *Tertiò, si Domini seculares grauent Ecclesias, aut Ecclesiasticas Personas, vel quoad se, vel quoad ipsarum res proprias.*

4 *Quartò, si quis Dominus vsurpet iurisdictionem quamlibet, redditus, seu fructus ad Ecclesiasticas Personas, ratione Ecclesiarum, monasteriorum aut aliorum beneficiorum pertinentes.*

5 *Quartò, si quis laicus contra Iuris ordinem inuadat bona Ecclesiasticorum ea occupando, vel arrestando sub prætextu debiti non soluti.*

6 *Sextò, si Potestas secularis præter Iuris Canonici dispositionem trahere præsumat, vel trahi procuret directè, aut indirectè ad suum Tribunal Personas Ecclesiasticas in Causis criminalibus*

7 *Septimò, si Potestas secularis similiter vt supra, trahit personas Ecclesiasticas in causis ciuilibus.*

8 *Octauò, si quis quouis modo impediat, causas ratione Personarum, negociorum aut rerum ad forum Ecclesiasticum ordinario, vel delegato iure pertinentes.*

9 *Nonò, si Potestas secularis cum auctoritate se*

immisceat Electioni Ecclesiastica.

10 *Decimo si Potestas secularis compellat Ecclesiasticas Personas ad munera sordida, vel ad angarias, aliave munera, seu seruitia indebita.*

11 *Vndecimo, si quis compellat Ecclesiasticam Personam ad curam, vel tutelam suscipiendam.*

12 *Duodecimo, si quis sine iurisdictione, illam temere sibi vendicans, vexet commorantes in Curia.*

13 *Decimo tertio, si Potestas secularis interdicat subditis suis Laicis, ne ab Ecclesiasticis Personis quidquam emant, aut iisdem quidquam vendant.*

14 *Decimo quarto, si potestas secularis condat, vel seruari faciat leges, seu statuta, quæ Ecclesiasticæ libertati aduersantur.*

15 *Decimo quinto, si quis leges, statuta, vel consuetudines contra Ecclesiæ libertatem introductas obseruari præcipiat.*

16 *Decimo sexto, si quis bona Ecclesiæ alienet.*

17 *Decimo septimo, si quis bona Ecclesiastica ad longum tempus locet.*

1 ESPONDETVR violari.

Primò, si potestas secularis extrahat ab Ecclesia reum illuc tanquam ad asylum confugientem. Vide *cap. antiquitus, 17. quæst. 4. & Gregorii XIV.* Constitutionem, quæ incipit: *cum alias nonulli.*

2 Secundò, si Domini seculares vendicent, tanquam iure debitum, hospitium in domibus Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum. Vide *cap. 1. de Immunit. Eccl.* [illegible]

3 Tertiò, si domini seculares grauent Ecclesias aut Ecclesiasticas personas (vel quoad se, vel quoad ipsarum res proprias, & quas non causa negotiationis deferunt) angariis, gabellis, pedagiis, portoriis, collectis, seu talliis, vel similibus exactionibus, & oneribus. Vide *cap. non minus, cap. aduersus de Immunit. Ecclesiast. cap. quamquam de censibus in 6. & Bullæ Cœna Canonem* 18. Vide etiam, quæ dicebam *lib. de Parlamentis Dubit.* 24. 25. 26. 27. 28. 29. & 30.

4 Quartò, si quis dominus vsurpet iurisdictionem quamlibet, redditus, seu fructus ad Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, monasteriorum, aut aliorum beneficiorum, pertinentes; vel si sequestret eos quauis occasione, aut causa, sine Romani Pontificis, aut aliorum ad id legitimam facultatem habentium, expressa licentia. Vide *Bullæ Cœna Canonem.* 17.

5 Quintò, si quis laicus contra iuris ordinem inuadat bona Ecclesiasticorum, ea occupando, vel arrestando, sub prætextu debiti non soluti, vel iustitiæ non ministratæ, nec ministrandæ. Vide Martham *de iurisd. part. 4. cas. 4. & cas.* 125.

6 Sextò, si potestas secularis præter iuris Canonici dispositionem, trahere præsumat, vel trahi procuret directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, ad suum tribunal personas Ecclesiasticas, præsertim in causis criminalibus. Vide *cap. nullus Iudicum, 11. q. 1. & cap. 2. de foro compet. & Bulla Cœna Canonem* 15. & 19.

7 Septimò, si potestas secularis similiter præter iuris Canonici dispositionem trahere præsumat, vel trahi procuret directè, vel indirectè, quouis quæsito colore, ad suum tribunal personas Ecclesiasticas, etiam in causis ciuilibus. Vide *cit. cap. nullus Iudicum 11. q. 1. cit. cap. 2. de foro compet. & cit. Bulla Cœna Canonem* 15. & 19.

8 Octauò, si quis quouis modo impediat, ne causæ, ratione personarum, negotiorum, aut rerum ad forum Ecclesiasticum, ordinario, vel delegato iure pertinentes (vt sunt beneficiales, decimarum, &c.) in eo foro definiantur: vel si conetur tales causas ad forum seculare violenter trahere. Vide *cap. quoniam, de Immunit. Eccles. in 6. & Bulla Cœna Canonem* 14. & 15.

9 Nonò, si potestas secularis cum auctoritate se immisceat electioni Ecclesiasticæ. Vide *cap. quisquis de elect. cum glos. ibi, ver. fiat, & cap. sciant cuncti, eodem tit. in 6.*

10 Decimò, si potestas, secularis compellat Ecclesiasticas personas ad munera sordida, vel ad angarias, aliavè munera, seu seruitia indebita. Vide *Constitutionem, item nulla, Cod. de Episcop. & cler. & Bulla Cœna Canonem* 18.

11 Vndecimò, si quis compellat Ecclesiasticam personam ad curam, vel tutelam suscipiendam. Vide *l. generaliter, Cod. de Episcopis, & cleric. & cap. vlt. dist.* 86. *cap. 1. dist* 87. *& cap. 1. & vlt. dist.* 88.

12 Duodecimò, si quis sine iurisdictione, illam temerè sibi vendicans vexet commorantes in Curia, interficiendo, mutilando, spoliando, capiendo, vel detinendo per se, vel per alium. Vide *Bulla Cœna Canonem* 9. & quæ dicebam *supra Dubit. 8. & 9.*

13 Decimotertiò, si potestas secularis interdicat subditis suis laicis, ne ab Ecclesiasticis personis quidquam emant, vel iisdem quidquam vendant, molant, panem coquant, vel alia obsequia præstent Vide *cap. vlt. de immunit. Eccles.* & quæ dicebam *lib. de Parlament. dubit. 30. per totum.*

14 Decimoquartò, si potestas secularis condat, vel seruari faciat leges, vel statuta, quæ Ecclesiasticæ libertati aduersantur. Vide *Auth. Cassa, & irrita, Cod. de Sacros. Eccles. cap. nouerint, de sentent. excommunic. Bulla Cœna Canonem* 15. & quæ dicebam *cit. Dubit. 30. per totam.*

15 Decimoquintò, si quis leges, statuta, vel consuetudines contra Ecclesiæ libertatem introductas, obseruari præcipiat, vel secundum eas iudicare, aut iudicata in publicam formam scribere præsumat. Vide *cit cap. nouerint, de sentent. excommun. & Bulla Cœna cit. Canonem* 15.

16 Decimosextò, si quis bona Ecclesiæ alienet. Vide *cap. nulli; de rebus Ecclesia alienandis, vel non; Extrauag. Ambitiosa, eodem tit. post. l. iubemus 1. Cod. de Sacrosanctis Ecclesiis, & Authenticam de non alienand. collat. 2.*

17 Decimoseptimò, si quis bona Ecclesiastica ad longum tempus locet. Vide *Clement. 1. de rebus Eccles. non alienand. & cit. cap. nulli, eodem tit.*

Sed de his modis dicam diffusè *cap. 3. per totum.*

CAPVT

CAPVT SECVNDVM.

De modis,quibus læditur immunitas Ecclesiastica facto.

DVBITATIO I.

An,& quonam modo violetur per contrectationem rerum Ecclesiæ?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Violatur immunitas Ecclesiastica subripiendo Ecclesiæ bona.*
2 *Furtum rei Ecclesiasticæ sacrilegium est.*
3 *Explicandum in Confessione, an res ablata, vel legatum suppressum sit Ecclesiasticum.*

1 RESPONDETVR violari,si quis subripiat res Ecclesiæ, vel quæcunque alia bona ecclesiastica. Vide *c.quisquis*, 17. *quæst*.4. Et ratio est, quia cum huiusmodi bona fidelium voluntate ad Dei, & Christi cultum specialiter oblata,& destinata sint,vt non in alios, nisi in pios vsus, conuertantur, inter res sacras recensentur: quod inde patet, quia patrimonium Christi,ac res Dominicæ dicuntur,*Can.40.Apostol.* & meritò,quia quamuis bona huiusmodi, vt prædia,frumenta, pecuniæ, &c. ad communem ministrorum,ac pauperum sustentationem, & templorum fabricam deputata,non ita propriè, ac simpliciter inter res sacras numerantur, sicuti illæ, quæ vel speciatim ad Dei cultum consecratæ,vel benedictæ,vel specialiter, tanquam instrumenta diuini cultus, deputata sunt (sicut præter alios notauit Suarez *in defens. fides Cathol.lib.4. cap.17.n.6.* adeo vt Angelus *verb. Sacrilegium circa fin.* dicat, quod ecclesiasticorum bonorum iniqua vsurpatio non
a propriè,sed largè sacrilegium vocetur)tamen in iure Canonico passim ita vocantur, sicuti annotauit gl.*in cap.cum sit, de foro compet.* Siluest. *verb. Sacrilegium,dict.1* & Tolosan.*lib.33. Syntagm. cap.17.n.2.* & videri poterit *cap. sicut qui,cap.qui rapit,cap.quisquis.quæst 4.can.12.q.2.cap.nulli liceat, & can.17. eadem quæst.4.can.4.* vbi dicitur: *Sacrilegium,& contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, praua voluntatis studio, suis tentauerit compendiis retinere.* & meritò,quia, vt dicebam,bona ista ex prima sui institutione, & offerentium voluntate, eam conditionem habent,vt, quia ad Dei,& Christi honorem oblata & destinata sunt,non in alium vsum,
3 quàm in pium,conuertantur, ergo,&c. Quare qui legata pia, vel alia, & bona Ecclesiastica iniquè supprimunt, detinent, vel defraudant, non solùm iniustitiæ peccatum,sed etiam sacrilegium,in Confessione explicandum,committunt;præsertim quia bonorum ecclesiasticorum inuasio, vel spoliatio est contra immunitatem Ecclesiasticam,cuius violatio ad sacrilegij crimen pertinet,sicuti *lib. de parlamentis,dubit.24.& seqq.* dicebatur, *& infra sect. 3. & seqq.& cap.5.per tot.* dicetur.

SECTIO II.

An violetur immunitas Ecclesiastica per contrectationem rerum Ecclesiæ, etiam postquam res illæ pauperum, vel Ministrorum Ecclesiæ factæ sint?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastica res censetur, non quæ à clericis, sed quæ ab Ecclesia possidetur.*
2 *Ecclesiæ debetur beneficium restitutionis in integrum.*
3 *Contra Ecclesiam non admittitur minor præscriptio 40. annorum.*

RESpondetur, quod quamuis quis res Ecclesiæ, vel quæcunque alia bona ecclesiastica subripiendo, Ecclesiasticam immunitatem violet, & sic sacrilegium committat, tamen alia ratio sit, si subripiat ea, posteaquam bona pauperum, vel ministrorum Ecclesiæ, per legitimam dispensationem propria facta sunt;vel si subripiat bona clericorum à principio propria,præsertim si ex temporali titulo acquisita fuerint; ratio, quia huiusmodi bona non censentur ita sacra, sicuti censentur bona Ecclesiæ; consequenter nec habent eundem iuris fauorem,nec eadem priuilegia, quæ bonis Ecclesiæ, a
seu Ecclesiasticis competunt(quale est v.g. beneficium restitutionis in integrum,si Ecclesia in contractu læsa sit:item ex Abb.*in cap.vigilanti,num.36. de præscript.& in cap. Ecclesia, num.7. de constitut.* ex Couar.1.*resolut. c.4.n.3.* & ex aliis communiter, vt non tempore ordinario, decem scilicet annorum
inter præsentes, & viginti inter absentes, sed spatio quadragenario ipsorum,sicut immobilium bonorum Ecclesiæ, perficiatur præscriptio) atque ita docent Suarez *lib.4 defens c.13.* & Pitigianus *in 4. sent.tom.2.distinct.17.quæst.vnic.art.5* contra Ioan.de la Pegna,qui docet,sacrilegium etiam committi, si quis furetur à clerico aliquid iure ecclesiastico,etsi non item iure seculari, ab ipso clerico possessum.

SECTIO III.

An, & quid requiratur, vt per contrectationem rei immunitas Ecclesiastica violetur,& sic contrectatio,seu furtum rei sacrilegium dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium quid, & quotuplex esse possit in furto?*
2 *Furtum in loco sacro sacrilegium est etiam rei prophanæ.*
3 *Subripiens rem sacram in Ecclesia,satisfacit explicando in confessione alterutrum.*
4 *Non audiens Missam die Dominico, in quo festum*

festum inciderit, non tenetur vtrumque explicare.

5 *Sacrilegium secundum Iuristas quid requirat?*

6 *Qualiter intelligenda* l. Diui.

7 *Sacrilegium est, surripere rem profanam in Ecclesia, eius cura commissam.*

8 *Idemque probabilius dicitur de re quomodocunque in ea existente.*

9 *Cur mercatus in Ecclesia prohibitus?*

10 *Probabile est, non esse Sacrilegium, nisi res furtiua aliquo pacto ad Ecclesiam pertineat?*

1 RESpondetur, quod (cùm dicitur *in cap. quisquis, 17. quæst. 4. Sacrilegium*, id est, furtum sacrilegum, *committi, auferendo sacrum de loco sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro*) furtum, siue ablatio rei iniqua, duobus modis secundum canones qualificetur ad hoc, vt aduersus Religionis virtutem sit, & ad Sacrilegij speciem pertineat; primò, ratione rei ablatæ, si scilicet sacra, siue ad Dei cultum specialiter deputata sit, v. g. sacratus calix, vel reliquiæ sanctorum; quas propterea subtrahere, inuito Prælato, iisque, qui reliquiarum iustam administrationem habent, sacrilegum furtum esse, docet ex communi Siluest. *verbo Reliquiæ quæst.* 2. S. Antonin. 3. *part. tit.* 12. *c.* 8. Azor. *tom.* 1. *lib.* 9. *c.* 8. *q.* 9. Philiarchus *tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *c.* 9 § 4. & Sanchez *lib.* 2 *moral. c.* 43. *num.* 23 qui ibidem rectè monet, ad cognoscendum, vtrum paruitas materiæ excuset furtum sacrilegum reliquiarum à mortali, spectandam esse non solum rei ablatæ quantitatem, sed etiam, & magis, earum dignitatem, & æstimationem moralem.
2 Secundò, ratione loci sacri, cui, qua sacro, specialis reuerentia, atque immunitas debetur: quapropter hæc sacrilegè violatur, si res etiam non sacræ ex ipso subripiantur. Et hinc intelliguntur duo posteriora membra diuisionis; & primum ex his ambobus componi, atque adeò duplicem (saltem virtualiter, vel æquiualenter) malitiam Sacrilegij esse, si res Sacra ex loco Sacro surripiatur.

Quamuis, cum vtraque sit contra eandem ra-
3 tionem formalem virtutis Religionis, satis probabile videatur, sufficere, quod pœnitens in Confessione dicat, se furatum esse rem sacram, vel furatum esse de loco sacro: sicut propter eandem rationem, qui non audiuit Missam, & à seruilibus non abstinuit in die Dominico, in quem incidit festum alicuius Sancti, sufficit, si dicat, se Missam semel non audiuisse, & festum non seruasse: vel, si non ieiunauit in vigilia, in quam incidunt quatuor tempora, vel quadragesima, dicat, se semel ieiunium violasse: vel, si carnaliter peccauit, cum votum castitatis habeat, & Religiosus, & in sacris constitutus existat, dicat, se semel contra votum castitatis carnaliter peccasse: vel tandem, si quod facere pluribus votis vouerat, & facere omisit, dicat se semel contra votum peccasse; & sic de similibus aliis casibus, &c. Sicuti contra nonnullos Doctores docent Suar. *tract.* 3. *lib.* 3. *de Sacrilegio, cap.* 3. Less. *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 7. *num.* 46. *& seqq. & lib.* 4. *cap.* 3. *dub.* 12. *num.* 87. Vasquez *in.* 3. *part. tom.* 4. *quæst.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 9. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. *in gl. lit. B.* Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib.* 9. *disp.* 15. *num.* 6. & alter Sanchez. *in select. disp.* 11. *num.* 17. Nugnus *in addit. ad* 3. *part. quæst.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. Ledesma *in summ. tom.* 1. *de Pœnit. cap.* 19. *concl.* 6. Megalios *in* 1. *part. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 5. Sà *verb. Confessio, §. quidam putant.* Fagundez *præcep.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 21. *in fin.* & Humobon. *de exam. Eccles. p.* 2. *tract.* 5. *cap.* 12. *q.* 76.

Cæterum Iuristæ *in l. Diui, & l. Sacrilegi, ff. ad l.* 5
Iuliam peculatus (vt videre etiam est apud Clarum *in pract. §. Sacrilegium, num.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *c.* 15. *num.* 6. Cardinal. Tuschum *pract. verb. Sacrilegium. concl.* 6. *num.* 2. Farinacium *de furtis, q.* 172. *num.* 5. & Menochium *de arbitr. lib.* 2 *cas.* 389. *num.* 10. *& seqq.*) communiter tradunt, ad sacrilegium propriè dictum requiri vtrumque, & quod res ablata sacra sit, & quod è loco sacro surripiatur. Vnde inferunt, quòd si quis calicem consecratum ex Oratorio priuato surripiat, is non propriè sed quasi sacrilegus sit. *arg. cit. l. Sacrilegi.* Item si surripiat res priuatorum in Ecclesiam depositas, &c. *iuxta cit. l. Diui*

At hæc, quæ Iuristæ tradunt, inseruiunt quidem ad forum externum, vt scilicet talis mitiùs puniatur, quàm qui vtramque malitiam vno actu coniungit, surripiendo rem sacram è loco sacro: audiendi tamen non sunt, quatenus negant, illum verè, ac propriè Sacrilegum esse; primò, quia non ad leges ciuiles, earumque Interpretes, sed ad sacros Canones (vt rectè notauit Suar. *tom.* 1. *de relig. cap.* 5. *num.* 2.) pertinet definire, quidnam Sacrilegij crimen sit: id autem sacrilegij crimen esse, clarè definitum est *in cit. cap. quisquis*, 17. *q.* 4. Secundò, quia illæ leges, quas Iuristæ adducunt, parum probant (qua de re Petrus Tolosanus *lib.* 33. *cap.* 14. *num.* 8.) Quia *in l. Sacrilegi,* dicitur Sacrilegum esse, qui publica sacra compilauerit, qui verò priuata sacra, amplius quàm furem, minus quàm sacrilegum meretur: at calix v. g. ab Episcopo ad Missæ sacrificium (quod semper publicum censeri debet) consecratus, inter publica sacra numerandus est; ergo &c. Cæterum quæ priuata sacra censeantur, explicat gl. ibi *verb. Compilarunt.* quam vide.

Quapropter *ad l. Diui* Respondeo, rectè rescri- 6
ptum ibi fuisse, *res priuatorum, si in Ædem sacram deposita, surrepta fuerint, furti actionem esse,* ad recuperationem rei; sacrilegij tamen etiam esse ad publicam vindictam: nam *locus facit, vt idem vel furtum, vel sacrilegium fit*, ait Claudius Saturninus *in l. aut facta ff. de pœnis.* & Cicero *in lib.* 2. *de legibus* ait: *Sacrilegij pœna est, neque ei soli, qui è sacro abstulerit, sed etiam ei, qui sacro commendatum.* Quare hanc sententiam, quod furtum rei non sacræ ex loco sacro, Sacrilegij crimen inuoluat, docet gl. & Canonistæ, *in cap. Sacrilegium, c. quisquis.* 17. *q.* 4. Angelus, Silu. Armilla, Sà *verb. Sacrilegium*, Menoch. *de arbitrariis lib.* 2. *centur.* 4. *cas.* 389. *num.* 14. Nauar. *in summ. cap.* 6. *num.* 4. Suar. *tom.* 1. *de relig. tract.* 2. *lib.* 3. *de reuerentia debita locis sacris, c.* 5 Ledesma *de pœnit. c.* 19. *fol. mihi* 318. Rebellius *p.* 1. *lib.* 3. *q.* 15. *num.* 25. Reginaldus *tom.* 2. *lib.* 23. *c.* 1. *num.* 12. Raphael de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 2. *q* 99. *art.* 2 *disp.* 7 Tuschus, Decianus, Farinacius 7
in locis supra cit. & alij communiter; eaque sententia certa esse videtur, quatenus attinet ad res, quæ in templo, vel in custodiam, vel in commodatum, vel in pignus, vel in quid simile depositæ sunt, tum ob supradictum textum *in cit. cap. quisquis*, qui saltem in hac significatione verificari debet, tum quia tunc illæ aliquo modo pertinent ad Ecclesiam, in cuius fidem, tutelam, atque immunitatem susceptæ sunt; sicque non mirum, si fiat irreuerentia Ecclesiæ, si ab eius potestate sibi commissæ surripiantur, quod & satis confirmatur ex *lib.* 2. *Machab. c.* 3.

Quatenus verò attinet ad alias res in Ecclesia 8
per accidens existentes (vt si quis v. g. in Ecclesia

ali

aliquid alteri surripiat) vtrum sit furtùm simplex, an qualificatum, id est, speciem sacrilegij etiam imbibens, non tam certa, & communis est sententia; quæ affirmat; est tamen probabilior, & communior, quæ docetur à præcitatis Doctoribus; & probatur, quia textus *in c. quisquis* absolutè determinat, sacrilegium esse, si non sacrum de sacro surripias, neque limitat ad non sacrum depositum, vel in custodiam traditum; ergo nec nos limitare debemus; cum hæc limitatio non augeat honorem loci sacri, sed potius diminuat; tum quia ipse textus expresè videtur loqui de re in Ecclesia existente, etiam si ibi deposita, vel in custodiam, aut tutelam tradita non sit: habet enim: *Si quis deposita, vel alia qualibet exinde abstrahit, veluti sacrilegus canonica sententia subiaceat.*

Confirmatur, quia ad fauorem, & reuerentiam Ecclesiæ rationabiliter pertinet, vt res omnes in ea positæ, à furtis & rapinis liberæ sint; Quam proinde immunitatem sacri Canones statuere potuerunt; statuisse autem satis colligitur, ex *cit. c. quisquis*: nam (vt dicebam) ex *l. de pretio, ff. de Publician* vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, nisi vel cogat alia lex, vel ratio, ne sequatur absurdum: at neutrum in casu nostro est, ergo, &c.

9 Confirmatur secundò, quia mercatus in Ecclesia prohibetur; quia in illo fraudes interuenire consueuerunt, quæ sanctitatem loci valde dedecent; ergo multò magis debebat iniustitia furti, & rapinæ in Ecclesia prohiberi.

10 Oppositam sententiam tamen non improbabiliter tuentur Sot. *in 4 d. 18. q. 1. art. 4* Henriq. *lib. 2. c. 6. n. 5. in gl. lit N.* Victoria *in summa de Confess. n. 194. verb. Quaritur, vtrum circumstantia loci.* Fagundez *pracept. 2. lib. 4. c. 4. n. 9. & 12.* Azor. *1. p. lib. 9. c. 27. q. 6.* Sà *verb. Sacrilegium.* Io. de la Cruz *p. 2. tract. de Sacram. Pœnit. q. 3. dub. 6. concl. 1.* & alij. vide etiam Lessium *lib. 2. c. 45. n. 14.* vbi ait, quod, quamuis furtum in loco sacro, si res asyli, & securitatis causa ibi sit deposita, ad hoc vt reuerentia loci tuta sit, ob circumstantiam loci sacri, malitiam sacrilegij mortiferã inuoluat, tamen si ob eam causam ibi non sit deposita, probabile sit, rationem sacrilegij mortiferam non inuoluere, quia tunc res illa custodiæ loci sacri non erat concredita, sed per accidens ibi posita: quare non censetur (inquit ipse) loco sacro per tale furtum maior iniuria irrogari, quàm per confabulationes, risus, detractiones, cõtractus seculares, & similia. Vide etiam Zerolam *in praxi pœnit. c. 12. q. 17.* vbi quærens, an furari tapeta, cortinas, sellas, vel quid simile, quæ titulo commodati Sacrista acceperat ad ornandam ecclesiam, occasione alicuius festiuitatis, sacrilegium sit? affirmatiuè respondet, quia sic (inquit ipse) deseruiebant cultui diuino, ad finem cuius commodata erant; Quamuis secus, si quis deferret sellam, tapeta, baldachinum, vel quid simile in ecclesiam pro sui commoditate, vel ornatu, vt faciunt Principes; quia tunc non est sacrilegium; nisi in casu, quod sacrista titulo commodati illa accepisset in obsequium alicuius venientis in ecclesiam ad orandum: tunc enim etiam esset sacrilegium illa furari; quia tunc etiam (quamuis indirectè) essent cultui diuino deputata. Vide etiam Farinacium *de immunit. Eccles. cap. 16. num. 217. Bullam Gregorij XIV.*

SECTIO IV.

An contrectationi, seu furto sacrilego rei Excommunicatio ipso iure annexa sit?

SVMMARIVM.

1 *Furti sacrilego non est imposita excommunicatio ipso facto.*

2 *Explicantur cap.* Canon, *& cap.* Omnes Ecclesiæ.

3 *Incurritur ipso facto excommunicatio, si furtum in Ecclesia fiat cum violenta effractione.*

4 *Item si Ecclesia incendatur.*

5 *Effractio, & spoliatio Ecclesia simul excommunicationem inducunt ipso facto.*

6 *Furtum in Ecclesia factum arbitraria etiam pœna puniendum.*

7 *Et, si res sacra de sacro loco surripitur, pœna mortis.*

Respondetur negatiuè; quia *in cap. vlt. de furtis* qui furatus fuit calicem Ecclesiæ, si non est infamia publica notatus, ad Ordines, peracta pœnitentia, absque vlla absolutione admittitur; & *in cap. conquestus de foro compet.* dicitur, anathemati subiiciendos esse inuasores rerum ecclesiæ, donec satisfecerint; ergo &c. Atque ita ex probabiliori sententia Doctorum docet gl. *in cap. conquest. de sentent. excomm. verb. Excommunicatos* Suar. *tom. 5. de cens. disp. 22. sect. 2. num. 6.* Azor. *1. p. lib. 9. cap. 27. q. 13.* & Bonac. *disput. 3. de primo Decal. præcepto, q. 6. p. vn. num. 13.* Quamuis nonnulli contrarium sentiant, moti ex *c. canon. 12. q. 3.* vbi sic habetur *Ecclesiarum Dei violatores auctoritate Dei, & iudicio S. Spiritus à gremio S. Matris Ecclesiæ, & consortio totius Christianitatis eliminamus.* Item ex *c. Omnes ecclesia, 17. q. 4.* vbi sic dicitur: *Omnes Ecclesia raptores, atque suarum facultatum alienatores à liminibus sancta Matris Ecclesia anathematizatos pellimus, & damnamus.* Item tandem ex *cap. quisquis, 17. q. 4.* vbi communione priuatur, qui ecclesiam Dei violauerit, & aliqua sine licẽtia illius, cui cõmissa esse dignoscitur, inde abstulerit. 1

Sed ad hæc iura facile respondetur, quia cap. *Canon* non excommunicat de facto, sed præscribit tantùm modum excommunicandi, vt aduertunt Hugo, & Cardinalis Et dato, quod excommunicet de facto, non est textus alicuius Concilii generalis; & sic non potest totam Ecclesiam obligare; nec pro lege receptus est *Cap. autem Omnes Ecclesia,* non fert excommunicationem, sed approbat solùm, si illa fiat; vel potiùs declarat, quid cum excommunicatis faciendum sit, nempe ab Ecclesia esse pellendos, & excludendos. Denique Cap. *quisquis,* neque infert excommunicationem, sed Communionis Eucharistiæ priuationem; quandoquidẽ paulò inferius ibi, si reus contumax existat, mandatur à communione fidelium priuari. 2

Quod si autem cum furto sacrilego coniungatur effractio violenta ecclesiæ, communis sententia Doctorum docet, ipso facto excommunicationem incurri; atque ita etiam habetur *in cit. cap. conquesti de sent. excomm.* vbi aduersus quosdam, qui ecclesias confregerunt, easque spoliarunt, dicitur: *Mandamus, quatenus, si est ita, memoratos sacrilegos excommunicatos nuncietis, & faciatis sic excommunicatos arctiùs euitari, donec passis iniuriam congruè satisfaciant, & damna pro eis data resarciant, & cum literis vestris rei veritatem continentibus, Apostolico se conspectui repræsentent* Et quamuis in tali textu non videatur excommunicatio ferri, sed iam lata, & incursa mandati, vt publicetur, vt constat ex illis verbis: *Mandamus, quatenus, si est ita, memoratos sacrilegos excommunicatos* 3

nicatos nuncietis. Quæ verba non ad ipsos reos, sed ad iudices diriguntur: tamen quia non potest quis excommunicatus nunciari, nisi prius excommunicatus sit, consequens ex dicto textu est, quod ipsi taliter delinquentes excommunicati sint, siue talis excommunicatio ex alio antecedenti textu, siue probabilius ex ipsomet habeatur; cùm talis textus non solùm mandet denunciari excommunicatos sic delinquentes, sed etiam implicitè, & virtualiter eos excommunicet: facit enim hunc sensum: Mandamus, quatenus, si est ita, memoratos sacrilegos, quos ex nunc excommunicamus, excommunicatos nuncietis. Vide Suar. *loc. cit. disput.* 21. *sect.* 2. *num.* 6. *& seqq.* Sayrum *lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 14. Graff. 1. *part. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 12. Azorium *it.*
4 *cap.* 17. *q.* 11. & Bonac. *cit. p. vnic. num.* 12. Idem dicendum de incendiariis ecclesiæ; cum & incendium Ecclesiæ quædam violenta effractio sit, sicuti docent gloss. *in cap. tua, verb. Publicata. de sentent. excommun.* & Suarez *tom.* 5. *de relig. disp.* 22. *sect.* 2. *num.* 16. quare vtrosque, postquam ab Episscopo denunciati sunt, pro absolutione ad Sedem Apostolicam mittendos esse, dicitur *in cit. iuribus*; quod intellige, nisi in Prouincia aliquis priuilegiatus sit, vt à censuris iuris Papæ reseruatis absoluere possit. Vide etiam Trident. *sess.* 22. *c.* 11. *reform.* Vbi excommunicàtio Papæ reseruata decernitur in vsurpantes iura, aut bona Ecclesiæ, seu ecclesiasticorum redditnum, donec restituantur.

Ad incurrendam itaque excommunicationem propter sacrilegum furtum coniunctum cum effractione Ecclesiæ, duplex actio requiritur, effra-
5 ctio scilicet Ecclesiæ, & spoliatio illius; ita vt si altera ipsarum actio deficiat, vel in suo genere leuis existat, cesset excommunicatio; quia vtraque actio *in d. cap. conquest.* apponitur. Vnde si quis Ecclesiam ab aliis perforatam spoliet, vel illam spoliet absque violenta effractione nullam censuram incurrit. Vide Doctores supra citatos: incurrit tamen excommunicationem, si in tali casu vtramque actionem coniungat; quamuis reseruata excommunicatio non sit, nisi denunciata fuerit, quia post denunciationem dicitur, debere reum Pontifici se præsentare, vt *suprà* dicebam, & docent Suar. & Bonac. *in locis cit.* Tolet. *cap.* 35. *num.* 8. & Less. *lib.* 2. *c.* 45. *dub.* 4. *num.* 21. *&* 22.

6 Cæterùm, an furtum in Ecclesia factum alia pœna puniendum sit? Respondetur *ex l.* 4. §. *mandamus autem & ex l. Sacrilegij pœnam, ff. ad leg. Iuliam Peculatus*, & docet gl. *ibi*, Anton. *hom. cap.* 5. *de furtis, num.* 11. Clarus *pract.* §. *Sacrilegium, num.* 4. *in princip.* Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 33. Rub. *de pœnis sacrilegij, num.* 5. *& seqq.* Diaz *pract. cap.* 87. *num.* 3. Menoch. *lib.* 2. *de arbitrar. cas.* 389. *num.* 2. *& seqq.* & Farinacius 7. *p. de furtis q.* 172. *num.* 11. *& seqq* & alij passim, puniendum etiam esse pœna arbitraria pro conditione furti, personæ, temporis, ætatis, & sexus, adeo vt dicta pœna ad arbitrium Iudicis extendi possit, vsque ad effusionem sanguinis, vti constat *ex cit. l. Sacrilegij pœnam.*
7 Et quidem furtum sacrilegum, si res sacra de loco sacro surripitur, regulariter pœna mortis puniendum est, nisi leuitas furti, vel minor ætas delinquentis, pœnam minui obligeet; vt rectè tradunt Menoch. & Farinacius *in locis supra citat.*

SECTIO V.

An licet in Ecclesia non surripiatur res notabilis pretij, sit adhuc mortiferum sacrilegium?

SVMMARIVM.

1 *Potest esse sacrilegium mortale furtum de re minima, & quando.*

2 *An quando quis ob minimum amissum mortifere irascitur?*

3 *Excommunicatio furto adiecta, non incurritur in furto minimo.*

4 *Ad quam peccati speciem pertineat furtum leue, si ex circumstantiis sit mortiferum?*

5 *An paruum furtum cum intentione surripiendi plura, sit mortiferum?*

6 *Excommunicatio respicit quantitatem effectus potius, quam affectus.*

Respondetur, quod (quamuis res, quæ surripitur 1
in Ecclesia, non sit notabilis pretij, tamen si surripiatur ei, qui inde magnum incõmodum accipiet,) sit mortiferum peccatũ; & sic ex probabiliori mortiferum sacrilegium, etsi non in specie furti: prima pars, quod sit mortiferum peccatũ, probatur, quia graue damnum proximo irrogatur, vt si, v. g. sutori surripias secas, vel sartori acum, cum non possunt aliunde habere; item si surripias cuipiam rem parui momenti, quam tamen ille plurimũ æstimat; vel propter quã valde perturbabitur, vel dira imprecabitur, vt ait Sot. *de Iustitia & iure, lib.* 5. *q.* 3.
art. 1. quamuis alij hoc vltimum satis probabiliter 2
negent; quia temerè is (inquiunt illi) propter rem parui momenti adeò irascitur, & perturbatur: excipiunt tamen, & rectè, si qui rem parui momenti surripit, ad talem finem surripit, intendens grauem perturbationem in proximo, vel si sine vlla causa excusante surripit.

Secunda pars, quod non sit peccatũ mortiferum, in specie furti, probatur cum Nauar. *c.* 17. *n.* 2. quia res, quæ surripitur, non est pretij notabilis; ergò non est materia furti mortiferi. Vnde sequitur, quod (si ferretur excommunicatio, quod quicunque rem notabilem furatus fuerit, ipso facto excommunicatus sit) non erit iste talis excommuni-
catus. Tertia pars, quod sit etiam mortiferum sacri- 3
legium, probatur, quia hoc ipso, quod in Ecclesia graue damnum proximo irrogatur, grauis iniuria etiàm irrogatur Ecclesiæ, vt patet ex dictis.

Dices, ad quam ergo speciem peccati pertinebit hoc peccatum? Resp. si sequitur alteri exinde dam-
num, v. g lucrum cessans, erit in specie damnifica- 4
tionis iniustæ (quæ proprio nomine caret) quia huius damni causam iniustè dedit: si autem sciat fur, talem solere imprecari, blasphemare, &c. erit peccatum scandali, vel simpliciter, vel, vt alij sentiunt, pertinens ad eam peccati speciem, cuius sciebat suo furto, etsi exiguo, se ei causam futurum.

Ex his sequitur, enim, qui surripit minima in ec- 6
clesia, cum animo maiora furandi in illa, si posset; peccare quidem mortiferè, & in specie furti, & in specie sacrilegij, non actu, quo vult furari hoc minimum in Ecclesia, sed alio actu huic coniuncto: talis enim habet duos actus voluntatis, vnum absolutum, quo vult hanc rem paruam furari in ecclesia, & hæc voluntas exit in actũ externum, estque

ratione paruitatis materiæ solum peccatu veniale, tum in ratione furti, tum in ratione Sacrilegij: alterum conditionatum, scilicet, vellem auferre in Ecclesia maiora, si possem; & hæc velleitas est è contra ratione grauitatis materiæ, quam subripere vellet, si posset, peccatum mortiferum, tum in ratione sacrilegij, sed non exit in actum externū: vnde talis fur non inuolueretur sententia excommunicationis latæ in eos, qui rem notabilem furantur: ratio, quia furtum notabile committit quoad affectum solum, non quoad effectum; excommunicatio autem cadit super effectum, non super affectum, quia Ecclesia non iudicat de internis.

SECTIO VI.

An, si quis cum aliis per minuta furta graue damnum proximo inferat in Ecclesia, committat mortiferum sacrilegium?

SVMMARIVM.

1 *Quādo quis peccet mortifere, cōcurrēdo cū aliis ad plura furta minima, & teneatur in solidū.*

2 *An sufficiat aduertere aliorum damnificationē?*

3 *Et an partem suam minimam teneatur tunc quis restituere sub mortali?*

4 *Si quis non cooperetur aliorum damnificationi, probabilius est, teneri solùm ad suam partē.*

1 Respondetur, quod, si quis cum aliis per minuta furta graue damnum proximo inferat in Ecclesia, peccet mortiferè, neque in ratione furti, & sic etiam in ratione Sacrilegij (vti *suprà* dicebam) si id fiat ex communi consilio: ratio, quia tunc influit in totum damnum proximi, partim auferendo, partim consulendo, vel animando, &c. & sic quilibet tenetur ad restitutionem in solidum: at si id casu fiat, ita vt alter alterius non sit conscius, tunc nemo peccat mortiferè, neque in ratione furti, neque in ratione Sacrilegij; atque adeò nemo ex ipsis tenetur ad restitutionem in solidum. Ratio, quia tunc nemo est causa notabilis damni. Vide Nauar. *c.17.num.130.* Caiet. *2.2.q.62.art.6.* Sot. *lib.4.q.7.*
2 *art.3.* & Medinam *de restit.quæst.7.*

At quid dicendum si quislibet in posteriori casu aduertat notabile damnum inferendum? Respondetur: multi Doctores affirmant, tunc singulos mortiferè peccare, & ad restitutionem suæ partis teneri; atque ita docet Couar. *lib.1.variarum c.3.num.12.* Medina *de restitut.q.10.* Petrus Nauarra *lib.3.cap.1. num.48.* & alij. Ratio (inquiunt ipsi) est, quia si aduertas magnum damnum à pluribus per minuta furta dari, & ipse tamen furaris, ad illud coopera-
3 tis, & auxilium præbes; at hoc est peccatum mortale; ergo &c. Vnde vlterius sequitur te teneri ad restitutionem tuæ partis sub peccato mortali, quia retinendo cooperaris cum aliis ad retentionem rei notabilis; debet ergo fieri restitutio, saltem donec
4 res retenta fuerit valoris notabilis.

Contrarium tamen est probabilius ex Sot. *in 4. d.22.q.1.art.2.casu 3.* & probatur, quia quislibet infert parum damni, ergo ex hac parte non peccat, nisi venialiter; & ex altera parte nemini est causa, vel occasio furandi, vt suppono, ergo ex eo, quod alij furentur, peccatum ipsius non aggrauatur: sicuti is, qui nouit alios furari à Rege, & parum furatur à Rege, non peccat mortiferè, quādo suo exēplo aliis non est causa furandi. Neque dicas, quod talis cooperatur magno damno, quia solum in parua parte cooperatur, influendo solum in partem, & non in totum; Et præterea præter ipsius intentionem est, quod parua illa pars cū aliis partibus iungatur, & magnum damnum cum aliis constituat: vnde nō est verum, quod consentiat in totū damnum, quia displicet ei, quod magnum damnum inferatur.

SECTIO VII.

Prima difficultas, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Qui concurrit cum aliis ad furandum multa modica illos non inducendo, non est verè causa damni notabilis.*

Obiicies primò, iste est causa, cur damnū, quod alioquin non fuisset notabile, sit factum notabile; ergò peccat mortiferè.

Resp. Nego consequentiam, quia non est verè causa damni notabilis, sed solum parui; quod autem hoc furto paruo posito, illatum sit damnū notabile, id omninò per accidens est, & præter ipsius intentionem, neque vllo modo sequitur ex conditione illius furti, sed ex eo, quod alij ante abstulerunt; v. g. nouem asses; itaque complere hoc modo damnum, & efficere, vt ex non notabili fiat notabile, non est notabiliter lædere, vel notabili iniuria afficere; nec est totum illud, quod est notabile, accipere, vel retinere, quod reuera iste non facit: sicut qui complet lineam decem pedum, addendo vnum pedem, non est causa totius lineæ; & qui complet summam decem aureorum, dando vnum aureū, nō dat summam decem aureorum; ità qui auferendo vnum, complet summam decem assium, non dat damnum notabile decem assium. 1

Confirmatur, quia alioquin si sciens, alium abstulisse nouem, auferas vnum, multò plus peccabis auferendo vnum, quàm ille auferendo nouem, quod est per se absurdum, & nullo pacto dicendum.

SECTIO VIII.

Secunda difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Damnificantes vineæ compelli possunt censura ad restituendum.*

2 *Potest quis compelli sub peccato ad id, ad quod sine præcepto non teneretur.*

3 *Lex humana non potest obligare grauiter in materia leui.*

4 *Sed hoc dictum patitur exceptionem.*

5 *Res leuis in se potest esse grauis ex fine, vel aliis circumstantiis.*

6 *Iusta lex prohibens militibus furta exigua sub pœna capitis.*

7 *Cur præceptum Protoplastorum obligauerit sub mortali?*

8 *Humanus legislator potest in re graui obligationem leuem imponere.*

9 *Idem de præcepto.*

10 *Legislatoris intentio colligenda ex verbis.*

Quam

11 *Quam obligationem indicent verba*, Monemus, Hortamur.

12 *Quam verba* Præcipimus, Mandamus, prohibemus, teneantur, *& similia?*

13 *Præsertim addito* in virtute S. Obedientiæ: *vel sub comminatione extremi Iudicij: vel gehennæ?*

14 *Verba ambigua qualiter interpretanda?*

15 *Leges ieiunij, & auditionis Sacri obligant grauiter.*

1 Obijcies secūdò, qui hoc modo damnū vineę intulerūt, possuot ex communi sententia Doctorū sub pœna excommunicationis compelli ad restitutionem; ergo signū est, quod ij peccarint mortiferè. Consequentia probatur, quia excommunicatio maior seu grauis supponit peccatum graue.

2 Respondetur, concedo antecedens, at nego cōsequentiam: quia potest quis ex iusta causa compelli sub peccato mortali ad id, ad quod aliàs noo tenebatur, remoto præcepto; vt v. g venire ad supplicationem, soluere mulctam lege impositā, &c. Ad hoc enim satis est, vt sit iusta causa præcipiendi, etsi hęc causa per se, & solitariè sumpta, absque præcepto Superioris, non sufficiat ad obligandū sub peccato mortali. Quare cum hic sit iusta causa sub pœna excōmunicationis præcipiendi, vt singuli suā partem restituant, ad hoc, vt is graue damnum, quod accepit, resarciat; potest sic præcipi: hæc tamen causa solitariè sūpta non sufficit, vt singuli iure naturę absque præcepto positiuo Superioris teneantur sub mortali restitutionem facere; quia quisque in particulari potest iudicare suam restitutionem (vtpote de modico) parum profuturam ad damni notabilis cōpensationem; eo quod alij non restituent, & multò magis, si restituent. Eadem tamen causa, vt à Superiore præcepta, & in se à parte rei valde iusta, sufficit, vt singuli teneantur sub mortali restitutionē facere; & sufficit, cui alligetur præceptum graue, & excommunicatio grauis; quia sic, & sub istis circumstantiis sumpta, euadit materia grauis.

3 Hoc dixi, quia vt lex, vel præceptum humanum sub culpa mortali, & sic sub pœna excommunicationis maioris obligare possit, requiritur semper (vt rectè ex communi docet Io. Medicina *c. de ieiunio, q. 7. §. sup. tamen*) materia grauis, & quæ tantæ obligationis sit capax; adeo vt si legislator, quantumcumque velit, suæ legi, vel præcepto, circa leuem materiam versanti, grauem obligationem adiungere, non possit id efficere, defectu subiecti, vt omnes Doctores fatentur.

4 Porrò circa materię grauitatem aduertendum est quod (etsi Alphonsus à Castro *lib. 1. de lege pœnali cap. 5. docum. 2.* reprehendit eos Religiosos Prælatos qui rem leuem, puta sileorium, tardum accessum ad Chorum, vnius pomi sine licētia comestionem, &c. præcipiūt, vel prohibent sub pœna excommunicationis, vel alio modo graue obligationem significante; quapropter ipse cum nonnullis alijs Doctoribus ait, huiusmodi leges, siue præcepta, si quando imponaotur, comminatoria tantum censenda esse) tamen reuera aliquando lex, siue præceptum Superioris, licet de re leui sit, fieri (quidquid ipsi dixerint in contrarium) vt grauis inde obligatio oriatur, quando scilicet post Prælati admonitionem, præsertim repetitam, cōtumacia, ac veluti contemptus accesserit. Cuius rei exemplum est *in c. si quis, de vita & honestate cleric.* in quo clericus excommunicari iubetur, si comam nutriuerit præcedente monitione, & accedente contumacia; qua de re vide Sanch *in summa lib. 6. cap. 4. num. 49. & seqq.*

Item aduertendum est, quod materiæ qualitas spectanda sit (vti supra dicebam, & docent præter 5 alios Medina *quæst. 96. art. 4 ad 2.* Valent. *tom. 2. disp. 7. quæst. 5.* Salas *disput. 10. sect. 6.* Suar. *tom. 5. de censuris disp. 4 sect 6 num. 11.*) non vndequaque, sed cum omnibus circumstantiis; potissimum fine. nam interdum accidit, vt quod præcipitur, vel prohibetur, secundum se sit leue, relatum verò ad communitatis bonum, vt ad pacem, disciplinam ad bonam famam seruandam, scandala vitāda, &c. fit graue, & grauis obligationis capax. Ex quo capite defendes consuetudinem belli Ducum, milites ob furta exigua, sed 6 ob militarem disciplinam grauiter prohibita, mortis pœna afficientium. Item defendes consuetudinem Magistratuum seuerissimè punientiū eos, qui arma prohibita per ciuitatem deferunt, qui feratum venationi in siluis, præsertim in quibusdam anni temporibus, prohibitę operam nauant, &c. quod & confirmatur exemplo diuini præcepti quod Adæ, & Euæ de non comedendo ex ligno vitæ impositum fuit: Hoc enim ex obiecto nudè, & materialiter spectato, exiguum erat, grauissimam tamen obligationem intulit ob circumstantiam finis, cuius gratia Deus præceptum illud Adæ sub mortis comminatione ei, & posteris imposuerat, videlicet in signum 7 ac recognitionem obedientiæ debitæ Deo rerum omnium auctori, & quasi in tributū humanæ subiectionis erga ipsum Deum, sicuti bene notauit Suar. *lib. 3. de legib. c. 25 num. 5.*

Requiritur præterea ad hoc, vt lex, vel præceptū 8 humanum sub culpa mortali, & cēsura maiori obliget, præter materiæ grauitatem, legislatoris intentio, tanquam causa obligationis efficiens, seu efficiens: vnde, si legislator suæ legi, quamuis circa grauem materiam versanti, non nisi obligationem leuem, videlicet sub veniali tantum culpa ligantem, imponere velit, non plus quàm sub veniali culpa lex illa obligabit: ratio, quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, *arg. l. non omnis, ff. si certum petatur, & c. vl. de præb.* & docet Nauar. *c. 23 num. 49.* Suar. *lib. 3. de legib. c. 17. num 6.* Salas *disp. 10. Sect. 7.* Castro *lib. 1. de lege pœnali, c. 5. docum. 4.* quidquid in contrarium dixerit Medina *q. 96. art. 4. reg. 1.* Vasq. *disp. 158. c. 4. num. 32.* Bellarm. *lib. 3. de membris Ecclesiæ c. 11. ad 7.* arbitrantes non esse in potestate legislatoris obligare sub culpa leui, si materia, quæ præcipitur, grauis sit.

Cæterum, quæ dixi de lege, eadem intelligi de- 9 bent de præcepto Superioris; nempè in eius potestate esse, an sub culpa leui, vel graui (si materia tamen permittat) obligare velit. Item eadem intelligi debent de promissione, de voto, &c.

Circa intentionem autem legislatoris; an scilicet intendat legislator obligare sub culpa veniali, vel mortali, notant Nauar. *c. 23. num. 50.* Alphonsus de 10 Castro *vbi supra docum. 4.* Vasq. *disp 158. 3. &* Sanchez *in Summa lib. 6 c. 4 num. 32.* consideranda esse verba legislatoris: hæc enim verba: *monemus, hortamur*, consiliū magis, quàm præceptū significant; At 11 verò verba: *præcipimus, mādamus, prohibemus, teneātur, nemo possit*, & his æquiualentia, præceptum cōtinere videntur, sub culpa mortali obligās, si materiæ gra- 12 uitas subsit, *arg. clement exiui, de verb. Signif.* quod si expressius in canonica constitutione dicatur, *præ- 13 cipimus in virtute S. Obedientiæ, sub cōminatione extremi iudicij, gehenna*, multò magis de obligationis grauitate constabit. Denique verba communia,

siue ambigua ; verùm consilium, vel ordinationem tantum, an verò præceptum contineant, hæc censentur : *Caueant*, *oportet*, *volumus*, *ordinamus*, *statuimus*, *hoc faciant*. In cuiusmodi ambiguitate spectanda est materia legis, adiectio pœnæ, aliæque circumstantiæ, præcipue finis, & consuetudo, ac proborũ hominum communis persuasio, quæ est optima legum interpres, *iuxta reg.*
15 45. *in 6.* quæ sumpta est ex *l. in obscuris, ff. de reg. iuris*; vbi sic habetur; *Inspicimus in obscuris, quod verisimilius est, & quod plerumque fieri consueuit.* Quare, cùm prudentes, & probi viri obligationem legis de ieiunio, de audienda Missa, esse grauem, & vrgere sub mortali, agnoscant, non potest id ab aliquo sine temeritatis nota in dubium reuocari. Vide de hac re (si placet) Abbatem *in c. Clerici, num. 1. de vita, & honest. Cleric.* Siluestr. *verb. Præceptum, q. 2.* Gutierez *lib. 1. canon. 99. c. 7. num. 21.* Medinam *c. de ieiunio, q. 7.* Azor. *to. 1. lib. 5. c. 6. q. 5.* & Salon. *2. 2. q. 77. ar. 1. contr. 8.*

SECTIO IX.

Tertia difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Contingere potest, vt quis magnum damnum recipiat, & nemo teneatur restituere.*
2 *Idque etiamsi totum inferat vnus.*
3 *Rem notabilem quis per modica furta surripiens; tenetur sub mortali restituere id, sine quo remanet parua quantitas.*
4 *Debitor morosus, aut volens restituere per partes sine notabili damno creditoris, an absoluendus?*
5 *Maior materia requiritur ad mortale, quando paulatim, & casu surripitur, quàm cùm tota simul, & ex industria.*
6 *Id est, sesquialteram, vel duplum.*
7 *Maior item, quando modica surripiuntur à pluribus, quàm cùm ab vno.*
8 *Et maior in furtis filiorum, & religiosorum in domo.*
9 *Furtula ancillarum, & famulorum de esculentis rarò coalescunt ad integrandam materiam pro mortali.*
10 *Est verum furtum, etiam de re Domini; vel conuentus Prælati, si surripiatur in finem, ob quem ille concessurus non esset.*
11 *Contrarium aliqui docent.*
12 *Confessarij debent restitutionem imponere etiam pro furtis minutis.*
13 *Damnificans semel notabiliter sine culpa mortali, ad nihil tenetur in conscientia.*
14 *Quam diligentiam adhibere debeamus, ne aliis noceamus.*
15 *Obligatio in materia graui non potest esse sine graui peccato.*
16 *Respondetur ad leges ciuiles, quæ videntur in oppositum.*

Obiicies tertiò, ergo fieri potest, vt quis magnum damnum accipiat, & tamen nemo teneatur sub mortali peccato restituere.

Solutio Prima.

Respondetur primò, concedo totum, non enim est absurdum, quando damnum à multis datum est vt suprà dicebatur. 1

Solutio Secunda.

Respondetur secundò, neque id esse absurdum; 2 quando damnum ab vno datum est, intercisis voluntatibus, per furta leuia discontinuata, quæ mortaliter nõ coalescunt in vnum; si scilicet inter furtum & furtũ interuallum temporis magnum intercedat (vt vnius anni, sicuti sentit Sanchez *in summa to. 2. lib. 7. c. 21. n. 10.* vel vnius, quin vel dimidij mensis, sicuti sentit Filliuc. *tom. 2. tract. 31. c. 10. n. 244.*) atque ita præter Filliucium *in loco supracitato* docent Nauar, *c. 17. num. 140. & lib. 3. cons. in prima edit. cons. 3. de statu Monach. num. 27.* Toletus *lib. 5. c. 16. num. 4.* Rodriguez *tom. 4. c. 118. num. 29.* Salas *in. 1. 2. q. 88. tract. 13. disp. 16.* Sà *verb. Furtum. numer. 8.* Betardurcius *in Sum. Coron. p. 1. c. 1. num. 18.* Fernandez *p. 1. c. 6. §. 1. num. 12.* loquens de Religiosis per minuta furta furantibus res monasterij voluntate intercisa, non intendentibus scilicet furari plus in alio tempore, & occasione; Ità etiam docent Lorca, & Granad. *in locis mox infra citandis*; quod tamen Intellige, dummodo quantitas per huiusmodi leuia furta discontinuata, & intercisis volũtatibus subrepta non extet, vel ex illa fur ditior factus non sit (vt rectè præter alios aduertit Lorca *p. 2. tom. 2.* & Granad. *p. 2. contr. 6. tract. 2. disp. 2. sect. 5. num. 49.*) Nam, si extaret, vel inde fur ditior factus esset (sic enim extaret in effectu) vtique ad restitutionem teneretur; si non ratione iniustæ acceptionis, quæ nulla est grauis, atque adeo nulla est mortifera, & sic obligans ad restitutionem; saltem ratione iniustæ retentionis, quæ, vtpote de quantitate notabili, mortifera est, & sic ad restitutionem obligans.

Vnde patet, fieri posse, vt quis commiserit tantum furta venialia, v.g nouem asses subripiendo in pluribus vicibus discontinuatis, & intercisis voluntatibus, id est, non intendens in singulis vicibus acquirere rem notabilem (si enim hanc acquirere intenderet, in quolibet furto, licet ex obiecto leui, peccaret quo ad affectũ semper mortaliter, ratione intentionis grauis) & tamẽ sub peccato mortali, restituere teneatur; quia velle retinere illam quantitatem notabilem, sic partã per furta leuia, est peccatum mortale, vt supra dicebatur; quod tamen intellige, si fur in decimo furto decimi assis aduertit, se iam habere quantitatem notabilem, & tamen non proponit restituere, cùm commodè possit; quia tunc (saltem implicitè) habet voluntatem retinendi alienum in quantitate notabili, & sic peccat mortiferè, non quidem voluntate accipiendi decimum assem, sed voluntate retinendi decimum cum nouem aliis ante acceptis, qui simul iuncti faciunt rem notabilem.

Quod, si surripiendo decimum assem non aduerteret, se iam habere alienum in quantitate notabili, subripiendo illum, non peccaret mortaliter; nam vbi non est cognitum, non est voluntarium, & vbi non est voluntarium, non est peccatum. Similiter nec peccaret mortaliter, si id aduerteret quidem, sed non haberet commoditatem restituendi, proponeretque prima cõmoditate restituere. Ratio est, quia talis neque accipit tunc alienũ in notabili quantitate, neque etiam habet voluntatẽ culpabiliter quid notabile retinẽdi (licitè enim potest tũc, cùm sit impotens, nolle restituere asses priores

nouem;

nouem;quare si Dominus sit inuitus,irrationabiliter est inuitus ; quia in tali casu actu non patitur iniuriam grauem) & acceptio decimi assis non est peccatum mortiferum,sed solum veniale;ergo non peccat, nisi venialiter. Quod si post quantitatem notabilem per minuta furta sublatam, aduertenter addit furta alia parua, non erunt ista furta alia parua per se mortifera,sed mortifera erit voluntas retinendi illa parua cum aliis,quæ faciunt notabilem, quin notabiliorem quantitatem : & hoc peccatum voluntatis,& exterioræ retentionis successiuè magis, ac magis crescet,prout plus,& plus detinebitur, vt si post decem illos asses accipiat alium,& alia occasione alium,& sic deinceps sæpius,retinens interim omnia furta priora;si tamen non sit commoditas restituendi furta priora, voluntas retinendi furtum posterius vtpote de quantitate non notabili, mortifera non erit, modò adsit propositum restituendi priora furta prima opportunitate. Sed tunc,quando illa noua furta rursus ad quantitatem notabilem ascenderent, committetur nouum peccatum mortiferum,iuxta modum,qui supra dicebatur.

Aduerte tamen contra Medinam *C. de restit. q.* 10.& Cordubam *in summa q.*70. furem in casu, quod ma-
3 teria per diuersa leuia furta subrepta extat) siue in se,siue in effectu;quia scilicet inde ditior factus est, & sic ad restitutionem,vt *supra* dicebatur,sub peccato mortali tenetur) non teneri sub peccato mortali ad restitutionem totius quantitatis subreptæ, sed tantum ad illam partem, qua restituta cessat notabilis quantitas ad furtum mortale requisita ; atque sic docent Nauarra *de restitut. lib.* 3 *.c.* 1*.p.*10. *dub.*8. *n.*62. Aragon. *in* 2.2.*q.*66.*art.*6. Filliuc. *tom.* 2. *tr.* 31. *c.*10.*n.*247. Rebellius *p.*1.*lib.*3 *q.*15.*sect.*4.*n.*19. Megalius *in* 2.2.*lib.*2.*c.*1.*q.*3.*n.*25 .& alij Vnde vlterius sequitur, quod si quis committens vltimũ furtum, quod complet materiam notabilem,habet animum citò restituendi vltimum illum assem,aut quid aliud æquiualenter,ita vt non velit retinere sibi notabilem quantitatem, non peccabit mortaliter in illa vltima acceptione complente materiam notabilem; quia acceptio, vel retentio rei alienæ non est mortalis,quando fit animo restituendi illam, ita citò,ve ratione modici temporis non inferatur domino damnũ notabile. Vide Granad. *in* 1.2.*contr.*6 *tract.*2. *disp.*2. *sect.*5.*num.*51 Molinam *de Iust tom.*3 *tract.*2. *disp.*753. Bonac. *de contract. disp.*1.*q.*6. *punct. vn. n.*4. vbi rectè docent, quod debitor etiamsi sit morosus,
4 & inuito domino,si tamen habet animum restituẽdi,& ex tali dilatione non sequitur creditori notabile detrimentum, non sit priuandus absolutione; quia ob talem iniustam moram, cùm non sit creditori notabiliter damnosa, non est lethalis criminis reus indicandus;idem dic,si potens restituere simul totum, velit restituere per partes, extantibus iisdem circunstantiis.

5 Aduerte secundò,ad peccatum mortale maiorem quantitatem requiri, quãdo quis eidem per magna temporum interualla subtrahit paruis furtis,& non ex industria,sed per accidens, quam cum subtrahit breui tempore,vel de industria, vel simul, vt rectè Nauar. *c.*17.*n.*139. Sanch *in summa tom....lib.*7. *c.*21. *n.*17. Rebell. *p.* 1.*lib.*3.*q.* 5.*sec.*5 *n.*43. Megalius *in* 2.2.*lib.*2.*c.*1.*q.*3.*num.*36.& Ratio est,quia homines minus ægrè ferunt,sibi auferri longo interuallo;& casu quædam minima, etiam ad notabilem quantitatem ascendentia, quàm eandem quantitatem simul, vel per partes de industria. Vnde si mortiferè peccat,& ad restitutionem tenetur, qui ab eodem
6 aufert decem simul, vel per partes de industria, requirentur quindecim, & forsitan viginti, vt quis alter sub peccato mortali teneatur restituere acquisitum per minuta furta fortuita, præsertim si longis interuallis sint commissa.

Aduerte tertiò, maiorem quantitatem requiri, 7
quando quis à diuersis minuta furatur,quàm quando ab vno;quia diuersi illi parum læduntur,nec ita curant rerum minutarum casu subreptarum restitutionem : nam quò in plures damnum diuiditur, eò minus,cæteris paribus,sunt inuiti,vt rectè iidem Doctores *in locis suprà citatis.* Denique maior requiritur quantitas in furtis filiorum à parentibus, & in furtis Religiosorum, qui sunt veluti filij in or-
dine ad Prælatum,quàm in furtis famulorum à do- 8
minis : & maior quantitas in furtis famulorum, quàm externorum.

Aduerte quartò,furta esculentorum,& poculentorum, quæ committuntur à famulis, & ancillis,
etiamsi sensim perueniant ad notabilem quantita- 9
tem ; non esse peccatum mortale,si furentur ea, vt ipsimet consumant (secus verò,si vt vendant) sintque ordinaria, quæ non solent accuratè concludi, de quo vide Nauar. *c.*17.*n.*138. Caiet. *verb. Furtum, not.* 1. Bannes *in* 2.2.*q.*66.*art.*6. Petrum Nauar. *de restit. lib.*3.*c.*1.*p.*5. *dub.* 6.*n.*202. Sayrum *in claui reg. lib.*9.*c.*15.*n.*27 Reginaldus *tom.* 2.*lib.*23.*c.*1.*n.*22. Et ratio est, quia dominis non omninò displicet, vt hæc capiantur ; cuius signum est, quod etsi sciant ista passim fieri,tamen non impediunt;etsi rogarentur, concederent : vnde potius displicet eis modus accipiendi,quàm ipsa acceptio, & consumptio ; at non est peccatum mortale, aliquid occultè accipere ab eo,cui non displicet acceptio,si res ab eo peteretur, quamuis modus accipiendi displiceat, vt rectè docent Caiet. & Nauar. *vbi suprà,& comm.* 2 *de Reg. n.*20. quia Dominus tunc non est inuitus quoad substantiam acceptionis,sed solũ quoad modum; ergo, &c. Quod est valde notandum pro furtis filiorum,vxorum, famulorum, amicorum, & similium,qui pro verecundia,vel timore,vel simili non audent petere;& multò magis pro iis,quæ Religiosi accipiunt,consumunt,vel impendunt in scio Superiore,qui, vel est inuitus solùm quoad modum, & non quoad rei substantiam; vel si quando est inuitus etiam quoad substantiam irrationabiliter est inuitus,quia habere se debet, vt pater in ordine ad suos Religiosos.

Aduerte quintò, si quid surripias ad eum vsum,
ad quem dominus,vel Superior rationabiliter nul- 10
lo modo voluisset concedere, v. g. ad compotationes,ludos,&c.fore tunc verum furtum, & in Religioso verum sacrilegium contra votum paupertatis,quia non vult rem esse tuam ad talem vsum ; & sic acceptio secundum substantiam censebitur fieri inuito domino,vel Prælato.id enim maximè ex vsu, & fine,ad quem res accipitur,spectandum est; cùm finis sit principalis circumstantia actus,& redundet in substantiam actus. Contrariũ tamen adhuc etiam in tali casu,& fortasse non omninò improbabiliter, sentiunt alij ex principio dato;vnde docent, quod
Religiosus habens à suo Prælato licentiam expen- 11
dendi pecuniam ad vsus honestos,non peccet contra votum paupertatis(atque adeò accipiẽs ad restitutionem non teneatur)si illa expẽdat in vsus turpes,& peccaminosos, ita Bannes *in* 2.2.*q.*62. *art.*5. Lopez *de contract. lib.* 2. *c.* 40. *vers. non autem Religiosus*. Rebell. *p.* 2.*lib.*12.*q.*4.*sect.*2.*n.*6.& Io.Fr.Suarez *in Enchir. cas. consc. lib.* 3. *vers. de voto paupertatis fol.*256.

Aduerte sextò, pro furtis his, & similibus mo-

nitos debere esse Confessarios, vt non facilè in furtis etiam minutis, & quæ ad peccatum mortale non pertingunt, dissimulent, sed pro conditione, & capacitate pœnitentium semper aliquam restutionem iniungant. quam illi facere debeant creditoribus, vel reddendo rem eandem, si extat; vel eiusdem speciei, vel pretium rei, vel compensando damnum maiori obsequio, quàm ex contractu teneantur; vel si id creditoribus præstare non possunt, conferendo tantumdem in pauperes pro iisdē creditoribus: hac enim ratione, cùm non impunè transeant magis inposterum ab huiusmodi peccatis absterrentur, quàm aliis operibus pœnitētiæ. Adde, quod alioquin fient ad huiusmodi furta faciliores, & sensim gradum facient ad maiora.

Solutio Tertia.

13 Respondetur tertiò, neque id esse absurdum, quando damnum etiam ab vno datum est, & simul in vna vice, sed absque culpa lethali. Ratio, quia tunc in foro conscientiæ non tenetur ad restitutionem, ratione rei acceptæ, quia non extat, vt suppono; neque ratione iniustæ acceptionis, quæ cùm non sit mortifera, & grauis, non trahit iniuriam grauem, atque adeò neque obligationem ad restituendum grauem; non enim potest obligatio maior esse, quàm fuerit iniuria, ex qua obligatio nas-
14 citur; quia non potest effectus causam suam excedere. Confirmatur, quia nemo tenetur adhibere maiorem diligentiam in suis operibus, ne alteri noceat, quàm eiusdem conditionis homines passim in similibus adhibere solent (nemo enim tenetur circumspectior esse hominibus aliis suæ conditionis) Ergo damnum eueniens ex culpa leui (adhibita scilicet diligentia ordinaria) non debet illi moraliter imputari, sed censebitur eidem inuoluntarium. Atque ità contra Angelum *verb. culpa, n. 6.* & Adrian. *in 4. de restitut. §. vtrum in foro animæ,* sentientes ex quauis culpa, etiam leuissima, nasci in foro conscientiæ obligationem restitutionis, docent communiter Doctores (vt fatetur ipsemet Angelus inter quos Innocent. *in c. sicut dignum de homicidio;* Gabriel *in 4. dist. 15. q. 14. art. 3. dub. 2.* Silu. *ver. Culpa num. 6.* vbi citat Panorm. Butrium, & alios. *& ver. Restitutio 2. §. 12. & 17.* Sot. *lib. 4. de iust. q. 7. art. 2. & lib. 5. q. 1. art. 9.* Petrus Nauar. *lib. 2. c. 1. num. 48.* Henriq *in tract. de irregul. c. 15.* Eman. Sà.
15 *ver. Restitutio,* & alij passim.

Neque dicas, saltem sub veniali esse obligationem ex eo, quia, sicut cum nulla est culpa, nulla est obligatio; & cum est culpa lethalis, est obligatio sub peccato lethali: ita, cùm est culpa venialis, erit obligatio sub veniali.

Respondetur enim probabiliùs in casu nostro nullam esse obligationem restituendi, quod & satis indicant Silu. & Doctores *in locis supra cit.* Et probatur; quia obligatio in materia graui, non potest esse, nisi sub graui peccato: pendet enim talis obligatio ex materiæ grauitate, posito præcepto naturali, vel positiuo: nam mirum esset hominem dumtaxat sub veniali obligari ad restitutionem centum millium aureorum, v. g. nec posse ab hoc peccato liberari, nisi proponat illa restituere: quia cum solum venialis culpa in damno illato intercessit (vt cum ex quadam inconsideratione, & animi tempore prouenit) censetur illud quasi fortuitò obuenisse. Quilibet enim in agendo aliquam negligentiam committit, & rarissimè hinc talia damna obueniunt. Quare meritò quasi fortuita debent illa iudicari.

Atque hinc innumeri casus determinari poterunt quod scilicet ad restitutionem (saltem in foro conscientiæ) non tenearis ratione damni dati, nisi in agendo culpam latam, grauem, theologicam, seu mortiferam commiseris; idque siue agas extra officium, & contractum, siue agas in officio, vt si sis Tutor, Curator, Medicus, Architectus, Prætor, Iudex, Magistratus, Princeps, vel aliud officium, aut artificium exercens; siue agas in consilio dando, vt si sis Parochus, Confessarius, Concionator, Theologus, Iurista, vel eius professionis, ad quam talis consultatio, quam tu das, spectabat; siue agas in contractu, vt commodati, conducti, depositi, pignoris, vel alterius similis; & siue contractus tendat in tuam solius commoditatem, siue tantum in vtilitatem Domini, cuius ipsa res est, siue in vtilitatem vtriusque.

Neque dicas, legibus humanis te teneri non solum ex culpa lata, sed etiam ex leui; & leuissima, si contractus tendat in tuam solius vtilitatem: quapropter si gratis tibi commodaui librum, equum, vel vestem, &c. teneris in illa re custodienda adhibere non solum eam diligentiam, quam homines communiter in suis rebus similiter præstare solent, sed etiam quam diligentiores, & diligentissimi: consequenter si rem tibi gratis commodatam reliquisti in cubiculo, & egrediens ostium attraxisti, sed non tentasti, an firmiter clausum esset, ad compensationem damni teneris, *cap. vni c. de commodato, l. in rebus commodatis ff. commodati, vel contra, & Instit. quibus modis re contrahitur oblig. §. item is.* Item te teneri ex culpa lata, non autem ex leuissima, vel leui, si contractus tantum cedat in vtilitatem Domini, cuius ipsa res est: quapropter si tibi commodaui librum, equum, vel vestem in meum dumtaxat cōmodum, teneris solum ex culpa lata, *Instit. supra §. interea & is,* & gl. ibi communiter recepta. Item te teneri ex culpa lata, & leui, non autem ex leuissima, si contractus cedat in vtilitatem vtriusque: quapropter qui pignus accepit, vel iniit contractum conducti, & locati; vel etiam contractum depositi (quando datur pretium pro re custodienda, secus si gratis fiat) tenetur ex culpa lata, & leui non autem ex leuissima, *l. contractu ff. de regul. iur. & Institut. supra §. creditor,* & glossa *ibi,* quam communiter Doctores sequuntur. 16

Respondetur enim, has leges non obligare in foro conscientiæ; siue quia, vt sentit Sot. *de iust. & iure lib. 4. q. 7. art. 2.* sunt pœnales, & procedunt ex præsumptione culpæ interioris; siue quia, vt sentiunt alij, non sunt receptæ in foro conscientiæ; cum nemo sit, qui pignori v. g. vel rei conductæ putet, se maiorem custodiam ex iustitia adhibere debere, quam dominus ipse adhibere solet: idque videtur dicendum de commodato: nam & si maiore cura id custodiat, quàm dominus, id tamen non facit; quia putat, se teneri ex iustitia, sed facit ex gratitudine; siquidem ita postulat gratitudo propter commodum, quod ex re alterius percipit; nec minus putat quis se teneri ad custodiam precarij, quàm commodati: quapropter plerumque fit restitutio, non solum si commodatum periit, sed etiam si periit precarium, quamuis absque omni culpa perierit.

Fateor tamen contrariam sententiam (nempè dictas leges obligare, etiam in foro conscientiæ, ad reparationem damni, præsertim ante Iudicis sententiam) esse satis probabilem; quia dictæ leges sanciunt id quod naturali æquitati est consentaneū circa rem alienam (quam mediante contractu apud

nos

nos habemus.) præstari: qua sanctione posita, qui facit talem contractum (accipiendo v.g. commodatum, conductum, depositum, pignus, &c.) implicitè se obligat ad præstaodam eam diligentiam, quam leges requirunt: quapropter si talem diligentiam (quamuis naturali obliuione, & sine omni culpa) non præstet, tenebitur ad restitutionem. Vide Nauarrum *cap. 17. numero* 184. & Couarruuiam *in Epist. 4. decret. par. 2. cap. 6. §. 6. numero* 15.

DVBITATIO II.

An, & quomodo violetur immunitas Ecclesiastica per pollutionem Ecclesiæ, vel Cæmeterij.

SECTIO I.

Duibtationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Per effusionem sanguinis.*
2 *Per homicidium.*
3 *Per effusionem seminis.*
4 *Per sepulturam excommunicati.*
5 *Per sepulturam non Baptizati.*

1 Respondetur, violari primò per iniuriosam sanguinis effusionem, *cap. proposuisti, vbi de eo sacrat. Eccles. & c. vn. eodem tit. in 6.*

2 Secundò per homicidium iniuriosum notorium, quamuis sine sanguinis effusione, *cit. cap. proposuistis. & cap. si notum. dist. 1. de consecrat.*

3 Tertiò per illicitam, & notoriam humani seminis intra Ecclesiam effusionem, *c. vlt. de consecrat. Eccles. c. Ecclesias. d. 1. de consecrat.*

4 Quartò per sepulturam hominis excommunicati, *citato cap. Proposuisti.*

5 Quintò per sepulturam infidelis, & non baptizati hominis, *cap. Ecclesiam. 1. & 2. d. 1. de consecrat.*

SECTIO II.

An, & quomodo polluatur Ecclesia per sanguinis effusionem.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, Altare, & Cæmeterium polluuntur per iniuriosam sanguinis effusionem.*
2 *Ecclesia polluitur, licet sanguis non effundatur in ipsa, dummodo tamen percussio, mutilatio, vel vulnus infligatur in ea existenti.*
3 *Ecclesia non polluitur per effusionem sanguinis Vulnerati extra ipsam.*
4 *Neque polluitur, si vulnus sit inflictum supra tectum Ecclesiæ, vel sub Ecclesia.*
5 *& 6. Neque si ex eclo seu sagitta emissa ab existente in Ecclesia extra Ecclesiam. Valet tamen argumentum à contrario.*
7 *& 8. Existens in vno Territorio, si percutiat sagitta, seu pila hominem existentem in altero territorio censetur ibi delinquere, vbi delictum sortitur effectum; & ideo datur locus præuentioni vtrique Iudici circa causæ cognitionem.*
9 *Quod procedit etiam si delictum fiat in finibus duorum Dominiorum.*
10 *Occidens existentem in Ecclesia licet sit extra Ecclesiam non gaudet immunitate.*
11 *Opinio multorum DD. asserentium quod existens in Ecclesia, si occidat existentem extra Ecclesiam non gaudeat immunitate reiicitur.*
12 *Opinio Bonacinæ, & aliorum contrarium asserentium comprobatur.*
13 *Verba constitutionis Gregorianæ, quod non gaudeant immunitate Ecclesiastica, qui mutilant, vel occidunt in Ecclesia, exigunt actum complexum & consummatum in ipsa.*
14 *Censura lata contra accidentem in Ecclesia non incurritur ab occisore existente in ea, si delictum consummetur extra Ecclesiam.*
15 *Quocunque modo quis vulneret, siue ex Ecclesia, siue in Ecclesia, cum quacunque sanguinis effusione, gaudet immunitate, dummodo non sequatur homicidium, aut mutilatio membrorum.*
16 *Constitutio Gregoriana de Immunitate est correctiua Iuris eorum.*
17 *Ex constitut. Gregoriana occisores, & mutilantes in Ecclesia, vel Cæmeterio non gaudent immunitate.*
18 *Vulnerantes, fœneratores, cudentes monetas, & cæteri in Ecclesia gaudent immunitate.*
19 *Delinquentes in Ecclesia ratione loci delicti à Iudice Ecclesiastico puniri debent.*
20 *Delictum si sit atrocissimum Iudex Ecclesiasticus consulto Romano Pontifice decernit Reos esse tradendos Curiæ sæculari.*
21 *Opinio Reginaldi reijcitur.*
22 *Ecclesia, Altare, seu Cæmeteriũ tunc dicuntur polluta per iniuriosam sanguinis effusionem, quando est notorium notitia Iuris aut facti.*
23 *Factum dicitur publicum per confessionem Rei in Iudicio, vel per euidentiam facti.*
24 *Locus non dicitur pollutus seclusa publicitate seu notorietate facti; neque sufficit qualiscunque notitia.*
25 *Pollutio per effusionem sanguinis, vel seminis tunc incipit impedire quando est publica, & notoria; non antea.*
26 *Publica Benedictio, seu consecratio non tollitur, nisi per delictum publicum.*

27 & 28 *Ecclesia non censetur polluta, nisi interueniat sententia declaratoria Criminis in ipsa commissi; secus tamen Romæ seruatur in praxi.*

29 & 30 *Pœna pollutionis Ecclesiæ est veluti quadam censura, hoc est Interdicti, instar cuius requirit sententiam declaratoriam, ad hoc vt afficiat.*

31 *Interdictum seruare quis non tenetur, nisi per Iudicis sententiam censura publice denuncietur.*

32 *Ecclesia non polluitur si iniuria non pertingat ad peccatum mortale.*

33 & 34 & 35 *Ecclesia non polluitur, si sanguis effundatur ex percussione casuali præter intentionem, per iocum, vel à Chirurgo, vel ob correctionem, vel ad defensionem vel à puero rixante ante & post rationis vsum ex naribus, vel à Iudice, qui licite percutit inuasorem Reipublicæ, vel ab Ebrio, seu Insano.*

36 *Homicidium, & seminis effusio proportionabiliter sunt inductiua pollutionis Ecclesiæ.*

37 *Opinio nonnullorum adstruentium, quod quando Martyr percutitur in Ecclesia, ipsa non polluatur reiicitur.*

38 *Opinio in contrariũ firmatur, & corroboratur.*

39 *Ecclesia polluitur ab Occisore, seu percussore sui ipsius in ipsa dummodo mentis compos sit, & ex ira vel desperatione inductus.*

40 *Ecclesia quando in ipsa datur opera rei illicitæ, si præter intentionem sequatur ibi homicidium, percussio, mutilatio, seu vulnus non polluitur.*

41 *Idem dicendum est de pollutione præter intentionem, licet peccaminosa ex alio genere.*

42 *Ecclesia non polluitur, nisi quantitas sanguinis effusi sit notabilis.*

43 *Effusio copiosum sanguinis fluxum significat.*

44 *Opinio Castri refellitur authoritate multorum. DD.*

45 *Ecclesia non polluitur per effusionem vnius, vel alterius guttæ sanguinis, quamuis percussio sit forsan sacrilega, & contra immunitatem ipsius.*

46 *Non polluitur per vulnus, seu contusionem absque vlla sanguinis effusione.*

47 *Polluitur per mortem, strangulationem, suspensionem, vel vulnus lethale absque vlla sanguinis effusione.*

48 *Non polluitur per leuem, seu non grauem percussionem, licet effundatur magna copia sanguinis, & attingat ad peccatum mortale, Iniuriáque sit grauis.*

49 *Non polluitur, nisi effusio sanguinis sit à corpore hominis viuentis de tempore, quo fuit vulneratus.*

50 *Polluitur, si effusio sanguinis hominis viuentis contingat extra illam, dummodo percussio illius contingat ibidem.*

51 & 52 *Contraria sententia Canonistarum non videtur improbabilis, cum simus in pœnalibus, in quibus non sit extensio.*

53 *In dubio fauere debemus Ecclesiæ, & sic potius censere, quod non sit polluta.*

54 *Sententia Doctorum dicentium quod Ecclesia non polluatur per homicidium, si mors sequatur extra ipsam, non reprobatur.*

55 *Canones statuentes pollui Ecclesiam per effusionem sanguinis, intelligendi sunt, quod non solum causa, sed etiam effectus causæ interuenerit in Ecclesia.*

RESpondetur pollui Ecclesiam (idemque dico 1
de altari, & cœmeterio) per iniuriosam san-
guinis effusionem, *cit. cap. proposuisti, cit. cap. vlt.
de consecrat. Eccles. & cit. cap. vn. eod. tit. in 6.* si per-
cussio, mutilatio, vel vulnus instigatur homini exi-
stenti in Ecclesia; tamen si sanguis (qua de re infra
diffusius) non effundatur in Ecclesia(vt quia rece-
ptus est in aliquo vase, vel quia percussus continuò 2
egreditur, antequam sanguis effundatur in Eccle-
sia) sed effundatur extra Ecclesiam; sicuti docent S.
Antonin. 3. *p. tit.* 12. *cap.* 6. §. 4. Tabien. *verb. con-
secratio, num.* 4. Nauar. *cap.* 27. *num.* 251. Auila *part.* 5.
disp. 7. *dub.* 1. & Cardinalis de Lugo *de Sacramen-
to Euchar. disp.* 20. *sect.* 2. *num.* 52. dummodo (vti
dicebam) percussio, mutilatio, vel vulnus infli-
gatur in Ecclesia.

Vnde non sufficit, quod sanguis effundatur in- 3
tra Ecclesiam, si vulnus inflictum sit extra Ec-
clesiam, sicuti docent S. Antonin. Tabien. Aui-
la, Cardinalis de Lugo, & Nauar. qui dicit esse
communem.

Item non sufficit, si inflictum sit vulnus supra 4
tectum, vel in spelunca subtus Ecclesiam; quia ad-
huc non est intra Ecclesiam.

Item non sufficit, si inflictum sit aliquo telo mis- 5
so ex Ecclesia in existentem extra Ecclesiam: quia
similiter non est intra Ecclesiam.

Item è contrà sufficit, si inflictum sit in Ecclesia 6
per telum emissum foris ex Ecclesia in hominem
existentem in Ecclesia ab eo, qui existit extra Ec-
clesiam: quia sic fit, & consummatur in Ecclesia.
Vide S. Antonin. Tabien. Nauar. Auilam, & Cardi-
nalem de Lugo *in locis supra citatis.*

Qua simili ratione, si quis existens in vno ter- 7
ritorio per telum, sagittam, vel sclopum percutiat
hominem existentem in altero territorio, ibi deli-
quisse censetur; ita vt ratione talis delicti etiam ab
illius territorij Iudice conueniri, ac puniri possit, & 8
sic detur locus præuentioni inter Iudicem vtriuſ-
que territorij. Idemque dico, si delictum fiat in fi-
nibus duorum dominiorum, sicuti ex communi 9
docet Abb. *in cap. vlt. num.* 25. *de foro compet. & c.* 1.
num. 1. *de præsumpt.*

Simili etiam ratione, si quis existens extra Ec- 10
clesiam occidat hominem existentem in Ecclesia,
non gaudet immunitate Ecclesiæ; quia sic occidit
in Ecclesia. Sicutò docent Riccius *part.* 5. *collect.*
1792. Megalius *in* 3. *p. lib.* 4. *c.* 2. *q.* 1. *num.* 13. Farinac.
tract. de immunit. c. 16 *num.* 224. Peregrin. *n.* 16. Por-
tell. *verb. Ecclesia immunitas num.* 15. & Bonacina *de
legib. disp.* 3. *q.* 7. §. 4 *num.* 8.

An autem si existens intus in Ecclesia occidat 11
hominem existentem extra Ecclesiam, neque gau-
deat immunitate Ecclesiæ? Affirmant Doctores ci-
tati *vbi supra* item Graff *tom.* 1. *lib.* 3. *consil. vn. n.* 10
de immunit. Eccles. Duard. *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *can.* 15.
q. 16.

c.16.*num.* 23. Ambrosin. *de immunit. cap.* 5. *num.*8.
Gambacurta *lib.*5 *cap.*24.*num.* 21. Villadieg. *in Polit. cap* 5.*num.*106:& Io.de Heuia *in curia Philip. p.*
5.§.12 *num.*23 quia hic talis(inquiunt ipsi)videtur
occidere in Ecclesia, cùm in Ecclesia initium ha-
12 beat occisio. At negant probabilius Bonac. *vbi su-*
prà, & alij; quia non occidit in Ecclesia, sed ex
Ecclesia.
13 Confirmatur, quia Gregorius XIV. in sua Con-
stitutione ait, quod non gaudeant immonitate Ec-
clesiastica ij, qui mutilant, vel occidunt in Ecclesia;
quæ verba denotant actum completum, & cõsum-
matum in Ecclesia: ergo cùm simus in materia odi-
osa, seu pœnali, non sunt dicta verba extendenda
ad actum inchoatum in Ecclesia.
Confirmatur secondò, quia si quis existens in
14 Ecclesia occidat per telum, sagittam, vel sclopum
hominem existentem extra Ecclesiam, non incur-
rit censuram latam contra occidentem in Eccle-
sia(vt ex communi docet Bonac. *cens. disp.*1 *quæst.*1.
*punct.*11.*num.*11. Et ratio est, quia talis occisio fa-
cta fuit extra Ecclesiam, licet inchoata fuerit in
Ecclesia) Ergo sic, &c.
15 Illud tamen omnibus fatendum est, quod si
quis, siue ex Ecclesia, siue in Ecclesia, etiam cum
quacunque effusione sanguinis vulneret, immuni-
tate Ecclesiæ gaudeat si vulnerando non occidat,
16 nec mutilet. Ratio, quia in citata Constitut. Grego-
rij XIV.) quæ corrigit ius commune: *c. fin. de im-*
munit. Eccles.) præter quosdam alios criminosos ex-
17 ceptos(vt ibi)excipiuntur solum, qui in Ecclesia,
vel Cæmeterio occidunt, aut mutilant; non item,
18 qui ibi alia delicta perpetrant, vt vulnerando, mœ-
chando pecuniam cudendo, &c. Ergo, qui delin-
19 quentes tantum ratione loci delicti à Iudice Ec-
clesiastico erunt puniendi; aut si delictum sit atro-
cissimum, consulto prius Romano Pontifice, tra-
20 dendi curiæ seculari. Vide, quæ *infra* dicentur. Vi-
de etiam Farinacium *vbi supra num.* 208. 209. *&*
227. Pliccium *c.*5. *Col. ect.*1791. Megalium *in* 3. *par.*
*lib.*4. *cap.*2. *q.* 1. *num.* 15 Scortiam *in Bull. Pont. epit.*
153. *Theor.*185. Peregrinum *de immunit. Eccles. cap.*
6. *num.* 23. & Gratianum *in d. scept. forens. tom.* 2. *cap.*
21 380. *num.*29 quidquid in contrarium afferat Re-
ginaldus *tom.*1 *lib.*9. *c.*26. *num.*58. *in fin.* & Zipacus
*in iure nouo can. lib.*3. *de immunit. Eccles. n.*10.
22 Vt autem Ecclesia per iniuriosam sanguinis ef-
fusionem in ipsa, modo supra dicto factam pollua-
tur, requiritur, vt factum sit notorium, notitia iu-
ris, aut facti: sicut ex communi docet Victoria *de*
*Eucharistia quæst.*99. Sot. *in* 4 *dist.* 13. *art.* 3. *dict.*4.
Nauarr. *cap.* 27. *num.* 251. *in fin.* Castr. *lib.*2. *de lege*
*pœnali cap. vlt. post.*3. *concl.* §. *iuxta ea*, Henriq. *lib.*13.
c. 27. *num.*5. Suar. *disp.*81. *Sect.* 4. Auila *p.* 5. *disp.*7.
*dub.*5. Pontius *lib.*10. *c.* 20. Fagundex *lib.* 4. *cap.* 4.
*num.*19. Cardinalis de Lugo *de Sacramento Euchar.*
disp. 20. *sect.*2. *num.*55. Sà *verb. Ecclesia num.* 19. Du-
ran. *lib.*1 *rationalis. c.*6. *num.*42. vbi vniuersim aiunt,
quod factum, per quod Ecclesiæ, altaris, aut Cæ-
meterij violatio inducitur, oportet esse publicum,
vel notorium, per confessionem scilicet Rei in iu-
23 dicio, vel per euidentiam facti, ita vt seclusa tali
publicitate, vel notorietate facti, locus non ma-
24 neat pollutus(etiam respectu eorum, qui quacun-
que notitia id sciunt, vel ipsius, qui delictum com-
25 misit, qui nullo modo tenetur se prodere, & mani-
festare) & fieri etiam possit, quod effusio sangui-
nis, vel seminis, &c facta abhinc octo diebus, ho-
die incipiat impedire, & non antea, quia hodie pu-
26 blicatur, & non antea. Atque ita colligitur *ex cap.*
significasti de adulter. Et ratio est; quia cùm conse-
cratio, vel benedictio Ecclesiæ sit publica, publico
delicto tantum tolli debet. Quin secundùm proba-
bilem sententiam Doctorum(de qua Suar. *tom.* 3. *in*
3. par. disp 81. *sect.*4 *cas.*3. *dub.* 1. & Fagundex *pr.* 1. 27
*lib.*5. *cap.*14. *num.*34.)accedere etiam debet senten-
tia declaratoria criminis; quoque Ecclesia per cri-
men in ipsa commissum polluta sit(ita vt ante ta-
lem Iudicis sententiam declaratoriam pro polluta
haberi non debeat; quamuis, vt rectè obseruat Car- 28
dinalis de Lugo *num.*55. praxis in vrbe Roma sit in
contrarium.) Et ratio esse potest, quia, cùm pœna
pollutionis Ecclesiæ sit veluti quædam censura, 29
instar censuræ requirere debet sententiam Iudicis
declaratoriam, vt post Concilium Constantiense 30
vitari necessariò debeat. Quod autem pollutionis
pœna sit instar censuræ(scilicet interdicti,) docent
Palud. *in* 4. *d.*18. *q.*8. *art.*4 Silu. *verb. Consecratio*, *q.*
9. in fin. & verb. Interdictum, 4. *q.*3. Auila *par.* 3. *disp.*6.
*dub.*6. *concl.*3. *in fin.* Sayrus *de cens. lib.* 5. *cap.* 16. *num.*
1. & Fagundez *præcept* 1. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 34. ergo, 31
&c. quia post Concilium Constantiense non tene-
mur interdictum seruare, donec per Iudicis sen-
tentiam interdicti censura publicè denunciata fue-
rit, vti dicebam.
Requiritur secundò, quod iniuria pertingat ad 32
peccatum mortale; vnde non pollueretur Ecclesia,
si effunderetur sanguis ex percussione casuali 33
præter intentionem, vel ex lapide cadente, vel in- 34
cussa per iocum, vel à chirurgo, vel ob correctio- 35
nem(vt si iudex emisso telo licitè percutiat pertur-
batorem Reipublicæ, quem aliter capere non po-
test)vel ob defensionem, vel à puero ante vsum
rationis(quin & aliquando etiam post vsum ra-
tionis, vt quando pueri rixantur, & sanguinem si-
bi ex naribus eliciunt: quia regulariter peccato
mortali non peccant: qua de re Cardinalis de Lu-
go *cit. disp.*20. *sect.*2. *num.*54.)vel ab ebrio, vel ab 36
insano, &c. Idemque proportionaliter dico de ho-
micidio, & seminis effusione. Atque ita docent Ta-
biena *verb. consecratio, num.* 4. *&* 5. Henriq. *cap.* 27.
*num.*5. *in comment. lit. l.* Tolet. *lib.*5. *cap.* 8. *numero* 11.
Coninch *num.* 22. Suar. *in loc. supra cit.* & Cardina-
lis de Lugo *num.*53.
Et quamuis nonnulli dicant, quod etiam quan- 37
do martyr percutitur in Ecclesia, non polluatur
Ecclesia; quin potius ex illius sanguine consecra-
tur; dicendum tamen ex dictis est, quod polluitur;
sicuti docent etiam S. Antonin. 3. *part. tit.* 12. *cap.*6.
§.4. Tabiena *verb. consecratio*, *numer.* 5. Nauar. *cap.* 38
27. *num.*252. & Auila *p.*5. *dis.*7. *dub.* 1. Ratio, quia
licet talis sanguis effusus non polluat(quapro-
pter, vt notat Tabiena *verb. Consecratio*, 1. *num* 5.
non lauatur locus sanguinis) polluit tamen ipsa
effusio, quia est iniuriosa, peccaminosa, quin & sa-
crilega; quæ etiam, vtpote talis, polluit similiter, 39
quando quis sui compos ex ira, vel desperatione
seipsum percutit, vel occidit in Ecclesia. Vide Ta-
bien. *verb. Consecratio*, 1. *num.* 7. & Cardinalem de
Lugo *cit. num.*54.
An autem si causa sit aliunde mortalis, vt si re-
citando, vel præsentando turpia in Ecclesia, sequa- 40
tur in Ecclesia præter intentionem percussio, mul-
tilatio vel vulnus (item & mors) polluatur Ec-
clesia?
Respondendum est negatiuè, quia talis actio
non est mortalis in illo genere, sicuti dici solet, 41
& nos infra dicemus de pollutione præter inten-
tionem secuta in Ecclesia ex causa in alio genere
re peccaminosa. Vide Cardinalē de Lugo *cit. n.*54.
Requiritur

42 Requiritur tertiò, quòd ex percussione, muti-
tilatione, vel vulnere effundatur sanguis in quan-
43 titate notabili, non vnius, vel alterius guttæ, quia
44 effusio copiosum sanguinis fluxum significat. At-
que ita contra Castrum *lib. 2 de lege pœnali cap. 7. do-
cum. 2. corollar. 2.* docent communiter Do-
ctores, Victoria, Silu. & Sà *in locis supra citatis*, glos.
in cap. vn. de consecrat. Eccles. n. 6. Abb. *in cap. Propo-
suisti, n. 3. eod. tit.* Suar. *tom. 3. disp. 81. sect. 4. n. 2* Auila
de cens. p. tr. 5. disp. 7. dub. 1. concl. 2. ras. 2. Azor. *part. 1.
lib. 10. cap. 26. q. 13.* Reginald. *tom. 2. lib. 29. c. 29. num.
281.* Fagundez *pr. 1. lib. 3. c. 14. num. 19.* & videri po-
terit *cap. reuertimini 26. q. 1. & c. cùm illorum, de sent.
excomm.* & gl. *ibi, verb. effusionem.*

45 Vnde si effundatur sanguis in quantitate vnius;
vel alterius guttæ, quamuis percussio, mutilatio, vel
vulnus in Ecclesia inflictum, sit forsan sacrilegium,
& contra immunitatem Ecclesiæ, non tamen pol-
46 luit Ecclesiam, & multo minus polluit illam vul-
nus, vel contusio absque vlla sanguinis effusione;
47 quamuis absque vlla sanguinis effusione polluat
eam mors, vt strangulatio, suspensio, vel vulnus le-
thale, &c. vt mox infra dicetur; & videri poterit
Suar. *disp. 81. sect. 4. & lib. 3. de Relig. tom. 1. cap. 2.
num. 3.* Fagundez *2. precept. Eccl. lib. 4. cap. 4. num. 14.
& 16.* & Cardinalis de Lugo *num. 53.*

48 Immò, tametsi effundatur sanguis in quantitate
notabili; ita vt sit grauis iniuria, si percussio non
est grauis (quamuis attingat ad peccatum mortale)
adhuc non polluit Ecclesiam; vt si quis, v. g. ex qua-
dam indignatione, etiam cum peccato mortali, au-
riculam leuiter sibi, vel alteri cum non modica san-
guinis effusione vulneret, aut nares percutiat; quia
talis percussio, licet attingat ad peccatum mortale,
non est tamen grauis percussio; cùm facilè ex auri-
cula, & naribus copia magna sanguinis effluat. At-
que ita docent Vict. *vbi supra*, Sà *verb. Ecclesia, n. 13.*
Fagundez *precept. 1. lib. 3. cap. 14. num. 7. & precept. 2.
lib. 4. cap. 4. num. 18.* Graff. *decis. lib. 2. cap. 48. num. 25.*
Marchinus *de Sacram. Ordinis tract. 3. par. 2. cap. 11.
num. 8.* Diana *par. 6. tract. 6. resol. 24.* Finellius *cas. 5.
Summ. 2. n. 3.* Et addentes ad Tolet. *loc. supra cit. contra
Conninch in 3. part. q. 83. art. 3. dub. 1. propo fin.* Siluium
etiam *in 3. par. q. 83. art. 3. §. queritur*, & alios.

49 Requiritur quartò, quod effusio sanguinis sit
hominis viuentis; vnde si quis inimicum occisum
ante Ecclesiam, & postea intus illatum afficiat de
nouo vulnere graui, ex quo emanet copiosa san-
guinis effusio, Ecclesia non polluitur: quia cùm Ec-
clesiæ pollutio sit pœna, strictè est interpretanda;
ita vt iura requirentia in pollutione Ecclesiæ effu-
sionem sanguinis, intelligantur de sanguine homi-
nis viuentis, non autem mortui, qui propriè homo
non est. Atque ita docent Henriq. *lib. 9. c. 27. n. 5.*
Sayr. *de cens. lib. 5. c. 16. num. 7* & Fagundez *precept. 1.
lib. 3. c. 14. n. 14 & 15.* contra Bacconum *in 4. dist. 10.
q. 2. art. 3.* Durandum *in Rationali diuin. offic. lib. 1. c. 6.
num. 41. in fin.* Sà *verb. Ecclesia, num 11.* & alios.

An autem requiratur etiam, vt effusio sanguinis
hominis viuentis contingat in Ecclesia; sicuti re-
quiritur, vt percussio illius contigerit ibidem?

50 Respondetur negatiuè; atque ita dicebam supra,
& docent communiter Doctores. Victoria *in sum.
de Eucharistia, quæst. 99.* Nauar. *c. 27. num. 256.* Suar.
in 3. p. tom. 3. disp. 81. sect. 4. cas. 2. Reginald. *tom. 2.
lib. 29. num. 181.* Tolet. *lib. 5. c. 8. num. 7.* Lugo *de sa-
cram. Eucharist. disp. 10. sect. 2.* Sayr. *de cens. lib. 5. c. 16.
num. 5. & 8.* Graff *in decis. pars 1. lib. 2. cap. 48. n. 23.*
Azor. *p. 1. lib. 10. c. 29. q. 15. §. quares, & p. 2. lib. 9. c. 5.
q. 1. cas. 2.* Auila *de cens. part. 5. disp. 7. dub. 1. concl. 2.* Sà
verb. Ecclesia, n. 13. Vvigers *de sacram. in 3. part. S. Tho.
83. dub. 15. num. 68.* Layman. *lib. 5. tract. 5. c. 5. num. 8.*
Diana *part. 6. tract. 6. resolut. 26.* Marchinus *de sacram.
ordin. tract. 3. part. 3. c. 10. n. 7.* & Fagundez *precept. 1.
lib. 3. cap. 14. num. 16.* Et probatur, quia de essentia
pollutionis Ecclesiæ non est, quod in ea sanguis ef-
fundatur, sed satis est, quod in Ecclesia facta sit per-
cussio, ita vt de per se sit sanguinis effusiua; & sic
quamuis percussus in Ecclesia, egrediatur ex illa
prius quam sanguis effundatur in Ecclesia, dum-
modo effundatur postea extra Ecclesiam; quia quan-
tum est ex parte actionis iniuriosæ, grauis facta est
iam in Ecclesia, & per accidens se habet, quod san-
guis non effundatur in Ecclesia.

Contrarium tamen non omninò improbabile
mihi videtur, ex eo, quod Canones statuunt pollui 51
Ecclesiam per effusionem sanguinis (vt videre est
in cap. Ecclesiis, dist. 68. & de consecrat. dist. 1. item *in
cap. si Ecclesia, de consecrat. Eccles. in cap. vn. eod. tit. in 6.
& in cap. inarum, de priuilegiis*) & ex alio capite, Ec-
clesiæ pollutio cùm sit pœna, strictè est interpre- 52
tanda, & sic non extendenda ad casum, in quo nul-
la sanguinis effusio fit in Ecclesia.

Confirmatur, quia vt rectè docent Fagundez *loc. 53
supra cit. num. 13.* & Persicus *de officio Sacerd. lib. 1. c. 7.
dub. 1. num. 23.* in dubio fauere debemus Ecclesiæ,
& sic in dubio potius censere, quod Ecclesia non
sit polluta, quàm polluta.

Confirmatur, quia ex non improbabili sententia
Doctorum (de qua Abb. *in cap. proposuisti, num. 14.
de consecrat. Eccles.* Suar. *cit. disp. 81. sect. 4. cas. 1.* Fa-
gundez *cit. lib. 3. cap. 14. num. 13.* Præpositus *in 3. p.
q. 83. art. 13. dub. 2. num. 152.* Azor. *p. 1. lib. 10. cap. 26.
q. 13.* Reginald. *tom. 1. lib. 29. cap. 9. sect. 5. num. 18.* &
Marchinus *de Sacramento Ordinis, tract. 3. p. 3. c. 10.
num. 7.*) Ecclesia non polluitur per homicidium, si 54
mors sequatur extra Ecclesiam (v. g. si quis saccolis
arenæ contusus in Ecclesia, vel veneno potatus in
Ecclesia, moriatur postea extra Ecclesiam: quamuis
sententia opposita sit communis, & probabilior;
nempe quod secuta morte polluatur Ecclesia. Vide
Card. de Lugo, *n. 53.*) quia vtrumque requiritur, vt
homicidium dicatur cõtingere in Ecclesia. Ergo sic
in casu nostro. Consequentia probatur, quia sicuti
Canones statuentes pollui Ecclesiam per homici-
dium, intelligendi sunt in hac sententia non im-
probabili, quod non solum causa homicidij data
fuerit in Ecclesia, sed etiam mors ipsa secuta sit in 55
Ecclesia: ita etiam à pari dicendum erit, quod Cano-
nes statuentes pollui Ecclesiam per effusionem san-
guinis, intelligendi sint, quod non solum causa, v.
g. percussio grauis de per se sanguinis multi effu-
siua, facta fuerit in Ecclesia, sed etiam ipsa sangui-
nis effusio secuta sit in Ecclesia: quia sicut in primo
casu homicidium, cuius causa data fuit in Ecclesia,
si mors sequatur extra Ecclesiam, non dicitur con-
tingere in Ecclesia; ita etiam in casu nostro; si effu-
sio sanguinis sit extra Ecclesiam, non dicetur simi-
liter contingere in Ecclesia.

SECTIO III.

An, & quomodo polluatur Ecclesia per homicidium?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ad hoc vt polluatur per homicidium, debet esse iniuriosum, & notorium.*

Non

2 *Non polluitur, si homicidium, vel homicidii causa non sit intra ipsam perpetrata.*

3 *Neque polluitur, si intra ipsam detur tantum mandatum stel consilium de homicidio committendo.*

4 *Ecclesia polluitur, etiam si quis in ea percussus iniuria mortali moriatur post multos menses, etiam sine vlla sanguinis effusione.*

5 *Polluitur, etiam si percussio, strangulatio &c. facta in Ecclesia non sit iniuriosa percusso, strangulato & dummodo sit iniuriosa loco sancto, ipsique Deo.*

6 *Polluitur etiam si Iudex in ipsa inferat Reo mortis supplicium.*

7 *Polluitur etiam per Martyris interfectionem, non ratione passionis, sed ratione actionis peccaminosæ, & sacrilega.*

1 RESpondetur, pollui Ecclesiam per homici-
dium, *cit. cap. proposuisti, & cit. cap. si motum, dist.*
2 *1. de consecrat.* si homicidium sit similiter iniurio-
sum, notorium, quamuis si vlla sanguinis effusio-
ne(vti supra dicebam)& si homicidium, vel homi-
cidij causa sit perpetrata intra, non autem extrà
Ecclesiam(vnde neque polluitur Ecclesia, si intra
3 illam detur tantum mandatum, vel consilium de
homicidio committendo)atquè ità habet commu-
nis, & probabilior sententia Doctorum, & supra
etiam dicebam, quia vt polluatur Ecclesia, non re-
quiritur, quod homo intra Ecclesiam moriatur
(immò hoc impertinenter se habet; quia si foris
percussus intrò se reciperet, & moriretur, Ecclesia
non pollueretur; sicut nec si foris vulneratus intrò
se reciperet, & ibi sanguinem effunderet)sed solum
requiritur, vt quis non sine iniuria mortali in Ec-
clesia percussionem recipiat, ex qua postea(quam-
4 uis post multos menses)moriatur, etiam sine vlla
sanguinis effusione.

Porrò quamuis percussio, strangulatio, &c. facta
5 in Ecclesia non sit iniuriosa percusso, strangulato,
&c. polluitur tamen Ecclesia; quia vt polluatur
Ecclesia, sufficit, si actio sit iniuriosa loci Sanctita-
ti, ipsique Deo; vt si quis v.g. seipsum vulneret, vel
occidat: item si Iudex in Ecclesia reo mortis sup-
6 plicium inferat, &c. Atque ita docet Palud. *in 4. dist. 18. q. 8. art. 1.* Nauar. *cap. 25. num.* 85. *& cap. 27. num.* 150. Fagundez *cit. lib. 4. cap. 4. numer.* 17. Cardinalis de Lugo *num. 54. &* Suar. *loc. supra cit.* vbi rectè subdit, pollui etiam Ecclesiam per Martyris ibi interfectionem: quia hæc licet vt passio, sit meritoria, tamen vt actio, est peccaminosa, quin & sacrilega, vt supra dicebam.

SECTIO III.

An, & quomodo polluatur Ecclesia per humani seminis effusionem?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia polluitur per illicitam, & notoriam humani seminis effusionem.*

2 *Non polluitur, nisi effusio seminis sit copiosa.*

3 *Nihil refert an semen sit fœminæ, siue maris, fidelis siue infidelis, contra naturam, siue iuxta naturam, etiam per copulam coniugalem.*

4. & 5. & 8. *Ecclesia non polluitur, quando Coniuges ob periculū probabile incontinētiæ excusantur à peccato mortali; puta quando ibi necessariò esse coguntur ob bellum, vel aliquod aliud.*

6 *Non polluitur per pollutionem in somnis, quantumcumque antea prævisam, & sic inductiuam peccati mortalis.*

7 *Neque polluitur per pollutionem, quam Confessarius patitur inuitus, audiendo cōfessionē.*

9 *Leges accommodantur ad ea, quæ frequentius accidunt.*

10. & 11. *Opinio simpliciter asserentium per copulam coniugalem pollui Ecclesiam, cæterorumque simpliciter id negantium, confutatur.*

12 *Textus in cap. significasti de adulteriis. in cap. Ecclesiis dist. 68. & de consecratione dist. 1. & cap. fin. de consec. Eccles. declarantur.*

13 *Opinio Auctoris de seminis effusione Coniugum in Ecclesia declaratur, & comprobatur.*

RESpondetur, pollui Ecclesiam per illicitam, &
& notoriam humani seminis effusionem, *cit.* 1
cap. vlt. de consecrat. Eccles. cit. cap. Ecclesiis, d. 1. de con-
secrat. cap. significasti de adulter. & cap. si motum, de 2
consecrat. dist. 1. Siue talis effusio (dummodo sit co-
piosa, & sic non vnius, vel alterius guttæ, vt de ef-
fusione sanguinis *supra* dicebam; & docet Cardi-
nalis de Lugo *num. 55.*)sit fœminæ, siue maris, fide-
lis, siue infidelis, contra naturam, siue iuxta natu- 3
ram, etiam per copulam coniugalem; præterquam,
si ob vrgentem necessitatem, & probabile pericu-
lum incontinentiæ à peccato mortali excusetur; 4
vt in casu, quod coniuges longo tempore intra
Ecclesiam esse coguntur, ob bellum, aut quid simi- 5
le. Atque ita docent Silu. *verb. Consecratio, 2. q. 5. cas. 3. & verb. debitum coniugale q. 3. num.* 5. Couar. *in 4. decret. p. 2. cap. 7. §. 2. num. 3.* Henriq. *cap. 27. num.* 5. Suar. *disp. 81. sect. 2. & to. 1. de Relig. lib. 3. cap. 8. num.* 3: Sayrus *lib. 5. de cens. cap. 16. num.* 19. Azor. 1. *p. lib. 10. cap. 26. q. 15. & 3. p. lib. 31. cap. 31. q. 3.* Coninch *de Sacram. q. 83. art. 3. dub. 1. num.* 229. Less. *lib. 4. c. 3. dub. 12.* Scortia *lib. 2. 13.* Victoria *de Eucharistia. qu. 99.* (vbi tamen rectè aduertit cum Henriq. *loc. cit. & in gl. in lit. M.* Auila *de cens. par. 5. disp. 7. dub. 1.*
Cardinalis de Lugo, *n. 54.* & aliis communiter, non 6
pollui Ecclesiam per pollutionem in somnis, quā-
tumcumque antea prævisam, & sic in causa vo-
luntariam, & in causa mortiferam. Vnde à fortio-
ri neque polluitur per pollutionem, quam Confes-
sarius patitur inuitus audiendo confessiones. Aui-
la *loc. cit.* & Sanchez *lib. 9. de matr. disp. 15. n. 9.* vbi 7
subdit, satis esse ad hoc, vt non polluatur Ecclesia,
si solum ibi longo tempore coniuges esse cogan-
tur, quia attenta fragilitate humana, semper est in 8
tali casu periculum incontinentiæ, si non in par-
ticulari, id est, hic, & nunc in talibus coniugibus,
saltem in genere; quod sufficit (si interueniat co-
pula coniugalis) quod non polluatur Ecclesia;
quia leges accommodantur ad ea, quæ frequentius
accidunt.

Scio nonnullos Doctores simpliciter affirmare,
per copulam coniugalem pollui Ecclesiam. Sic Pa- 9
ludan. *in 4. dist. 18. art. 4. & dist. 51. quæst. 3. art. 2.*

S. Antonin.

S. Antonin. *3. p. tit. 12. cap. 6 §. 4.* Caiet. *verb. Matrimonium, cap. vlt.* Armilla *verb. debitum, num. 6.* Tabiena *verb. consecratio, num. 8.* Tolet. *lib. 5. c. 8. n. 14.* Valent. *tom. 4. disp. 10. q. 6. punct. 2. §. 7.* & Graff. *decis. c. 48. num. 26* ex eo, quod ratione loci sacri sit illa peccatum sacrilegij.

11 Scio etiam alios è contra simpliciter id negare. Sic gl. *in c. Ecclesijs, verb. semine de consecrat. dist. 1.* Vasq. *1. 2.* *q. 98. num. 6.* Sà *verb. Ecclesia, num. 14.* Pontius *lib. 10. de matrim. cap. 10. num. 13.* & inclinat Sot. *in 4. dist. 3. q. 2. art. 3.* ex eo, quod seminis effusio non possit Ecclesiam polluere, nisi sit sacrilega, & peccaminosa; qualis non est copula maritalis, etiamsi sine necessitate fiat; quia non est sacrilega iure naturali, vel diuino, vt de se constat, neque iure positiuo; cum nullibi talis copula prohibeatur, secluso scandalo; nam textus, qui adducuntur, id non probant: adducitur enim textus *in cap. sig-*
12 *nificasti, de adulteriis*, qui de copula clerici cum alterius vxore loquitur; & adducitur textus *in cap. Ecclesijs, dist. 68. & de consecrat. dist. 1. & cap. fin de consecrat. Eccles.* qui duo solùm dicunt, maculari viri, vel fœminæ pollutione; quod verbum copulam maritalem non significat, ergo, &c.

Sed mihi tamen, his non obstantibus, magis pro-
13 batur, quod media via cum Doctoribus citatis procedendo, supra dicebam; nempe quod si copula necessaria sit alteri coniugum ad vitandum periculum incontinentiæ, eo quod diu cogatur in Ecclesia habitare, non sit sacrilega, & sic non polluat Ecclesiam: secus si ad talem finem necessaria non sit.

Prior pars probatur, quia non est credendum, quod Ecclesia velit, coniugem sic periclitantem ad abstinendum à iure petendi in tali casu obligare; esset enim nimis dura obligatio, & periculo peccandi valde exposita. Confirmatur, quia necessitas tollit irreuerentiam, sicut occisio aggressoris ad defendendam propriam vitam non polluit Ecclesiam.

Pars posterior etiam probatur; quia seclusa tali necessitate iure naturali videtur prohibita talis copula in illo loco; cùm magna indecentia sit, tali loco ad actum ita materialiter turpem, sine necessitate vti. Vnde patet ad argumenta Aduersariorum.

SECTIO V.

An, & quomodo polluatur Ecclesia per sepulturam hominis excommunicati?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non polluitur post Concilium Constantiense per sepulturam excommunicati, nisi is sit publicè denunciatus, aut notorius Clerici Percussor.*

2 *Non polluitur per sepulturam Haeretici nominatim non denunciati.*

3 *In Regionibus septentrionalibus excusantur celebrantes in locis, vbi Hæretici sepulti sunt.*

4 *Ecclesia non polluitur per sepulturam hominis personaliter, & nominatim interdicti.*

5 *Corpus hominis interdicti, si discerni poterit exhumari debet.*

1 RESpondetur, pollui Ecclesiam per sepulturam hominis excommunicati, *cap. consuluisti, de consecrat. Eccles.* ita tamen, vt post Concilium Constantiense sit publicè denunciatus, aut notorius clerici percussor. Atque ita docent Victor. Suar. Coninch, & Scortia *in loc. supra cit.* item & Nauar. *in lib. 5. consil. 10. de haeret. edit. 2. ad 4. quaest.* vbi rectè ait, non pollui per sepulturam hæretici nomina- 3
tim non denunciati. *arg. cap. sacris, de sepult.* & colligitur ex dictis. Vnde in Regionibus Septemtrionalibus excusantur qui celebrant in locis, vbi hæretici sepulti sunt.

His adde cum Suar. *tom. 1. de relig. tr. 2. lib. 3. de vener. debita locis sacris, c. 2. n. 12.* neque pollui Ecclesiam per sepulturam hominis personaliter, & nominatim interdicti; quia id in nullo iure expressum reperitur; corpus tamen exhumari debebit, si discerni poterit, iuxta ea, quæ infra dicentur.

SECTIO VI.

An, & quomodo polluatur Ecclesia per sepulturam hominis alterius?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia polluitur per sepulturam hominis infidelis, & non baptizati.*

2 *Haereticus non venit sub nomine infidelis, sed sub nomine fidelis.*

3 *Infans non baptizatus, non censetur nomine fidelis.*

4 *Infans mortuus in vtero Matris, cum Matre fideli potest sepeliri.*

5 *Mater censetur vnum corpus cum fœtu, & fœtus pars ventris iudicatur.*

6 *Corpus infidelis, & non baptizati sepulti in Ecclesia vel excommunicati non tolerati, exhumandum est, si possit discerni.*

7 *Ecclesiae parietes, in qua fuit sepultus aliquis infidelis, non baptizatus, seu excommunicatus non toleratus, radendi sunt si Ecclesia non est consecrata.*

8 *Ecclesia consecrata desecratur si radantur eius parietes.*

9 *Verbum (radere) importat dealbare.*

10 *Corpus excommunicati non tolerati exhumandum est, secus si is in articulo mortis dederit signa contritionis.*

11 *Excommunicatus, qui in articulo mortis dedit signa contritionis, potest etiam post mortem absolui à censura, & sepeliri, seu sepultus retineri.*

12 *Assignatur discrimen inter quinque modos Ecclesiae polluendae, nam tres primi recensiti requirunt peccatum ad hoc vt Ecclesia efficiatur polluta: duo verò postremi nudum factum.*

13 *Ecclesia polluitur etiam si excommunicatus sit ibi sepultus titulo misericordiae.*

14 *Reiicitur opinio S. Antonini, Tabienae, Siluestri, Nauarri, Azorij aliorúmque asserentium Ecclesiam pollui per consecrationem, seu benedictionem Episcopi excommunicati, non tolerati.*

15 *Contraria sententia adstruitur rationibus, & auctoritate.*

6 *Violatio Ecclesiæ debet esse posterior consecratione, neque potest per eamdem actionem simul & semel Ecclesia consecrari, & violari.*

1 RE spondetur, pollui Ecclesiam per sepulturam
hominis infidelis,& non baptizati(non item
2 hæretici ; quia hic licet non habeat veram fi-
dem , illam tamen professus est in Baptismo,& ideo
sub nomine fidelis venit *in c. omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* vt ait Suar. *disp. 70. sect. 1. in princip.*)atque ita habetur ex *c. Eccles. 1. & 2. de contract.*
3 *dist.* . quamuis ille infans sit;qui tamen,si in vtero
4 matris mortuus est,cum matre fideli potest sepeliri;
5 quia mater cum fœtu vnum corpus censetur, &
fœtus pars ventris iudicatur. Atque ita docent Palud *in 4. dist. 18. q. 8. a. 1. 4.* Silu. *verb. consecratio, 2. num. 5. vers. 4* Auila *p. 5. disp. 7. dub. 1.* Card. de Lugo, *num. 57.* & alij communiter.

Cæterum quando in Ecclesia sepultus est ali-
quis infidelis,& non baptizatus , vel excommuni-
6 catus non toleratus,exhumandum est corpus;sicuti
rectè docent Silu. *cit. n. 5. c. s. 4.* & Tabien. *eod. verb. 4. n. 2* & videri poterit *c. Ecclesiam 2. de consecrat. dist. 1.* Quod intellige,si corpus possit discerni,vt notant
citati Doctores & habetur *in cap. sacris de sepulturis.*

Præterea quando in Ecclesia sepultus est (vt di-
cebam) aliquis infidelis,& non baptizatus, vel ex-
7 communicatus non toleratus , radendi sunt parie-
tes Ecclesiæ: qua de re Io. Andreas ibi. Quod intel-
lige,si Ecclesia non sit consecrata : quia si raderen-
8 tur parietes Ecclesiæ consecratæ,iterum necessariò
esset illa reconsecranda,vt rectè notarunt Tabiena,
& Silu. *in locis supra cit.* & Abb. *in cap. consuluisti. de consecra. Ecclesia.* Modus autem radendi parietes Ec-
9 clesiæ,est illos dealbare. Vide gl. *in dist. c. Ecclesiam, 2. de consecr. dist. 1.*

Denique cùm dixi,exhumandum esse corpus ex-
communicati non tolerati,si discerni possit;intelli-
10 ge si is mortuus fuerit sine signis contritionis;se-
cus si cum signis : quia si in tali casu potest post
11 mortem in communi sententia à censura absolui,
& sepeliri , poterit multò magis à censura absolui,
& in sepultura retineri.

Est autem inter priores tres modos polluendi
12 Ecclesiam, & duos posteriores discrimen ; quia ad
tres priores requiritur culpa mortalis ; non sic ad
duos posteriores , in quibus solum sufficit factum,
corpus scilicet excommunicati denunciati,aut pu-
blici percussoris,aut non baptizati , in Ecclesia se-
13 pultum esse ; etiamsi ibi sepultum fuerit ex titulo
misericordiæ,absque vllo peccato,sicuti absque vl-
lo peccato ibidem sepelitur interdictus,vel suspen-
sus , vel occultus peccator , vel excommunicatus
non denunciatus,sed toleratus. Vide Suar. *cit. lib. 3. cap. 2. num. 10. & seqq.*

Addunt Canonistæ *in c. Consuluisti,* & S. Antonin. §. 4 Tabiena *num. 8.* Silu *verb. Benedicti. q. 6.* Nauar. *cap. 27. num. 258.* Azor. *cap. 26. q. 13.* & alij , pollui
etiam Ecclesiam , si ab Episcopo excommunicato
14 (id est non tolerato)consecrata, aut benedicta fue-
rit: quod mihi non probatur;quia talis pollutio(vt
15 fatetur idem Azor. *in loc. supra cit.*) in nullo iure ex-
pressa reperitur;tum quia baptismus ab excommu-
nicato,& hæretico ministro collatus valet , & ite-
rari non debet ; ergo & Ecclesia ab excommunica-
to & hæretico Episcopo validè consecratur, & re-
conciliari non debebit (dummodo minister , seu
Episcopos fidem SS Trinitatis tenuerit, sicuti ha-
16 betur *in c. Ecclesiis, d. 1. de consecrat.*) tum quia vio-
latio debet esse posterior consecratione , vt per se
patet;ergo impossibile,quod per eamdem actionem,
simul,& semel Ecclesia consecretur,& violetur.

SECTIO VII.

An polluatur Ecclesia , si quid eorum, quæ dicta sunt, eueniat in Ecclesia quomodocunque ?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia consecrata , vel benedicta ab Episcopo, si sit polluta, indiget reconciliatione.*

2 *Nomine Ecclesiæ ad hunc effectum intelligitur spatium intra parietes, & subtus tectum vsque ad pauimentum.*

3 *Si modus polluendæ Ecclesiæ contingat foris, & non intus, hoc est intra septum ædificij , Ecclesia non polluitur.*

4 *Item si euenint in Turri, seu campanili, vel in sacristia , vel in cellulis Ecclesiæ adhærentibus, & cubiculis Officialium.*

5 *Locus ad hoc, vt dicatur sacer, debet componere vnum corpus cum Ecclesia.*

6 *Excipiuntur à loco sacro cellulæ, in quibus confessiones mulierum audiuntur.*

7 *Item cellulæ, vbi Principes sacra audiunt, dummodo tamen sint extra , & non intra parietes Ecclesiæ.*

8 *Ecclesia etiam non consecrata , nec benedicta ab Episcopo , sed solum ab eo deputata ad diuina peragenda, censetur locus sacer.*

9 *Claustrum, Cœmeterium, & quilibet alius locus Diuinis officiis, vel sepeliendis Defunctis ab Episcopo deputatus, censetur locus sacer.*

10 *Oratoria ad Diuinum cultum ab Episcopo deputata, licet numquam consecranda , aut benedicenda, loci sacri nomine, censentur.*

11 *Auctoritatiua deputatio æquiualet benedictioni.*

12 *Oratoria prædicta non tantum gaudent immunitate ; sed etiam sicut aliæ Ecclesiæ violari possunt ; & ita indigent reconciliatione.*

13 *Contraria sententia, quam tuetur Henriquez, Auila, Rodriguez, Suarez, seruatur in praxi.*

14 *Locus sacer etiam censetur , qui publica auctoritate deputatus est ad sacrificium Missæ , vel ad alia Ecclesiæ sacramenta , aut diuina officia peragenda , licet non sit consecratus , neque benedictus.*

15 *Publica auctoritas distinguitur à priuata; quia priuata oratoria nequaquam ab Episcopo benedicta , loca sacra censeri haud debent , licet de licentia Episcopi, ibi sacrum peragatur.*

16 *Oratoria priuata ad nutum fundatoris in profanos vsus conuerti possunt, neque gaudent immunitate, neque subsunt iuri visitandi Episcopi.*

17 *Idem sentiendum est de Xenodochiis non fundatis Episcopi auctoritate.*

18 *Bona locorum laicalium, non fundatorum neque erectorum auctoritate Episcopi alienari possunt sine solemnitatibus requisitis in Extrauag. Ambitiosæ.*

19 *Locus sacer latius se habet quàm Ecclesia.*

20 *Locus sacer, seu religiosus censetur quicumque ad vsum pium, ac religiosum publice destinatus est.*

21 *Locus sacer ad vsus profanos deputari amplius nequit.*

22 *Monasteria & Xenodochia auctoritate Episcopi fundata, & erecta, censentur nomine locorum sacrorum, & religiosorum.*

23 *Xenodochia, quæ non sunt fundata Episcopi auctoritate, non censentur religiosa; & ideo Episcopus non potest disponere de eorum redditibus.*

24 *Fundator, seu Patronus Xenodochij potest disponere de illius redditibus.*

25 *Ecclesia censetur solum ille locus, qui ab Episcopo consecratus, aut alia ratione ad publica officia Diuina, & sacramenta ministranda deputatus est.*

26 *Monasteria, & Xenodochia &c. in fauorabilibus veniunt etiam nomine Ecclesiæ, secundum tamen extentionem priuilegiorum.*

27 *Immunitatis priuilegia Ecclesiis concessa extenduntur etiam ad Monasteria, & cætera loca pia.*

28 & 29. & 30 *Opinio Abbatis, Syluestri, & Glossæ in c. 1. de religiosis Domibus reiicitur. Contrariæ sententiæ fundamentum solidissimum ostenditu & textus dictæ opinioni contrarius in medium affertur.*

31 *Quod semel Deo dicatum est ad profanos vsus redire non debet.*

32 *Violans locum nondum consecratum, sed deputatum ab Episcopo ad sacra mysteria, sacrilegium committit.*

33 *Locus per deputationẽ Episcopi publica auctoritate factam efficitur sacer, & ab humanis vsibus seiunctus.*

34 *Locus ita deputatus ab Episcopo gaudet immunitate quamuis nondum in eo Diuina peragantur.*

35 *Locus sacer fit, quia in eo sacrificium celebrari licet.*

36 *Opinio Syluestri affirmantis statutum puniens delinquentes in Ecclesia, non habere locum, si quis delinquat in Ecclesia non consecrata, reprobatur.*

37 *Clericus, cui Ecclesiæ ingressus interdictus est, celebrans in Ecclesia vel in capella nondum consecrata fit irregularis.*

38 *Ecclesia, capella, Oratoriũ, vel Hospitale probatur fundata, seu erecta publica auctoritate Episcopi si indifferenter omnes admittantur ad sacra audienda.*

39 *Item si ibi sit campana publica, seu in loco eminenti posita causa conuocandi populum ad sacra audienda*

40 *In Oratorio priuato non potest haberi campana, nisi priuata ad conuocandos solum Incolas Domus.*

41 42 & 43 *Item Ecclesia probatur fundata publica auctoritate, Si ibi sit sepultura, aut Cœmeterium vel si ibi administretur Baptismus, vel recipiat Decimas, vel sit immunis à solutione collectarum.*

RESpõdetur, pollui Ecclesiam (ita scilicet vt reconciliatione indigeat) si quid eorum, quæ di-
cta sunt publicè, vt *supra* dicebam, eueniat in Ec- 1
clesia consecrata, vel benedicta ab Episcopo; secus
si eueniat extrà, sicuti ex communi docent Suar.
to. 3. de Euchar. disp. 81. *sect.* 4. Sanch. *de matrim. lib. 9.*
disp. 15. *num.* 24. & Pontius *lib* 10. *cap.* 10. *num.* 2.

Nomine autem Ecclesiæ ad hunc effectum in-
telligitur totum spatium illud, quod est à paui- 2
mento Ecclesiæ vsque ad tectum, & à summa Ara
vsque ad parietem oppositum; ita vt comprehen-
datur choros à terra eleuatus, vel scabellis distin-
ctus, vt ex communi sententia Doctorum docet
Sanchez *de matrimonio lib. 9. disp.* 15. *num.* 33 & Fa-
gundez *lib.* 3. *c.* 14. *n.* 46. qui bene etiam aduertit,
idem esse de capellis, siue subterraneis, siue supe-
rioribus, quæ vnum faciunt cum Ecclesia.

Vnde si quid eorum eueniat supra Ecclesiæ te-
ctum (quin supra tectum immediatum Ecclesiæ in
capacitate, quæ est inter primum & secundum te- 3
ctum) vel infra Ecclesiæ pauimentum, diuinis offi-
ciis, vel fidelium sepulturæ non deputatum, non
dicitur euenire in loco sacro; & sic non polluit
Ecclesiam, nec infert sacrilegium. Idem est, si eue-
niat extra limen Ecclesiæ; quin etsi eueniat in por-
ta Ecclesiæ; ita vt sit extra clausuram, non autem
intra clausuram versus Ecclesiam. Vide Auilam *p.*
5. disp. 7. dub. 2. Item, si eueniat in turri, vbi cymba- 4
la pulsantur; vel in sactistia, vel in cellulis Ecclesiæ
adhærẽtibus, & cubiculis officialium; quia ad hunc
effectum non dicuntur locus sacer, cùm non com- 5
ponat vnum corpus cum Ecclesia. Item si eueniat
in parte externa parietum Ecclesiæ. Vide Cardina-
lem de Lugo, *num.* 58.

Idem putant nonnulli (inter quos Pontius cita-
to *cap.* 10. *n.* 3.) de cellulis, in quibus Confessiones 6
mulierum audiuntur, non solum quoad eam par-
tem, ex qua Confessor audit, sed etiam quoad eam,
ex qua fœminæ ingrediuntur ex eo, quod similiter
non videantur illæ cum Ecclesia vnum corpus cõ-
stituere, sed quasi ab ea separari. Idemq; putant de
cellulis, seu tribunis, ex quibus Principes Missam
audiunt: sed certè, si intra parietes, & cõcauum Ec- 7
clesiæ (vt esse solet) omnes hæ cellulæ sint, commu-
munis sententia est loca sacra esse; & sic delictum
ibi commissum polluere Ecclesiam, & sacrilegium
inferre; sicuti apud Sanch. *disp.* 15. *num.* 32. vide-
re est.

Dixi, si quid eorum, &c. eueniat *in Ecclesia conse-
crata, vel benedicta ab Episcopo*; quia sic regulariter
Ecclesiæ esse solent. Cæterũ si contingat Ecclesiam
aliquã, vt Monasterij, vel Hospitalis alicuius, &c.
nõ esse neque consecratã, neque benedictã ab Epi-
scopo, sed solũ ab eo ad publicè diuina celebrandũ 8
deputata, etiã locus sacer cẽsetur; quia auctoritati-
ua deputatio æquiualet benedictioni, vt ex cõmuni
docent Sanchez *cit. disp.* 15. *n.* 89. Azor. *to.* 3. *lib.* 3. *c.*
31. *q.* 4. & Pontius *lib.* 10. *c.* 10. *n.* 5. Item claustrum, 9
cœmeteriũ, & quilibet alius locus diuinis officiis,

vel

vel sepeliendis defunctis ab Episcopo deputatus,
locus sacer censetur; vt ex communi etiam docent
Sanchez *cit. disp.15.num.40.& seqq.*& Pontius, *vbi
supra num.6.*

10 Quapropter etiam oratoria, quamuis nunquam
coosecranda,vel benedicenda sint, si tamen ad pu-
blica officia diuina semel ab Episcopo deputentur,
locis sacris aonumeranda sunt; vt propterea non
11 tantum Ecclesiastica immunitate gaudeant; sed
etiam, sicuti aliæ Ecclesiæ, violari possint, & sic
reconciliatione indigeant. *argum. c.vlt.de consecrat.
Ecclesia in 6.& c.ad hac de religiosis demibu*:quia ta-
12 lis deputatio Episcopi æquiualet benedictioni, vti
supra dicebam, & conformius ad ius commune ex
Abbatis, & aliorum sententia docet Sanchez *loc.
supra cit. num. 39.* & Cardinalis de Lugo *num. 60.*
Quamnis contrarium quoad hoc vltimum doceant
Henriq. *lib.9..27.num.5.& lib.2.de Pœnit.c.6.n.5.in
gl.lit. H.*Auila *part.5.disp.7. dub.2.* Rodriguez *to.1.
cap.184.concl.13.*Suarez *3.p.tom.3.sect.3.* & Sà *ver.
Ecclesia,num.13.* nempe,quod locus,quantumcun-
que deputatus sit ad publicè diuina celebranda,
nisi consecratus, vel auctoritate Episcopi benedi-
ctus sit,nunquam violetur, vt reconciliatione in-
digeat:neque sufficiat ad hoc,quod locus sit bene-
dictus,vt Campanile,vel dormitorium Monasterij;
13 sed requiratur,quod sit benedictus cum deputatio-
ne ad publica diuioa officia, vel sepulturam. Quo-
rum sententia nunc in praxi obseruari consueuit.

Itaque locus sacer,inquam, etiam censetur, qui
publica anctoritate deputatus est ad sacrificium
Missæ, vel ad alia Ecclesiæ Sacramenta, aut diuina
14 officia peragenda, quamuis nondum consecratus,
vel benedictus sit,vt præter Doctores *suprà* citatos
docent etiam Silu.*verb.Immunitas 1.q.1.& verb. lo-
ca religiosa.q.2.* Suar.*tom.1. de relig.tract. 2. lib.3. de
reuerentia debita locis sacris, cap.9.* & habetur *in cap.
Ecclesia, de immunit. Eccles.* vbi id notat etiam Abb.
num.4.& in c.vlt. n.4.de censibus; & probatur ex ra-
tione *suprà* adducta.

Dixi, *publica auctoritate*;quia priuata,non conse-
crata, nec benedicta oratoria; vel eremitoria, lo-
ca sacra censeri non debent; quamuis Episco-
15 pus licentiam dederit, ibi Missæ sacrificium ce-
lebrandi:

16 Hinc ad nutum fundatoris in profanos vsus con-
uerti possunt,vt notauit Abb.*in cit. cap. vlt. num.4.*
Silu.*cit.q.2.* Clarus *lib.5.sentent.§. fin.q.3.n.7.* Suar.
cit.c.9.num.10 & Sanchez *de matrim.lib.9.disp.15.
q.3.num.39.*

Item secundò, Ecclesiastica immunitate non
gaudent;vt notauit idem Abb. *in c. patentibus, n.3.
de priuilegiis*,Clar.Suar. & Sanchez *in locis suprà cit.*

Item tertio,nec Episcopi potestati, & visitandi
iuri subsunt, vt habetur *in cit.c.vlt.de censibus*; cùm
tameo loca omnia sacra ei subdantur. *c.1.§. deinde
licet,eodem tit.in 6.*

Et quod dixi de Oratoriis priuatis, idem intel-
ligas de Xenodochiis, quæ Episcopi auctoritate
17 fundata,seo erecta non sunt, vt ex Innocentio do
cet Abb. *in c. Ab olenda, num.4. de sepult. & in citato
cap.vlt.de censibus.*

Item quarto tandem eorum bona(sicut & bona
18 cuiuscunque Capellæ, Confraternitatis Collegij,
Congregationis,vel Hospitalis erecti, seu fundati
sine Episcopi licentia,seu auctoritate)alienari pos-
sunt sine solemnitatibus requisitis *in Extrauag.
Ambitiosæ*; cùm ibi tantum irritetur alienatio bo-
norom loci sacri, seu pij facta sine dictis solemni-
tatibus; vt docent Riccius *in prax. §. alienatio, de-
cis.48.& 82.*Redoanus *q.28.*Parisius *cons.14.tom.3.*
Quaranta *verb. Alienatio, n.28. & 42.* & Bonac. *de
alienat.bonorum Ecclesiastic.q.vn.punct.2.num.10.*

Porrò locus sacer latius se habet, quàm Eccle- 19
sia: quia locus sacer, seu religiosus censetur, qui- 20
cunque ad vsum pium,ac religiosum publicè desti-
natus, ac veluti Deo dicatus est; ideoque ad vsus 21
profanos depotari amplius non potest regul. 51.
in 6.*Semel Deo dicatum,non est ad vsus humanos vlte-
rius transferendum.* Quapropter locis sacris, seu re-
ligiosis annumerantur etiam Monasteria,& Xeno- 22
dochia, si auctoritate Episcopi fundata, seu erecta
sint, vt habetur *in c.ad hæc*,& toto ferè *tit. de reli-
giosis domibus*,& docet Abb.*in c.de Xenodochiis, n. 3.
eodem tit.* vbi ait: si Xenodochia sine auctoritate
Episcopi ædificata sint, non censentur religiosa;
ideoque Episcopus de eorum redditibus disponere 23
non potest,sed solus patronus, seu fundator. Ec- 24
clesia autem censetur solùm ille locus, qui ab Epi-
scopo consecratus,aut alia ratione (v.g.crucis ere 25
ctione) ad publica officia diuina, & Sacramenta
ministranda deputatus est,vti constat ex *cap.vlt. de
consecrat.Eccles. iuncta gl. verbo Consecrata. & ex cap.
pen.de immun.Eccles.*& docet Couar.*2.resol.c.20.n.4.*

Cæterùm,quod Silu.*verb.Hospitale.num.4.* & Sà
verb.Ecclesia,num 1. docent,nomine Ecclesiæ in fa- 26
uorabilibus venire etiam Monasteria, Xenodo-
chia,& alia pia loca,id secundùm extensionem pri-
uilegiorum tantum intelligi debet;cùm nullibi in
iure Canonico Monasterium, vel Xenodochium
materialis Ecclesia appelletur, immunitatis tamen 27
priuilegia, quæ Ecclesiis data sunt, etiam ad illa
loca extenduntur.*a gl.omnia priuilegia,C.de Episco-
pis,& Cler.& cit.c.ad hac de religiosis domib.*& docet
Abb.*in c.accedentibus, num.3. de priuilegiis.*

Item quod Abb.*in rubr. de consecrat. Eccles. & in
cap.vlt.eodem tit* & Silu.*verbo Ecclesia 2.n.1.*docent;
Ecclesiam, antequam consecrata sit, non propriè
Ecclesiam appellari, sed potius Basilicam (quod
etiam docuerat gl.*in c.1 de religiosis domibus, verb.
dedicanda*,vbi ait: Ecclesia appellatur, cùm conse-
cratur; sicut electus in consecratione assumit no-
men Episcopi) id in iure Canonico fundamentum 28
non habet,vt constat ex *c.vlt.de conser. Eccles.* vbi
dicitur:*Si Ecclesia non consecrata cuiuscunque fuerit se-
minis, vel sanguinis effusione polluta, aqua protinus ex-
orcizata lauetur,ne diuina laudis organa suspendantur.*
Et in c.penult.de immuoit, Eccles.dicitur:*Ecclesia,
in qua diuina mysteria celebrantur, licet adhuc non exti-
terit consecrata,nullo iure priuilegium immunitatis adi- 29
mitur, quia obsequiis diuinis dedicata,nullius est temeri-
tatis ausibus profananda.*Quam rationē etiam gl.red- 30
didit in cit cap.vlt quia(inquit gl.ibi)locus ille au-
ctoritate Episcopi dedicatus est diuino cultui; & 31
quod semel Deo dedicatum est,ad profanos vsus re-
dire non debet. Quapropter subiungit,sacrilegium 32
committere illum,qui violat locum nondū coose-
cratū sed ab Episcopo ad sacra mysteria deputatum.

Ratio autem doctrinæ traditæ est, quia per de-
putationem publica Episcopi auctoritate factam
(quod fieri potest per quamuis benedictionem,vel
Crucis erectionem,&c.) locus sacer,& ab humanis 33
vsibus seiunctus efficitur: ideoque omnium Ec-
clesiarum immunitate,& priuilegiis gaudet;quam- 34
uis nondum in eo sacrificia, & alia diuina officia
celebrari cœperint;sicut docent gl.*in cit.c.vlt.* Abb.
*in cit.c.penult.n.5.*Angel.*verb. Immunitas. §.25.* Silu.
*eodem verb.1.q.1.*Couar.*in cit.cap.20.num.4.*& San-
chez *in cit.disp.15.num.39.*Non enim (vt ex proba- 35
biliori, & communiori notauit Suar. *cit. lib. 3.*

cap.9.num.4.)locus sacer sit,quia in eo sacrificium celebratur ,'sed potius ideò in eo sacrificium celebrari licet,quia sacer , seu ad cultum diuinum publica auctoritate deputatus est.

35 Ex his mihi non probatur, quod docuit Silu. *verb. Ecclesia,2.n.1.* nempe statutum puniens delinquentem in Ecclesia,locum non habere,si quis delinquat in Ecclesia non consecrata , ex eo , quod hæc non sit propriè Ecclesia. Nam potius cũ Suar. *tom.1.de relig.tract.2.lib.3.c.1.n.1.* dicendum est,locum , si is publicè sit destinatus pro vsu fidelium ad Missas,& conciones audiendas , & Sacramenta recipienda,simpliciter Ecclesiam esse, & appellari.
37 Confirmatur, quia & Silu. ipse *verb. Interdictum 6.*
q.5. docuit , & ex communi docet etiam Sanchez
cit n.39. Clericum, cui Ecclesiæ ingressus interdictus est,celebrantem in Oratorio non priuato, sed in Ecclesia,vel in Capella nondum consecrata,fieri irregularem; quia ad id satis est , quod Ecclesia, vel Capella auctoritate Episcopi sit erecta, seu fundata.

38 In dubio autem,an Ecclesia,vel Capella,Oratorium,vel Hospitale,&c.publica auctoritate Episcopi sit fundatum,signum optimum est,si ibi diuina celebrentur omnibus indifferenter ad ea audienda admissis. Atque ita docent Mascard. *de probat.concl. 869.n.1.& 2.*& Sanch. *de matrim lib.9.disp.15.n.39. in fin.* vbi idem dicit,si decennio ibi publicè celebretur;& consentit Menoch *de præsumpt. lib.3.præsumpt.132.n.51.* Item si ibi sit campana publica,seu
39 in loco eminenti posita,conuocandi causa populũ
ad officia diuina audienda;quia in Oratorio priua-
40 to non potest haberi campana,nisi priuata,ad con-
uocandos solum incolas domus. *cap.patentibus , de*
priuilegiis Vel si ibi sit sepultura, aut cœmeterium:
41 vel si ibi administretur Baptismus:vel tandem si re-
42 cipiat decimas , aut sit immune à solutione colle-
43 ctarum. Atque ita docent Abb. *in cit.c.patentibus,n.*
1.& 2.de priuilegiis. Mascard. *de probat.concl.869.n.3.* Quaranta *verb.alienatio,n.28.& seqq.* Riccius *in prax. §.alienatio,decis.40.* Rota *decis.725.diuers.1.par.* Filliucius *tract.44.c.4.quæsit.18.* Decianus *tract. crim. lib.6.c.25.n.16.* Farinac. *de carcerib.q.28. n.71. & in append.de immunit.c.18.n.267.* Sanchez *cit.disp.15. n.39.* & Bonacina *de alienat. bonorum Eccles. q.vnic. punct.2.num.11.*

SECTIO VIII.

An polluatur Ecclesia, si quid eorum, quæ dicta sunt, eueniat in locis Ecclesiæ adiacentibus?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non polluitur licet polluatur locus intra ipsam, dummodo tamen sit vndequaque septus suo muro,seu tabulato,& ad alias vsus sit destinatus.*

2 *Ecclesia polluitur si in loca ita ab ea distincto , sacrum peragatur ; vel sit locus ad sepulturam deputatus.*

3 *Sacristia,& cameris pro custodia sacrorum vasorum,& vestium constitutis pollutis non polluitur Ecclesia,secus est de Capellis.*

4 *Pollutio Ecclesia est odiosa,immunitas autem fauorabilis.*

RESpondetur non pollui è contra Ecclesiam , si
quid eorum , quæ dicta sunt, eueniat in loco,
quamuis concluso intra parietes principales Ec-
clesiæ,qui tamen proprio muro , aut tabulato fixo 1
à reliquo Ecclesiæ corpore ad alios vsus , seu fines
seiunctus sit ; qualis est, v.g. locus supra Ecclesiæ
fornicem,& spelunca sub Ecclesiæ pauimento (ex- 2
cipe,nisi ibi sit capella , in qua celebretur, vel sit
locus ad sepulturam deputatus ; quia tunc vnum
corpus Ecclesiæ censetur) Idemque contra quos-
dam sentio cum Sanchez *lib 9.disp.15.n.31.* de ca- 3
meris, & Sacristia pro custodia sacrorum vasorum,
aut vestium constituta, *arg.cap.vn. de consecrat. Eccles.in 6.* ex quo textu habetur , quod paries intermedius locum faciat separatum ab altero , licet ab vno ad alterum ingressus sit ; Quamuis secus dicendum sit de capellis , quia hæ censentur partes Ecclesiæ,vnumque cum ea corpus efficere; cùm ad idem munus, videlicet sacrificium Missæ , aliáque diuina officia destinatæ sint. Vide , quæ dicentur *infrà sect.16.*

Non obstat contra ea,quæ mox dicebantur,quod in supra dictis locis locum habeat asylus , seu ius immunitatis Ecclesiæ ; ergo sic,&c.

Respondetur enim , quod Ecclesiæ pollutio 4
odiosa est,immunitas autem fauorabilis;quare non mirum,si hæc latiùs extendatur,quàm illa. Qua de re vide,quæ dicentur diffusè *in dubit.17.per totam.*

SECTIO IX.

An polluta Ecclesia, polluatur etiam Cœmeterium Ecclesiæ contiguum?

SVMMARIVM.

1 *Polluta Ecclesia dicitur pollutum etiam Cæmeterium Ecclesiæ contiguum.*

2 *In Cæmeterio sic polluto ante reconciliationem,nemo est sepeliendus.*

3 *Magis dignum trahit ad se minus dignum,
& accessorium sequitur naturam sui prin-*
4 *cipalis , nec valet argumentum à contrario.*

5 *Cæmeterio contigua polluto , non polluitur Ecclesia.*

6 *Cæmeteria si sint plura cohærentia,seiuncta tamen media pariete,licet vna earum sit porta per quam habeatur accessus , tamen polluto vno non censentur omnia polluta.*

7 *Reconciliata Ecclesia, qua polluta accessoriè dicebatur pollutum Cæmeterium contiguum, accessoriè etiam ipsũ dicitur reconciliatum.*

8 & 9 *Si Porta duorum Cæmeteriorum sit polluta , remanet violatum Cæmeterium illud cuius causa Porta primum facta est ; dubio autem existente cuius causa facta fuerit , vtrumque violatum censetur.*

RESpondetur, Ecclesia vno ex quinque modis supra dictis polluta, pollui etiam cœmeterium

terium Ecclesiæ contiguum;ita vt in illo antequam
2 reconcilietur, nemo sepeliri debeat; Atque ita ex
communi docet Silu. *verb. Cæmeterium, q.* 1. Fum.
verb. eodem, num. 2. Nauar. *cap.* 27. *num.* 252. Hen-
3 riq. *lib.* 9. *cap.* 27. *num.* 5. Auila *parte* 5. *disput.* 7. *du-
bio* 2. Et ratio est; quia magis dignum trahit ad se
4 minus dignum, & principale minus principale,
tanquam sibi accessorium, non tamen è contra; vnde
5 polluto Cœmeterio, etiam contiguo, non polluitur
Ecclesia. Atque ita habetur *in cap. vnic. de consecrat.*
6 *Ecclesiæ, vel altaris in* 6. vbi additur, quod si plura
Cœmeteria sunt, quamuis cohærentia (quæ tamen
pariete medio seiungantur) eorum altero violato,
alterum (licet ab vno ad alterum per portam inter-
mediam habeatur accessus) non propterea viola-
tum reputatur; quia neutrum est accessorium alteri.
Addit etiam gl. *in cit. cap. vn. verb. sanguinis;* & docet
Angelus, & Geminianus mox *infra* citandi: item
Auila *part.* 5. *disp.* 7. *in fin.* & Durandus *in rationali
lib.* 1. *c.* 6. *prope fin.* si Cœmeterium contiguum per
accidens, seu accessoriè polluatur, scilicet propter
7 Ecclesiæ pollutionem; accessoriè etiam propter
eandem rationem reconciliatum censeri Cœmete-
rium contiguum; ita vt alia reconciliatio non sit
Cœmeterio contiguo necessaria.

8 Cæterum, si sanguis, vel semen effusum est in
medio portæ positæ inter duo Cœmeteria, dicen-
dum est, quod illud Cœmeterium violatum restet,
cuius causa paries, & porta facta fuit, quasi sit il-
lius accessus. Atque ita docent Geminianus *in cap.
vnic. de consecrat. Ecclesiæ in* 6. & Angelus *verb. Con-
9 secratio Cœmeterij, num.* 2. Si autem dubium sit, cuius
causa facta fuerit, vtrumque Cœmeterium viola-
tum restat; quia tunc præsumitur paries factus
non accessoriè, sed ad diuidendum duo Cœme-
teria, sicuti notarunt Geminianus, & Angelus *in
locis supra citatis.*

SECTIO X.

An discrimen sit, si polluatur Ecclesia consecrata, vel polluatur Ecclesia non consecrata?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non potest consecrari nisi per proprium Episcopum, seu per alium de eius licentia.*

2 *Simplex Sacerdos etiam Vicarius Episcopi non potest consecrare Ecclesiam, nisi ex summi Pontificis commissione.*

3 *Consecratio Ecclesiæ pertinet ad potestatem Ordinis Episcopalis.*

4 *Committere facultatem consecrandi Ecclesiam ei, qui non est Episcopus, pertinet ad plenitudinem potestatis Iurisdictionis.*

5 *Summus Pontifex potest committere facultatem consecrandi Ecclesiam etiam non Sacerdoti.*

6 *Idem etiam procedit in facultate reconciliandi, adhibitis materiis ab Episcopo benedictis.*

7 *Episcopus committere potest quæ sunt Iurisdictionis; secus quæ sunt Ordinis Episcopalis suis Inferioribus.*

8 *Opinio Victoriæ, & aliorum docentium Ecclesiam consecratam reconciliatione indigentem, posse de licentia Episcopi per simplicem Sacerdotem reconciliari, reprobatur.*

9 *Praxis allegata à Præfatis non verificatur de Ecclesiis consecratis, sed non consecratis.*

10 *Fratres Minores, & communicantes in eorum priuilegiis ex indulto Leonis Decimi, habent facultatem reconciliandi suas Ecclesias consecratas post pollutionem, adhibitis tamen materiis ab Episcopo benedictis.*

11 *Limitatur præfatum priuilegium, si Episcopus distet per duas dietas, id est per iter duorum dierum, seu per quadraginta milliaria.*

12 *Dieta Legalis, de qua intelligendum est priuilegium Leonis, continet viginti millia passuum.*

13 *Opinio de dietis vulgaribus, quæ metiri solent secundum consuetudinem Regionum, non improbatur.*

14 *Priuilegium Leonis multo magis habet locum, quando Episcopus est defunctus.*

15 *Fratres Minores, & communicantes in eorum priuilegiis, possunt solemniter benedicere suas Ecclesias, & Cœmeteria, Episcopis id facere renuentibus, seu negligentibus.*

16 *Simplex Sacerdos etiam non regularis aqua à se benedicta potest reconciliare Ecclesiam tantum benedictam, & ad diuina officia deputatam.*

17 *Opinio Toleti id negantis, non arridet, & est contra communem.*

18 *Ad reconciliandam Ecclesiam non consecratam, sed tantum benedictam non requiritur licentia Episcopi.*

19 *Dictio (protinus) non patitur aliquam moram.*

20 *Consuetudo obseruat, vt Episcopus, seu Vicarius impertiatur hanc licentiam.*

21 *Episcopus potest dispensare ob aliquam necessitatis causam, vt in polluta Ecclesia celebretur.*

22 *Necessitate vrgente, aditúque ad Ordinarium vetito, etiam absque licentia potest in Ecclesia polluta celebrari.*

23 *Necessitas rationabilis est quando populus in die festo non habet aliam Ecclesiam, in qua sacrum possit audiri.*

REspondetur, inter Ecclesiam consecratam, & 1
eam, quæ tantum benedicta, vel ad diuina offi-
cia deputata est, discrimen esse, vti habetur *in cap.
vlt. de consecrat. Eccles.* nam illam solus Episcopus 2
proprius, vel alius de licentia proprij, (& non sim- 3
plex sacerdos, etiam Vicarius, nisi ex summi Pon-
tificis commissione sicuti rectè docent S. Antonin.
loc. supra cit. §. 5. Silu. *verb. Consecratio,* 2. *q.* 8. & Hen-
riq. *cit. cap.* 27. *num.* 6. *ex cap. aqua, de celebrat. Missar.*
Et probatur, quia licet huiusmodi consecratio per-
tineat ad potestatem Ordinis, cuius minister ordi-
narius est Episcopus, tamen committere hanc fa-
cultatem ei, qui non est Episcopus: pertinet ad ple- 4
nitudinem potestatis iurisdictionis. Vnde summus
Pontifex electo, nondum consecrato, immò & non-
dum Sacerdoti potest id committere) adhibita aqua,
quam ipse, vel alius Episcopus vino, & cinere mix-
tam benedixit, reconciliare debet; sicuti docent

communiter Doctores Auila *de cens. p. 5. disp. 7. dub.* 4. Sayrus *lib. 5. cap.* 16. *num.* 31. Henriq. *lib. 9. c. 27. numer.* 6. Graff. *decis. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 48. *numer.* 10. Filliuc. *tom. 1. tract. 5. c. 4. num.* 118. & Nugnus *in 3. p. to. 1. q. 83. art. 3. dub.* 2. & habetur *in c. si aqua, eodem*
7 *tit.* vbi etiam ratio assignatur; quia licet Episcopus committere possit, quæ iurisdictionis existunt, tamen quæ ordinis Episcopalis sunt, non potest inferioris gradus clericis demãdare. Quapropter mi-
8 hi non probatur opposita sententia Victoriæ *in sum. quæst.* 99. Sà *verb. Ecclesia, num.* 20. Syluij *in 3. p. quæst. 83. art.* 3. & aliorum, quæ docet, quod Ecclesiam prius consecratam, si reconciliari debeat, possit simplex sacerdos de licentia Episcopi reconciliare; & quod ita seruetur in praxi, non contradicente, sed potius concedente Pontifice; quia praxis est solum pro Ecclesiis non consecratis; pro
9 consecratis autem est potius in oppositum. Vide Cardinalem de Lugo, *n.* 61.
10 Cæterum Leo Decimus concessit Fratribus Minoribus, & sic cæteris communicãtibus in eorum priuilegiis, facultatem Ecclesias consecratas, si pollutæ fuerint, reconciliandi, aqua ab Episcopo, vel ab ipsis Ordinis Prælatis benedicta (sicuti testatur Henriq. *lib. 9. cap. 27. num. 6. lit. D.* Rodrig. *tom. 1. quæst. regular. q. 19. art 6. & to. 2. priuil. regular. fol.* 268. Graff *consil.* 2. *de consecrat. Eccles. num.* 18. Auila *p. 5. disp. 7. dub. 4. concl. 3. in fin.* Homobonus *de bonis par. 3. tract. 15. cap. 8. quæst 27. resol.* 2. Nouarius *in summa Bullar. tit. de pollutione Ecclesiarum, num.* 3. Diana *par. 4. tract. 4. resol. 91. & par. 6. tract. 6. resol.* 22. Megalius *in Prompt. to. 2. verb. Ecclesia, num. 21. in fin.* Layman. *lib. 5. tract. 5. c. 5. num.* 12. Marchinus *de Sacramento Ordinis tract. 3. par. 3. cap. 11. num.* 14.
11 qui citat etiam Vgolinum, Confettum, Sayrum, & Barbosam. & patet ex Compendio Societatis Iesu, verb. *Ecclesia* §. 2.) si Episcopus distet per duas die-
12 tas, id est, per iter duorum dierum, seu per quadraginta milliaria (cùm dieta legalis, seu iter vnius diei legale, de quo intelligendum est priuilegium Leonis X. contineat viginti milliaria, *l. 3. ff. de verb. signif.* & docent Henriq. *loc. supra cit. & in gl. lit. D.* & F. Rodriguez *cit. art. 6. in fin.* & videri etiam poterit gl. *in cap. nonnullis de rescriptis.* Quamuis alij, vt
13 *Diana cit. resol.* 22. & Persicus *de offic. Sacerd. lib. 1. dub.* 13. *num.* 174. putent, priuilegium Leonis in-
14 telligendum esse de dietis vulgaribus, quæ metiri solent secundùm consuetudinem regionum) & multò magis, si Episcopus sit defunctus, vel quocunque alio modo absit, vt renunciatione, vel depositione, &c. sicuti rectè notarũt Rodriguez *art.* 3. Persicus *num.* 121. & Diana *cit. resol.* 22.
15 In eodem Leonis priuilegio conceditur etiam iisdem Fratribus Minoribus, & sic similiter cæteris communicantibus in eorum priuilegiis, vt possint solemniter benedicere suas Ecclesias, & Cæmeteria, si Episcopi id facere nolint, aut negligant, Vide etiam Fumum *verb. Consecratio Ecclesiæ in fine.*
At si violetur Ecclesia, quæ tantum benedicta,
16 vel auctoritate Episcopi ad diuina officia deputata est, potest simplex Sacerdos, etiam non Regula-
17 ris (aqua à se benedicta, contra Toletum, vt habetur *in cap. si Ecclesia, de consecrat. Eccles. iuncta Glossa.*) reconciliare. Atque ita colligitur ex cap. vlt. de consecrat. altaris, & docet ibi Abbas, *num.* 3. S. Antonin. *loc. cit.* §. 6. Fum. *verb. Consecratio Eccles. num.* 2. Henriq. *cit. cap. 17. n* 6. Nauar. *lib 3. cons. 1. de consecrat. Eccles. edit.* 2. Auila *par. 5. disp. 7. dub.* 3. Tamburinus *de iure Abbatum, to. 1. disp. 23. q. 10. n.* 11. Præpositus *in 3. p. q. 83. art. 3. dub. 2. n.* 163. Cardinalis de Lugo *n.* 61. Marchinus *cit. cap. 11. n.* 14. Barbosa *de potest. Episcopi, par. 2. alleg.* 28. *num.* 57. Portel. *in dubiis regul. par. 1. verb. Ecclesiæ Fratrum, num.* 1. & 18
Diana *par. 4. tract. 4. resolut.* 91. Neque ad hoc requiritur licentia Episcopi, vt rectè aduertunt citati
Doctores, & probatur *ex cit. cap. si Ecclesia* ibi, *prorsus lauetur*, quod non diceretur, si oporteret ex- 19
pectare licentiam Episcopi. Quamuis decens, & consuetum sit, vt Episcopo (qui, sicut & Vicarius etiam, benedicendi licentiam dare, & ob causam
aliquam necessitatis dispensare potest, vt in pollu- 20
ta Ecclesia celebretur; vt ex communi docet Sot.
in 4. dist. 13 q. 2. art. 3. ad 3. ad 2. dict. 4. Sà, *n.* 2. Hen- 21
riq. *lib. 13. cap. 51. num* 5. Auila *par. 5. disp. 7. dub.* 3. Suar. *cit. sect.* 4. cum S. Th. *3. par. q. 83. art. 3. ad* 2, & Cardinalis de Lugo *n.* 63. Quin tanta potest esse
necessitas, vt si non sit aditus ad Ordinariũ, possit 22
etiam absque licẽtia in illa celebrari; vt si, v. g. in die festo populus non habeat aliam Ecclesiam, in qua
possit Missam audire. Qua de re Cardinalis de Lu- 23
go *in loc. supra cit.*) priùs significetur, quàm Presbyter Ecclesiam reconciliet, si ea extra Missæ sacrificium polluta fuerit, quando non viget necessitas, & res patitur temporis dilationem.

SECTIO XI.

An, quæ dicta sunt de Ecclesia, eadem dicenda sint de Cæmeterio?

SVMMARIVM.

1 *Cæmeterium violatur iisdem modis, quibus violatur Ecclesia.*

2 *Cæmeteriũ consecratũ solemniter ab Episcopo si sit violatum, ab Episcopo reconciliari debet.*

3 *Cæmeterium tantum benedictum Episcopi auctoritate potest reconciliari à Presbytero illius Ecclesiæ adhibita aqua à se benedicta.*

4 *Ecclesia polluta, in qua sacerdos siue bona, siue mala fide celebrat, non indiget alia reconciliatione contra Nauarrum, & alios post ipsum.*

5 *Ecclesia per effectionem corporis Christi magis deputatur Diuino cultui, quam per ceremonias.*

6 *Obiectiones Cardinalis de Lugo diluuntur.*

7 *Sacerdos celebrans mala fide in Ecclesia polluta, peccat mortaliter peccato sacrilegij.*

8 & 9 *Item sepeliens in Cæmeterio polluto, si pollutio sit publica, & valet argumentum à contrario circa publicitatem.*

10 *Pollutio afficit à die publicationis eiusdem: non autem antea, licet fuerit secuta violatio.*

11 *Sacerdos celebrans in Ecclesia polluta, non incurrit irregularitatem immediatè contra Hostiensem.*

12 *Neque incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, ita vt exercens actum ordinis contrahat irregularitatem saltem mediatè, contra Syluestrum, & alios.*

13 *Cap. Episcoporum de priuilegiis in 6. loquitur de loco interdicto, non de Ecclesia polluta.*

14 *Pœna*

14 *Pœna non debet extendi de casu in casum, sed potius restringi,*

15 *Sacerdos probabiliter, & tuto in praxi celebrare potest in altari, patena, & calice nondum consecratis, & in vestimentis nondum benedictis, si id ab alio quocumque modo factum fuerit.*

16 *Altare, patena, & calix, in prima celebratione à Sacerdote facta, remanent consecrata, & benedicta.*

17 *Sacerdos non potest celebrare in Ecclesia violata in festis, in quibus iure suspenditur Interdictum.*

18 *Interdicto suspenso non suspenditur Ecclesiæ violatio.*

RESpondetur, quæ dixi de Ecclesia, eadem etiã dicenda esse de Cœmeterio; cùm hoc iisdem modis, quibus Ecclesia, violetur, & reconcilietur; Atque ita docet Abb. *in c. consuluisti, num. 2. de consecrat. Eccles.* Nauarr. *lib. 3. consil. 1. de consecrat. Eccles.* & Dur. *in rationali. lib. 1. cap. 6. num. 45.*

2 Si igitur Cœmeterium solemniter, sicuti Ecclesia, ab Episcopo consecratum est; & postea vno ex quinque modis supra dictis polluitur, ab Episcopo reconciliandum erit aspersione aquæ benedictæ, sicuti in dedicationibus Ecclesiarum fieri consueuit; Atque ita habetur *in cit. cap. vlt.* Sin autem violetur Cœmeterium, quod Episcopi auctoritate
3 tantum benedictum erat, aut deputatum, vt in eo corpora fidelium sepeliantur, tunc presbyter illius Ecclesiæ, adhibita aqua à se benedicta, reconciliare illud potest; sicuti ex communi docet Nauar *in loc. supra cit.*

4 An autem, si sacerdos siue bona, siue mala fide celebret in Ecclesia polluta, remaneat illa consecrata, ita vt non indigeat de nouo Episcopi reconciliatione?

5 Respondetur ex non improbabili sententia Doctorum affirmatiuè: quia effectio præsentiæ corporis Christi, dum in Ecclesia Missa celebratur, sufficienter haberi potest pro reconciliatione; cum per effectionem corporis Christi Ecclesia magis deputetur cultui diuino, quam per ceremonias; atque ita contra Nauarrum *cap. 27. num. 256.* Azorium *lib. 10. cap. 26. q. 13.* Sayrum *de cens. lib. 5. cap. 16. num. 11.* Fagundez *precept. 1. lib. 3. cap. 21.* Lay-
6 man. *lib. 5. tract. 5. cap. 15. num. 13.* Cardinalem de Lugo, *in 3. part. tom. 1. de Sacram. Eucharistiæ disp. 20. sect. 4. num. 62.* & alios multos docent Castrus Palaus *lib. 2. de lege pœnali, cap. ult.* Auila *de cens. art. 5. disp. 7. dub. 3. conc. 1.* Henriq. *lib. 9. c. 27. num. 5. in gl. lit. L. & num. 6. in gl. lit. I* & P. Pasqualigus *tom. 1. decis. 45. num. 4. & seqq.* Sà *verb. Ecclesia, num. 19.* & Persicus, *de officio sacerd. lib. 1. dub. 6. n. 61.* & videri etiam poterit Portell. *in addit. ad dub regular. verb. Ecclesia, n. 5.* Naldus *in sum. verb. Ecclesia, num. 24.* & Zerola *in prax. Episcop. part. 1. verb. Pollutio Ecclesiæ not. 5.*

Neque obstant, quæ in contrarium obiicit Cardinalis de Lugo *in l. c. supra cit*, nempe, quod si per celebrationem, siue bona, siue mala fide factam in Ecclesia polluta, restaret illa reconciliata, idem dicendum esset, si sacerdos ibi celebraret ex Episcopi dispensatione in necessitate. Item si inchoato iã Canone, postea polluta Ecclesia, prosequeretur, & consecraret. Nam,

7 Respondetur, concedo totum. Vide Pasqualigum *loc. cit.*

Cæterùm, quamuis in dicto casu Sacerdos peccet mortaliter peccato Sacrilegij si mala fide celebret in Ecclesia polluta Missam, vel alia diuina officia. Qua de re Silu. *verb. Consecratio. 2. num. 7. in fin.*
Nauar. *c. 25. num. 83.* Henriq. *lib. 13. de excommun.* 8
cap. 51. num. 5. & alij communiter; & habetur ex *cap. vlt. de consecrat. Eccles.* Sicut & si quis in Cœmeterio polluto sepeliat mortuos: qua de re S. Antonin. *3. part. tit. 12. cap. 6. §. 7.* Geminianus *in c. vn. de consecrat. Eccles. in 6.* Henriquez *lib. 9. cap. 27.* & alij passim. Quod tamen intellige, si pollutio publica
sit, id est, publicè constet, locum sacrum esse pol- 9
lutum: quia si sit occulta, possunt in illo licitè diuina officia celebrari, & mortui sepeliri, vt supra dicebã, & docent Sot. *in 4. dist. 13. art. 3. dict. 4.* Nauar. *cap. 27. num. 251. in fine.* Castr. *de lege pœnali, lib. 1. c. vlt. post. 3. concl.* Henriq. *cit. c. 27.* vbi dicit esse communem, & alij ibi citati. Vnde (vt ibidem etiam dicebam) fieri potest, quod effusio sanguinis, vel seminis multo tẽpore antea facta modò incipiat, quia
modò publicatur, impedire ibi sacra celebrari, & 10
mortuos sepeliri Non tamen Sacerdos incurrit ir-
regularitatem immediatè (quod est contra Hostien- 11
sem *in cap. fin. de consecrat. Eccles.*) quia ita expressè habetur *in cap. is, qui de sententia excommun. in 6.*
Neque incurrit suspensionem ab ingressu Ec- 12
clesiæ, ita vt si postea exerceat actum sui ordinis, & sic violet censuram, contrahat irregularitatem, saltem mediatè (quod est contra Siluestrum *verb. consecratio, 2. quæst. 9.* Lapum, quem sequitur Tabiena, *num. 8.* item contra Geminianum *in cap. vn. de consecrat. Ecclesia. in 6.* Nauarrum. *cap. 25. num. 94. & cap. 27. num. 256.* Graff. *tom. 1. consil. lib. 3. cons. 2. num. 21. de consecrat. Eccles.* & Naldum, *verb. Ecclesia, num. 15.*) quia cap. *Episcoporum de priuilegiis in 6.* 13
quod pro se adducunt Aduersarij, solum loquitur de eo, qui celebrat. vel celebrari facit in loco interdicto, qualis propriè, & in rigore non est Ecclesia
polluta; ergo, &c. Consequentia probatur, quia pœ- 14
na non debet extendi de casu in casum, sed potiùs restringi. Vide Paludanũ *in 4. dist. 18. q. 8. art. 3. concl. 5.* Sotum *in 4. dist. 13. q. 2. art. 3.* Conradum *part. 2. q. 424.* Azorium *lib. 10 cap. 26. q. 13.* Coninch. *q. 83. art. 2. dub. 1.* Rodriguez *tom. 1. Sum. cap. 154 prope fin.* Henriquez *lib. 9. cap. 27. num. 7. in gl. lit. M.* Suar. *in 3. part. tom. 3. disp. 81. sect. 4. §. penult.* Sà, *verb. Ecclesia, num. 21.* Auilam *de cens. p. 5. disp. 7. dub. 3. concl. 3.* Layman. *lib. 5. tract. 5 cap. 5. assert. 2* & Fagundez *precep. 1. lib. 3. cap. 14. num. 5.*

Ex dictis sequitur, quod possit non improbabi- 15
liter, & tutò in praxi celebrare Sacerdos in altari, patena, & calice nondum consecrato, & in vesti-
mentis nondum benedictis, si alius Sacerdos in iis 16
siue bona, siue mala fide prius Missam celebrauerit; quia in prima celebratione à Sacerdote facta, cum æquiualeat formæ præscriptæ ab Ecclesia, iam consecrata, & benedicta remanserunt. Vide Castrum, Auilam Henriquez, Sà, Persicum, Pasqualigum, & Portellum *in locis supra cit.*

An autem in festis, in quibus iure suspenditur
interdictum, possit Sacerdos sine peccato celebrare 17
in Ecclesia violata. Respondendum est negatiuè; quia non per id, quod suspenditur interdictum, suspenditur etiam Ecclesiæ violatio. Vide Villadieg. *cap. 5. de interdicto, num. 11.* Henriq. *lib. 13. cap. 51. in fin. &* Auilam *part. 5. disput. 7. dub. 3.*

SECTIO XII.

An, & quid debeat facere sacerdos actu celebrans, si Ecclesia sub Missæ Sacrificio polluatur?

SVMMARIVM.

1 *Polluta Ecclesia ante Canonis inceptionem in ipsa celebratione, debet Sacerdos abstinere, secus post Canonem.*

2 *Sacrificium censetur inchoatum ab ipsa inceptione Canonis.*

3 *Sacrificium non debet relinqui imperfectum.*

1 RËspondetur, si Ecclesia sub Missæ sactificio, priusquam Caoon cœptus sit, polloatur, debere sacerdotem abstinere; sin autem pollnatur
2 post cœptum Canonem, debere sactificium prosequi, quippe quod aliquo modo inchoatum ceose-
3 tur; cùm Hostia parata sit ad consecrationem, idcoque non deceat, illud imperfectum relinqui. Atque ita docet Suar. *cit. sect.* 4. *in fin.* Coninch *cit. dub.* 1. *num.* 236. Cardinalis de Lugo, *num.* 61. & alij passim.

SECTIO XIII.

An Ecclesia in aliis casibus iure non expressis reconciliatione aliqua egeat?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ex honestate, & consuetudine, vbi ea viget, debet reconciliari etiam in casibus à iure non expressis.*

2 *Casus sunt non expressi à iure, si absque sanguinis effusione os alicui frangatur, si Reus contra Ecclesiæ immunitatem extrahatur, & ad supplicium ducatur, & huiusmodi.*

3 *Ecclesia quæ antea fuit hæreticorum nec non in qua sunt sepulti excommunicati, non denũtiati, pariter reconciliari potest.*

4 *Item Ecclesia, quæ diu fuit absque tecto, ianuis & patens omnibus animalibus, hominũmque vsibus.*

5 *Ecclesia, siue locus sacer, non violatur per exercitia hæretica Religionis.*

6 *Ecclesia, quæ antea fuit hæreticorum satis est, vt per Episcopum visitetur, & num altaria fracta sint inspiciat, ipsãque aqua benedicta aspergat, seu id sacerdoti committat.*

7 *Celebrans in Ecclesia, quæ antea fuit hæreticorum ante Episcopi visitationem, debet ad cautelam vti altari portatili.*

1 RËsponderur, in aliis casibus iure non expressis (vt si orta rixa in Ecclesia, alicui sine sanguinis effusione os frangatur, aut reus ad Ecclesiam confugiens, inde ad supplicium contra Ecclesiæ immunitatem extrahatur, &c.) licet Ecclesia, vel locus, qui consecratus fuerat, reconciliatione Episcopali non egeat, honestum tamen esse, vt à sacerdote aqua à se benedicta, iussu Episcopi aspergatur; Atque ita consuetudine aliquarum Ecclesiarũ obseruari notat Abbas *in c. proposuisti, n.* 4. *de consecrat. Eccles.* & docet Durand. *lib* 1 *rationalis c.* 6. *n.* 41. 2

Idem fieri potest, si Catholici Ecclesias recipiant, in quibus hæreticorum exercitia prius fiebant, eorundemque excommunicatorum non denunciatorum corpora sepulta fuerunt. 3

Idemque dicendum, si Ecclesia diu absque tecto, & ianuis, plena fuit sputcitiis, animalibus, hominumque vsui, quasi diuersorij locus, patuerit. Vide Durandum *in loc. supra cit.* vbi subdit, non esse fortè malum, eam in tali casu solemniter ab Episcopo etiam reconciliari. Vnde (cùm nullo iure decretum sit, vt locus sacer, siue Ecclesia, siue altare ille sit, per hæreticæ religionis exercitia violetur, immò non violari innuatur *in cap. Ecclesiis de consecrat. dist.* 1.) si contigit, Ecclesiam, quæ consecrata erat, pulsis ex ea hæreticis, à Catholicis recipi, satis erit, quod Episcopus altaria visitet, & num ea fracta sint, inspiciat; & insuper altaria, ipsamque Ecclesiam aqua benedicta aspergendo simplici benedictione reconciliet, vel sacerdoti reconciliandam committat. Prius autem quam Episcopus visitauerit, si opus sit in tali Ecclesia Missam celebrari, vtendum erit altari portatili, saltem ad cautelam. 4

SECTIO XIV.

An Ecclesia consecrata aliquando consecrationem omninò amittat, seu execretur?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia consecrata omnino amittit consecrationem seu execratur tecto & parietibus secundum maiorem partem destructis, & absumptis.*

2 *Ecclesia non amittit consecrationem combustis tecto, & operibus ligneis eiusdem, illæsis tamen parietibus.*

3 *Ecclesiæ consecratio in parietibus potissimum consistit.*

4 *Ecclesia tantum benedicta, aut Cœmeterium non amittunt benedictionem, destructis, aut combustis parietibus.*

5 *Benedictio Ecclesiæ censetur inhærere solo.*

6 *Ædes sacra terræmotu diruta, locus ædificii non est profanus, & ideo vendi non potest.*

7 *Ecclesia diruta sine spe reædificationis amittit priuilegia loco sacro competentia.*

8 *Casus execrationis Ecclesiæ bifariam diuiditur.*

9 *Ecclesia amittit consecrationem, quando parietes ipsius decrustantur, licet non corruant.*

10 *Ecclesia non execratur per decrustationem, quando decrustatio non fit simul, aut vno die, sed per dierum, aut hebdomadarum interualla.*

11 *Maior pars Ecclesiæ consecratæ, trahit ad se minorem non consecratam.*

12 *Ecclesia non censetur execrata per solam dealbationem*

*bationem interioris superficiei, cum conse-
cratio adhareat crustis parietum.*

13 *Ecclesia amittit consecrationem, si eius pa-
rietes secundum maiorem partem corruant.*

14 *Non amittit, si minor pars parietum cor-
ruat.*

15 *Ecclesia non est reconsecranda, si pars minor
adiiciatur maiori, quia minor à maiore ac-
quirit consecrationem.*

16 *Ecclesia si secundum longitudinem, aut la-
titudinem amplietur, non est reconsecranda;
secus si pars, qua accedit, superet reliquum
corpus magnitudine.*

17 *Si pars, qua adiicitur Ecclesia, non superet
magnitudine partem iam existentem, ad-
spergatur ad summum aqua benedicta.*

18 *Opinio Abbatis in cap propofuisti, n 8. de
consecrat Ecclesia non est improbanda.*

19 *Opinio glossa in cap. de fabrica dist. 1. de
consec. est probabilior.*

20 *Ecclesia successiuè reparata, non est iterum
consecranda.*

21 *Nauis censetur eadem, licet pro destructis
tabulis nouarum accessio fiat eadem carina
manente.*

22 *Ciuitas moraliter censetur eadem, licet
paulatim, & successiuè omnia ædificia reno-
uentur. Idem dic de Collegio, &c.*

23 *Consecratio non manet deiectis ferè duobus
Ecclesia parietibus cum tecto; quamuis ma-
ior pars parietum maneat.*

24 *Amissa forma artificiali per Ecclesiam,
Calicem, vel Albam, amittitur etiam con-
secratio.*

25 *Oppositum non improbatur, & est tutum in
praxi.*

RE spondetur, Ecclesiã consecratam aliquando
consecrationem omninò amittere, siuè, quod
idem est, execrari, ita vt de nouo consecrari debeat;
cuius rei vnicus casus in iure Canonico expressus
reperitur; si scilicet Ecclesiæ non tectum solum, sed
parietes (cùm potissimum illis adhæreat consecra-
1 tio) secundum maiorem partem destructi, aut ab-
sumpti fuerint. *c. Ecclesiis, dist. 1. de consecrat. iunct. c.
ligneis, de consecrat. Eccles. vel altaris,* vbi habetur, si
tecta, aliaque opera lignea Ecclesiæ, scilicet conse-
2 cratæ, illæsis parietibus, combusta sint, consecra-
3 tionem non amittit; quia consecratio in parietibus
4 potissimùm consistit; & Ecclesiæ, aut Cœmeterij
benedictio, destructis, aut combustis parietibus nõ
5 amittitur; quia ea censetur inhærere solo, quod
semper idem manet, sicuti notauit Silu. *verb. Con-
secratio, 1. q. 4.* Suar. *cit. sect. 4. cas. 6.* & sumitur, *ex l.
6 73. ff de contrah. empt* vbi habetur. *Æde Sacra terræ-
motu diruta, locus ædificij non est profanus, & ideo vendi
7 non potest.* Si tamen Ecclesia diruta sit sine spe reæ-
dificationis, amittit priuilegia, quæ loco sacro sunt.
Atque ita docebamus *in tom 1. dubit 4. sect. 19. sub-
sect 30. corollar. 5.* & tradit Sanchez *de matrim. lib. 9.
disput. 15. num. 37.*

Porrò casum execrationis Ecclesiæ prædictum
8 in duos diuidunt Glos. *in cap. propofuisti, & ibidem*
Abb. *num. 7. eodem tit.*

Primus est, si Ecclesiæ parietes ita absumantur,
vt omnis, vel secundùm maiorem partem eorum 9
crusta auferatur, licet non corruant. Atque ita do-
cent etiam Silu. *verbo Consecratio, 1. q. 3.* Tabiena
verb eodem num. 3. Et ratio est, quia consecratio po-
tissimum consistit in exterioribus crustis; cùm fiat
per cruces, & liniriones vt supra dicebamus: conse-
quenter si parietes absumantur, vel decrustentur,
quamuis non corruant, amittitur consecratio.

Hinc tamen nnn inferas, si crusta omnis, vel ma-
ior pars, renouandæ Ecclesiæ causa, successiuè au-
feratur, consecrationem amitti: nam respondetur,
hoc ipso, quod decrustatio non simul aut vno die
sed per dierum, aut hebdomadarum interualla fit,
Ecclesiam execratam non censeri; quia (vt diceba- 10
tur,) partem minorem accessoriam non consecra-
tam trahit ad se pars maior, ac consecrata. *arg. cap.* 11
quod in dubiis, eodem tit. de consecrat. Eccles. Multò mi- 12
nus execrata censetur Ecclesia ob solam dealbatio-
nem interioris superficiei, cùm consecratio in pa-
rietibus, & crustis sit, quæ permanent: sicuti supra
dicebatur, & docet Vasqu. *3. part. disp. 233. c. 4. n. 34.* 13

Alter casus est, si Ecclesiæ parietes secundùm
maiorem partem corruerint; quia tunc nõ amplius
censetur Ecclesia ea, quæ consecrata fuerat: secus
verò si corruerint secundùm partem minorem. *arg.* 14
l. domum ff de contrah. empt. & videri poterit Silue-
ster *verbo Consecratio, 2. num. 4. cas. 2. & 3.* Nauarrus
& Henriquez *citato cap. 27. num. 5.* & Auila *part 5.
disp. 7. dub. 1. cas. 5* in quo casu pars, quæ adiicitur,
consecrationem à maiori parte acquirere censetur, 15
vt tradit glos. marginalis *ad cap. de fabrica, dist. 1. de
consecrat.* Eademque ratio est, si Ecclesia secundùm 16
longitudinem vel secundùm latitudinem amplie-
tur: quare si pars, quæ accedit, reliquum corpus
magnitudine superat; adhibenda est noua conse-
cratio; si non superat, aspergatur ad summum aqua 17
benedicta, iuxta glos. *in citato cap. Propofuisti, verb. re-
conciliari.*

An verò, si minores partes parietum per tem-
porum interualla corruant, & successiuè refician-
tur, ita vt nunquam maior pars illorum simul de-
structa sit, Ecclesia execrata censeri debeat?

Affirmat Abbas *in cit cap. Propofuisti, num. 8. de con-
secrat. Eccles.* Saltem si tota Ecclesia per temporum
interualla secundùm partes suas deiecta, & nouiter
ædificata sit: quia in veritate (inquit ipse) non est
eadem Ecclesia, licet eadem censeatur moraliter. 18
Hæc Opinio est probabilis, saltem quando ex ani-
mo omnes, aut penè omnes parietes reparãdi, ideo-
que quasi nouam Ecclesiam ædificandi, vnus pa-
ries post alium, intermisso Missæ sacrificio, quasi
cootinuatis operis, deiicitur, & reparatur; quia in
re morali multum valet intentio operantis.

At probabilius negant *gl. in cit. cap. de fabrica,* 19
vbi pro regula traditur, quod Ecclesia successiuè 20
reparata, non est iterum consecranda. Idemque do-
cet Siluester. *verb. Consecratio, 2. q. 3. ibid.* Tabiena
num. 3. Nauar. *cap. 27. num. 258.* Suar. *part. 3. tom. 3.
disp 8. sect. 4. cas. 6.* Sà, *verb. Ecclesia, num. 18.* Car-
dinalis de Lugo, *num. 65.* & Coninch. *q 83. art. 1.
num. 335.* Et ratio est, quia moraliter censetur
eadem Ecclesia; sicuti moraliter censetur ea- 21
dem nauis, licet pro destructis tabulis nouarum
accessio fiat, eadem carina manente. *l. quod in
rerum, §. vlt. ff. de legatis 1.* Et moraliter cen-
setur eadem ciuitas, licet ex animo eam pul- 22
chriorem reddendi, paulatim, & successiuè omnia
ædificia renouentur: & moraliter censetur idem
collegium, licet eodem modo paulatim, & successi-
uè

piè reficiatur: tum quia si hodie vnus paries destructus sit,& intra aliquot dies reparetur, nouus paries accessione ad consecratum (cùm sacrum, si maius sit,trahat ad se non sacrum, vt *suprà* dicebamus;& docet glos. *in cap.si motum, verb. Altare, de consecrat. Eccles.*) consecratur; ergo, &c. idemque dicendum,si postea iterum alios paries destruatur, & repareretur; ita vt nunquam Ecclesia secundùm maiorem partem simul destructa sit.

Cæterùm,si ex quatuor Ecclesiæ parietibus cum tecto ferè duo corruerint, quamuis, tunc maior pars parietum maneat, tamen quia non videtur
13 manere Ecclesia, non manebit consecratio: quia consecratio Ecclesiæ non manet, nisi maneat Ecclesia: sicuti non manet consecratio, vel benedictio Calicis, vel Albæ, nisi Calix, vel Alba reti-
14 neant formam artificialem, vt sint Calix, vel Alba: sed minus retinent formam artificialem Ecclesiæ duo parietes paulo plus sine tecto, quàm Alba v. g. sine manicis; ergo sicut Calix vel Alba non retinent benedictionem, nisi retineant formam suam artificialem Calicis, vel Albæ, vt possint scilicet aliquo modo deseruire ad vsum suum; ita similiter Ecclesia non retinebit consecrationem; nisi retineat formam suam artificialem Ecclesiæ,vt possit etiam aliquo modo deseruire ad vsus sacros.

Oppositum tamen propter ea, quæ dicebantur, & propter communem auctoritatem Doctorum
15 est etiam probabile, & tutum in praxi. Vide Cardinalem de Lugo *loc. supra cit. num. 66. in fin.*

SECTIO XV.

An discrimen sit inter Ecclesiæ pollutionem,& execrationem?

SVMMARIVM.

1 *Polluta Ecclesia polluuntur etiam Altaria.*

2 *Ecclesia execrata non execrantur Altaria.*

3 *Altaria execrantur per enormem fractionem absque eo quod Ecclesia execretur.*

RESpondetur; discrimen esse inter Ecclesiæ pollutionem, & execrationem; quia polluta
1 Ecclesia polluuntur etiam altaria omnia, quæ in ea fixa sunt; sicut & vice versa altare pollui non potest, quin etiam corpus Ecclesiæ pollutum censeatur. At verò, si Ecclesia, combustis, aut cor-
2 ruentibus parietibus, execretur, ita vt denuò consecrari debeat; non ideo etiam altaria execrantur,
3 ita vt consecratione,seu reconciliatione indigeant: quemadmodum & vice versa altare per enormem fractionem execratur absque eo, quod execretur Ecclesia. Atque ita docent Abb. *in cit. c. proposuisti, de consecrat. Eccles. vel altaris prope fin.* Sil*u. verb. Altare, q. 11.* & alij passim.

SECTIO XVI.

An,si actiones, quibus polluitur Ecclesia(vt Homicidium, & sanguinis, vel seminis effusio, &c.) committantur in Sacristia, Sacrilegia sint, quamuis Ecclesiam non polluant?

SVMMARIVM.

1 *Actiones de natura sua inductiua pollutionis Ecclesia,non sunt sacrilegia, si fiant in sacristia in Refectoriis,cubiculis, Bibliothecis, Dormitoriis,Regularium Monasteriis,cameris, vel campanilibus adhærentibus Ecclesiæ.*

2 *Talis circunstantia non est necessario in confessione explicanda.*

3 *Neque actiones prædictæ sunt sacrilegæ,etiamsi committantur in Porta à parte externa Ecclesiæ.*

4 *Locus sacer intelligitur tantum corpus Ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ cum Cæmeterio ad functiones sacras publicas.*

5 *Opinio Zerolæ in sua praxi refellitur auctoritate Doctorum.*

6 *Furtum patratum in locis supra recensitis non est sacrilegium ,pariter contra Zerolam dic de quacumque actione profana, & prohibita.*

7 *Sacrilegium non est homicidium,& quodcumque aliud delictum supra recensitum, etiam si fiat in Monasterio seu alibi vbi sit altare ad celebrandum; quia se habet vt Oratorium priuatum.*

REspondetur negatiuè,ita vt talis circumstantia non sit necessariò in Confessione explicanda 1
(idemque dico, si committantur in Refectoriis, 2
cubiculis, Bibliothecis,Dormitoriis, Regularium Monasteriis, cameris, vel Campanilibus adhærentibus Ecclesiæ,& multò magis si committantur in 3
porta Ecclesiæ à parte externa Ecclesiæ) quia per locum sacrum hic intelligitur tantum corpus Ecclesiæ consecratæ, vel benedictæ cum Cæmeterio 4
ad functiones sacras publicas. Atque ita contra Zerolam *in prax. cap. 12. q. 27.*& alios docent Sotus 5
in 4. dist. 32. q. 1. art. 3. Megalius *in 1. p. lib. 5. cap. 13. num. 11.* Azot. *part. 3. lib. 3. cap. 27. q. 13.* & Fagundez *precept. 2. lib. 4. num. 14. & 39.*

Hinc neque sacrilegium est, si quis furetur, vel aliam actionem profanam prohibitam exerceat in 6
supradictis locis: sicuti contra Zerolam *in loco cit. & contra Seluain de benefic. par. 2. q. 57. n. 2.* docent Sotus,& Azorius *in locis supra cit.*

Item Sacrilegium non est, si homicidium, & sanguinis,vel seminis effusionem,&c. committat in Monasterio,& cellis Religiosorum (vt supra dice- 7
bam) etiamsi superior Monasterij singulis noctibus dormitorium benedicat,& aqua lustrali aspergat, ibique altare sit ad celebrandum; quia se habet vt oratorium priuatum. Vide Fagundez *cit. num. 34. & 39.* Vide etiam quæ dicebantur *supra sectione 7. 8. & 9.*

SECTIO XVII.

An actiones, quibus polluitur Ecclesia, Sacrilegia sint, si ibi occultè fiant, & sic quamuis etiam Ecclesiam non polluant?

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegiũ est causa efficiens pollutionis Ecclesiæ.*

2 Pollutio

2 *Pollutio Ecclesiæ est pœna Sacrilegii.*
3 *Actiones inductiuæ pollutionis Ecclesiæ, non sunt causæ efficientes Sacrilegiorum quia causant interdictum, sed quia sunt Sacrilega, ideo sunt efficientes causæ Interdicti.*
4 *Actiones Sacrilega occultæ polluunt Ecclesiam in habitu, quando vero sunt publica dicuntur polluere in actu.*
5 *Contraria sententia examinatur, & confutatur.*
6 *Prohibitio dictarum actionum, quatenus polluunt Ecclesiam nullibi reperitur explicitè; secus tamen implicitè, & indirectè.*
7 *Contrariorum eadem est disciplina, & statuta reconciliatione censentur prohibita quæ reconciliationi dant causam.*

1 Respondetur ex probabiliori sententia Doctorum affirmatiuè; quia manere Ecclesiam
2 pollutam, est effectus Sacrilegij, & quasi pœna illius. Ergo non potest constitui Sacrilegium (vt contendunt Aduersarij) per ordinem ad illam pœnam.

Confirmatur, quia si ob illas actiones Ecclesia interdiceretur; illæ actiones peccata, & Sacrilegia
3 non essent, quia causarent interdictum; sed potius causarent interdictum, quia Sacrilegia essent, & sic prius supponitur Sacrilegium.

Confirmatur secundò, quia si Sacrilegium non esset, nisi quatenus Ecclesia pollueretur, sæpe pollueretur Ecclesia sine Sacrilegio; quod est contra Aduersarios. Sequela antecedentis probatur; quia ponamus te commisisse homicidium, vel copulam peccaminosam occultè in Ecclesia, postea verò v. g. fatearis in judicio; homicidium, vel copula talis non haber rationem Sacrilegij, quando committitur; quia tunc, cùm occultè committatur, non polluit Ecclesiam; nec quando fateris in iudicio, vt per se patet, quando tamen polluitur Ecclesia; ergo
4 pollueretur Ecclesia sine sacrilegio. Dicendum itaque est, dictas actiones esse Sacrilegia, & polluere in habitu Ecclesiam, quæ tamen, vt actu maneat polluta, debent actiones illæ publicari; quin & secundùm probabilem sententiam Doctorum debet etiam (vt supra dicebam) sententia criminis declaratoria accedere,

Atque ita docent Nauarr. *cap. 16. num. 32. vers. 4.* Suar. *tom. 1. lib. 3. de relig. cap. 2. num. 4. & seqq.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 11. n. 11.* Raphael de la Torre *in 2. 2. S. Th. tom. 2. quæst. 99. art. 2. disp. 7.* Bonacina *de matrim. q. 4. punct. vlt. num. 7.* Diana *part. 1. tract. 7. resol. 16* & alij contra Vasq. *1. 2. tom. 1. q. 72. art. 7. disp. 98. cap. 3. num. 6.* Pontium *lib. 10. de matrim. cap. 10. num. 5.* Toletum *lib. 5. cap. 8.* Graff. *decis. 1. p. cap. 48. num. 26.* & Coninch. *de Sacrament. quæst. 83. artic 3. dubio 1. num. 230.*

5 Obiicies ex his Doctoribus, non est, cur dici non possit actiones dictas esse Sacrilegia, quatenus solum per ipsas publicè factas Ecclesia polluitur; ergo, &c.

Respondetur, nego antecedens; quia ex dictis actiones illæ sunt sacrilegia, non quatenus per ipsas Ecclesia polluitur; & sic potius quatenus in honorem, & reuerentiam loci sacri prohibitæ sunt; præterquam quod polluunt etiam in habitu Ecclesiam vt *supra* dicebam.

Instabis, nullibi reperitur talis prohibitio (cùm textus loquentes de hac Ecclesiæ pollutione non prohibeant actiones, sed declarent effectum pollutionis, & indicent necessitatem reconciliationis, vt *cap. si motum de consecrat. dist. 1. cap proposuisti. cap. aquæ. cap. si Ecclesia de consecrat. Eccles. & cap. vnic. eodem tit. in 6.* Ergo.

Respondetur, distinguo antecedens: nullibi reperitur talis prohibitio; explicitè, concedo; implicitè, nego, quia indirectè supponitur in dictis textibus talis prohibitio, sicut & indirectè supponitur in iisdem textibus; Ecclesiam pollui; cùm propterea statuatur in illis, reconcilandam esse. Sicut itaque in illis textibus non expresse ponitur effectus pollutionis, sed supponitur antiquitus esse impositus; ita etiam supponitur prohibitio illarum actionum facta esse. 6 7

SECTIO XVIII.

An actiones, quibus polluitur Ecclesia, sint Sacrilegia, quia prohibitæ sunt à Iure positiuo in cultum, & reuerentiam loci Sacri, vel quia ex natura rei, supposita loci Sanctitate, iniuriosæ sunt loco Sacro?

SVMMARIVM.

1 *Nullum peccatum (secluso iure positiuo) in Ecclesia commissum habet specialem malitiā Sacrilegii, nisi solum illud loci Sacri contemptiuum.*
2 *Peccatum in Ecclesia commissum (secluso iure positiuo, est Sacrilegium in quantum consecrationi, vel benedictioni eius opponitur.*
3 *Nullum peccatum iure naturæ opponitur consecrationi vel benedictioni.*
4 *Peccatum commissum in Ecclesia opponitur fini consecrationis, vel benedictionis, hoc est Dei laudibus, & honoribus &c.*
5 *Finis consecrationis, & benedictionis est honor, & gloria Dei.*
6 *Laudare, & honorare Deum in Ecclesia non est speciale præceptum, & si esset, non est de toto die. neque ex consecratione loci est speciale præceptum Deum non offendendi.*
7 *Peccata commissa in die festa non sunt Sacrilegia.*
8 *Peccata commissa in Ecclesia licet sint contra finē consecrationis, non tamen sunt Sacrilegia.*
9 *Peccata ad hoc vt sint sacrilegia, debent specialiter ob reuerentiam loci Sacri esse prohibita,*
10 *Tactus impudici, Detractiones, Testimonia falsa, alapa, & cætera omnia peccata in loco Sacro commissa, (saluo iure positiuo) non sunt Sacrilegia.*
11 *Materia præcepti debet esse liquida & clara.*
12 *Sacrilegia sunt solum illa peccata, quæ conti-* nent,

nent speciale contemptum loci sacri, & speciali præcepto prohibentur ob reuerentiam loci.

13 *Peccata commissa in loco sacro, habent maiorem grauitatem intra eandem speciem; idem dic de peccatis commissis in die festo.*

14 *Malitia sacrilegij de mente Suarez conuenit omnibus peccatis externis in loco sacro commissis, non tamen internis.*

15 *Item non omnia peccata externa de mente eiusdem, & si mortalia sint talia esse in ratione sacrilegij, sed solum quæ specialem deformitatem habent cum loco sacro.*

16 *Sacrilegium an sit graue dignoscitur, si graue scandalum generet, & è contra.*

1 RESpondetur ex probabiliori etiam sententia Doctorum, secluso iure positiuo, nullum peccatum in Ecclesia commissum habere specialem malitiam sacrilegij, nisi solum illud peccatum, quo locus sacer contemnitur, & profanatur.

2 Probatur primò, quia secluso iure positiuo, in tantum peccatum in Ecclesia commissum posset esse sacrilegium, in quantum consecrationi, vel 3 benedictioni eius opponitur; sed nullum peccatum ex iure naturæ, seclusa lege positiua opponitur consecrationi, vel benedictioni (cùm nullum sit, quod seclusa lege positiua id statuente, cõsecrationem, vel benedictionem tollat) ergo, &c.

4 Dices, quamuis consecrationem, vel benedictionem non tollat, opponi fini consecrationis; vel benedictionis; quia, cùm Ecclesia consecra-5 ta, vel benedicta sit ad Deum laudandum, & honorandum, si ibidem illum quis inhonoret, opponit se fini per consecrationem, vel benedictionem intento, quod sufficit ad rationem sacrilegij. ergo, &c.

6 Sed contra, quia hinc non rectè infertur ratio sacrilegij; quia laudare, & honorare Deum in Ecclesia non est speciale præceptum; tum quia esto sit speciale præceptum, non est speciale præceptum laudandi, & honorandi Deum toto die. Item non est speciale præceptum ex consecratione loci, illum non offendi; ergo, &c.

Et confirmatur à pari; quia, etiamsi dies festus sit institutus ad Deum laudandum, & honorandum, quia tamen non est speciale præceptum contra festorum obseruationem, si Deum aliquo peccato offendas, peccata commissa in die festo non 7 sũt sacrilegia (alioquin omnia peccata die festo cõmissa haberent malitiam sacrilegij, cùm opponantur fini intento in obseruatione festorum, quod est contra communem sententiam Doctorum) er-8 go similiter peccata commissa in Ecclesia, esto sint contra finem per consecrationem, vel benedictionem intentum, non tamen erunt sacrilegia; quia 9 ad rationem sacrilegij deberent specialiter ob reuerentiam loci sacri esse prohibita.

Probatur secundò, quia, si secluso iure positiuo, homicidium, & seminis, vel sanguinis effusio sacrilegij malitiam haberent, ob indecentiam, quam in locum sacrum continere videntur, sequeretur, 10 quod propter eandem etiam tactus impudici, detractiones, testimonia falsa, alapæ & cætera omnia peccata in loco sacro commissa, sacrilegium essent; sed in communiori sententia Doctorum, secluso iure positiuo, hæc sacrilegium non sunt; ergo secluso iure positiuo, neque peccata, quæ polluunt Ecclesiam, sacrilegium erunt.

Dices, omnia ista peccata, secluso etiam iure positiuo, esse sacrilegia, at non mortalia in ratione sacrilegij, ex eo, quod non grauem iniuriam loci sacri contineant.

Sed contra, quia cùm difficile sit determinare, quæ grauem iniuriam contra locum sacrum continent, quæ non; & ex alio capite materia præcepti 11 debeat esse liquida, & clara, consequens est, quod dicatur, sacrilegia esse solum illa peccata, quæ spe- 12 cialem contemptum loci sacri continent, quæque speciali præcepto positiuo ob reuerentiam loci sacri prohibentur.

Dices secundò, hinc sequitur, quòd qualibet peccata in loco sacro facta non habeant grauitatem maiorem aliquam, quod dici videtur absurdum.

Sed contrà, quia falsum est, quod non habeant 13 grauitatem maiorem aliquam: habent enim vtique, & si intra eandem speciem; sicuti peccata, quæ committuntur in die festo grauiora sunt, quàm quæ committuntur in die non festo, sed intra eandem speciem.

Atque ita docuit Caiet. *in 2.2. quæst. 7. & 2. a. quæst. 99. ad 1.* Sot. *lib. 2. quæst. 4. art. 4.* Victor. *in sum. q. 196.* Nauarr. *cap. 6. num. 11. & in cap. considerret, de pœnit dist. 5. num 19. & seqq.* Angles *quæst. 9.* Gutierr. *lib. 1. can 99 cap. 31 num. 35.* Vasq. *1. 2. disp. 98. num. 4. & seqq.* Valentia *2. 2. disp. 6. quæst. 15. punct. 1.* Sanchez *de matrim lib. 9 disp. 15. num. 4. & 5.* Pontius *lib 10. cap. 10. num. 9.* & Fagundez *2. p. de præcept. Eccles. lib. 4. cap. 4. num. 10.* & alij contra Sylueftrum *verb. Confessio, 1. q. 10.* Corduba *in sum. quæst. 190.* Medin. *Cod. de confess q. de circumstantiis loci sacri* & Suarez *tom. 1. de relig cap. 7. num. 6. & seqq.* qui tamen subdit primò, malitiam hanc sacrilegij conuenire quidem omnibus peccatis externis in loco 14 sacro commissis, non tamen internis (v. g. desiderio copulam, homicidium, vel quid aliud, quantumuis deforme, exercendi extra locum sacrum: exercendi enim in loco sacro; essent per ipsum sacrilegia affectiuè: qua de re vide Sanchez *cit. disp. 15.*) cùm interna peccata non videantur (vtpote insensibilia) loco sacro iniuriam inferre.

Subdit etiam secundò, non omnia peccata ex- 15 terna, etsi mortalia sint, mortalia esse in ratione sacrilegij, sed solum illa, quæ specialem deformitatem cum loco sacro habent: quæ autem sint hæc, dicit relinquendum esse arbitrio prudentis viri; dicitque esse optimum signum ad discernendum esse graue sacrilegium, si graue scandalum gene- 16 rent; secus si non generent.

SECTIO XIX.

Difficultates in oppositum, earúmque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Ex indecentia deducta à loci sanctitate arguit independenter à prohibitione Ecclesiæ, actiones peccaminosas in ea patratas esse sacrilegia.*

2 & 3 & 4. *Probat tribus rationibus ex sacrilegio, quod fit abutendo vasibus sacris, ob quæ Balthasar grauiter punitus fuit; à reprehensione manducantium in templo auctoritate D. Pauli 1. Corinth. cap. 11. ab eiectione vendentium,*

&

& ementium de templo Matthai. 21. & Ioa. 2.

5 *Sacrilegium esse copulam habere cum Vxore sine necessitate,*

6 *Et ventrem exonerare in loco sacro negatur in foro poli, præsumitur vero in foro fori.*

7 & 8 *Hæreticus præsumitur qui in imaginem furit, licet poßit esse sine hæresi. item dic de impudicis in loco Sacro exercitis.*

9 *Caietanus existimat tunc solam loci circumstantiam Sacrilegium inducere; quando peccata in eo commissa ipsum polluunt. quod non fit per tactus quantumuis impudicos.*

10 *Suarez, & alij existimant contrarium de tactibus impudicis grauibus, non autem de leuibus.*

11 *Concesso, quod copula coniugalis, & exinanitio Ventris in loco sacro habita sine necessitate, sint Sacrilegia, veluti etiam si quis conculcet imaginem, non tamen sequitur Detractiones, blasphemias, falsa testimonia, & similia esse Sacrilegia.*

12 *Aßignatur disparitas, nam copula, exinanitio &c. sunt addicta loco Sacro, catera vero nequaquam.*

13 *Manducantes, & exercentes mercaturam in templo, committunt Sacrilegium ex præsumptione inducta ratione contemptus.*

1 OBiicies; seclusa prohibitione Ecclesiæ, attenta solum sanctitate loci Sacri, perindecens est, ibi copulam coniugalem sine necessitate habere; sicut perindecens est ibidem sine necessitate ventrem exonerare: ergo talis indecentia prouenit ex sanctitate loci Sacri; ergo & similiter ex eadem, & sic independẽter à prohibitione Ecclesiæ, hæ actiones Sacrilegium sunt, ergo multò magis ex Sanctitate loci Sacri, & sic independenter à prohibitione Ecclesię, Sacrilegium erunt homicidium, vulneratio, vel seminis effusio illicita.

2 Confirmatur, quia seclusa prohibitione Ecclesiæ, Sacrilegium est, vasibus sacris vti ad profanos vsus (vt colligitur ex illo *Danielis* 5. vbi Balthasar ob id maximè punitus fuit) ergo multò magis Sacrilegium erit, loco sacro vti ad vsus turpes, & inhonestos.

3 Confirmatur secundò; quia 2. *Corinth.* 11. reprehenduntur, qui in templo manducant, & bibunt communi, & ordinario modo, vt in loco profano; ergo multò magis reprehendendi erunt, qui ibi luxuriantur, furantur, blasphemant, detrahunt, &c.

4 Confirmatur tertiò, quia; *Matth.* 21. & *Ioan.* 2. eiiciuntur è templo vt profanantes, ibi vendentes; ergo multò magis vt tales eiiciendi inde erunt luxuriantes, furantes, blasphemantes; detrahentes, &c. Et sic seclusa omni lege positiua omnes dictæ actiones Sacrilegium sunt. Vide Siluestrum; Cordubam, Medinam, & Suar. *in locis supra cit.*

5 Respondetur, nego, copulam habere, & ventrem
exonerare sine necessitate in loco Sacro, Sacrile-
6 gium esse, quamuis quidem in foro externo esse
7 præsumatur; sicuti hæreticus præsumitur, qui in
8 imaginem furit, etsi re vera possit id esse sine hæresi.
Vide Pontium *in loc. supra cit.*

Idemque dico de tactibus impudicis quibuscunque in loco sacro exercitis. sicuti docent Valentia 2. 2. *disp.* 6. *q.* 15 *punct.* 1. Henriq. *lib.* 5. *de pænit. cap.* 6 *num.* 5. Vasquez *in* 1. 2. *tom.* 1. *q.* 72. *art.* 6. *disp.* 98. *num* 4. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *num.* 21. Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 31. Coninch. *de Sacramentis disp.* 7. *num.* 22. & Homobonus *de exam. Eccl. part* 1. *tract.* 5. *cap.* 12. *q.* 77. & Ca- 9
iet. *tom.* 1. *tract.* 17. *respons.* 12. *dub.* 1. (quem ex citatis Doctoribus multi sequuntur) vbi generalius ait, quod tunc solum loci circumstantia Sacrilegium inducit, quando peccata in eo commissa ipsum polluunt, & sic diuina posse ibi celebrari, mortuos sepeliri, &c. impediunt, quod non fit per tactus quantumuis impudicos, sed solum per homicidium, sanguinis, vel seminis effusionem illicitam. Quamuis contrarium de tactibus impudicis 10
(& si non item de leuibus, vel de turpi aspectu, vel nutu, leui verbo, maximè si in transitu, & sine notabili mora, & scandalo fiant, quia tunc non videntur materia ita grauis) doceant Suar. *de relig. tom.* 1. *lib* 3. *cap.* 7. *num.* 11. Azorius *tom.* 1 *lib.* 4. *cap.* 6. *q.* 10. Salas *in* 1. 2. *tom.* 2. *tract.* 13. *disp.* 6. *sect.* 22. *num.* 150. *in fin.* Ortiz *in sum. notab.* 5. *in fin. circa* 6. *præceptum.* Pirigianus *in* 4. *sentent tom.* 2. *dist.* 17. *q. vn. art.* 5. Raphael de la Torre *in* 2. 2. *tom.* 1. *q.* 99. *art.* 3. *disp.* 7.

Respondetur secundò, transeat, vtramque actionem (scilicet copulam coniugalem habendi, & ventrem exonerandi: item & tactus impudicos graues exercendi) facere sine necessitate in loco sacro, Sacrilegium esse (quia per id homo contemnit locũ sacrum; cum sic pertractet eum, ac si esset vile cubiculum, & bestiarum stabulum. Quapropter etiam Sacrilegium est, si quis conculcet imaginem, quia irreuerenter, & turpiter sancta pertractat) Non 11
tamen hinc sequitur, alia peccata, vt detractiones, blasphemiæ, falsa testimonia, & similia, Sacrilegium etiam esse. Ratio disparitatis est, quia in his poste- 12
rioribus actionibus non assumitur locus sacer, vt medium ad ipsas exercendas, cùm præscindant à loco; quemadmodum assumitur in turpibus, & inhonestis prioribus, quæ addictæ sunt loco. Idemque videtur dicendum de actionibus conuiuan- 13
tium, & mercaturam ex proposito exercentium in templo, & similium (item & de tactibus impudicis). esse quidem tales actiones locum Sacrum contemnentes, & sic Sacrilegium, vel saltem sic præsumi; & ideirco illos, qui eas in templo exercent, è templo eiici.



DVBITATIO III.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per exercitium actionum prophanarum in loco sacro, quamuis per illas locus sacer non prophanetur?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Si quis ibi exerceat sententiam.*

2 *Si exerceat negotiationem.*

3 *Si exerceat seditionem.*

4 *Si exerceat vana, vel fœda colloquia.*

1 RESPONDETVR, violari primò, si quis io illo exerceat cognitionem, seu seotentiam iudicij secolaris.

2 Secundò, si exarceat negotiatiooem, seu actionem mercaturæ.

3 Tertiò, si exerceat seditiooem, conclamarionem, seu impetum.

4 Quartò, si exerceat vaoa, & moltò magis fœda, & profana colloquia, vel confabulationes. Vide *cap. decet de immunitate Ecclesiarum in 6. & citatum, cap. non oportet, 2. d. 42.*

SECTIO II.

An sit sacrilegium graue, si secularis Iudex in loco sacro faciat processus, vel sententias?

SVMMARIVM.

1 *Incidere in capitulum, Decet de immunitate Ecclesiarum, in 6. non est peccatum mortale.*

2 *Iudex secularis committit grauem culpam sacrilegij si formet processus, aut proferat sententias in loco sacro.*

3 *Iudex secularis non potest in Ecclesia vel Cœmeterio capere summariam informationem.*

4 *Iudiciaria informatio quamuis non sit actus perfectus, est tamen actus inchoatus, & eiusdem rationis.*

5 *Actus iudicialis in Ecclesia fit licite & valide data necessitate actus.*

6 *Iudex secularis multo minus in loco sacro potest facere causas criminales.*

7 *Absurdum est, & crudele ibi iudicium sanguinis exerceri, vbi est tutela refugij constituta.*

8 *Ecclesia, siue Templum conuertendum non est in propugnaculum, siue munitionem, excepto casu necessitatis in bello defensiuo.*

9 *Iudex Ecclesiasticus potest etiam in Ecclesia formare processus, & proferre sententias.*

10 *Sententiæ Ecclesiasticorum Iudicum præsumuntur pietatem concernere.*

11 *Agere causas Ecclesiasticas in Ecclesia est honestum, & decens.*

12 *Iudex secularis remoto strepitu iudiciali, potest exercere in Ecclesia actus iurisdictionis voluntaria, non autem contentiosæ.*

13 *Dispensatio, pupillorum prouisio, electio, præsentatio, item gradus Doctoratus, & similium collatio, etiamsi auctoritate regia conceduntur, spectant ad voluntariam iurisdictionem, & in Ecclesia exerceri possunt.*

14 *Per accidens horum exercitium, sicut caterorum omnium, potest esse illicitum in Ecclesia, si fiat cum strepitu, vel Diuina officia perturbet.*

RESpondetur, qood, cum Gregorios X. in dict. cap. *Decet* hæc verba habeat: *Omnis in Ecclesia secularium iudiciorum strepitus conquiescat; nulla inibi causa per laicos, maximè criminalis, agitetur; sint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena.* Quæ verba quamuis, cùm prolata sint eodem tenore, ac alia
plora, quæ in eodem capite faciunt vetita alia 1
(quæ si fiant, noo sunt peccata mortalia) non
videantur grauem culpam sacrilegij importare, tamen, quia statim ibidē subiungit Pootifex: *Processus Iudicum secularium, ac specialiter prolatas sententias in eisdem locis omni carere rebere firmitatu*; dicendum sit
grauem culpam sacrilegij importare, si scilicet quis 2
secularis Iudex processus, vel sententias in loco sacro faciat. Vide Suar. *tom. 1. de relig. lib. 3. c. 4. à n. 12.*

Hinc sequitur primò, quod Iudicibus secula-
tibus licitum noo sit, neque etiam summariam 3
informationem io Ecclesia, vel Cœmeterio (vtrum v. g. illuc confugientes immunitate gaudeant) facere; quia illa iudiciaria informatio (quamuis
non sit actus perfectus: oon enim fit cum citatio- 4
ne partis) est tameo actus inchoatus, & eiusdem rationis, ac proinde cootinetur sub eadem prohibitione. Vide Nauarrum *de orat. hor. 9. Canon. c. 5.*
num. 40. Quod tamen intellige seclusa necessitate: 5
oecessitate enim posita, actus iudicialis in Ecclesia tum licitè, tum etiam validè fit.

Sequitur secundò, quod iisdem multò minus li-
citum sit, in loco sacro causas criminales facere, 6
quia *in dicto cap. decet*, dicitur: *Nulla inibi causa per laicos, maximè criminalis, agitetur*; tum quia *in cap. cum Ecclesia, eodem tit.* Lucius III. ait: *Causas, ubi de sanguinis effusione, & corporali pœna agitur, in Ecclesiis, vel Cœmeteriis agitare sub interminatione anathematis prohibemus: absurdum enim est,*
& crudele, ibi iudicium sanguinis exerceri, vbi est tu- 7
tela refugij constituta. Ex quo colligunt Abbas *ibi num. 3.* Silu. *verb. immunitas 1. q. 1. num. 17.* Suar. *tom. 1. de religion. tract. 2. lib. 3. cap. 4. num. 17.* qood
Ecclesia, siue templum conuertendum non sit in 8
propugoaculum, sou munitionem contra hostem, excepto casu necessitatis in bello defeosiuo. *argum. cap. 2.* de custodia Eucharistiæ. Vide *cap. Sanctorum 10. q. 2.*

Sequitur tertiò, qood Iudicibus Ecclesiasticis tamen illicitum non sit, processus, & senreotias in
Ecclesia facere; quia Pontifex loqoitur solum in 9
ordine ad seculares; tum quia processus, & senten- 10
tiæ Ecclesiasticorum præsumuntur pietatem coocernere. Atqoe ita teoet gl. commuoiter recepta *in cit. cap. Decet, verb. secularium, cap. cùm in Ecclesiis de immunit. Eccles. & cap. relinqui, de custodia Eucharistia*, Nauar. *de orat. hor. Canon. cap. 25. num. 36. & 44.* & alij passim. Quinimmo causas Ecclesiasticas
in Ecclesia agere, honestum, ac decens esse habetur 11
in cap. vlt. q. 2. & notat glos. *in cit. cap. cum Ecclesia, verb. effusione. argum. c. quafronte de appellat.* vbi id notat etiam Abbas *num. 2.*

Sequitur quartò, quod iudicibus etiam seculari- 12
bos illicitum oeqoe sit, in Ecclesia facere alias actiooes, quæ esto similirudinem cum placito, strepituque iudiciali habeant, iudiciales tamen actus oon sunt: quia lex extendenda non est vltra pro-
prietatem verborum; & sic quod illicitum illis non 13
sit, in Ecclesia exercere voluntariā iurisdictiooem, etiam secularem, qualis v. g. est dispensatio, pupillorum prouisio, electio, præsentatio: item gradus Doctoratus, & similiū collatio (etiāsi auctoritate regia
concedantur) quia & talis actus oon est actus iuris- 14
dictioois cōtentiosæ, sed voluntariæ, & ad pietatem conducens: quamuis per accidens horū exercitium (sicut & cæterorum omnium) illicitum esse possit; si scilicet

si scilicet fiat cum strepitu, & tumultu, vt chorearum, vel ludorum, vel similium diuina officia perturbantium. Vide Abbatem *citato cap. Cùm Ecclesia, numero* 6. Siluestrum *verbo Immunitas*, 1. *quæst*. 2. Nauarrum *cap. 5. de orat. num.* 37. Azorium *tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. *quæst*.3 Layman *lib.* 4. *tract.* 10. *c.* 7. *num.* 9. *&* Suar. *tom* 1. *de relig. lib.* 3. *de reuer. debita locis sacris cap.* 4. *num.* 15.

SECTIO III.

An sit Sacrilegium graue, si quis in loco sacro faciat Concilia, consabulationes, contractus politicos, & similia?

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio Conciliorum, consabulationum, & contractuum in loco sacro, non est tam rigorosa, quam Processuum, & sententiarum.*

2 *In cap. decet de immunit. in sexto, non inualidantur acta, neque est aliquod verbum præceptiuum respectu subditorum,*

3 *Verba hæc (cessent consabulationes, cessent turpia &c.) præceptum importare non videntur.*

4 *Prædicta non sunt interdicta ex præcepto, sed ex directione.*

5 *Religiosis plura sunt interdicta ex regula, quam ex præcepto.*

6 *Non tenetur circumstantiam loci sacri confiteri qui verba turpia, fœda, vel alia similia, & multo magis fœdos tactus, & oscula habet in loco Sacro ex communi Doctorum opinione.*

7 *Peccata, quæ polluunt Ecclesiam in materia luxuria, vt copula illicita, & illa publica, habent circumstantiam sacrilegij necessario confitendam.*

8 *Opinio glossæ contraria auctoritatibus multorū Doctorum in cap. decet citato, est probabilior.*

9 *In cap. Decet, licet non sit verbum præceptiuum in actu signato, est tamē in actu exercito.*

10 *In cap. decet citato non prohibentur omnia sub Sacrilegio graui; sed aliqua prohibentur sub veniali.*

REspondetur, quod quamuis *in cit. cap. Decet*,
prohibeatur etiam fieri in loco Sacro Cōcilia,
consabulationes, contractus politicos, & similia,
istorum tamen prohibitio non sit (sicut processuū,
1 & sententiarum) ita rigorosa, vt ipsorum (sicut processuum,
& sententiarum) ibi exercitium sacrilegiū
mortale inuoluat, nisi ex contemptu, vel cū notabili
impedimento diuinorū officiorum fiat. Ratio,
2 quia *in dicto cap. Decet*, non inualidantur acta, nec
est vllum verbum præceptiuum respectu subditorum
(cùm hæc verba solum sint ibi: *Cessent consabulationes,
cessent turpia, cessent negotiationes, cessent par-
3 lamenta*) qui modus dicendi præceptum importare
non videtur. Quod si statim subiungitur: *vt Ordinarij
suadenda suadeant, & interdicta compescant*, quæ
verba videntur supponere aliqua ibi esse interdi-
4 cta: Respondetur, esse interdicta, non ex præcepto,
sed ex directione, sicuti in Religionibus con-
5 tingit, plura Religiosis esse interdicta, ex regula,
non tamen ex præcepto.

Confirmatur, quia si omnia illa, quæ in dicto c.
interdicuntur, ex præcepto interdicta essent, seque-
retur, circumstantiam loci Sacri confiteri obliga- 6
tum esse illum, qui verba turpia, fœda, vel alia simi-
la (& multò magis fœdos tactus, & oscula) in loco
sacro haberet; quod tamen communiter non ad-
mittitur; cùm solū ea, quæ polluunt Ecclesiā in ma-
teria luxuriæ (vt copula illicita, & illa publica) ha-
beant circumstantiā sacrilegij necessario confiten- 7
dam, sicuti *supra Dubit.* 2. *sect.* 4. dicebatur. & videri
poterit Caiet. *tom.* 1 *tract.* 17. *responsionum, respons.* 12.
dub. 1. Vasq. *in p.* 2. *tom.* 1. *q.* 71. *art.* 6. *&* 7. *disp.* 98.
cap. 3. *num.* 4. *& seqq.* Pontius *de matrim. lib.* 10.
c. 10. *num.* 15. & Diana *part.* 1. *tract.* 7. *resol.* 25. *&* 26.

Atque ità, vt *suprà num.* 1. dicebam, docent Angel. *verb. Immunitas, num.* 5. Silu. *verbo eodem, q.* 1. *n.* 5. Tabiena *ibidem*, & Nauar. *de orat. & hor. Canon. cap.* 5. *num.* 41.

Quamuis contrarium, & probabilius doceant. 8
gl. *in supradict. cap. Decet*. & Suar. *cit. lib.* 3. *cap.* 6. *num.*
3. ex eo, quod ibi Pontifex præcipit Ordinariis, vt
subditos compescant auctoritate illius Canonis ad
illa vitanda; quod si talis Canon vim coactiuam nō
haberet, non possent Ordinarij auctoritate dicti Ca-
nonis subditos per censuras cōpescere; quapropter
Ad oppositū respōdetur, quod, licet non sit ibi ver-
bum præceptiuum in actu signato, sit tamen in a- 9
ctu exercito, cùm prohibeantur verbo impe-
ratiuo.

Ad confirmationem autem respondetur, quod
non omnia: quæ ibi prohibentur, sub Sacrilegio 10
graui prohibeantur, sed aliqua prohibeantur sub
veniali, si scilicet materia eorum lædat leuiter san-
ctitatem loci Sacri: quapropter supposita hac (quæ
mihi videtur probabilior) opinione sit

SECTIO VI.

An sit Sacrilegium graue, si quis in loco Sacro faciat seditionem, conclamationem, vel impetum?

SVMMARIVM.

1 *Seditio propria in Ecclesia est peccatum mortale, & Sacrilegium graue.*

2 *Seditio extra Ecclesiam habet grauitatem, multo magis in Ecclesia; præsertim quia graue scandalum generat.*

3 *Nomine (conclamationis, & impetus) de mente Nauarri intelliguntur Tripudia, Choreæ, & Repræsentationes.*

4 *Choreæ & Repræsentationes inhonestæ in Ecclesia sunt peccatum mortale, & graue Sacrilegium propter prohibitionem.*

5 *Choreæ, & Repræsentationes in Ecclesia si honestæ, & piæ sint, non sunt venialiter illicitæ.*

6 *Ludi honesti, Comædiæ & Tragædiæ, quæ ad pietatem mouent, non sunt à Templo alienæ.*

7 *Contraria sententia, quam affert Barbosa non est de iure communi.*

8 *Concilium Prouinciale Mediolanense de tempore sancti Caroli prohibet repræsentari in Ecclesia Passionem Saluatoris.*

9 *Consuetudo obseruat vbi adest prohibitio, repræsentari posse de Episcopi expressa licentia.*

RESpondetur, quod cùm ibidem prohibentur seditio, conclamatio, & impetus, sub istis verbis: *Nullus in locis eisdem, in quibus cum pace, ac quiete vota conuenit celebrare, seditionem excitet, conclamationem moueat, impetumuè committat*, dicendum sit,
1 si intelligantur de propria seditione, & ei adiunctis, esse peccatum mortale (& sic Sacrilegium graue, propter prohibitionem) quia si seditio facta
2 extra Ecclesiam, hanc grauitatem habet, multò magis facta in Ecclesia, hanc (& sic sacrilegij, propter prohibitionem) grauitatem habebit; præsertim quia graue scandalum generat, & grauitet diuina officia perturbat. Vide Suar. *lib.* 3. *cap.* 6. *numer.* 4.

3 Si autem nomine *Conclamationis*, & *impetus* tripudia, choreæ, & repræsentationes cum Nauarro *cap.* 5. *de orat. num.* 25. & *seqq.* intelligantur, dicen-
4 dum sit, si sint inhonestæ, scandalosæ, vel diuina officia grauiter perturbantes, esse similiter peccatum mortale ob tales circumstantias (& sic similiter sacrilegium graue, propter prohibitionem) vt probat etiam textus *in cap. Cùm decorem, de vita, & honest. Clericorum*; si autem sint honestæ, & piæ,
5 non esse neque venialiter illicitas: quia tunc ibi fieri non prohibentur, vt constat ex *cit. c. cùm decorem.* & docent gl. & Abb. *ibi*, & Nauar. & Suar. *supra*, & Sà *verb. Ecclesia, num.* 4.

Quapropter ludos honestos, Comœdias, & Tra-
6 gœdias, quæ ad pietatem mouent, à templo alienos non esse, rectè subdunt ipsi, in locis supra cit. quod & docent etiam Angelus, *verb. ludus, n.* 2. Tabiena, *eodem verbo, q.* 4. Silu. *q.* 2. *dist.* 3. & Sanchez *in opusc. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 14. *num.* 23. Quamuis
7 contrarium sentiant Barbosa *de potest. Episc. par.* 2. *allegat.* 24. *num.* 25. Gauantus *in Enchir. Episc. verbo Repræsentationes sacræ, num.* 1. vbi obseruat, S.
8 Carolum in Concilio primo prouinciali prohibuisse, Passionem Saluatoris in Ecclesia præsentari. & Zerola *in prax. Episc. part.* 1. *verb. Repræsentationes*, vbi similiter obseruat, aliquos Episcopos etiam prohibuisse, illas ibidem fieri posse sine ipsorum
9 expressa licentia; sed quod dixi, saltem spectato iure communi, & præscindendo à circumstantiis hic, & nunc, est multò probabilius.

SECTIO V.

An sit sacrilegium graue, si quis in loco sacro faciat Vniuersitatum, aut Societatum concilia, conciones, vel publica parlamenta?

SVMMARIVM.

1 *Concilia, & Conciones si sint de rebus politicis, & profanis, prohibentur in Ecclesia, secus si spectent ad pacem, & pietatem.*

2 *Concilia pure politica ratione commoditatis (secluso scandalo, & contemptu, violentia, & graui perturbatione) non prohibentur sub mortali peccato haberi in Ecclesia.*

RESpondetur, quod cùm ibidem prohibentur vniuersitatum, & societatum quarumlibet Concilia, conciones, & publica parlamenta, intelligendum sit, hæc in loco sacro fieri, prohiberi, si sint de rebus politicis, & profanis; quia si sint de iis, quæ spectant ad pacem, & pietatem, non prohibentur, sicuti rectè notarunt Ioan. Andreas, Abbas *loco cit.* Angel. *verb. Immunitas*, §. 5. Nauar. *dist. cap.* 5. *n.* 32. & 37. Layman *lib.* 4. *tract.* 10. *cap.* 7. *num.* 9. & Suarez *cap.* 4. *num.* 16. & *cap.* 6. *num.* 5. Quin addo, quod & si Concilia sint purè politica, sed propter aliquam commoditatem in 2
loco sacro celebrentur, neque etiam sub mortali prohibeantur, secluso scandalo, contemptu, violentia, & graui perturbatione diuinorum officiorum. Vide Suar. *cit. cap.* 6. *num.* 5.

SECTIO VI.

An sit sacrilegium graue, si quis in loco sacro faciat vana, & multò magis fœda, & profana colloquia?

SVMMARIVM.

1 *Colloquia, & confabulationes vanæ, & multo magis fœdæ, & profana sunt sacrilegæ.*

2 *Confabulationes honestæ extra tempus Diuinorum officiorum neque sunt peccatum mortale.*

3 *Confabulationes inhonestæ ideo sunt graue, vel leue sacrilegium; si magis vel minus lædant sanctitatem loci, vel Diuinorum officiorum celebrationem.*

4 *Cibum, vel potum sumere in Ecclesia prohibetur, nisi pietas, vel necessitas aliquando cogat.*

5 *Agapen institutere peracta synaxi pro absurdo habuit Apostolus.*

RESpondetur, quod (cùm ibidem prohibentur vana, & multò magis fœda, & profana colloquia, & confabulationes quælibet) hæc similiter ob talem prohibitionem, si in se sint peccatum morta- 1
le, sacrilegij grauis malitiam inuoluant, quia ob reuerentiam loci sacri grauiter prohibentur; si au- 2
tem confabulationes sint honestæ, & extra tempus diuinorum officiorum, similiter non prohibeantur. Et confirmatur, quia alioquin peccarent venialiter, qui extra dictum tempus in Ecclesia de rebus honestis colloquerentur, quod dicere, nimis durum videtur. Quapropter rectè dixit Suar. *in cit. cap.* 6. *num.* 6. prohiberi ibi solum colloquia otiosa, vel alias mala (Adde, & quæ diuinorum officiorum celebrationem perturbant) sub leui scilicet, vel graui sacrilegio, prout leuiter, vel grauiter san- 3
ctitatem loci, vel diuinorum officiorum celebrationem lædunt.

Hinc & *in cap. non oportet*, 2. *d.* 42. Satis judicatur, & vsus Ecclesiarum nunc confirmat, quod in 4
Ecclesiis cibum, & potum, perinde ac in locis profanis, sumi etiam prohibitum sit, nisi pietas, vel necessitas aliquando cogat, iuxta *cap. nulli, d.* 42. Quapropter etiam Apostolus 1. *ad Corinth.* 11. pro absurdo habuit, quod fideles peracta Synaxi post Sacramentorum participationem (vti S. Chrysostom. homil. 27. interpretatur) Agapen instituerent: *Nun-* 5
quid domos non habetis ad manducandum, & bibendum, aut Ecclesiam Dei contemnitis?

SECTIO VII.

An sit sacrilegium graue, si quis in loco sacro faciat negotiationes, & nundinas?

SVMMARIVM.

1 *Emptio, & venditio vsum politicum respicientes, si sint sine vociferatione, contractatione, & tumultu, non ita prohibentur fieri in Ecclesia, vt inducant peccatũ mortale; sicut è contra quando dicta actiones sunt ibi continuè exposita.*

2 *Vendentes in Ecclesia candelas, & alia pietati fidelium inseruientia, si permanenter, non excusantur à sacrilegio graui.*

3 *Opinio Caietani, S. Antonini, Syluestri, & aliorum non probatur.*

4 *Vendentes prædicta in Cæmeterio, & ad Portam Ecclesiæ excusantur à sacrilegio graui.*

5 *Cessante ratione prohibitionis cessat etiam ipsa prohibitio.*

6 *Tractatus emptionis, alterius ve, habitus in Ecclesia, merce alibi existente, potest esse tantum peccatum veniale.*

7 *Item dic de venditione per accidens, & in transitu, seu in recessu propter pluuiam.*

8 *Item si officina rerum venalium constituatur tantum in Cæmeterio, seu res vendendæ ad populi deuotionem deseruiant.*

9 *Vsus quorumdam locorum non improbatur, melius tamen est talia fieri extra Ecclesiam.*

10 *Ecclesia, si eligatur ex instituto ad venditionem, graue peccatum videtur.*

1 Respondetur, quod, cùm ibidem prohibentur negotiationes (præcipuè Nundinarum) & sic quilibet contractus emptionis, & venditionis vsum politicum respicientes, non prohibeantur ita, vt semper in ipsis (si fiant in loco sacro) committatur peccatum mortale, & sic sacrilegium graue, sed solùm, si adsit negotiatio, id est, expositio ad plures contrahendum vociferatione, contractatione, & tumultu; quia hæc tantum perturbat diuina officia, fraudibus est exposita, & Ecclesiam Dei multum profanat, vt patet ex facto Christi eos, qui vendebãt in Tẽplo, grauiter reprehẽdentis, & eiiciẽtis *Matth. 21. & Io. 2.* & videri poterit Silu. *verb. negotiatio, q. 2.* & Cõradus *de contractibus q 51. conc. 2.*

2 Hinc sequitur quod vendentes in Ecclesia candelas, & alia pietati fidelium inseruientia, non videantur excusari posse à sacrilegio graui, si vendãt ibi prædictas res permanenter, & quasi apposita mensa. Atque ita docet Nauarrus *cap 5. de orat. num.*
3 36. cõtra S. Antoninum, Caietanum, Syluestrum, & alios ab ipso *ibi* relatos, quorum opinionem tamen approbat Nauarrus, si ea à clericis, vel religiosis vendantur eo fine præcipuo, vt emptores suæ piæ deuotioni satisfaciant; quod mihi non probatur (quia & tunc etiam militat eadem ratio in contrarium supra adducta) nisi veluti per transitum, & sine strepitu ibi vendantur.

Excusantur autem à sacrilegio graui, si vendant
4 in Cœmeterio, vel ad portam Ecclesiæ; quia tunc (vt omittam consuetudinem, & quod minor reuerentiá debeatur Cœmeterio) cessat ratio prohibi-
5 tionis, quæ est diuinorum officiorum perturbatio, & Ecclesiæ profanatio, sicuti docent Nauar. *lo. supra cit.*, Suar. *3. to. de Euchar. disp. 81. sect 8. vers. 2.* & Fagundez *2. par. de præcept. lib. 4. c. 4. n. 20.*

Sequitur secundò, quod si tantum tractatus em- 6
ptionis, alteriúsue contractus in Ecclesia instituatur, merce alibi existente, possit esse peccatum tantum veniale; Atque ita docent Caiet. *verb. Immunitas, §. discernendum est autem.* Sot. *lib. 6. de iust. & iure, q 2. art. 2.* Angel. *verb. Negotiatio, §. 2.* Molin. *tr. 2. disp. 344.* Medin. *de restitut. q. 30. verb. Quarto*, Suar. *3. p. to. 3. disp. 81. sect. 8 col. 3.* 7
Item, si (vt dicebam) venditio fiat in Ecclesia per
accidens, v. g. in transitu, vel in recessu propter 8
pluuiam. Vide Caiet. & Suar. *in locis supra cit.* Item, si (vt etiam dicebam) officina rerum venalium constituatur tantum in Cœmeterio. Vide Caiet. & Suar. *ibid.* Quinimò si res vendendæ ad populi deuotionem deseruiant, vt sunt candelæ, vel panes ad altare offerendi, &c in quibusdam locis tanquam honesta consuetudo toleratur in Cœmeteriis, immò & in ipsis Ecclesiis tolerari posse, si fiat sine strepitu, & diuini cultus augendi gratia, ait præter
nonnullos alios *supra* citatos Angelus *verb. Immu-* 9
nitas, §. 9. & Molin. *loc. cit.* Quamuis melius sit talia extra Ecclesiam fieri, vt *supra* dicebam: quia quo-
tiescunque Ecclesia per se, & ex instituto ad vendi- 10
tionem eligitur, graue peccatum videtur, cum indecentissimum sit, domum Dei domum negotiationis fieri.

SECTIO VIII.

An, & quid in loco sacro, fieri prohibeatur sub illis verbis, quibus, in cap. Decet, prohibetur fieri in loco sacro fori cuiuscunque tumultum?

SVMMARIVM.

1 *Agitatio causarum iudicialium in loco sacro per cit. cap. Decet de immunit. non prohibetur.*

2 *Verba subsequentia in Decretis, legibus, & cæteris explicant antecedentia.*

3 *Tumultus qui in foro contrahendo interuenire solet, prohibetur in citato cap.*

4 *Tumultus ita prohibitus intelligitur de contractu emptionis, & venditionis.*

5 *Tumultus præfatus non comprehendit agitationem causarum iudicialium.*

6 *Contractus etiam celebrati ab Ecclesiasticis probabiliter prohibentur in Ecclesia; secus si sint de rebus Ecclesiasticis & Diuina officia nõ perturbẽt.*

7 *Ecclesiastici tenentur magis, quam seculares Ecclesiis reuerentiam exhibere.*

8 *Valet argumentum à sententia Ecclesiastica ad contractum Ecclesiasticum.*

9 *Contractus celebrati in Ecclesia tam ab Ecclesiasticis, quam secularibus, validi sunt.*

Respondetur, quod, cùm ibidem prohibetur fo-
ri cuiuscumque tumultus, sub istis verbis non 1
prohibeatur agitatio causarum iudicialium (hæc enim prohibetur in sequentibus verbis, cum dicitur: *Omnis in eis*, scilicet Ecclesiis, & Cœmeteriis, *se-*
cularium iudiciorũ strepitus conquiescat) sed prohibetur 2
negotiatio; ita vt talia verba explicent, & extendãt tantũ antecedẽtia: prohibuerat enim Põtifex omnẽ negotiationẽ (præcipuè nundinarũ, subditq; *Ac fori cuiuscum, tumultum*, quasi diceret,) esset tumultus,

qui in foro contrahendo interuenire solet; & sic
4 dictis verbis prohibetur omnis contractus emptionis & venditionis; non autem agitatio causarum iudicialium Vide Nauarrum *citato cap. 5. de orat. num.46.*

5 An autem prohibeantur etiam contractus, qui ab Ecclesiasticis celebrantur?

Respondetur probabilius affirmatiuè; quia pro-
6 hibetur ibi fori cuiuscunque tumultus, & sic siue fiat à seculari, siue ab Ecclesiastico; tum quia Ecclesiastici tenentur magis, quàm seculares, Ecclesiis
7 reuerentiam exhibere: ergo, &c. Quamuis si contractus sint de rebus Ecclesiasticis, non putem eos
8 prohiberi (nisi quatenus diuina officia perturbarent) quia si prolatio sententiæ Ecclesiasticæ *in supradicto cap.* non prohibetur propter pietatem, propter eandem etiam non prohibebuntur contractus Ecclesiastici. Atque ita præter alios docet Nauar. *cit. cap. 5. de orat. n.37.*

Cæterum illud certum esse videtur, quod contractus siue ab Ecclesiasticis, siue etiam à secularibus celebrentur in loco sacro, validi sint: quia *in dicto cap. Decet,* solum processus, & sententiæ secularium Iudicum irritantur; non item contractus, tametsi prohibeantur. Atque ita docet gl. communiter recepta *in cit. c. decet, verb. Processu,* Abb. *ibid. n. 6. & 7.* Silu. *verb. Immunitas, 1. num. 3. & 4.* Nauar. *cit. cap. 5. de orat. num. 37.* & Suarez *tom. 1. lib. 3. cap. 4. num. 18.*

SECTIO IX.

An sit sacrilegium graue, si custodiantur in Ecclesia supellectilia, siue secularium, siue etiam clericorum.

SVMMARIVM.

1 *Supellectilia tam Clericorum quam secularium, nisi propter vrgentes necessitates custodiri in Ecclesia (rigorosè sumpto vocabulo) prohibentur.*
2 *Peccatum mortale regulariter non committitur custodiendo prædicta in Ecclesia, & sic sacrilegium graue.*
3 *Secus est si excessus notabiliter Ecclesiam impediat, fœdet, vel contemnat.*
4 *Nautica ligna in Ecclesia seruare, comedere, confabulari, Concilia facere, hospitalia &c. de mente nonnullorum Doctorum est tantum peccatum veniale.*

1 Respondetur, quod cùm *in cap. relinqui, de custodia Eucharistiæ,* ob reuerentiam locis sacris debitam, prohibetur, quod in Ecclesiis admittantur tam clericorum, quàm secularium supellectilia custodienda (nisi propter hostiles incursus, aut incendia repentina, aut alias vrgentes necessitates, ad eas oporteat refugium habere) id intelligendum sit de sola Ecclesia rigorosè sumpta, non item de sacristia, aut de aliis locis Ecclesiæ annexis.

Item, quod si in Ecclesia admittantur, regulari-
2 ter non interueniat peccatum mortale, & sic sacrilegium graue, nisi excessus tantus fuerit, vt Eccle-
3 sia notabiliter impediatur, vel fœdetur, vel contemni videatur: quod satis colligitur ex principio textus, vbi inquit Innocentius III. *Relinqui nolumus incorrectum, quod quidam clerici Ecclesias sic exponunt supellectilibus propriis, & etiam alienis, vt potius domus laica, quàm Dei Basilica videantur.* Vide etiam Caietanum *verb. Immunitas,* Molinam *to. 2. disp. 344.* Sà
verb. Ecclesia, num. 3 & Suarez *lib. 3. cit. cap. 6. in principio,* qui monent plerumque esse peccatum veniale, sine necessitate in Ecclesia, nautica ligna seruare, comedere, confabulari, concilia facere, hospitari, &c. 4

DVBITATIO IV.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per iniectionem manuum in personam Ecclesiasticam.

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Violatur, si quis inferat manus violentas in Clericum, vel Monachum.*

Respondetur violari, si quis inferat manus violentas in clericum, vel Monachum, aduersus 1
priuilegium Canonis, quod ex motiuo virtutis Religionis Ecclesiasticis, atque Deo dicatis personis concessum est. Vide *cap. Si quis suadente, 17. q. 4.* vbi sic habetur: *Si quis suadente diabolo in clericum, vel monachum manus violentas iniecerit, anathematis vinculo subiaceat: & nullus Episcoporum præsumat illum absoluere, nisi mortis vrgente periculo; donec Apostolico conspectui præsentetur, & eius mandatum suscipiat.*

SECTIO II.

An, & quid intelligatur per ly *Si quis*

SVMMARIVM.

1 *Verbum (si quis) in can. Si quis suadente 17. q. 4. comprehendit Personam vtriusque sexus habentem sufficiens iudicium rationis ad peccandum mortaliter.*
2 *Item comprehendit puerum impuberem.*
3 *Ætas non excusat pueros à tota pœna, sed à parte, & ideo possunt ab Episcopo absolui etiã post pubertatem.*
4 *Item comprehendit personam cuiuscumque status, Ordinis, conditionis & dignitatis, quia est in fauore Ordinis Ecclesiastici, & habet amplam interpretationem.*
5 *Excommunicatio generaliter lata comprehendit etiam Episcopos; quamuis de illis non fiat expressa mentio.*
6 *Item dic de Cardinalibus sanctæ Ecclesiæ quamuis non Episcopis.*
7 *Textus in cap. quia periculosum sit, declaratur.*
8 *Priuilegia Episcopis concessa, vt eligendi sibi*

Confes

Confessarium, extenduntur etiam ad Cardinales non Episcopos.

9 *Priuilegia, de quibus in cap. final. de priuil. in 6. Episcopis concessa, competunt etiam Cardinalibus non Episcopis.*

1 RESpondetur, per ly *Si quis* intelligi omnem
vtriusque sexus,& cuiuscumque ætatis perso-
nam, dummodo habeat sufficiens iudicium ratio-
nis ad peccandum mortaliter, Atque ita ex com-
muni docet Nauar. *cap.* 27. *n.* 76. & habetur ex *cap.*
mulieres,& cap. pueris, de sentent. excommun. Vnde
2 etiam comprehenditur puer, quamuis non perue-
nerit ad pubertatem, sicuti docet Panorm. *cap.* 1. *de*
sentent. excommun. & ex textu cap. final. eodem tit. Et
3 ratio est, quia ætas non excusat pueros à tota pœ-
na, quamuis excuset à patre, scilicet quod non te-
neantur præsentare se Pontifici pro absolutione,
sed possint ab Episcopo absolui, *dict. cap. fin.* etiam
post pubertatem, *it. cap. pueris.*
4 Item intelligi omnem cuiuscunque status, or-
dinis, conditionis, & dignitatis personam, dummo-
do excommunicationis capax sit, adeò vt etiam ip-
si Prælati Ecclesiastici, si clericos sibi non subdi-
tos, vel subditos per personas, quibus id non com-
petit (vt mox *infrà sect.* 18. dicetur) percutiant, ex-
communicationis censuram incurrant. Atque ita
ex communi docet Molina *tract.* 5. *disp.* 51. Et ratio
est, quia talis Canon, vtpote fauorabilis, quia pri-
mò, & per se est in fauorem Ordinis, & status Ec-
clesiastici, amplam habet interpretationem.
5 Vide etiam Silu. *verb. Episcopus §. fin.* & Nauar.
c. 27. *num.* 161. vbi tradunt, quod excommunicatio
generaliter lata comprehendat Episcopos, quamuis
de illis non fiat expressa mentio: qua de re extat
text. *in cap. quia periculosum, de sentent. excommun. in*
6 6. Quod dictum est de Episcopis, idem dicendum
de Cardinalibus quamuis non Episcopis; præser-
tim, quia Cardinales, quamuis non Episcopi, sunt
in sua Ecclesia dignitate Episcopi.
7 Non obstat, quod prædictus text, *in cap. quia*
periculosum, loquatur tantum de Episcopis: nam
propter rationes dictas meritò extendunt illum
communiter Doctores ad Cardinales etiam non
Episcopos. Atque ita ex Auila, & Sayro docet Hur-
tad. *de sacram. tract. de suspens. diff.* 9. *num.* 23. ita
etiam docet Henriq. *lib.* 13. *cap.* 34. §. 2. *in gl. lit. X.*
Azor *tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 20. Corneio *in* 3. *part. tract.*
5. *de suspens. disp.* 3. *dub.* 1. *q.* 2. Albanus *de Cardinal.*
q. 4. *priuil.* 31. Beilerus *part.* 1. *de discipl. cler.* §. 2. *num.*
42 Bagnus *de dignitate S.R.E. tract.* 11. *fol.* 183. Lay-
8 man. *lib.* 1 *tract.* 5 *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. qui propterea
aiunt, quod priuilegia Episcopis concessa, vt eli-
gendi sibi Confessarium, &c. ferè semper exten-
denda sunt ad Cardinales non Episcopos; & Man-
fredus *de Cardinal. decis.* 214. docet, Cardinales non
9 Episcopos habere illa sex Episcoporum priuilegia,
de quibus per glossam *in cap. final. de priuileg. in* 6.

SECTIO III.

An, & quid intelligatur per ly in clericum?

SVMMARIVM.

1 *Clerici sunt omnes initiati prima tonsura.*

2 *Percutiens initiatum prima tonsura, incurrit excommunicationem Canonis.*

3 *Initiati prima tonsura sunt in via ad ordines, & intra spharam status Ecclesiastici.*

4 *Ampliatur etiam si initiatus prima tonsura duxerit vnicam, & virginem, & incedat in habitu, & tonsura clericali.*

5 *Clericus coniugatus modo prædicto non gaudet priuilegio, si deferat vestem adeo breuem, vt intrinseca notabiliter appareat gaudet autem si non appareat.*

6 *Clericus coniugatus, si sit ab Episcopo deputatus ad seruitium alicuius Ecclesiæ cui de facto inseruiat, & incedat in habitu, & tonsura. gaudet priuilegio fori.*

7 *Clericus, qui non est sacris initiatus in Hispania ex indulto Pontificio non gaudet priuilegio fori, nisi per quatuor menses ante commissum delictum; detulerit habitum, & tonsuram clericalem; sed ex bulla Pij IV. requiruntur sex menses.*

8 *Clericus licet Excommunicatus, suspensus, irregularis, vel depositus verbaliter, corrigibilis tamen, gaudet priuilegio, Canonis, & fori.*

9 *Clericus etiam mortuus gaudet priuilegio Canonis; sed non efficitur irregularis mortuum mutilans.*

10 *Miles Commendatarius etiam coniugatus gaudet priuilegio Canonis, & fori.*

11 *Clericus coniugatus Bigamus dicitur nudatus omni priuilegio clericali.*

12 *Id intellige de Clericis in minoribus non autem de iis, qui in Sacris ordinibus constituti sunt.*

13 *Clericus in Sacris, qui inualidè contraxit, aut contractum matrimonium consummauit, non dicitur Bigamus.*

14 *Clericus subdiaconus, Diaconus, seu Sacerdos similitudinariam Bigamiam contrahens, peracta pœnitentia redit ad Clerum, & clericalem habitum.*

15 *Bigami prohibentur sub anathematis pœna deferre habitum, & tonsuram clericalem.*

16 *Clericus coniugatus deferens habitum, & tonsuram clericalem nisi alicui Ecclesiæ inseruiat, non gaudet priuilegio fori, & Canonis.*

17 *Clericus se conuertens ad exercitium omnino contrarium, puta si fiat miles, vel exerceat mercaturam, licet habitum, & tonsuram clericalē deferat, non gaudet priuilegio.*

18 *Item dic licet non se immisceat actibus secularibus dummodo post trinam admonitionem deferat habitum, & tonsuram clericalem: neque sufficit vna admonitio pro tribus.*

19 *Admonitio, ad hoc vt afficiat, debet fieri per Prælatum Ecclesiasticum neque requiritur quod sit specialis, sed sufficit generalis.*

20 *Hæretici. Apostata. & multo magis schismatici, degradati realiter, vel depositi verba-*

liter, si sint incorrigibiles, non gaudent priuilegio

21 *Clericus in minoribus constitutus non habens requisita à Concilio Tridentino, non gaudet priuilegio fori.*

22 *Priuilegium fori, & Canonis, videntur pari ratione censeri.*

23 *Priuilegium fori difficilius amittitur quam priuilegium Canonis.*

24 *Priuilegium fori est à iure diuino, priuilegium Canonis à iure humano.*

25 *Clericus, si dimittat habitum, & deprehendatur in turpibus, & enormibus, amittit priuilegium Canonis, secus est de priuilegio fori.*

26 *Affertur sententia Sac. Concilij Tridentini renouantis antiquos Canones.*

27 *Opinio Nauarri in medium adducitur.*

28 *Sententia Auctoris distinguitur, declaratur, & explanatur.*

29 *A lege antiqua non est recedendum, nisi quatenus expresse continetur in noua.*

30 *Correctio legum in dubio non est præsumenda, sed potius euitanda.*

31 *Ablato à Clerica per Concilium Tridentinũ priuilegio fori, non censetur ablatum priuilegium Canonis.*

32 *Odia sunt restringenda, non amplianda.*

33 *Clericus non coniugatus, si ter monitus non deferat habitum & tonsuram, de mente Nauarri non gaudet priuilegio Canonis: & è contra si non ter monitus.*

34 *Sacra Cardinaliũ Cõgregatio ita declarauit in quadã Epistola ad Paulum Comitolũ directa.*

35 *Regula supra recensita quod priuilegium fore difficilius deperdatur, quam Priuilegium Canonis, limitatur procedere in casibus à iure expressis.*

36 *Amisso priuilegio fori, non licet inferre esse amissum priuilegium Canonis.*

37 *Finis Tridentini auferentis priuilegium fori, fuit, ne Clericis deferentibus laicalem habitum, ob exemptionem à potestate laicali, daretur ansa delinquendi.*

38 *Cap. vnicum de Clericis Coniugatis, non loquitur de aliis Clericis quam de coniugatis.*

39 *Clericus etiam in Sacris constitutus, si dimisso habitu, & tonsura, negotiis secularibus se immiscens, ter monitus non se emendat, amittit priuilegium Canonis.*

40 *Clericus, si dimisso habitu clericali, seditioni, Latrociniis & iniquis bellis se immisceat etiam ante Episcopi admonitionem priuilegio Canonis priuatur.*

41 *Clericus occultus, qui sine habitu, & tonsura in enormi crimine à seculari Iudice fuit deprehensus, allegando Clericatum, est remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum,*

42 *Clericus in quocumq. ordine constitutus, legitime deprehensus in furto, homicidio, periurio, vel alio crimine, est deponendus.*

43 *Depositus, & incorrigibilis excommunicandus; & ibi aliæ pœnæ recensentur.*

44 *Clericus incorrigibilis potest capi per Laicos de licentia Episcopi, & ad iudicia trahi.*

45 *Clericus in Sacris constitutus qui ter monitus arma iniqua deponere, & habitum clericalem assumere negligit, non priuatur ipso iure priuilegio fori, nisi per sententiam degradationis realem, aut fictam.*

46 *Excipitur casus homicidii, quo perpetrato priuatur ipso iure fori priuilegio.*

47 *Opinio glossa in cap. 1. de Apostatis, verb. (liberari) non est improbabilis, sed prima sententia est tutior.*

48 *Clericus exercens publice officium Lenonis, aut Cauponarij, si sit coniugatus, vel habitum clericalẽ dimiserit, atque ter monitus ab Episcopo sua non destiterit, vel post reassumpserit idem officiũ, priuatur omni clericali priuilegio.*

49 *Clericus non coniugatus, exercens prædicta, retinendo habitum, amittit priuilegium quoad bona tantum, & tenetur ad tributa laicalia, secus est de priuilegio personali, prout est fori, & Canonis.*

50 *Clericus exercens per annum artem ignominiosam Ludionis, Mimi, aut Parasiti, ipso iure perdit omnia priuilegia clericalia: statim etiã perdit post trinam Episcopi sui monitionem.*

51 *Prædicta ab aliquibus limitantur, intelligẽdo solũ de Clericis in minoribus non de clericis in sacris. Cæteri indistinctè loquũtur de omnibus.*

RESpondetur, per ly in clericum, intelligi omnes, qui saltem primam tonsuram ab Episcopo 1
acceperunt: Atque ita colligitur ex *cap. cùm contingat, de atate, & qualit. ordinandorum, iunct. gl.* nam text. dicit, quod nomine clerici intelligatur initiatus prima tonsura; & gl. dicit, quod percutiens ini- 2
tiatum prima tonsura, incurrat excommunicationẽ Canonis, ergo &c. Et ratio præterea est, quia tales sunt saltem in via ad ordines (si prima tonsura non 3
est Ordo) & sic sunt intra Sphæram status Ecclesiastici. Ergo, &c.

Quod est verum, etiamsi initiatus prima tonsura sit coniugatus, dummodo cum vnica, & virgine, 4
& gestet habitum, & tonsuram clericalem, *cap. vn. de cler. coniugatis in 6.* & docet Henriq. *lib. 13. de excomm. cap. 49. num. 1. lit.* k. & Nauar. *cap. 27. num.* 80. *exempt.* 8.

Quid autem sit habitus clericalis, vide Silu. *verb. Excommunicatio. 6. n. 6. §. 6.* Geminian. *in cit. cap. vn. §.* 1. Couarruuiam *pract. 99 cap. 31. num.* 7. Clarum *lib. 5. sent. 15. vlt. q. 36. n.* 13. Ambrosinum *de immunit. Eccles. c. 23.* & Bonacinam *de legibus disp.* 10. *q. 2. punct.* 1. *§. 4. n. 17.* Vide etiam legem 1. *tit. 4. lib.* 1. *recopilat.* & quæ dicentur *cap. 4. dubit.* 28.

Sed quid si vestis extrinseca sit clericalis, non tamen intrinseca?

Respondet Geminianus *vbi suprà*, si extrinseca sit 5
ita breuis, vt intrinseca notabiliter appareat, non gaudet priuilegio: gaudet autem, si ita sit longa, vt intrinseca non appareat. Qua de re vide etiam Doctores *supra* citatos, & quæ dicentur *cit. dubit.* 28.

Porrò

Porrò clericus coniugatus gaudet etiam priuilegiò fori, nempe vt non iudicetur per Iudicem sęcularem, nec criminaliter, nec ciuiliter, dummodo vtatur habitum, & tonsuram sit ab Episcopo depu-
6 tatus ad seruitium alicuius Ecclesię; & ibi de facto inseruiat; Atque ita habet Tridentin. *sess. 23. cap. de reformat.* quod tamen loquitur de priuilegio fori, vt patet ex contextu; quamuis contrarium teneat Emanuel *cap. 80. de dec. Commun. on. cap. 17.* & specialiter pro Hispania concessit Alexander VI vt habetur *in pragmaticis Regni, lib. 22. & 23.* quod nullus clericus, qui non sit initiatus sacris, gaudeat
7 priuilegio fori, nisi detulerit habitum, & tonsuram clericalem per quatuor menses ante commissum delictum, immò nisi per sex menses, vt patet ex Bulla Pij IV. concessa ad instantiam Regis Catholici, vt habetur *l. 1. tit. 4. lib. 1. Recopilat.* vide ad finem eiusdem tituli, vbi traditur forma seruandi decretum Concilij Tridentini circa clericos minorum Ordinum. Vide etiam, quæ dicentur *cap. 4. dubit. 1. 2. 8. & seqq.*

Item quod dixi, est verum, licet clericus sit ex-
8 communicatus, suspensus, irregularis, vel depositus verbaliter (dummodo non sit incorrigibilis) nam clericus excommunicatus, suspensus, irregularis, vel depositus verbaliter gaudet priuilegio Canonis, & fori; Atque ita docet Angel. *verb. degradatio, n. 1.* Silu. *eod. verb. num. 8. & verb. Excommunicatio, 6. n. 4.* Nauar. *cap. 27. num. 78. & lib. 1. consil. conf. 7. de ętat. & qualit. ordin. num. 6.*

Item licet clericus sit mortuus: nam si quis etiam
9 mortuum illum percusserit, contrahit excommunicationem Canonis; non sic autem contrahit irregularitatem, si mortuum mutilauerit; quia mortuum mutilando non priuat membrum hominis aliqua vita; Atque ità præter alios docet Felinus *in cap. a nobis 2. de sent. excomm. num. 4.* & Toler. *lib. 1. cap. 31. num. 6.*

Item, si percussus fuerit miles commendatarius, etiam coniugatus; nam & hic etiam gaudet priui-
10 legio Canonis, & fori, sicuti ex professo tradit Nauar. *co-f. 13 de regul.* & nos dicebamus *c. 1. dubit. 11.* & dicemus *cap. 4. dubit. 13.*

Ex his tamen nonnulli carent priuilegio Canonis, quorum.

Primò sunt Bigami, qui omni priuilegio clericali nudati esse dicuntur, *in cap. vn. de Bigamis, in 6.*
11 quod tamen cum gl. *ibidem verb. Bigamus*, intelligendum puto de iis, qui prima tonsura, vel Ordini-
12 bus minoribus initiati, cum duabus, vel cum vna vidua, vel ab alio corrupta matrimonium contraxerunt, & consummarunt: non item de iis, qui in sacris Ordinibus constituti, inualidè contrahere, aut contractum consummare præsumpserunt. Ra-
13 tio, quia tales verè bigami non sunt; sicuti habetur *in cap. nuper, cap. à nobis extra, eodem tit.*

Confirmatur; quia *in dict. cap. vn.* prohibetur sub
14 anathematis pœna Bigamis, ne habitum, vel tonsuram clericalem deferant; sed hoc non est credibile statutum fuisse de subdiaconis, diaconis, aut Sacerdotibus similitudinariam bigamiam contrahentibus, cum potius tales, præsertim post pœnitentiam peractam, ad clerum, & clericalem habi-
15 tum redire oporteat (sicuti præter alios notauit Coninch *disp. 14. dub. 15. num. 157*) ergo, &c.

Secundò sunt clerici in coniugio viuentes; præ-
16 terquam si tonsuram, & habitum clericalem gestantes, alicui Ecclesię deseruiant. Atque ita habetur *in cap. vn. de clericis coniugat.* & in Tridentino *sess. 23. cap. 6 de reformat.*

Tertiò sunt clerici, qui se transferunt ad actum omnino contrarium, vt si quis fiat miles. *cap. in audientia de sentent. excommun.* Vel se immisceat actibus secularibus, v. g. mercaturis, & ter monitus 17
non desistat. *cap. fin. de vita, & honest. clericorum.* idque etiamsi gestet habitum, & tonsuram: vel si absque eo, quod se immisceat actibus secularibus, post trinam monitionem non deferat habitum, & tonsuram clericalem. *cap. contingit, 2. de sent. excommun.* 18
& non sufficit vna monitio pro tribus, vti docet Silu. *num. 6. cas. 3.* Tabiena *num. 24.* Nauar. *cas. 5.* addit Silu. quod hæc monitio debet fieri per Prælatum Ecclesiasticum; nec requiritur, quod sit specialis, sed sufficit generalis, vt si Episcopus faciat edictum generale, quod omnes clerici gestent habitum, & tonsuram clericalem. 19

Quartò sunt hæretici, apostatæ, & multò magis schismatici, de quibus vide Caiet. *verb. Excommunicatio, cap. 10. vers. nota septimò.* Item degradati realiter, vel depositi verbaliter, si sint incorrigibiles; de quibus vide Aulam *de censur. 1. part. cap. 5. disp. 3. dub. 13.* 20

Quintò sunt ex Tridentino *supra*, qui, licet prima tonsura initiati, aut in minoribus Ordinibus constituti sint, tamen beneficium Ecclesiasticum non habent, aut clericalem habitum, & tonsuram deferre soliti, alicui Ecclesię ex mandato Episcopi non deseruiunt, aut in aliqua schola, aut vniuersitate, cum licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines non versantur. Ratio, quia licet Tridentinum loqui solum videatur de priuilegio fori, tamen idem sentire videtur de priuilegio Canonis: 21
nam illud prius (vti docet Abb. *in cap. 1. de Apostatis, num. 6. & in cap. perpendimus, de sent. excomm.* Angelus *verb. Excommunicatio, 5. n. 23.* Silu. *eod. verb. 6. num. 4.* Suar. *lib. 4. defens. fidei, Cathol. cap. 27. num. 24.*) 22
difficilius amittitur, quàm hoc posterius; cùm priuilegium Canonis ex humano iure proueniat, priuilegium autem fori ex diuino. 23
24

Confirmatur; quia si clericus dimittat habitum clericalem, & deprehendatur in turpibus, & coomibus, amittit priuilegium Canonis. *cap. cùm ab homine, & cap. perpendimus de sentent. excommun.* & tamen non perdit priuilegium fori, *cap. si iudex laicus, de sententia excommunicationis in 6.* 25

Confirmatur secundò; quia Tridentinum allegat cap. vn. *de cler. coniugatis in 6.* in quo manifesta mentio fit de priuilegio Canonis ab Innocentio II. edito in fauorem Ordinis clericalis. ergo, &c. 26

Atque ita docent Banez *2. 2. q. 12. art. 1. circa fin.* Suar. *disp. 22. sect. 1. num. 11.* Curtellius *de immunit. Eccles. lib. 2. q. 24. num. 1.* (qui extendit, sed minus rectè, vt patet ex Tridentino *loc. suprà cit.* ad constitutos in ordinibus sacris) & Coninch *de sacram. disp. 14. dub. 15. num. 163.* Quamuis contrarium doceant Nauar. *lib. 5. consil. 24. de priuileg. edit. 2.* Mol. *de iustit. & iur. tom. 4. tract. 3. disp. 54. num. 9.* & Auila *part. 2. cap. 1. disp. 2. dub. 9. concl. 3.* vide etiam Clarum *lib. 5. sent. §. fin. q. 36. num. 19.* vbi testatur, diuersas esse in hac re consuetudines locorum. 27

Sed quoad hoc, dicendum mihi videtur, quod si sermo sit de clerico coniugato, qui non gestet habitum, & tonsuram; vel si sermo sit de ter monito, vt habitum, & tonsuram deferat, & adhuc non defert, vera est prior sententia; quia ex dictis, vt clericus coniugatus Canonis priuilegium retineat, requiritur, vt habitum, & tonsuram gestet, alioquin illud amittit; sicut & amittit tanquam incorrigibilis, qui ter monitus habitum, & tonsuram deferre, adhuc non defert. *cap. contingit, el 2. de sentent. excommun.* 28

mun. At si sermo sit de clerico non coniugato,& de non incorrigibili,probabilior,& sequenda est,sententia posterior Nauarri, Molinæ, & Auila,quia *in cap.si vērò, el 2. de sentent. excommun.* deceniitur, quod percutiens clericum non deferentem tonsu-
29 ram,nec habitum clericalem,si nesciebat esse clericum,non manet excommunicatus ; secus tamen si sciebat : propter quem textum idem tenet *ibi* Abbas *num.2.*& Felinus *in principio*, tum quia à lege
30 antiqua non recedendum , nisi quatenus expressè continetur in noua (sicuti habetur *in l.præcipimus*
31 *Cod.de appellat.* Et ratio est, quia in dubio non est præsumenda, sed potius vitanda legum correctio. *c. ivm expediat,de elect.in 6.* & *l 1. Cod. de inoff. dot.*) sed Concilium Tridentinum solum aufert huic clerico priuilegium fori; ergo eius dispositio non est extendenda etiam ad priuilegium Canonis;
32 & consequenter non censetur per Tridentini dictam dispositionem derogatum *actho cap.si verò*,maximè cùm sit talis dispositio odiosa,& lex odiosa,&
33 pœnalis non sit extendenda vltra casum , in quo ipsa loquitur,*can.pœnæ,de pœnit.d.1.l.prætis, ff de pœnis.* Hinc Nauar.*in summa* etiam *cap.27.num.78.*meritò solum negat priuilegium fori clericis (intelligo non coniugatis) qui ter moniti non deferunt habitum,&tonsuram,& sic ad eius mentem,si non sit ter monitus,retinet priuilegium Canonis,quod
34 & docet *in cit.lib.5.consil.24 de priuileg. edit. 2.* tum quia ita declarauit S. Cardinalium Congregatio, teste Antonio Cardinali Carafa in quadā Epistola directa ad Paulum Comitolum,vt habetur *in suis Respon. Moral.lib.6.c.20.* vbi sic ait:Quanto al secondo,la Congregatione hà sentito, che i cherici,che mancano nelle cose contenute nel *cap.6.sess.23* del Concilio (id est non habent beneficium,nec Tridentini requisita)non godano il priuilegio del
35 foro ; ma non per questo s'intendono priuati del priuilegio anco del Canone,*si q̃ is suadente Diabolo.*

Non obstat, quod pro opposita sententia *suprà* dicebatur,nempe quod priuilegium fori difficilius deperditur,quàm priuilegium Canonis : nam respondetur quod ista regula non sit ita generalis,vt quotiescunque deperditur priuilegium fori,deperditum censeatur priuilegium Canonis. Sed dicta regula locum habet in casibus iure expressis ; Atque adeò sensus regulæ est , quod dentur in iure aliqui casus,in quibus deperditur priuilegium Ca-
36 nonis & non deperditur priuilegium fori ; ex quo tamen non licet inferri , quod quandocunque ius aufert priuilegium fori , auferat etiam priuilegium
37 Canonis ; præsertim quia fuit specialis ratio , vt Tridētinum auferret ibi priuilegium fori,ne scilicet clerici gestantes laicorum habitū,si manerent exēpti à potestate laicali,sumerēt ansā delinquēdi.

Non obstat secundò *cap. vnicum de clericis coniu-*
38 *gatis in 6.*vbi dicitur,quod clerici , si non deferant tonsuram,& habitum clericalem , amittunt omne priuilegium clericorum : nam facilè respondetur, quod cap. illud tantum loquatur de clericis coniugatis;sicut *cap.contingit,el 2. de sentent. excommun.* loquitur tantum de illis,qui ter moniti non defe-
39 runt tonsuram,& habitum clericalem.

Sextò sunt clerici,etiam in maioribus constituti,qui dimisso habitu,& tonsura negotiis secularibus se immiscent , & ter moniti ab Episcopo suo emendare se, contempserint : hi enim in tali casu
40 amittunt priuilegium Canonis. Atque ita habetur *in cap.in audientia,cap. contingit,1. de sentent. excommun.* Adde *ex cap.cum non ab homine , & cit. cap. perpendimus,eod. tit.* quod clerici, qui dimisso habitu clericali,enormitati(id est,seditioni,latrociniis , & iniquis bellis) se immiscent , etiam ante Episcopi monitionem,priuilegio Canonis priuantur.

An autem tales priuilegium fori etiam amittant,ita vt à iudice laico capi , & puniri possint? Respondeo negatiuè cum Nauarro *lib.5. consil. vlt. de priuileg.edit.2.* Couar.*in pract.99.cap. 31.* Martha *de iurisdict.par.4.cas.155.* Conioch *it. dub.15.num.160.*& Albate *in cit.cap.perpendimus, num.5.& cit.c.* 41
*1.de Apostat.*vbi subdit,quod clericus occultus,qui sine habitu,& tonsura in enormi crimine à seculari iudice deprehensus est , allegando se esse clericum, possit petere se remitti ad Iudicem Ecclesiasticum,& audiendus sit. Quæ doctrina sumitur ex 42
cap. cum non ab homine, lo iu iic. vbi dicitur , quod si clericus in quocunque ordine constitutus , in furto,vel homicidio,vel periurio , vel alio crimine fuerit deprehensus legitimè , atque conuictus,ab Ecclesiastico Iudice deponendus est ;qui si deposi- 43
tus incorrigibilis fuerit , excommunicari debet, deinde contumacia crescente,anathematis mucrone feriri,postmodum verò , si in profundum malorum veniens contempserit , cum Ecclesia non habeat vltra,quid faciat , ne possit esse perditio plurimorum , per secularem comprimendus est potestatem,ita quod ei deputetur exilium,vel alia legitima pœna inferatur.

Confirmatur *ex cap.vt famæ,de sent. excommunic.* 44
vbi dicitur , quod laici clericos incorrigibiles capere,& ad iudicia trahere possint;sed mandato , & auctoritate Prælatorum,quorum iurisdictioni clerici illi subiecti sunt. Quapropter Abb. *in cit.cap.1. num.4.* aduertit , quod quantumcunque aliquis secularitet vixerit , vt nec fama sit, ipsum clericum esse;si tamen deprehensus in maleficio, allegat se esse clericum,& petit se remitti ad iudicem Ecclesiasticum,sit audiendus.

Item,an si clericus in sacris ter monitus ab Epi- 45
scopo suo,arma iniqua deponere,& habitum clericalem assumere nolit,ipso iure priuilegio fori etiam priuetur,ita vt à seculari Iudice puniri possit?

Negat Lupus *tract.de libert. Eccles. par.2.q.5.num.5.& 9.& quæst.8.num.vn.* & Suar. *lib. 4. defens.cap.27.num.24.*vbi generalem regulam tradunt, clericum in sacris non amittere priuilegium fori , nisi per sententiam degradationis realem , aut fictam, quæ in absentem à Iudice ferri solet , excepto vnico casu *cap. 1. de homicidio,in 6.* quem explicat Co. 46
uar.2.*resol.c.20.n.10.*Clar.*§.fin.q.36. n. 30.* & Silu. *verb. Assassini, q.3.& 4.*

Sed affirmant gl. *in cit.cap.1. de Apostatis,verb. liberari,* Couar.*in pract.99.cap.31.num.2.§ secundò est annotandum,*Clar.*in loc.supra cit.num. 23.* & Martha *tract.de iurisdict.cas 135.* quia trina monitio, inquiunt ipsi)facta clerico in sacris,ob quam incorrigibilis apparet,instar sententiæ, & degradationis esse videtur,per iuris adminiculum. *cap. in audientia,* 47
de sentent.excommun. Hæc sententia ob Doctorum auctoritatem non est improbabilis , sed prior tutior,& supra allegatis iuribus conformior , & ideò sequenda.

Septimò sunt clerici exercentes publicè offi- 48
cium lanionis,aut cauponis,si coniugati sint , vel habitum clericalem dimiserint,atque ter moniti ab Episcopo suo non destiterint, vel postquam destiterint,idem officium reassumant: hi enim in hisce casibus omni clericali priuilegio priuantur : quod si coniugati non sint , & habitum clericalem reti- 49
neant,amittunt priuilegium quoad bona tantum, ita vt instar laicorum,tributa,& vectigalia soluere cogantur

rogantur, oon item quoad personas; ideoque gaudent prinilegio fori, & Canonis. Atque ita habetur *in Clement. 1. de vita, & honest. Cleric.*

Octauò suot clerici per anoum exercentes artem
ignominiosam Ludionis, mimi, aut parasiti: tales
50 enim ipso iure perdunt omnia priuilegia clericalia,
quin etiam perdunt ante annum, si post trinam
Episcopi sui monitionem non desistant, *cap. vn. de
vita, & honest. cleric. in 6.* qood tamen aliqui solum
51 intelligunt de clericis in minotibus, qni clericatui
renunciare possunt, non item de clericis in sacris,
quos ante iudicis Ecclesiastici sententiam, seu degradationem, fori priuilegium non amittere sentiunt Io. Lupus, & Suar. *in loc. supra cit.* & Io. Monachus *in addit. Glossa ad cap. 1. de vita, & honest. Cleric.* Sed alij Doctores iodistinctè intelligunt de omnibus clericis. Cæterum quoad omnia, quæ modo dixi, vide Mol. *tract. de Iust. disp.* 49. & 54. vide etiam, quæ dicebantur *c. 1. dubit.* 5 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. & quæ dicentur *c. 4* 5. 6. & 7.

SECTIO IV.

An, & quid intelligatur per ly *in Monachum*?

SVMMARIVM.

1 *Nomine Monachi cit. can. Si quis suadente, intelligitur quilibet Religiosus professus alicuius Religionis approbata.*
2 *Religiosus non dicitur in iure qui nondum effectu est professus.*
3 *Interpretatio Nanarri ad cap. cum illorum, de sententia excommunicationis defenditur contra quosdam Theologos.*
4 *Conuersus, seu Coadiutor temporalis, & Conuersa, licet non emittant professionẽ, veniunt sub dicto nomine.*
5 *Item Nouitius, cum sit in via ad Religionis susceptionem.*
6 *Nouitij in fauorabilibus Religiosorum nomine censentur, participant de eorum priuilegiis, & sunt exempti, etiam in delictis enormibus à Iudice seculari.*
7 *Idem dic de Hospitibus Religionis Theatinorum.*
8 *Tertiarij Ordinis S. Francisci, vel S. Dominici, an veniant in dicto Can. discrimen est inter Doctores.*
9 *Tertiarij, qui emiserunt tria vota essentialia, viuentes sub regula, & iurisdictione ordinis mendicantium, veniunt in dicto Canone; non autem qui solum sunt addicti Religioni; nec tamen viuunt collegialiter, vt Religiosi.*
10 *Fratres, & sorores prædicti Tertij ordinis, si in propriis Domibus habitant, censentur seculares Personæ; secus si collegialiter sub voto, & habitu aliquo expresso viuant.*
11 *Tertiarij dicti Ordinis, qui viuunt collegialiter, gaudent omnibus priuilegiis concessis fratribus Ordinis.*
12 *Idem dic de fratribus laicis, sunt enim in duplici differentia, alij profitentur regulam cum aliis Religiosis, & ij religiosi sunt, & gaudent eorum priuilegiis: item alij non profitentur regulam sed incedunt in habitu regulari parum distincto, dicati Religioni per simplex votum, & ij etiam gaudent priuilegiis Religionis.*
13 *Laici præfati mancipati Religioni per simplex votum continentia, validè contrahunt matrimonium, non tamen licitè.*
14 *Oblati in Domibus suis manentes non gaudent Ecclesiastica immunitate.*
15 *Discrimen est de Eremitis, an gaudeant priuilegio Canonis, inter Doctores.*
16 *Eremitæ, qui vero Religiosi sunt, gaudent omnibus priuilegiis, quibus gaudent cæteri Religiosi.*
17 *Eremitæ, qui non sunt Religiosi, sed emiserunt votum paupertatis, vel susceperunt aliquam obligationem apud Prælatum Ecclesiasticum, ordini, vel alicui Ecclesiæ specialiter addicti, gaudent priuilegiis Religiosorum.*
18 *Secus carentes dictis requisitis.*
19 *Idemque dic de Hospitalariis.*

Respondetur, per ly in monachum, intelligi 1
quemlibet Religiosum professum alicuius Re-
ligioois approbatæ, *cap. cum illorum, de sentent. ex-
commun.* vel Religiosam, *cap. de Monialibus, eod. tit.*
nam licet *in dicto cap. cum illorum,* noo expresse di-
catur professus, subintelligitur tamen; quia in iure
non dicitur cum effectu Religiosus, qui nondum 2
est professus, *cap. Religioso de sententia excomm.* Qua-
propter immeritò quidam Theologi reprehendunt 3
Nauarrum, quod malè ad id probandum allegauerit
dictum cap. *cùm illorum.*

Intelligitur etiam Conuersus, seu Coadiutor 4
temporalis; & Conuersa, quamuis in aliquibus Re-
ligionibus propriè dictam professionem non emit-
tant. Atque ita habetur *in cap. non dubium, iuncta gl.
verb. Conuersos, in cap. ex tenore, & in c. de Monialibus,
de sentent. excommun.*

Item intelligitur Nouitius, cùm sit in via ad
Religionis susceptionem. *c. Religioso, eod. in 6.* Qua- 5
propter Nouitij in fauorabilibus nomine Religio- 6
sorum comprehenduntur; & de eorum gratiis, &
priuilegiis participant; ita vt etiam ob delicta,
quamuis enormia, ab Ecclesiastico, non seculari
Iudice, iudicari & puniri debeant. sicuti docet Na-
uar. *lib. 1. consil. 5. de foro compet. edit. 2.* Idémque di-
cas de hospitibus nostræ Religionis Clericorum 7
Regularium Theatinorum, vt contra Pasqualigum
tom. 1. decis. 424. dixi cap. 1. dubitat. 9.

An autem Tertiarij, id est, qui tertiam Regu-
lam, & habitum Ordinis S Francisci, vel S. Domini-
ci susceperunt, Ecclesiasticæ personæ censeri, ideo- 8
que eorum priuilegiis gaudere debeant?

Negant cum Caiet. *verb. Excommunicatio, cap. 10. not. 7.* aliqui Doctores. Affirmant autem alij cum Nauarro *cap. 27. num. 29.* vbi dicit, quod licet Caietani opinio possit esse vera secundùm ius commune, non tameo secundùm priuilegia, & consuetudinem, & stylum Romanæ Curiæ; & est decisio Rotæ 332. in antiquis.

Sed ego sic distinguendum puto: nam vel sermo 9
est de iis Tertiariis, qui editis tribus votis essentialibus, verè Religiosi sunt, sub regula, & iurisdictione ordinis mendicantium viuentes, ex concessione Sixti IV. (vt videre est apud Rodriquez *to. 3. regul. 99. q. 72. art. 1. concl. 3.* & Lud. Mirandam *in Man. Prælat. 1 q. 36.*) & hos certum est personas Ecclesiasticas esse, eorumque priuilegiis gaudere. Vel sermo est de aliis Tertiariis, qoi Religiosi propriè ooo sunt, sed solum addicti Religioni, cui vel bona sua obtulerunt, vel etiam habitum, & regulam susceperunt; & tunc licet hi omnes videri possint Canonis priuilegio gaudere *arg. c. duo sunt, 12. q. 1. & c. quisquis 17. q. 4.* Atque ita sentit gl. *in cit. cap. non dubium*, Capistranus in *tractat. de excommun.* Mol. *tract. 1. disp. 50. num. 4.* Silu. *verb. Ecclesia, 1. q. 5. post §. 6.* Auila *part. 2. cap. 5. disp. 2. dub. 11.* & Suar. *disp. 21. sect. 1. n. 20.* tamen dicendum est ex Leooe X. apud Rodriq. *tom. 2. regul. 99. q. 65. art. 5.* quod fratres, & sorores

10 sorores prædicti Ordinis, si in propriis domibus
11 habitant, seculares personæ censendæ sint:sin autem collegialiter, seu in communitate sub habitu, & voto aliquo expresso viuunt, gaudeant omnibus priuilegiis, quibus gaudent Fratres Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum gestant.

Similiter secundò, distinguendum puto de fratribus laicis, quod scilicet alij sunt fratres laici,
12 qui communem cum aliis Religiosis regulam profitentur;& hos certum est, Religiosos esse, & Religiosorum priuilegiis gaudere; alij verò sont fratres Conuersi, qui mutato seculari habitu, & assumpto Regulari, quamuis distincto à cæterorum Religiosorum habitu, alicui Ecclesiæ, vel Religioni se dicarunt, emisso voto simplici, saltem continentiæ, & interdum obedientiæ, & paupertatis etiam, & hi quoque Ecclesiasticis personis annumerari debēt, eorúmque priuilegiis gaudere, quamuis Religiosi propriè non sint, quia non profitentur regulam, & obseruantiás Ordinis;tum quia neque vota sua emittunt tali conditione, vt per eam constituantur sub Regula Religionis à summo Pontifice approbatæ, sicuti rectè notauit Nauarr.
13 *lib.3.consf.7.11.& 81.de Regul. edit.1.* Quapropter si matrimonium contrahant, validè contrahunt, etiamsi non licitè, propter votum scilicet conti-
14 nentiæ simplex. Denique alij suntOblati, qui nulla facta habitus mutatione, neque emisso continentiæ, aut obedientiæ, voto, in domibus suis manent. quamuis ad maioris meriti augmentum, sua bona Religioni dicarint, & hi non sunt propriè personæ Ecclesiasticæ, neque gaudent Ecclesiastica immunitate.

Similiter distinguendum puto de Eremitis (quos
15 priuilegio Canonis gaudere negat Abb. *in c. 2. de foro compet. num.*10. Angelus *verb. Eremita, num.*3. Affirmat autem *gl. in c. quæ verè, 16. q. 1.* Silu. *verb. Eremita, num.*2.& Nauar.*cit.cap.*79)nam vel sermo est de iis Eremitis, qui verè Religiosi sunt (vt videre est apud Rodrig. *tom.3.reg.qq. q.49. art.4.*) &
16 hos certum est, gaudere priuilegiis omnibus, qui-
17 bus gaudent cæteri Religiosi. Vel sermo est de aliis Eremitis, qui verè Religiosi non sunt;& tunc subdistinguo : nam vel edito voto paupertatis, vel alia obligatione suscepta, apud Prælatum Ecclesiasticum ordini, vel Ecclesiæ alicui speciatim addicti sunt, & personis Ecclesiasticis annumerari debent,
18 eorumque priuilegiis gaudere; vel nullam talem obligationem habent, & pro secularibus habendi sunt, Ecclesiasticorumque priuilegiis non gaudent;Atque ita resoluit Mol.*tr.3.disp.*58.*n.*4.Suar. *cit.disp.21.sect.1.n.*22 Rodrig.*tom.2.reg.quæst.quæst. 63.art* 4.Coninch *disp.14.dub.15. n.164.* idemque sentire videtur gl.*in cit.c.non dubium*, Silu.& Nau.*in locis supra cit.* idemque dicit Tabiena *verb. Excommunicatio.5.n.21.* de Rectoribus Hospitalium, qui
19 dicuntur Hospitalarij, & portant aliquod signum, scilicet crucem, si promittant castitatem in mano Episcopi, & renunciant propriis. Vide etiam Armill. *ver. Excommunicatio* 1. *n.* 8. & quoad omnia, quæ in præsenti sectione dixi, vide, quæ dicebantur *c.1.dub.5.vsque ad* 12.& quæ dicentur *c.4 5.6.& 7.*

SECTIO V.

An, & quid intelligatur per ly *Suadente Diabolo.*

SVMMARIVM.

1 *Ad incurrendam excommunicationem canonis, Si quis suadente, requiritur peccatum mortale in ratione sacrilegij.*

2 *Pœna debet esse proportionata culpæ, & ita pœna grauis requirit culpam grauem.*

3 *Duo copulatiue requiruntur ad incurrendam citati canonis excommunicationem, hoc est animi affectus, seu intentio lædendi pertingens ad peccatum mortale, & læsio externa iniusta, siue in corpore, siue in honore, per actionem grauem.*

4 *Excommunicatio non contrahitur; licet intentio lædendi sit peccatum mortale, si tamen læsio sit exigua.*

5 *Lex pœnalis non punit affectum, nisi sequatur effectus.*

6 *Excommunicatio non contrahitur, licet exterior læsio sit grauis, dummodo intentio lædendi à mortali peccato excuset.*

Respondetur, per ly *Suadente Diabolo*, intelligi, 1
ad incurrendam Canonis huius censuram, requiri grauem iniuriam & sic mortale peccatum in ratione sacrilegij, quod semper supponit excommunicatio;sicuti ex communi docet Caiet.*verb. Excommunicatio.c.10.not.6.dict.4* Angel.*eod.verb.cas.1. num.27*.Mol.*tract.3.disp.51.num.6*.Et ratio est, quia 2
cùm pœna debeat esse proportionata culpæ, pœna grauis supponere debet culpam grauem.

Adde, ad supradicti Canonis excommunicationem contrahendam vtrumque requiri; scilicet & 3
animi affectum, seu internum lædendi peccatum esse mortale, & externam iniuriam, siue in corporis, siue in honoris læsione, esse etiam actionem 4
grauem;ita vt si intentio lædendi mortalis quidem sit, sed læsio exigua, excommunicatio non contra- 5
hatur;quia verba legis pœnalis cum effectu secuto intelligenda sunt, sicuti ex communi docent Angel.*loc.supra cit.* Gregorius Carafa *de duello, tract. 5. sect.1.q.5.num.3.* Henriquez *lib.13.c.17.num.2.* Suar. *de cens.disp.2.num.23.* Sanchez *lib.2.mor.c.8. num.7.* & nos diffusè probabimus *lib. de parlamentis, dubitat.4. sect.19. subsect.31.Aduert.2.Corollar.1. 7. 8.9. & 10.* Et vice versa, licet exterior læsio grauis sit,
si tamen intentio lædendi à mortali peccato excu- 6
sari potest, neque etiam excommunicatio contrahatur;quia prædicto Ecclesiæ Canone punitur grauis, & violenta clerici externa percussio, si ea inuoluat peccatum mortale, vt *suprà* ex Caiet. Angelo, & Molina dicebamus, & probabamus diffusè *in cit. subsect.31. Aduert.2. Corollar.1.7.8.9.& 10.* Vide etiam, quæ dicentur *infrà dubit.8. sect. 2. & seqq.*

SECTIO VI.

An, & quid intelligatur per ly *manus violentas?*

SVMMARIVM.

1 *Actio exterior, seu corporalis iniuriosa, seu contumeliosa, siue per manus, siue per pugnos, brachia, genua, vel pedes, & si non in rigore violenta, intelligitur per manus violentas.*

2 *Manus est membrum aptius ad percutiendum, & est organum organorum.*

3 *Actio quolibet etiam violenta tam immediata, hoc est sine alio instrumento, quam mediata, hoc est cum armis, &c. seu; quæ immediate tangat Corpus, & mediate vestes, seu frenum, venit sub nomine manuum violentarum.*

4 *Actio violenta intelligitur etiam illa, quæ adhibetur*

retinendo

custodia,siue clausum,siue appositis custodibus,ne inde egrediatur.

5 *Excommunicatio dicti Canonis non incurritur à Præcipiente confinia Clerico,remotis tamen custodibus.*

6 *Excommunicatio dicti Canonis incurritur ab eo, qui per vim & iniuriam abscindit cingulum ephippii, aut aliquid aliud eripit de manu,vel corpore Clerici,puta librum, pileum, aut vestem.*

7 *Furans nulla vi adhibita Clericis clam, & per vim marsupium,non incurrit dictam excommunicationem.*

8 *Idem dic de vestibus ipsorum.*

9 *Excommunicatio dicti Canonis incurritur ab eo,qui iniuriose conspergit aquam, pulucrem, vel saliuam in Clericum.*

10 *Item incurritur ab eo,qui eum insequitur ad hoc vt in fluuium vel foueam incidat,vel in aliud discrimen, equo decidat, &c.*

11 *Clericus,si fugiens cadat,& vulneretur,insequens illum non incurrit excommunicationem.*

12. *Occidere,vulnerare,aut percutere Equum,vbi Clericus insidet,vel eum sistere per fræni retentionem, sufficiunt ad contrahendam dicti Canonis excommunicationem.*

REspondetur,per ly manus violentas, intelligi
1 quamnis iniuriosam,seu contumeliosam (etsi
non in rigore violentam) actionem exteriorem,
seu corporalem (siue per manus, siue per pugnos,
2 brachia,genua,vel pedes: ponitur enim manus,vel
quia est membrum aptius ad percutiendum, vt ait
Nauar.vel quia est organum organorum ex Aristot.
3 vt ait Caiet.) immediatam circa personam clerici,
vel mediatam circa res ei adhærentes; cuiusmodi
sunt v.g.clericum,vel monachum occidere, muti-
4 lare,vulnerare,percutere manu,vel ense, vel ligno,
&c.violenter detinere in publica, vel priuata cu-
stodia,siue clausum,siue appositis tantum custodi-
bus,ne inde egrediatur;secus,vt notauit Caiet,vbi
5 infrà,si præcipiantur ei confinia,intra quæ se con-
tineat,remotis tamen custodibus ad id illum cogē-
tibus,seu cogere paratis,si egredi velit. Item per
6 vim & iniuriam abscindere cingulum ephippij,aut
aliquid aliud eripere de manibus,vel corpore cle-
rici,puta librum,pileum,aut vestem &c.nam in his
omnibus includitur violentia;secus verò est si nol-
7 la vi adhibita,clam, & per fraudem marsupium v.
g.clerico præscindatur,aut vestes eius in lecto ia-
8 centis,vel natantis,sine directa tamen eum in loco
concludendi intentione, auferantur; quia in his
casibus,cùm violentia non adsit, excommunicatio
Canonis non incurritur,vt ex communi tradit Ca-
iet.*verb.Excommunicatio cap.10.notand.2.* Mol.*tract.
3 disp.51.* Suar.*disp.12.sect.1.num.32.*&Coninch.*cit.
dub.n.15.n.166.*contra S.Antonin.*par.3.tit.24.c.5.§.*
9 5.Itē clericum conspergere aqua,puluere,vel saliua,
&c.aut illū insequi,ita vt in fluuium,aut fossam in-
10 cidat,aut in aliud discrimen,vt se liberet, se dedat,
equo decidat,&c.Nauar.*num.77.*vbi dicit esse com-
11 munem;At verò si clericus fugiens cadat,& vulne-
retur,insequens illum non contrahit excommuni-
cationem,Nauar.& Silu.*verb.Excommunicatio, 6.n.
5.cas.7.*contra Angelū.Et ratio est;quia in tali casu
illa vulneratio ab insequente non fuit intenta in
se ipsa,neque etiam in sua causa,id est, in causa,cùm
per accidens fuga se habeat ad illam percussionem.
12 Item iniicere manus in equū, vbi clericus insidet,
equū sc.occidēdo,vulnerando percutiēdo, aut per
fræni retētionē sistēdo,&c Ratio,quia quāuis tales
& similes violentiæ clerico illatæ,comparatiuè ad
personam graues non sint,tamen graues,& morta-
les sunt comparatiuè ad honorem, qui contume-
liosè læditur;Atque ita sumitur ex *c.nuper., de sent.
excommun.*& colligitur ex *L.item.apud Labeonem, ff.
de iniuriis,*vbi dicitur; *Quod si quis pulsatus quidem
non est,verùm manus aduersus eum leuata,& sic perter-
ritus,quasi vapulaturus,non tamen percussit, vtili iniu-
riarum actione tenetur.* Vide etiam Silu. *verb.Excom-
municatio,6.n.5.*Nauar.*c.15.n.11.& c.27.n. 77.*&
Auilam *par.2.c.5.disp.3.dub.12.*

SECTIO VII.

An excommunicatio vitetur si clericus in sui percussionem consentiat?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio dicti Canonis incurritur etiam si Clericus consentiat in sui percussionem.*

2 *Canon,Si quis suadente,est fauorabilis non Clerico tantum,sed vniuerso statui Clericali.*

3 *Excommunicatio prædicta incurritur etiā si percussio non sit violenta Personæ, si tamen sit iniuriosa statui Clericali.*

4 & 5 *Clericus consentiens in sui percussionem, non incurrit sententiam dicti Canonis ipso iure, sed potest excommunicari,secus dicendum est si qui percutit iam percussisset,& esset publice denunciatus.*

6 *Excommunicatio,quæ decernitur contra consulentem, differt ab ea,de qua hic loquitur,nam antecedit criminis consummationem.*

7 *Absolutio ab excommunicatione accessoria pertinet ad eum,ad quem spectat absolutio principalis.*

8 *Clericus consentiens in sui percussionem, communicat cum excommunicato in crimine criminoso.*

9 *Excommunicatio propter participationem in crimine criminoso non incurritur,nisi scienter.*

10 *Clericus consentiens percussioni factæ animo satisfaciendi iniuriam illatam, etiam si percutiens iam iterū percussisset,nō incurrit excommunicationem ipso facto.*

11 *Aliud est participare in crimine criminoso cum excommunicato,aliud submittere se misericordiæ alicuius,ad hoc vt percat.*

REspondetur,quod excommunicatio non vita-
tur,etiamsi clericus in sui percussionem con- 1
sentiat,dummodò ea Ordini clericali ignominiosa
sit.Ratio,quia Canon prædictus non tam in fauo- 2
rem clerici, quàm in fauorem Ordinis clericalis
conditus est.Atque ita docet Nauar. & habetur *in
cap.contingit.1.de sentent.Excommun.*vbi redditur ra-
tio;quia licet percussio non sit violenta personæ,
est tamen iniuriosa Ordini,seu statui clericali, in
fauorem cuius scilicet est conditus Canon *si quis
suadente Diabolo.*Clericus tamen, qui consentit,ex- 4
communicationem non contrahit. Ita Nauar. &
probatur ex *dict.cap.contingit.*nam ibi dicitur, quod
alis Clericus excommunicetur; ergo poterit qui-
dem ob id excommunicari,non tamen erit hoc ip-
so excommunicatus.

Dices, talis clericus consentiens communicat cum excommunicato in crimine criminoso, ergo ipso facto est excommunicatus.Consequentia probatur,quia si quis est excommunicatus, quia v.g. rem alienam detinet, & tu illum postea adiuuas, quo minus secundùm iustam Iudicis sententiam,ac præceptum restituat,contrahes similiter,quia communicas in crimine,vt iura aiunt, criminoso excommunicationem maiorem, *cap.si concubina, de sent.excommun.*Ergo sic,&c.

Respondetur, quod ad incurrendam excommunicationem propter participationem in crimine criminoso,requiritur, quod quis scienter cōmunicet,dando scilicet auxilium consiliū,vel fauorē,&c.

in eo ipso crimine, propter quod iam commissum
alter excommunicatus est,& præterea quod sciat,
illum excommunicatū denunciatū aut non tolera-
tum,seu vitandū esse; Atque ita habetur *in c. nuper,*
de sent. excommun & docent. Nauar *c. 27. n. 33. & 122.*
Silu. *verb. excommunicatio, 8. n. 10.* Tabiena *excommu-*
nicatio, 5 vers. 1. n. 33. & Auila *part. 2. c. 6. disp. 10. dub.*
5 3. qui rectè aduertunt, excōmunicationē hanc di-
uersam esse ab ea, quæ interdū consulenti, vel quo-
modocunque cooperanti decernitur: nā ad incur-
rendam excommunicationē, de qua hic agitur, ne-
6 cesse est, vt principalis prius incurrerit excommu-
nicationem, posteà autem alter cum principali sci-
enter in eodem crimine cooperetur, & propter eā
cooperationem excommunicetur. At in altero casu
cooperatio antecedit criminis consummationem,
& principalis criminosi excommunicationem Item
aduertunt secundò, absolutionem ab excommuni-
7 catione hac accessoria pertinere ad eum, ad quem de
iure pertinet absolutio ab excommunicatione
principali; Atque ita habetur *in cit. cap. nuper.* Vide
Silu. *vbi supra,* & Auilam *cit. dub. 3 in fine.*
8 Itaque in præsenti casu ad incurrendam excom-
municationem propter participationem in crimi-
ne criminoso, opus esset. quod clericus, qui percu-
titur, consentiret percutienti, quia iam iterum per-
9 cussisset & quod talis percussio esset notoria, ita vt
nullo pacto tergiuersari posset à peccato mortali;
quod & intelligo, si consentiret percussioni iniu-
riosæ, factæ non animo satisfaciendi iniuriam illa-
tam: nam si percussio fieret animo satisfaciendi in-
iuriam illatam (qui est casus illius *c. contingit*) etiamsi
10 percutiens iam iterum percussisset, clericus consen-
tiens neque etiam incurreret excommunicationē
ipso facto: nam, vt rectè docet Panormit. *in dicto c.*
11 *contingit, n.* 8. aliud est participare cum excommuni-
cato in crimine criminoso, aliud submittere se mi-
sericordię alicuius; cùm cogitare, & sperare ipse pos-
sit, illum in tali casu, cùm facile quis debeat parce-
re prostratis, iniuriam remissurum. Vide Silu. *verb.*
Excommunicatio. 6. num. 8. Nauarrum & Auilam *in*
locis suprà cit. & quæ dicentur *infrà dubit. 8. sect.* 16.

SECTIO VIII.

An excommunicatio vitetur, si clericus seipsum percutiat?

SVMMARIVM.

1 *Clericus percutiens se ipsum ex ira, vel passione, ma-*
litiose tamen, & iniuriose, incidit in Canonem.
2 *Nemo potest renunciare quod in fauorem publicum*
introductum est.
3 *Regula quilibet potest cedere Iuri suo, limitatur, si ius*
sit priuatum.
4 *Plus homicida est qui se occidit, quam qui occidit a-*
lium.
5 *Clericus percutiens se ipsum, quod non incidat in Ca-*
nonem probabiliter tenet Barbosa cum alijs soluenti-
bus rationes in oppositum.
6 *Cardinalis seipsum percutiens, vel vulnerans non inci-*
dit in Bullam cœnæ, contra Vuardum.
7 *Clericus percutiens se ipsum, licet cum excessu, si ta-*
men ex deuotione, non incurrit excommunicatio-
nem d. Canonis. Idem dic quamuis non possit con-
sentire, vt sibi ab alio inferatur, quod ipse met sibi
infert.

RESpondetur, quod excommunicatio neque vi- 1
tatur, etiamsi clericus seipsum ex ira, vel passio-
ne, per malitiam tamen, & iniuriosè percutiat, vul-
neret, aut occidat, &c. Ratio, quia prædictus Canō
si quis suadente diabolo, non tam in fauorem clerici,
quàm in fauorē Ordinis clericalis introductus est,
ità vt per ly manus violentas, manus iniuriosas in-
telligat, vt *suprà ex c. contingit, 1. de sentent. excommun.*
dicebatur, & ex alio capite renūciare nemo potest,
quod in fauorem publicum introductum est, sicuti
lib. de parlamentis, dubit. 4. sect 19. subsect. 27. & dubit. 2
27. sect. 8. subsect. 3. & suprà cap. 1. dubit. 14. Diffusè
dicebamus; quia cùm fauor spectat ad publicum, &
non ad personam priuatam, non potest cedere per- 3
sona priuata, iuxta illud: *Quilibet potest cedere iuri*
suo.
Confirmatur, quia ex Can. *si non licet 23. q. 5.* plus 4
homicida est, qui se occidit, quàm qui occidit aliū,
Ergo, &c. Atque ita docent Panormit. *cit. c. contingit,*
num. 6. Nauar. *cap. 27. num. 78.* Clar. *lib. 5. q. 77. num.*
3. & 6. & plures alij Doctores, quos citat, & sequi-
tur Carolus de Grassis *de effect. clericat. effect. 9. num.*
82. ita etiam docet Molina *de iust. & iur. to. 4. tract. 3.*
disp. 51 num. 4. Reginald. *tom. 1. lib. 1. cap. 17. num.*
209. Sayr. *de cens. lib. 3. cap. 26. num.* 20. Guttierez *de*
iuram. confirmatorio part. 1. cap. 16. num. 54 Suar. *de*
cens. disp. 22. sect. 1. num. 59. Auila *de cens. part. 2. c. 5.*
disp. 3. dub. 12. Layman. *lib. 2. tract. 5. part. 2. cap. 5. n. 5.*
Filliuc. *tom. 1. tract. 15 cap. 1. num. 33.* Bellet. *in disqui-*
sit. cler. part. 1. tit. de fauore cleric. Canonis §. 1. num. 11.
Fernandez *part. 2. cap. 9. §. 20. num.* 20. Gyptius *de*
casib. reser. cap. 3. num. 27. Villalob. *tom. 1. tract. 17.*
difficul 22. n. 10. & Raynerius *cap. 9. excommun. 1. not.*
6. & alij communiter.
Quamuis oppositum, & satis probabiliter, doceāt
alij (inter quos Barbosa *tom. 4. part. 2. decreti causa 17.* 5
q. 4. n. 38. & 39. Pasqualigus *tom. 2. decis.* 60. & Tur-
rian. *de censur. lib. 3. disp. 29. dub. 2.*) probantque sen-
tentiam suam soluendo simul rationes in opposi-
tum; quia scilicet prædictus Canon *si quis suadente*
diabolo, manifestè loquitur de persona distincta à
persona percutiente clericum, vel monachum per
manus violentas; & ex alio capite oppositum nullo
iure probatur: nam c. *contingit*, loquitur de actio-
ne iniuriosa, de qua loquitur prædictus Canon *si*
quis suadente diabolo, qui, vt dicebamus, loquitur de
actione alterius distinctæ personæ per manus vio-
lentas, Ergò, &c.
Ad illud autem, quod dicebatur ex Can. *si non li-*
cet 23. q. 5. quod scilicet magis homicida est, qui
seipsum occidit, quàm qui occidit alium; Respon-
detur, quod hoc nihil refert ad probandum, in præ-
dicto Canone *Si quis suadente diabolo*, sermonem esse
etiam de clerico seipsum percutiente; & ex alio ca-
pite, pœnæ, cùm odiosæ sint, extendi non debent de
casu ad casum, etiam ex maioritate, nedum ex iden-
titate rationis; sicuti contra Sanchez *de matrim. lib.*
3. disput. 42. num. 4. & Sà *verb. lex. num. 9.* docent Salas
de legibus tract. 14. disp. 21. sect. 13. num. 29. in fin. Por-
tell. *in addit ad dubia Regul. verb. lex. num. 13.* Io. Va-
ler. *verb. lex. differ. 5. num. 1.* Bonac. *de legib. disp. 1. q. 1.*
punct. 8 num. 23. qui citat Sayrum, & Suarez. & sicu-
ti diffusè nos dicebamus *lib. de parlamentis, dubit. 4.*
sect. 19. subsect. 31. pag. 66. & seqq. & dicemus *cap. 16.*
dubit. 24. per totam.
Hinc dicendum est, quod neque Cardinalis sei-
psum percutiens, vel vulnerans, &c incidat in ex- 6
communicationem Bullæ Cœnæ, Atque ita in ter-
minis contra Duardum *in Bulla Cœnæ q. 8. num. 8.*
& q. 22. num 2. docet Bonacina *tom. 3. disp. 2. q. 12.*
punct.

punct. 3. num. 3. & nos dicemus *infra dubit. 8. sect. 16.*

At quidquid sit de hac opinione, quæ satis probabilis, ob dictas rationes, mihi videtur, illud absque dubio interim dicendum est, quod in excom-
7 municationem non incidit clericus seipsum percutiens, si, licet cum excessu, percutiat ex deuotione, vel si percussio sit talis, vt, quamuis non possit consentire, vt sibi ab alio inferatur, licitè ipsemet sibi inferat (v.g. euellat sibi capillos, vel barbam, aut ob mortem parentum, vel amicorum, &c. alapis seipsum percutiat. Vide Nauar. *c. 15. n. 11.* & quæ dicentur infra *eo. dub. 8. sect. 16.*

SECTIO IX.

An excommunicatio vitetur, si percussio sit merita clerico?

SVMMARIVM.

1 *Clericus quamuis dignus morte, non potest puniri à non Iudice, item neque à laico de licentia Prælati.*

2 *Clericus, licet posset capere Clericum per laicum, non tamen potest illum punire, nisi per Clericum.*

3 *Episcopus non debet per se ipsum punire, seu verberare Clericum nisi in casu, quo non adesset alter ad id exequendum.*

1 Respondetur, quod excommunicatio neque vitatur, etiamsi percussio sit merita clerico, dummodò tamen fiat iniusto modo, vel per personam, per quam fieri non debet, vt si v.g. clericus, quamuis dignus, morte puniatur, vel verberetur (etiam ad correctionem) à non iudice suo; vel licet percutiatur à iudice suo, percutiatur tamen modo, qui
2 sit contra ius, vt si v. g. à suo Prælato per laicum, puniatur: nam licet clericus possit capere clericum per laicum, non tamen potest illum punire, nisi per clericum, vel monachum; immò neque potest per clericum, quando commodè potest per seipsum, *cap. vniuersitas, de sent. excomm.* excepto Episcopo, qui non debet per seipsum punire, seu verberare,
3 nisi in casu, quod non adesset alter ad id exequendum. Qua de re vide, quæ dicentur *infra sect. 18.*

SECTIO X.

An excommunicatio vitetur, si quis non mandet, vel consulat percussionem clerici, sed tantum dicat, se appetere illam?

SVMMARIVM.

1 *Non mandans, vel expressè consulens percussionem Clerici, non incurrit sententiam Canonis, etiam si coram suis dixerit se appetere vindictam talis Clerici, ex quibus verbis orta sit percussio.*

2 *Limitatur quando subiunxisset se velle, quod sui non percutiant.*

1 Respondetur, quod excommunicatio neque vitatur, etiamsi quis, licet non mandet, vel consulat expressè percussionem clerici, tamen coram suis dicit, se appetere vindictam talis clerici: nam si his verbis illi mori clericum percutiant, excommunicationem ipse non euitabit, quia quamuis id ipse non dixerit tali animo, debebat tamen præuidere suos credituros, tali animo ipsum dixisse; Atque ita docet Silu. *verb. Excomm. 6. n. 5. p. 4.* quod probat
2 arg. *c. vltimo, de homic. in 6.* & Nauar. *c. 27.* Quapropter vt ab excõmunicatione liber sit, dicere debebit, se tali animo locutũ nõ esse, quia velle, quod nõ percutiãt, quod probatur arg. *c. penultimi de homic. in 6.*

SECTIO XI.

An excommunicatio contra facientes lata, extendenda sit ad cooperantes?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio contra facientes lata, non est extendenda contra cooperantes.*

2 *Lex puniens facientes, & mandantes, adiuuantes, & consulentes, exprimit vtrosque.*

3 *Qui per alium facit, non verè, sed fictè, seu interpretatiuè, & metaphoricè facit.*

4 *Excommunicatio lata contra dantem licentiam malefaciendi, non extenditur ad vtentem illa, nisi distinctè exprimatur.*

5 6 *Deferentes Saracenis, & Turcis equos, arma & c. excommunicantur in Bulla cœnæ, sicut est de Mercatoribus, qui mittunt, vel qui mandant, & iuuant.*

7 *Cooperantes excommunicantur alia excõmunicatione.*

8 *Item Destinantes eis merces per Nuncios. Item expressè permittentes, auxiliantes, vel fauorem præstantes.*

9 *Cooperantes ad iniectionem violentam, & iniuriosam manuum in Clericum, mandantes, consulentes, aut alio modo incitantes, auxilium, vel fauorem dantes, non impedientes, si tenebantur impedire ex officio secundum probabiliorem sententiam, secuto effectu incidunt in excommunicationem.*

10 *Item ratam habentes percussionem suo nomine factam, comprehenduntur in Canone citato. Si quis suadente.*

11 *Cum tantum exprimuntur mandantes; consulentes, fauentes; vel quocunque alio modo cooperantes, non includuntur ratum habentes.*

12 *Ratum habentes non tenentur ad compensationem damni.*

13 *Nec contrahunt censuras duelli, irregularitatem, vel matrimonij impedimentum.*

14 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur respectu contractuum, & respectu pœna in foro externo, non item respectu aliorum effectuum.*

Respondetur, quod excommunicatio contra facientes lata, extendenda nõ sit ad cooperãtes, 1
id est, ad mandantes, adiuuantes, vel consulentes, nisi exprimatur; & consequenter quod excommunicatio cap. *si quis suadente*, extendenda sit ad istos. Prior pars probatur: quia pœnæ non sunt extendendæ, sed potius restringendæ, vt *cap. 16. dub. 24.* 2
per totum dicemus, & *lib. de Parlamentis eo. dub. 4. sect. 19. subsect. 31. subcollar. 1. 7. 8. 9. & 10.* diffusè dicebamus; tum quia quando lex vult punire facientes & etiam mandantes, adiuuantes, ac consulentes, id explicat, extendens ad quemcunque mandauerit, vel auxilium, aut fauorem dederit, &c. vt patet in *cap. felicis, de pœnis, lib. 6. & in Clemen. Si quis suadente, de pœnis,* & in multis excommunicationibus Bullæ Cœnæ, & aliis iuribus; tum quia (vt rectè docet Bart. *in l. si vnius, §. 1. ff. de iniuriis*) qui per alium facit (vt mandans, suadens, &c.) non verè, sed fictè, 3
seu interpretatiuè, aut metaphoricè facit; tum quia excommunicatio lata contra dantem licentiam ma- 4
lefaciendi, non extenditur (vt habetur *in cap. quicunque de sent. excommu.*) ad vtentem illa, nisi distinctè exprimatur, ergo sic, &c. Atque ita contra *Panormit. in cap. significanti*

de Iudois, *num.* 2. & Silu. *verb. Excommunicatio* 10.
num. 5. docet ex communiori sententia Caiet.
verb. Excommunicatio in princip. Tabien. *verb. Ex-
communicatio*, 5. *cap.* 49. §. 5. Nauar. *cap.* 17. *n.* 51.
Mol. *disput.* 52. Auila *cit. disput.* 3. *dub.* 2. *concl.* 1.
Clar. *lib.* 5. *sent.* §. *fin. q.* 89. *num.* 2. & Sanchez *lib.* 3. *de
matrim. disp.* 49. Vide etiam quæ dicentur *infra du-
bio* 8. *sect.* 6. *&* 7.

Hinc, cum *in cap. ita quorundam, de Iudæis* (quæ
modo est excommunicatio 6. vel 8. Bullæ Cœnæ)
excommunicentur, qui equos, arma, &c. deferunt
5 Saracenis, & Turcis, excommunicantur ex vi
6 huius cap. solum famuli, & nautæ illa deferentes,
non item mercatores, qui mittunt, vel qui man-
dant, & iuuant (quidquid quoad hoc præceden-
tem doctrinam limitet Nauar. vt rectè præter alios
docet Tolet *in explicat. Bullæ Cœnæ*) qui cooperan-
7 tes tamen excommunicantur alia excommunica-
tione *in cap. significauit*, de Iudæis, vbi excommuni-
cantur, qui merces eis per nuncios destinatunt; &
excommunicantur *in extrauag. multa*, *& in extra-
8 uag. copiosius de Iudæis*, vbi excommunicantur ex-
presſè permittentes, auxiliantes, vel fauorem præ-
stantes.

Posterior pars patet; quia *in cap. mulieres*, §. *vlt.
& in cap. quanta, de sent. excommun.* expresſè habetur,
9 non solum percutientem, sed etiam mandantem,
consulentem, aut alio modo incitantem, item con-
sentientem, etsi (vt notat gl. *in cit. c. quanta*, quam se-
quitur Tol. *lib.* 1 *c.* 32. *prope fin.*) non omnem con-
sentientem sed eum, qui ad iniectionem prædictam
cooperatur, auxilium, vel fauorem dando; immò &
non impedientem (modò ex officio impedire tenea-
tur, secundùm probabiliorem Nauarri *n.* 78. Auilæ
dub. 8. & Coninch *n.* 174. sententiam) secuto po-
stea effectu, excommunicationem incurrere; quin
& excommunicationem incurrere eum, qui cle-
rici percussionem suo nomine factam, deinde ratam
10 habet, iuxta *cap. cùm quis, eod. tit. in* 6. ideò dicen-
dum est, Canone dicto, *si quis suadente Diabolo*, om-
nes eiusmodi concausas, seu in effectum coope-
rantes, quin & ratum habentes absque dubio com-
prehendi; quod & Ecclesiæ consuetudo, & com-
munis Doctorum opinio etiam confirmat.

An autem, cum exprimuntur mandantes, con-
sulentes, fauentes, vel quocumque alio modo co-
operantes, includantur ratum habentes, si hi non
exprimantur?

11 Respondetur negatiuè, quia, sicuti dicebam,
pœnæ sunt restringendæ; & qui ratum habet, non
12 propriè cooperatur, seu influit in opus (vnde non
tenetur ad compensationem damni, vt rectè dixit
Medina *q.* 7. *ad* 4. & Lessius *lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 3 con-
tra Nauarrum *cap.* 27. *n.* 233.) tum quia, cùm hos le-
gislator vult includere, solet exprimere; sic Docto-
res, quos citat, & sequitur Gregorius Carafa *de
duello tract.* 2. *sect.* 3. *q.* 29. *num.* 7.

13 Hinc non contrahit censuras latas contra duel-
lantes, & quomodocumque cooperantes in duel-
lum, qui duellum nomine suo factum ratum habet;
nec contrahit irregularitatem, qui homicidium
nomine suo factum ratificat; nec contrahit impe-
dimentum matrimonij coniux, qui alterius coniu-
gis necem ratam habet, &c.

Non obstat *cap. ratihabitio*, *ff. de regul. iuris in* 6.
ibi: *Ratihabitio retrotrahitur*, *& mandato compara-
tur*, ergo.

14 Respondetur enim, mandato comparatur respe-
ctu contractuum (cum sola voluntate foris expressa
firmari possint contractus præteriti, non autem
cassari damnum præteritum) item respectu pœnæ
in foro externo (cùm qui ratum habet maleficium,
puniatur sicut qui mandauit) non autem respectu
operis perpetrati, & obligationis restituendi; cùm
ex illa ratihabitione facti præteriti ipsum factum,
per quod illatum est damnum, nullo modo pendeat,
tanquam ex causa mouente: nec referat, quod no-
mine tuo factum sit; quia inde tantum sequitur, vo-
luntatem tuam fuisse causam finalem, & ideò illum
fecisse, vt tibi gratum faceret; quia putabat tibi
gratum futurum; quod non sufficit, vt tu censearis
causa efficiens, & voluntariè mouens ad damni ir-
rogationem: finis enim non mouet voluntariè, sed
naturaliter ex parte sua.

SECTIO XI.

An in excommunicatione comprehendantur cooperantes, solum quando exprimuntur?

SVMMARIVM.

1 *Cooperantes comprehenduntur in excommunicatione etiam per implicitam expressionem, puta si dicatur, vel si quis fuerit causa.*

2 *Mandantes & consulentes stante dicta implicita expressione etiam comprehenduntur. Vide nonnullas clausulas omnino adnotandas.*

3 *Clausula, si quis per se vel per alium fecerit, comprehendit iubentes, & dantes pecuniam, sed non consulentes.*

4 *Cooperantes non censentur verbo facientium.*

RESpondetur, quod non solum in excommuni- 1
catione comprehenduntur cooperantes, id est,
mandantes, consulentes, &c. quando exprimuntur,
sed etiam, quando apponitur aliqua alia partico-
la, in qua aliquo modo implicitè, vel æquiualenter
comprehendantur; vt si dicatur: Quomodocum-
que quis fuerit causa, vel si quis fuerit causa: in 2
tali enim casu comprehenduntur etiam mandantes,
consulentes, & alij auxiliantes, sicut & cùm dici-
tur: Omnes, qui mediatè vel immediatè, directè, vel
indirectè, vel quicunque fuerint culpabiles; si verò
dicatur adiuuans, comprehenditur, qui dat modum;
si dicatur: si quis per se, vel per alium fecerit, com- 3
prehenduntur iubentes, & dantes pecuniam, vt il-
lud fiat; sed non comprehenditur consulens. Atque
ita docet Auila *p.* 2. *cap.* 5. *disp.* 3. *dub.* 2. *concl.* 2. vbi
citat nonnullos viros doctos innominatos. Quod
si autem dubium sit, an excommunicatione, qua
excommunicantur facientes, comprehendantur
etiam cooperantes, dicendum est, quod non com- 4
prehendantur iuxta ea, quæ *suprà* dicebamus, quod
pœnæ scilicet sint restringendæ.

SECTIO XIII.

An, & quando excommunicationem, in qua comprehenduntur cooperantes, de facto tales incurrant?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra Operantes includit etiam cooperantes, mandantes, & consulentes; si mandatum, vel consilium auxerit intensiue voluntatem, & conatum operantis ad operandum, licet etiam sine mandato facturus esset.*

2 Adiunans manum Petri ad fortius percutiendum, censetur causa talis percussionis.

3 Augens suo consilio voluntatem operantis, auget etiam motum exteriorem manus eius.

4 Causa causæ est causa causati.

5 Augẽs suo Consilio, vel mandato, in fures, homicida, & simili, animum, & conatum furandi, vt ectius expeditius, vel animosius furetur, furaturus tamen etiam sine tali mandato, non tenetur restituere.

6 Consulens, qui suo consilio influit in circumstantias furti, vel damni non tenetur restituere, secus si influat in substantiam.

7 Tenens scalam fure ascendenti furandi gratia, quam licet nemo teneret, tamen ascenderet, non tenetur ad restitutionem.

8 Item dic de illis, qui adiuuant ad asportandum rem furtiuam, quam etiam sine adiutorio fur asportaret.

9 Opinio quod adiuuans suo Consilio furem, & similes Delinquentes, non teneutur ad restitutionem, est contra communem.

10 Assignatur discrimen inter conatum, qui fit à fure, & illum, qui fit à percutiente Clericum.

11 Conatus, qui fit in percutiendo Clericum, influit in substantiam.

12 Fur si tuo consilio maius damnum inferat, quam alioqui intulisset, teneberis de excessu.

13 Cooperantes, licet includantur in excommunicatione lata contra Operantes, attamen eam non incurrunt si mandatum, & consilium eorum nihil auxerit voluntatem, & conatum in operante, quantumuis habuerint animum influendi in substantiam.

14 Mandatum, vel Consilium, si influxerit in substantiã actus nec ne, cognosci potest ab eo, qui habuit mandatum & ab aliis circunstantiis, puta si percutiens asserat se motum tali mandato, vel consilio, voluntatem eius sic auctam fuisse, &c.

15 Negans se motum mandato, vel consilio, eximit mandantẽ ab excõmunicatione, si tamen is sit fide dignus, & alia coniectura concurrant, Prudentis Viri arbitrio.

16 Delictum patratum statim post mandatum censetur commissum vigore mandati: secus si post multos dies, nam potuit feruor mandatarij euanescere, & voluntas eius redire ad pristinum statum, in quo erat ante consilium, vel mandatum.

17 Consilium, vel mandatum, si dubium sit, an influxerit in substantiã actus, non inducit obligationẽ restitutionis, quia in dubio melior est conditio possidentis.

18 Opinio nonnullorum Doctorum est in contrarium, qui adstruunt teneri ad totum: sicut aliorum affirmantium teneri pro parte dubij.

19 Excommunicatio annexa delicto non contrahitur in dubio, neque in percussione Clerici, quando dubitatur an percussus sit Clericus.

20 Idem de aliis censuris est sentiendum, puta si temere, & mala fide quis susceperit sacrum ordinem, dubitans an legitimam ætatem haberet.

21 Debet tamen à celebratione abstinere, donec constiterit de legitima ætate, quod si non potest constare, in dubio non tenetur abstinere.

22 Reus in dubio est absoluendus.

23 Irregularitas annexa delicta, non contrahitur in foro interno ab eo, qui in foro externo præsumitur irregularis.

24 Opinio opposita est communis, & probabilior.

25 Irregularitas nõ incurritur ob crimen non expressum in iure.

26 Ius quando est dubium, & controuersum, non dicitur crimen esse expressum.

27 Dubitans an commiserit homicidium censendus est irregularis.

28 Nemo censendus est irregularis in dubio aliorum criminum tam in foro interno quam externo præter dubium commissi homicidij.

29 Dubitans an legitimus sit, potest sacros ordines suscipere. Item dic de dubitante an Vxor sua fuerit Virgo.

30 Irregularitas propter dubium commissi homicidij non est extendenda ad dubium homicidij commissi iustè in bello.

31 Periculum Irreuerentiæ non obstat.

32 Irregularitas, & impedimentum ad sacros ordines, & Altaris ministerium, est solum ex lege Ecclesiastica, & positiua, quæ non obligat in casu dubio.

33 Cooperatores, licet includantur in Excommunicatione; tamen non ligantur, nisi secuto effectu.

34 Limitatur quando æquè principaliter fertur contra omnes.

35 Excommunicatio, Canonis, Si quis suadente, principaliter fertur contra facientes, seu operantes, accessoriè contra cooperantes.

36 Mandans interfici aliquem per Assassinos, incurrit excommunicationem etiam non secuto effectu.

37 Idem dic de Concionatore, qui concionatur animo retrahendi auditores à solutione decimarum.

38 Item dic de eo, qui consulit Duellum, tamen vterque Duellaturus venit ad locum destinatum, & per ipsũ consulentẽ non stetit, quo minus sequatur duellũ.

39 Irregularitas etiam in homicidio non incurritur, nisi effectu secuto, & cõsummato. Idẽ dic de cæteris delictis.

40 Cooperantes, si lex non exprimat, nec colligatur manifeste, quod comprehendat æquè principaliter operantes, & cooperantes, intelliguntur comprehensi accessoriè.

41 Principalis non secuto effectu non incurrit excommunicationem Canonis si quis suadente.

42 Excommunicatio non incurritur, licet effectus, qui non est secutus sit extrinsecus, & principaliter intentus à legislatore.

43 Excommunicatio non incurritur à fratre prohibito scribere literas Monialibus, si literæ ad eas non peruenerint.

44 Cooperantes excommunicationem non incurrunt si consilium sit bonum, & licitum.

45 Nullus ex consilio, nisi fraudulẽtum fuerit, obligatur.

46 Consulens alicui id, quo aliter non posset retrahere ab homicidio, nempe vt mutilet, & percutiat, non incurrit excommunicationem Canonis, Si quis suadente.

47 Idẽ dicendum est de eo, qui consulit mitiorẽ mortem.

48 Idem etiam si quis moderetur sententiam latam ab inferiori Iudice.

REspondetur, quod quando in excommunica-
tione, qua excommu[...]cantur operatores, com- 1
prehenduntur etiam cooperantes, vt mandantes,
consulentes, &c. incurrunt illam isti tales; quamuis
is, cui datum est mandatum, vel consilium, &c. facturus aliàs esset; si mandatum, vel consilium, &c.
auxerit intensiuè voluntatem, & conatum eius ad
operandum; Atque ita ex probabiliori opinione
Doctorum docet cõtra nonnullos Doctores Silu.
verb. Excommunicatio, 8. q. vlt. n. 10. & inchoat Co-
uar. in Clem. si furiosus p. 2. §. 2. n. 1. & 2. quamuis à
nonnullis pro contraria sententia citetur; ita etiã
colligitur ex Nauar. in loc. infra citando, & citari solent Innoc. & alij Doctores in c. nuper, de sent. excommun. Et ratio est, quia verè in tali casu mandatum, vel consilium, &c. influit in substantiam actus.
Vide, quæ dicentur infra dub. 8. sect. 13.

Confirmatur, quia si Petrus esset determinatus 2
ad percutiendũ Paulum, & tu adiuuares manum
Petri, vt fortius percuteret; censeretis causa talis
percussionis; ergo & sic in casu nostro. Cõsequentia

3 Probatur;quià qui ſuo mandato, vel conſilio, &c.
auget voluntatem percutientis,auget etiam motū
exteriorem manus eius (cùm manus moueatur à
voluntate)qui autem eſt cauſa cauſæ,eſt cauſa cau-
ſati,ergo,&c.

4 Dices ſi mandato,vel conſilio tuo augeas in fu-
5 re(idemque dico de homicida,& ſimili)aoimum,&
conatum furandi,vt citius,expeditius, vel animo-
ſius furetur,furaturus tamen ſine tali mandato,vel
conſilio , &c. non contrahis reſtitutionis obliga-
tionem;ſicuti præter alios docet Leſſius *lib 2.c.13.*
6 *dub.2.num.*8.& Layman.*lib.3.ſect.5.tract.2. cap.5.n.*
5 Et ratio eſt quia in tali caſu oon influis in ſub-
ſtantiam,ſed in modom,& circumſtantias furti,vel
dāni,nempe,quod fiat hoc tēpore,hoc loco,hoc in-
7 ſtrumento,hoc conatu , &c. Vnde ſimiliter ſi furi
furandi gratia aſcendenti ſcalam teneas, quam etſi
8 nemo teneret,tamen aſcenderet. Item ſi in aſpor-
tando rem furtiuam adiuues , quam ſine tuo adiu-
torio etiam aſportaret , & ſic de aliis caſibus,&c.
non contrahis reſtitutionis obligationem ; ergo
nec contrahes io caſu noſtro cenſuram excom-
municationis?

Reſpondetur,traoſeat antecedens ; cùm contra-
9 rium ex communioti doceant Caiet. *in 2. 2.q.62.*
*art.7.*Adrian *in 4.de reſtitu.*vbi de concurrentibus
eum fure, *tub.1.lib.4.q.7.art.3.*Medina *Cod. de reſti-*
tut.q.7.& 8.Nauat.*lib.3.cap. 4. num.15. 35.& 67.*
Mol.*to.1.diſp.736.num. 5.* Vaſquez *Opuſc. de reſtit.*
cap.9.§.1.dub.1.in fin.& dub. 2.num.32. Malder.*2.2.*
*tract.4.cap.1.dub.1.*Villalob.*tom.2. tract. 11.diffi.8.*
At oego conſequentiam,& diſparitas eſt,quia ma-
ior conatus furantis in ordine ad damnum rerum,
10 materialiter,& impertinenter ſe habet ei,qui dam-
num patitur in rebus;at maior conatus percutien-
tis in ordine ad damnū perſonæ,formaliter & perti-
nenter ſe habet ei , qui damnum patitur in perſo-
na,cùm ſic fortius , & eum maiori dolore percu-
11 tiatur;vnde talis maior conatus verè influit in ſub-
ſtantiam actus percuſſionis , & ſic retorquetur ar-
gumentum. Confirmatur ad hominem , quia per
Aduerſarios etiam in loc.ſupra cit. ſi mandato,vel
conſilio tuo &c cauſa ſis , vt fur maius damnum
inferat,quā alioquin intuliſſet, teneberis de exceſ-
ſu,ergo,&c.

Excipe tamen primò , quod Excommunicatio-
12 nem cooperatores(licet includantur in excommu-
nicatione,qua excommunicantur operantes) non
13 incurrunt,ſi maodatum,vel conſilium ipſorum ni-
hil auxit voluntatem,& conatum in operante;At-
que ita docet Gregori[illegible] Caraſa *de duello tract.2.*
ſect.3.q.26 & Nauar.*num. 51.* cootra Couar.*in loc.*
*ſupra cit.*Et ratio eſt , quia in tali caſu maodans,vel
conſulens , licet habuerit animum iufloeodi per
ſuum mandatum,vel conſilium,&c. reuera tamen
nihil influxit in ſubſtantiam actus, cùm alter fue-
rit alioquin facturus tam prompto animo, & cum
tanto conatu;ergo,&c.

Dices , quomodo cognoſci poteſt, an manda-
tum , vel conſilium influxerit modo prædicto in
ſubſtantiam actus.

Reſpondetur,cognoſci poſſe ab ipſo,qui habuit
14 mandatum,vel conſilium , &c. & ab aliis circum-
ſtaotiis;nam ſi ille qui habuit mandatum,vel coo-
ſilium , aſſerit ſe motum fuiſſe aliqoo modo à tali
mandato vel conſilio , &c. voluntatemque ipſius
auctam fuiſſe;hoc ſufficit;ſicut & ſi uegat , vti do-
cent Henriq. *lib.4. cap.16.num. 3.* Sayr. *de cenſ.lib.7.*
15 *cap. 3.num.2.*& Petrus Corocio *in 3.par. tract.5.de*
*irregul.diſp.1.dub.2.*Quamuis hoc vltimum limitet
Sanchez *to.1.mor.lib.1.c p.10.num.44.* Gregor. Ca-
raſa *de duello tract.2.ſect.3.cit.q.26.num.4.* & Caſtrus
Palaus *to.1 diſp.2.punct.4.num.3.* ſi ſcilicet is ſit fide
dignus,vel aliæ coniecturæ concurrant;ita vt pru-
dentis arbitrio fides illi hic & nunc habenda ſit. Si
autem id ſciri non poteſt ab ipſo attendendæ ſunt
tuoc coniecturæ : nam ſi dediſti alicui mandatum,
vel coosilium,&c ad aliquod delictum, & is arden-
ti voluntate ſtatim illud commiſit;ſignum eſt,quod 16
tuum mandatum,vel conſilium,&c.influxit in ſub-
ſtantiam actus ; at verò quando non commiſit ſta-
tim,ſed poſt multos dies , ooo poterit ex hoc (vt
contra Tabienam *verb.Conſilium,num.5.*docet Præ-
poſitus *in 3.par.q.5.de irregular.dub.8.num. 64.*)cer-
ta ſumi coniectura,vtrum tuum conſilium, vel mā-
datum,&c.influxerit , uec ne in ſubſtantiam actus:
nam licet pro tuoc , quando tu dediſti conſilium,
vel mandatum , &c. forſitan per tuum coosilium,
vel maodatum, &c. excitaueris , & inteoderis eius
voluntatem , poſtee tameo tranſactis multis die-
bus,potuit ille feruor euaneſcere , & voluntas eius
redire ad priſtioum ſtatum , in quo erat ante tuum
conſilium,vel mandatum,&c.

Et ſic quamuis delictum tuoc committatur , tu
non cenſeberis cauſa ; atque adeò non contrahes 17
excommuoicationem annexam delicto:ſi autem fa-
cta diligentia,& conſideratis omnibus circumſtan-
tiis dubium fuerit,an tuum conſilium,vel mānda-
tum,&c.influxerit in ſubſtantiam actus,reſtitutio-
nis obligationem noo cōtrahes,quia in dubio me-
lior eſt conditio poſſidentis , vti doceut Silu.*verb.*
reſtitutio,3.q.6.dict.2 Med.*Cod.de reſtitut.q.7.*Nauar.
*lib.3.cap.4 dub.4.num.*48 Rebell.*par.1.lib.2.q.14 ſect.*
*2.*Sayr.*in Claui Reg.lib.10.tract.2.cap.8.num.1.in fin.*
Henriq.*lib.14.cap.3.num.4.& in gl.lib.B.* Sà *verb.re-*
*ſtitutio,num.35.*Filliuc.*to.2.tract.21.cap.4.num.167.*
Villalob.*to.1.tract.1,diff.20.num.9.* Vulthcrus Stro-
uerſdorff.*de iuſt.& iur.in.S.Th.q.62.art. 8. diſp.2* &
Tanner. *2.2.diſp.4.q.6.dub. 14. num. 395.* Contra 18
Salas *in p.1,to.2.tract.8.diſp.1.ſect.23.num.249.* Co-
uat.*in Clem.ſi furioſus,par.2.§. 2. num.1.* Maſcardum
de probat.to.1.concl.419.num. 9. Sanchez *de matrim.*
*to.1.lib.2.diſp.21.num.17.*Leſſium *lib.2. cap. 27.dub.*
*3.in fin.*Merollam *to.1.diſp.3.cap.3.corollar. 6.numer.*
*41.*Naldum *verb. Conſilium,num. 13.* & Sancium *in*
ſelect.diſp.42.num 14. qui docent teneri ad totum;
& contra Molinam *to. 3.diſp. 736. num.6.*& alios,
qui docent,teneri pro parte dubij.

Item non contrahes excommuolcatiooem an-
nexam delicto,ſicut neque ſi dubitans , an fuerit 19
clericus,quem percuſſiſti,quamuis temerè , & non
ſioe aliqua ſuſpicione,eſſe illum clericum, percuſ-
ſeris;ſi poſtea veritatem deprehendere nou poſſis,
& ſic ſis in dubio, non debes te excommunicatum
reputare. Eademque ratio eſt de aliis ceoſuris;pu- 20
ta,ſi temerè,& mala fide ſacrum Ordinem ſuſcepi-
ſti,dubitaos,an legitimam ætatem habeas; ſi poſtea
veritatem deprehendere non poſſis,& ſic ſis in du-
bio ; cenſendus non es ſuſpenſionis cenſuram io-
curriſſe(quamuis ſi neceſſitas oulla cogat , à cele-
brando abſtinere debes , donec de ætate legitima 21
conſtiterit)quia delictum opere conſummatum eſ-
ſe,& exiode conſequens pœna in dubio præſumi
non debent,ſed demonſtrari , cùm ſint quid odio- 22
ſum ; & præterea homo ſit in poſſeſſiooe ſuæ im-
muoitatis , ſeu libertatis : quare omnia iura cla-
mant,reum in dubio eſſe abſolueodum,*ita reg.167.*
ff. fauorabiliores rei potius : quam actores habentur , &
reg.

reg. 15. in 6. *Odia restringi, fauores conuenit ampliari.*
Confirmatur, quia Iudex in externo foro neminem
punire debet, sed absoluere, si delictum, ob quod iu-
ris pœna decreta est, sufficienter cognitum non sit:
ergo multò minus in Conscientiæ foro aliquis
seipsum condemnare, & pœnam legis in se exequi
cogetur, abstinendo, v.g. à sacris, tanquam excom-
municatus, aut suspensus, donec delictum, aut cen-
sura in conscientia perspecta, & explorata fuerit.
Atque ita docent, quamplures Doctores, contra
nonnullos alios, inter quos Molina *tract. 3. disp. 67.
num. 7.*

23 Item neque contrahes irregularitatem annexam
delicto in foro externo, & si in foro externo irre-
gularis præsumaris, idque propter easdem rationes,
vti docet Henriq. *lib. 13. c. 16. num. 3 in gl. lit. D. &
lib. 14. c. 3. num. 3. & 4. & cap. 14. num. 3.* cuius opi-
nionem probabilem fatetur etiam Suar. *disp. 40. sect.
6. n. 10.* & Rebell. *p. 2. lib. 1. q. 2. sect. 2.* quàuis opinio
24 opposita sit cõmunis, & probabilior; nempe quod li-
cet in dubio iuris, tam in foro externo quàm inter-
no nemo irregularis censendus sit, *ex cap. 18, qui de
25 sent. excomm. in 6.* vbi dicitur, quod ad irregularita-
tem ob aliquod crimen incurrendam requiratur, vt
26 in iure expressum sit; at cùm ius dubium, & contro-
uersum est, non est expressum in iure; & conse-
quenter in dubio iuris non incurritur irregulari-
tas; sicut nec alia pœna; vel obligatio: tamen in du-
27 bio commissi homicidij tam in foro externo, quàm
interno censendus sit irregularis, ex *c. ad audientiam,
cap. significasti, & cap. penult. de homicid.*

28 Dixi, *in dubio commissi homicidij*: nam in aliis du-
biis præter homicidium, nemo etiam tam in foro
externo, quàm interno irregularis censendus erit;
v.g. qui dubitat, an legitimus natus sit, necnè, po-
29 test se legitimum reputare, & Ordines suscipere. Itẽ
qui dubitat, an vxor ipsius vnica virgo fuerit, po-
test ita præsumere, & fieri clericus, & sic de aliis,
&c. Ratio est, quia ex dictis non est statuenda ir-
regularitas, nisi in casibus in iure expressis, *cit. cap.
18. qui*, sed vt in dubio facti aliquis censeatur irre-
gularis, de solo homicidio voluntario reperitur ex-
pressum in iure, ob specialem eius forsan deformi-
tatem in ordine ad Sacrum Altaris ministerium;
ergo non debet extendi ad alios casus in iure non
expressos; sed standum est cum iure communi, tam
Canonico, quàm Ciuili; nempe quod *in dubio nemo
sit condemnandus: in pœnis benignior interpretatio facien
da sit*, &c. Quapropter specialis illa decisio, vt in
30 dubio homicidij commissi irregularis homo cen-
seatur, extendenda non est ad dubium mutilationis
commissæ; quia mutilatio non est propriè homici-
dium. Item extendenda non est ad dubium homi-
cidij commissi iusti, v.g. in bello, vel in iudicio, &c.
quia decisio dicta loquitur tantùm de homicidio
iniusto, seu prohibito; odia, autem, & pœnæ non
ampliari, sed potius restringi debent, ergo &c. Vide
Sanchez *lib. 1. moral. cap. 10 num. 49. & 50.*

31 Non obstat, si dicas, subesse periculum irreue-
rentiæ: nam contingere potest, quod illegitimus
v.g. bigamus, vel mutilator, &c. Ordines suscipiat,
& altari ministret.

32 Respondetur enim, quod irregularitas, & impe-
dimentum ad sacros Ordines, & Altaris ministe-
rium solum sit ex lege Ecclesiastica, & positiua,
quæ, cùm odiosa, & pœnalis sit, non obligat in
casu dubio; & sic cessat omne periculum irreue-
rentiæ.

33 Excipe secundò, quod neque incurrunt excom-
municationem cooperatores (licet includantur in
excommunicatione, quâ excommunicantur ope-
rantes) si principalis, qui accepit mandatum, vel
consilium, &c. effectum non exequitur. Ratio, quia
pœnæ (cùm sint, vtpote odiosæ, restringendæ) non
habent locum nisi effectu secuto, & consummato;
vti dicebatur *lib. de parlamentis dub. 4. sect. 19. subsect.
31. pag. 106. & seqq.* & ex communi docent Caiet.
verb. Excommunicatio, ante cap. 1. Silo, *eod. verb. 7. num.
24.* Nauar. *c. 27. n. 51.* & Gregorius Carafa *de duello
tract. 2. q. 38.* quod tamen intellige, si excommuni- 34
tio feratur principaliter contra operantes, seu faci-
entes, & accessoriè, seu per extensionem contra
cooperantes, vt mandantes, aut consulentes, &c. nõ
autem si æquè principaliter ferатur contra omnes;
quia tunc, licet non sequatur effectus, si tamen da-
tum est consilium, vel mandatum, quod principali-
ter etiam per excommunicationem prohibetur, per
hoc ipsum consummatus est actus, cui affixa, seu al-
ligata est excommunicatio æquè principaliter.

Exemplum prioris casus est in eo, qui consuluit
vel mandauit alicui percutere clericum, & percus-
sio tamen secuta non est. Ratio, quia excommuni-
catio Canonis, *si quis suadente diabolo*, principaliter
fertur contra facientes, seu operantes, accessoriè 35
contra cooperantes,

Exemplum posterioris casus est in eo, qui mán- 36
dauit interficere aliquem per assassinos: hic enim
incurrit excommunicationem, etiamsi Interfectio
non sequatur. Ratio, quia hæc excommunicatio æ-
què principaliter fertur contra mandantes, & con-
tra occidentes, *cap. 1. de homicid. in 6.* Idem est in
eo, qui concionatur animo retrahendi auditores à 37
solutione decimarum: hic enim incurrit excommu-
nicationem, quamuis auditores à solutione illarũ
non retrahantur, *Clement. cupientes, §. 1. de pœnis.* Ra-
tio, quia iussio, & prædicatio æquè principaliter per
modum cuiusdam actionis per prædictæ Clemen-
tinæ excommunicationem prohibetur. Idem est de
eo, qui consulit duellum: hic enim incurrit ex- 38
communicationem, etsi duellum non sequatur; si
tamen vterque duellaturus venit ad locum destina-
tum, & per ipsum consulentem non stetit, quo mi-
nus sequatur duellum. Ita Gregor. motu proprio,
Ad tollendum. Ratio, quia consilium æquè princi-
paliter per excommunicationem prohibetur, ac
duellum ipsum; & meritò, quia consulentes, cùm
passionibus iræ non turbentur hic, & nunc, sicuti
principales, minus excusabiles sunt, quàm princi-
pales. Qua de re vide, quæ diffusè dicebamos *lib. de
Parlamentis cit. dub. 4. sect. 19. subsect. 31.* & quæ di-
cemus *infrà dubit. 8. sect. 6. & 13.* Vide etiam Gre-
gorium Carafam *de duello tract. 2. sect. 3. q. 27.
& 28.*

Aduerte tamen hic, quod irregularitas nunquã 39
contrahitur, nisi effectu secuto, seu consummato,
quãtumuis aliquis mandet, vel consulat homicidiũ.
Item, quod quando lex non exprimit, nec colligi- 40
tur manifestè, quod excommunicatio comprehen-
dat æquè principaliter cooperantes, ac operantes,
iudicandum est, quod accessoriè tantum illos com-
prehendat; Atque ita ex communi docet Nauar. *in
Comment. super Extrauag. Greg. XIII. de datis, & pro-
missis pro iustitia, vel gratia obtinenda, num. 15 vers. ad
hac omnia, in 3. tom. suarum Operum, & lib. 5. consil.
de sent. excomm. cons. 55.* & probatur ex regula iuris,
quæ *suprà* dicebatur, nempe quod in pœnis beni-
gnior pars sit amplectenda,

Item, quod in casu, quo non sequitur effectus, 41
neque principalis ipse incurrit excommunicatio-
nem, v.g. iacit lapidem, vel sclopũ, vt percutiat cle-
ricum,

ricum,& casu non percutit,non incidit in excommunicationem Canonis,*si quis suadente diabolo*; idque propter eandem rationem; atque ita ex communi docet Nauar.*cap.27.num.51.* verf. *Adde, quod refert.& lib.5.consil.de sent. excommun.consil.37.num.*

42 2. Quinimmò addo,quod licet effectus,qui non est secutus,sit extrinsecus, si tamen est principaliter intentus à legislatore, neque etiam incurritur excommunicatio. v. g. Gregor. XIII. prohibuit sub excommunicatione latæ sententiæ, ne cuiusdam Religiosis fratres scriberent ad quasdam Moniales

43 suæ Religionis;quidam Frater scripsit ad Monialem Epistolam,quæ non peruenit ad illam,iste non incidit in excommunicationem;ità in terminis docet Nauar. *consil.160.num.2.*& ratio est; quia quod præsumitur principaliter intendisse Pontifex, est, ne epistolæ peruenirent ad Moniales; quia missio non nocet,si epistolæ non perueniant.

44 Excipe tertiò, quod cooperatores, vel cooperantes(etiamsi includantur in excommunicatione,qua excommunicantur operantes)excommunicationẽ non incurrunt,si consilium sit bonum,& licitum; Atque ita ex communi docet Silu. *verb.excommunicatio,1.q.5.p.1.* Et ratio est clara; quia excommunicatio,vtpote pœna grauis, supponit peccatum graue,seu mortale,vt alibi probabamus. Confirmatur,

45 quia ex regula iuris in 6. nullus ex consilio, nisi fraudulentum fuerit,obligatur.

46 Hinc sequitur,quod si consulas alicui, quẽ aliter retrahere nõ potes ab occisione,vt mitius,vel percuriat,nõ incurris excõmunicationem Canonis, *si quis suadente diabolo* sicut nec irregularitatẽ;quia,vt docet cõtra nonnullos Angelus *verb vsura, 2. q. 2.* Silu.*eod.verb.7.q.1.*Sot.*de iust.& iur.lib.6.q.1. art 5.* Medina *in p.2 q.76.art.4.*Nauar.*c.14.n.40.* Molina *to.2.disp.335.*Vasq.*opusc de scandalo art.1.dub.2.*Rebell.*p 1.lib.1.q 14 sect 7.n.54.* Sanchez *de matrim. lib.7.disp.11.num.15* Becan. *2.2.cap.27.q.4.n.2.* Siluius *in 2.2.S.Th.q.43.art.4.*Molfes.*in summa tom.1. tract 8.c.11.n.67.*& Barbosa *in collect.to.4.p.1.Decreti e.duo mala dist.13.n.11.* licitum est consulere mi-

47 nus malum ad euitandum maius malum. Item, si suadeas mitiorem mortem ei,qui crudeliorẽ inten-

48 debat perpetrare. Item tandem,si sententiam ab inferiori Iudice latam moderetis,vt videlicet dicas;si omninò reus propter latã sententiã morte afficiendus est,nõ rota,vel igne puniatur,sed pœna mitiori;quia hoc modo,prætereaquam non peccas,nõ causa mortis, aut supplicij existis, sed potiùs vt pars supplicij dematur,qui actus misericordiæ,nõ seueritatis est.Vide,quæ dicẽtur *infrà eit.dubit.8.sect.13.*

SECTIO XIV.

An,si mandans, vel consulens clerici percussionem,ante opus perpetratum,mandatum, vel consilium reuocet, excommunicationem incurrat,si mandatarius, vel consultus clericum percutiat?

SVMMARIVM.

1.& 2 *Excõmunicatio incurritur etiã reuocato mandato seu Consilio,si tamen sequatur effectus;idem dic de irregularitate si Clericus occidatur.*

3 *Excommunicatio, & irregularitas incurritur à mandante Clerici occisionem,si effectus sequatur,licet mandatum reuocauerit,dummodo tamen non peruenerit notitia ad aures mandatarij.*

4 *Excõmunicatio non incurritur à mandante, qui è vita decessit, antequam mandatum fuerit executum: quia Defunctus non est subiectũ capax excommunicationis.*

5 *Non valet argumentum à pœna excommunicationis ad irregularitatem,& damni restituend obligationem.*

6 *Obligatio restituendi,& irregularitas ex delicto,propriè non censentur pœna,sicut excommunicatio, & cætera censuræ,sed sequuntur ex maligno effectu peccati.*

7 *Consulens,seu persuadens homicidium,licet reuocet consilium, & nitatur quantum est ex se retrahere à deliberato homicidio Consultum, serio asserendo rationes à se antea adductas esse falsas,secuto effectu incurrit irregularitatem, & in defectum Executoris, tenetur ad restitutionem damni.*

8 *Secus est quando motus fuit sola auctoritate consulentis,qui serio reuocauit consilium.*

9 *Assignatur discrimen inter consulentem,& mandantem nam mandatum fit gratia mandantis; consilium autem fit gratia accipientis.*

10 *Excommunicatio non incurritur à mandante,qui etiã tacitè reuocauit mandatum ante secutum effectum,secus est de consulente.*

11 *Consulens,qui serio retractauit consiliũ,mitius punitur & non contrahit in casu, quo consultus exequitur homicidium, ordinariam excommunicationis pœnam:Idẽ dic de irregularitate secundum aliquorum sententiam.*

12 *Irregularitas ex delicto prouenient pœna rationem habet, & non est extendenda vltra casus à iure expressos.*

13 *Consulens homicidium secutum ex maligno consilio, licet serio reuocato,an teneatur ad damni illati compensationem est dissensio inter Doctores.*

14 *Auctoris sententia est in oppositum ,quod non contrahat excommunicationem,neque irregularitatem.*

Respondetur,quod Innocent.*cap.ad audientiam, de homic.* aliique communiter docent,non euitari excommunicationis pœnam,ex eo quod mandans, aut cõsulens, seu suadens ante operis executionem pœnitentia ducatur,vt etiã in Dei gratiã se reducat Ratio,quia quantum est ex parte sua, operis prohibiti malitiã iam cõpleuit, quamuis ex parte effectus consummatio, seu executio expectetur,tanquam conditio,sine qua istis pœna non cõtrahitur,vt si quis,v.g.è tecto clerici occidẽdi causa lapidem proiiciat,&statim post iactũ pœnitentia ducatur,ita vt si posset,quod egit reuocaret, is nihilominus excommunicationem(quin & irregularitatem)si clericus occidatur , contrahit; sicuti ex communi contra nonnullos docet etiam Silu.*verb. Excommunicatio,6.loc.cit.*& citat Bernardum,& Hostiensem;& docent Toler. *vbi supra,* Auila *part.2.cap. 5.disp.3.dub 7.concl.2.*& Conineh *cit.dub.15. n.183.* vbi rectè suadent,quod similiter;si mandans clerici occisionem,postea reuocet mandatum, cuius reuocatio ad mandatarium non perueniat,excommunicationem(quin & irregularitatem)etiam incurrit, si clerici occisio similiter sequatur;quamuis secus dicendum, si consulens,vel mandans moriatur,antequã sequatur percussio;quia defunctus nõ potest excommunicari,vt communiter dicitur in materia de censuris,& nos dicemus *infrà dubit.8.sect. 7.* 1 2 3 4

Deinde quamuis Lessius *de iust.lib.2.c.13. num.7.* Conineh. *cit. dub 15.num.176.* & alij putent, eodem modo hic esse philosophandum de pœna excommunicationis, ac philosophantur Doctores de irregularitate , & damni restituendi obligatione; nihilominus contrarium dici potest, ex eo ,quia obligatio restituendi, & ferme etiam irregularitas ex delicto, non sunt propriè dictæ pœnæ (sicuti sunt excommunicatio, cæteræque censuræ) sed sequuntur præcisè ex maligno effectu, 5 6

effectu, puta homicidij, cuius aliquis causa fuit; Quare valde probabiliter docent Nauar. c. 27. *n.* 33. Gomez *lib.* 3. *resol. cap.* 3. *num.* 40. *&* 44. Mol. *tract.* 2. *tom.* 3. *poster. disp.* 731. Tolet. *lib.* 1. *c.* 85 *post princip.* &
7 ipsemet Lessius *in loc. supra cit.* quod si quis suaserit Titio, vt hominem occideret, postea verò reuocet consilium suum, seriò affirmans rationes suas esse falsas, vel ineptas, &c. Titius tamen dissuaderi sibi non sinat, sed homicidium ex vi consilij semel accepti committat, suasorem irregularem fore, atque in defectum Titij executoris ad damni restitutionem esse obligatum. Ratio; quia verè causa, vel potius concausa homicidij fuit, si Titius motus rationibus, quas suasor proposuit, homicidium commisit.

8 Dixi, rationibus motus; nam si sola consulentis auctoritate motus fuerit, ac postea consulens suum consilium seriò retractet, & se errasse profiteatur, non potest ille amplius auctoritate consulentis ad opus exequendum moueri; vnde si exequatur, malitia sola sua potius exequetur.

De mandante verò dicunt præcitati Doctores cum Innoc & Abb. *in cit. cap. ad audientiam*, Nauar. *cit. cap.* 27. *num.* 233. (vbi loquitur quantum ad irregularitatem; sed eadem ratio est de excommunicatione) & cum Silu. *verb. homicidium*, 1. *num.* 11. *& ver.*
9 *Mandatum, num.* 5. aliam rationem esse; quia mandatum nomine, ac gratia mandantis fit; quare re-
10 uocato mandato expressè (idemque dicendum, si reuocauit mandatum tacitè, vt si restituat aduersarium in pristinam amicitiam, vel contrahat cum eo affinitatem, sciente eo, cui datum est mandatum, sicuti notat Silu. *vbi supra*, & citat Innocentium) si mandatarius post cognitam renocationem verè, ac seriò factam, nihilominus occidat, censeri non potest hæc executio, effectus mandati, sed potios proprio nomine esse facta; Concilium autem fit gratia accipientis; quare si semel persuasisti Titio, vt occideret, qoi absque consilio tuo non occidisset, etsi postea consilium tuum reuoces, homicidij tamen causa iudicaberis; sicut qui sagittam, vel sclopum (inquiunt ipsi) semel emisit, etsi postea pœnitentia motus, reuocare vellet, si posset, non efficiet, vt in effecto pœnam, aut censuram eoitet, quia iam posuit à parte rei causam effectus.

At excommunicatio, sicut & reliquæ censuræ, habent se per modum propriè dictæ pœnæ; certum
11 autem est, eum mitius puniri, qui cum consilium dedisset, v.g. de homine occidendo, postea seriò retractet; & nihil prætermittat, vt homicidium impediat; quia si alter postea nihilominus homicidium exequitur, potius sua malitia, seu propriis rationibus motus exeqoi illud io externo foro præsumitur; quare non est credendum, talem suasorem ordinariam excommunicationis pœoam, clerici percussionem suadenti decretam, in tali casu contrahere: quæ est sententia Auilæ *cit. disp.* 3. *dub.* 7. *concl.* 3. & aliorum. Vide Gregorium Carafam *de duello tract.* 2. *sect.* 3. *q.* 17. *&* 18.

Quinimò alij Doctores, vt Innoc. *in cit. cap. ad audientiam.* S Antonin. *in part.* 3. *tit.* 28. *cap.* 2. §. 2. Silu. *verb. homicidium*, 1. *num.* 15 §. 3. *& num.* 12. *in fin.* & Petr. Naoar. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 27. negant, etiam irregularitatem à consulente contrahi, postquam is consilium suum seriò reuocauit; & præterea monuit (ad quod potius tenetur consulens, qoàm mandans; quia, vt *suprà* dicebatur, in mandato agitur res ipsius mandantis, in consilio autem rea ipsius consulti) in particulari, vel in generali, ad arbitrium boni viri, percutiendum, vt sibi caueat, si non firmiter credit, ex sui consilij reuocatione consultum reuocasse suum percutiendi propositum.
Quæ sententia valde probabilis est, quia irregulari- 12
tas etiam, quæ ex delicto est, pœnæ rationem, vel certè similitudinem aliquam habet: ideoque extendenda non est vltra casus à iure expressos, sed potius restringenda.

Alia verò de restituendi obligatione (cùm naturaliter oriatur ex damno iniustè illato) ratio est, & consequenter si constet homicidam reuerà motum fuisse ex maligno consilio suadentis, quantumuis
postea suom consilium reoocet, videtur consulens 13
ex institia obligatus ad damni illati compensationem, in defectum principalis, quamuis contrarium doceat Salonius 2. 2. *q.* 62. *art.* 7. *contr.* 6. Petr. Nauar. *in loc. supra cit.* Sà *verb. restitutio, num.* 11. Quæ sententia etiam probabilis est, vt fatetur idem Lessius *cit. cap* 13. *n.* 18 Responderi enim potest ad contrariæ sententiæ fundamentum, disparem rationem esse de sagitta, vel de sclopo: quia ea simul ac emissa sunt, naturaliter, ac necessariò operantur, at consultus, seu persuasus contrariis rationibus à sententia dimoueri potest, & rationabiliter, quare si dissuasionem non recipiat, effectus postea, qui sequitur, malitiæ ipsius potius, quàm suasori, ascribi debebit.

Breuiter itaque dico, quod qui alteri homicidium iniustum persuasit, si postea seriò, & quantum potest, persuasionem retractet, excommunicationem non incurrit, quin & probabiliter neque incurrit etiam irregularitatem, & restituendi obligationem, quamuis opposita sententia, quatenus scilicet spectat ad irregularitatem, & restituendi
obligationem, sit etiam probabilis, & forsan, vt di- 14
cebatur, probabilior. Sed ad ea, quæ in præsenti sectione dicebantur, vide, qoæ dicentur *infrà cit. dubit.* 8. *sect.* 9. *&* 10.

SECTIO XV.

An non obstans percussioni clerici, cùm impedire sine incommodo possit, contrahat excommunicationem?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non incurritur ab eo, qui potest impedire, ne sequatur percussio, licet ex charitate ad id teneatur, contra Caietanum ex probabiliori sententia.*

2 *Excommunicatio incurritur ab eo, qui tenetur impedire ex iustitia, vt ex officio, vel ex auctoritate.*

3 *Excommunicatio non incurritur ab eo, qui potest impedire ex charitate, & non impedit ex odio, vel malevolentia. secus tamen est in foro externo, vbi præsumitur ideo non impediuisse vt opem ferret Percussori.*

4 *Reges, Iudices, Iustitia Ministri, Patres, Magistri, Tutores, & Curatores, Pædagogi, & Parochi, tenentur ex iustitia impedire.*

5 *Item superiores publica auctoritate fungentes.*

6 *Item qui ad hoc potestate Magistratuum, vel Principum sunt constituti.*

7 *Et qui ad hoc specialiter sunt conducti.*

8 *Et qui implicite, vel explicite se obligarunt.*

9 *Pater non tenetur defendere vitam, & fortunam filiorum ex iustitia, sed ex charitate.*

10 *Idem dic de filiis erga Parentes, peccarent enim contra præceptum quartum.*

11 *Parochiani non tenentur ex iustitia, sed ex lege obseruantia,*

obseruantia,& reuerentia, defendere Episcopum, vel Parochum.

12 *Idem dic de subditis, qui non sunt fendatarij, neque stipendiarij, erga Magistratum, vel Principem.*

RESpondetur, quod (quamuis affirment Caiet. *verb. Excommunicatio, cap.*10 Siluester *verb. Re-*
1 *stitutio.3.§.6.p.3.in fin.* & Med. *Cod. de restitut. q.7.* etiamsi is impedire ex charitate solum teneatur) probabilius tamen negetur; atque ita tenet Nauar. *c.14.num.20.& 22.cap.27.num.78.& in Comment. super cap.non inferenda,23.q.3.num.31.& 38.* idem tenet, quantum ad irregularitatem *in c.27.n.231.* & S.Antonin.3.*part.tit.28.c.2.* idem etiam tenet gl *cap.quanta de sent.excomm.* Couar. *Clem. si furiosus, p.2.§.2.num.7.* Henriq *lib.14.de irregul.cap.12.n.7. lit.H* & Toler.*lib.1.cap.32.in fine*; nisi in casu, quod impedire teneatur ex iustitia, vt ex officio, vel auctoritate, quia tunc solum non obstans, seu non impediens peccat contra iustitiam, & sic contra
2 Canonem, *si quis suadente Diabolo*, atque adeò contrahit excommunicationem dicti Canonis. Vide, quæ dicentur *infrà dubit.8. sect.14.*

Vnde nec contrahet talis excommunicationem, si scilicet ex iustitia non tenetur, sed solum ex cha-
3 ritate, & non impedit (cùm possit sine incommodo) etiam ex odio, & maleuolentia, quia adhuc non peccat contra iustitiam, sed solum contra charitatem; Atque ita contra Hostiensem, & Couarr. *in loc. supra cit.* vbi citat Innocentium, & Panorm. & contra Siluestrum, *verb. Homicidium, 2.q.5.* & Angelum *verb. eodem 1.§.17.* tenent S.Antonin. *vbi supra*, & Nauar. *in cit. cap.27.num.231.* & alij passim.

Non nego tamen, quod talis in foro externo præsumeretur excommunicatus; quia ex hoc, quod facilè, & sine incommodo posset impedire, & non impediuit, præsumitur ideo non impedisse, vt opem ferret percussori; & iuxta hoc explicat Nauar. *cap. quanta, de sentent. excommun.* vbi dicitur: *Eos delinquentibus fauere interpretamur, qui, cùm possint, manifesto facinori desinunt obuiare.*

Porrò qui tenentur ex iustitia, seu ex officio im-
4 pedire, seu obstare, sunt Reges, Iudices, Iustitiæ ministri, patres, tutores, curatores, Domini, pædagogi, parochi, custodes; & è contrà eorum filij, pupilli, famuli, parochiani, & custoditi; ac vno verbo omnes superiores erga inferiores, & inferiores erga Superiores; Ita Nauar. *cit. cap.24. num.18.* & alij.

Sed probabilius dicendum, quod ex iustitia so-
5 lum obligentur: primò omnes Superiores publica auctoritate ad aliorum gubernationem præditi; iuxta tamen modum, & finem gubernationis cuiusque; vt sunt Principes, Prætores, Magistratus; item Episcopi, & Parochi: nam hi quoque ex officio ad hoc obligantur secundùm modum suæ potestatis, & media suæ gubernationis, sed in ordine solum ad spiritualia, v.g. ne subditi doctrina praua inficiantur, ne Sacramentis defraudentur, &c.

6 Secundò, qui ad hoc potestate Magistratuum, vel Principum sunt constituti, vt Tutores, & Curatores.

7 Tertiò, qui ad hoc specialiter sunt conducti, vt milites.

8 Quartò, qui ad hoc explicitè, vel implicitè se obligarunt, vt feudatarij, & omnes famuli: alij non videntur obligari ex iustitia: nam pater non tene-
9 tur defendere vitam, & fortunam filiorum lege iu-
10 stitiæ, sed pietatis, & officij paterni Similiter filij non tenentur defendere vitam parentum lege iustitiæ, sed pietatis filialis. Vnde si non faciunt, peccant contra præceptum quartum: *Habeas in honore*
parentes. Pari ratione Parochiani non tenentur 11
Episcopum, vel Parochum lege iustitiæ defendere (quia hoc officium non susceperunt) sed lege obseruantiæ. Et subditi, qui neque sunt feudatarii, neque stipendiarii, non tenentur Magistratum, vel
Principem defendere lege iustitiæ particularis, seu 12
commutatiuæ, sed legalis, & virtute obseruantiæ: quamuis Princeps, & Magistratus eos propter stipendium, quod accipit, ex iustitia defendere tenatur.

SECTIO XVI.

An semper, qui ratam habet clerici percussionem, contrahat excommunicationem?

SVMMARIVM.

1 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparari debet.*

2 *Ratificans percussionem Clerici non factam nomine suo, non incurrit excommunicationem Canonis, & an peccet mortaliter, vel venialiter, est dissensio.*

3 *Ratihabitio secundum significationem grammaticam tantum dicitur de præteritis, & nihil refert quo nomine factum fuerit, siue proprio, siue alterius; secus est secundum Iuris proprietatem.*

4 *Illud dicitur factum nomine alterius, quando intuitu, vel contemplatione illius; licet non de illius mandato factum est.*

5 *Excommunicatio non incurritur per ratihabitionem sine scientia.*

6 *Item non incurritur, si ratihabitio non explicetur verbis, vel alio signo exteriori, sed tantum per animi approbationem.*

7 *Ecclesia non iudicat de occultis, neque punit per censuras actus internos.*

8 *Opinio Siluestri dari ratihabitionem tacitam, intelligenda est quantum ad præsumptiones fori exterioris.*

9 *Ratificans percussionem Clerici factam de tempore, quo erat infans, & furiosus, non incurrit excommunicationem, quamuis ratificet adultus, & sui compos.*

10 *Ratihabitio non retrotrahitur ad impossibile, & fictè non afficit mandantem, qui non poterat mandare.*

11 *Quando lex requirit delictum præuium, non sufficit ratihabitio.*

12 *Mulier post occisionem Viri, ratum habens homicidium; si tamen non præcesserit machinatio in mortem, non incurrit in impedimentum criminis; secus est, si interuenerit adulterium.*

13 *Excommunicatio non retrotrahitur, sicut ratihabitio.*

14 *Ratihabitio non afficit, nisi per delictum, quod per alium possit committi.*

REspondetur (quamuis affirmandum videatur ex *cap. cum quis, de sent. excom. in 6.* vbi id dicitur, & redditur ratio, quia ratihabitio retrotrahi-
tur, & mandato comparari debet, quod & de omni 1
alio delicto intellige) tamen negandum esse, & (vt rectè tradit Io. de Anao *in cap. laudabilem de conuer. coniug.*) requiri.

Primò, quod percussio facta sit nomine tuo, 2
vnde si approbes percussionem clerici non factam nomine tuo, quamuis pecces mortaliter, vt rectè docet Couarr. *in Clement. si furiosus part. 2. §. 1. num.60.* contra nonnullos Iuristas putantes, id esse

solum

solum veniale peccatum, non propterea incurris
excommunicationem Canonis; quia hæc ratihabi-
tio non retrotrahitur, nec mandato comparatur:
nam licet secundùm significationem grammatica-
lem vocabuli *Ratihabitio* de præterito tantum di-
citur, quod aliquis approbet factum alterius, siue
nomine suo, siue non, factum fuerit; tamen secun-
dùm proprietatem iuris tunc solum dicitur rati-
habitio de præterito, quæ retro trahatur, & manda-
to comparetur, quando aliquis approbat, & ratum
habet id, quod, siue bonum, siue malum, suo nomi-
ne factum est. Vnde facilè intelligitur, quod *in dicto*
c. subditur: si verò iniectio eadem tuo nomine non
sit facta, licet pecces, ratam habendo eandem, non
tamen propter hoc excommunicatione innoda-
ris, cùm quis ratum habere nequeat, quod suo
nomine gestum non est. Quæ est quædam regula
iuris *in 6.*

Porrò tunc dicitur aliquid factum nomine al-
terius, quando intuitu, vel contemplatione illius,
4 licet non de illius mandato, factum est: vt si v. g.
Petrus occidit clericum, sine mandato quidem Pau-
li, intuitu tamen, vt tale homicidium sit gratum
Paulo; vel vt vindicet iniuriam ab illo clerico illa-
tam Paulo. Atque ita docet gl. *in cit. cap. cùm quis,*
verb. tuo nomine, Silu. *verb. consensus, quæst. 5. §. 1.* &
alij passim.

Secundò requiri, quod approbes illam percus-
sionem, sciens nunc cùm approbas (etsi non sciue-
ris, quando facta est) tuo nomine factam esse; vnde
5 si ignoras, quando approbas, tuo nomine factam
esse, licet de illa gaudeas, excommunicationem non
incurres: nam licet gaudeas de percussione realiter
à parte rei facta tuo nomine, non tamen gaudes de
illa, vt sic formaliter, vt tuo scilicet nomine facta
(cùm hoc ignores) sed tantum materialiter: quin
neque incurres propter idem, si gaudeas illam fa-
ctam esse, sed doleas esse factam nomine tuo. Atque
ita docet Silu. *in loc. supra cit. §. 2.* Tolet. *loc. cit. n. 19.*
& alij complures.

Tertiò requiri quod hæc ratihabitio explicetur
verbis, vel alio signo exteriori: vnde si tantum ani-
6 mo approbes, neque etiam excommunicationem
7 incurres; quia Ecclesia, cùm non iudicet de inter-
nis, non punit per censuras actus internos; At-
que ita diffusè dicebamus *lib. de parlamentis dubitat.*
sect. 19. subsect. 31. pag. 97.

Porrò quod docet Silu. *vbi supra*, dari ratihabi-
8 tionem tacitam, vt quando scis percussionem fa-
ctam tuo nomine, & non contradicis, intelligen-
dum est, quantum ad præsumptionem fori exte-
rioris; quia quoad forum interius ex dictis non
incurres excommunicationem, nisi ratifices signo
aliquo exteriori.

Quartò requiri, quod extrema sint habilia, id
est, quod qui ratificas, possis mandare tempore, quo
fit delictum: vnde si quando factum est, eras infans,
9 vel furiosus, quamuis ratifices iam adultus, aut tui
compos, excommunicationem non incurres; quia
10 ratihabitio non retrotrahitur ad impossibile, nec
fingi debet, quod mandaueris, quod non poteras
mandare.

Quintò requiri, quod lex requirat tantum deli-
ctum, & non aliud; vnde si præterea v. g. requirit
11 machinationem præuiam, non sufficit ratihabitio,
vt excommunicationem incurras. v. g. licet mu-
12 lier post occisionem viri ratum habeat homici-
dium, si tamen non præcessit machinatio in mor-
tem, non incurrit in impedimentum, vt contrahere
non possit matrimonium cum occisore; cùm, quan-
do non interuenit adulterium, requirat lex ad con-
trahendum tale impedimentum, quod præcedat
machinatio mortis. Atque ita docent Silu. & Co-
uar. *in loc. cit. §. 8.*

Porrò licet retrotrahatur ratihabitio, non retro- 13
trahitur tamen excommunicatio, id est, ratificans
non est excommunicatus ab eo tempore, quo per-
cussor fuit excommunicatus, sed à tempore ratiha-
bitionis solum; Atque ita ex communi docet gl.
in cit. cap. cùm quis, verb. incurrit. Abb. *in cap. sicut tuis,*
num. 7. de Simonia, & Toletus *in loc. supra citat.*

Sextò requiri, quod sit tale delictum, quod per 14
alterum possit committi; secus si non potest, vt
est, v. g. adulterium, fornicatio, vel stuprum, &c.
Qua de re vide Silu. *supra in fin.* Couar. *suprà, n. 5.*
Toletum *supra, n. 19.* & quæ dicentur *infrà dubit. 8.*
sect. 11. & 12.

SECTIO XVII.

An à prædicti Canonis censura contrahenda excusetur quis in aliquibus casibus?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non incurritur ab eo, qui percutiens Clericum putat esse laicum.*

2 *Ignorantia, siue facti, siue iuris excusat à censuris.*

3 *Allegans ignorantiam in foro externo, tenetur eam confirmare iuramento.*

4 *Excommunicatio, an incurratur per errorem in persona Clerici, est discrimen inter Doctores; auctor tamen est pro parte negatiua.*

5 *Ignorantia, inaduertentia, obliuio circa rem prohibitam iure naturæ, cui tamen iure positiuo sit annexa censura, excusant ab ipsa incurrenda; idem dic de irregularitate ex delicto.*

6 *Percutiens per errorem Clericum proximè stantem ei, qui erat percutiendus, dummodo sit præter intentionem, non incurrit excommunicationem.*

7 *Assignatur differentia inter voluntariè percutientem, & non voluntariè.*

8 *Excommunicatio non incurritur, si percussio sit iocosa, licet grauis.*

9 *Neque incurritur propter imperfectionem actus non pertingentis ad peccatum mortale.*

10 *Pueri Clerici rixantes, etiam in Ecclesia, si se pugno mutuo percusserint, ita vt sanguinem è naribus emittant, non ligantur censura.*

11 *Limita si rei qualitate perspecta, iniuria non pertingat ad peccatum mortale.*

12 *Impubes si incurrat excommunicationem canonis potest ab Episcopo absolui etiam post pubertatem.*

13 *Pueri Clerici rixantes, si se percusserint, & dubium sit, an peccauerint mortaliter, sunt absoluendi.*

14 *Socius Clericorum* maior natu, *si impellat Socium Clericum ex motu subitaneo, non incurrit excommunicationem Canonis.*

15 *Percussio inter Amicos familiariter conuersari consuetos, puta, eos à se repellendo, ioco cinnucium in alterum proferendo, seu aliqua alia simili de causa, non reputatur peccatum mortale.*

16 *Officialis, vel Ostiarius, si arcendo Turbam irruentem, Clericum percutiat, non* incidit in Canonem; *secus est si ex animo maligno id faciat.*

17 *Casus fortuitus præuideri non potest.*

18 *Excommunicatio non incurritur ab eo, qui ad defensionem sui, vel alieni corporis; item famæ, pudicitiæ,*

ditiia, & bonorum, Clericum Aggressorem percuit.

19. *Ampliatur in Clericis, & Monachis.*

20 *Limitatur, dummodo modus defensionis non excedatur, & defensio fiat in continenti.*

21 *Excessus in defensione, si non sit ex dolo; nullo pacto debet puniri, atque ideo neque per censuram.*

22 *Idem procedit etiam in foro externo, quia modus defensionis, durante offensione non potest Defensori prascribi.*

23 *Excommunicatio non incurritur ex dicta defensione, quamuis defensor posset* fugam attripere, *dummodo talis fuga esset ei ignominiosa.*

24 *Ampliatur in Clericis, & Monachis vt si celebrent, &* aggrediantur, *possint se tueri, & occidere Inuasorem, si necesse sit, & postea sacrum continuare.*

25 *Excommunicatio Canonis non incurritur à Muliere, si tentata de pudicitia ipso facto tentantem Clericum percutiat, sicut est si solis verbis ad peccatum alliciatur. Idem dic de eo, qui vendicat res, quas Clericus iniustè capias asportat, vel vi occupat, sicut est* re delata *ad locum suum, & pacificè possessa.*

26 *Nemini licet sibi ipsi ius dicere.*

27 *Clericus debiter vel vim, seu iniuriam inferens, vel in fragranti graui crimine deprehensus, suspectus de fuga poterit à laico capi, & detineri, vt Iudici suo Ecclesiastico tempore tempestiuo prasentetur.*

28 *Clericus noctu repertus, dummodo probabiliter prasumitur aliquod scelus intendere, potest capi à laico; alias non, si ex signis, & ex habitu clericali, cesset huiusmodi prosumptio.*

29 *Minister in capiendo non debet excedere debitum modum, & in Carcerem intrudere Clericum exhibentem fideiussionem se repraesentandi.*

30 *Clericus noctu incedens cum armis, potest capi à laico, quia tunc prasumitur ire ad delinquendum.*

31 *Excommunicatio non incurritur ab eo, qui iustè eiicit ab Ecclesia excommunicatum, vel Diuina officia turbantem.*

32 *Item non incurritur ab eo, qui manus violentas iniicit in Clericum cum vxore, matre, sorore, vel propria filia turpiter inuentam, licet committat peccatum percutiendo.*

33 *Turpiter inuentus dicitur exercens actum quemcumque impudicum,* vt oscula, *vel amplexus.*

34 *Satis est si solus cum sola in loco suspecto accedentibus aliis circumstantiis suspitionem generantibus reperiatur.*

35 *Excommunicatio incurritur à percutiente Clericum inuentum turpiter vt supra, si non statim, sed temporis interuallo percutiat.*

36 *Idem dic de abscondente se Domi, vt Clericus id ignorans veniat, & inuentum cum vxore occidat, est tamen opinio in oppositum aliquorum.*

37 *Maritus, qui ex conuentione habita cum vxore, vt Clericus dolo vocetur ad turpitudinem committendam, si ipsum occidat ex communi sententia non excusatur ab excommunicatione.*

38 *Item non excusatur, si non sit vnus in prima linea consanguinitatis.*

39 *Nomine Patris, cui licet impune in adulterio filiam occidere, non veniunt ascendentes.*

40 *Nomine vxoris, non venit sponsa de futuro.*

41 *Maritus si denunciat Clericum cum vxore honestè colloquentem post admonitionem, ad sistendum cum Prælato, licet desinat spatio vigintiquatuor horarum, excusatur ab excommunicatione.*

1 RESpondetur affirmatiuè; & sic excusari primo propter ignorantiam, siue facti, siue iuris, vt si ignoret, tali actui, censuram esse alligatam (qua de 2
re vide *lib. de parlamentis, dubit. 4. sect. 19. subsect. 31. corollar. 3.*) vel si quis clericum percutiens arbitretur esse laicum, *c. si verò, 2. de sent. excom.* quia, v. g. habitum, & tonsuram non gestabat; vel si gestabat, quia inuenit eum noctu, vel in loco obscuro; alio- 3
quin, si allegatio ignorantiæ dubia sit, allegans eam iuramento in foro externo confirmare cogetur, *cap. si verò, 2. de sen. excom.* Cæterùm esto, quod si 4
quis existimet esse Ioannem clericum, quem percutit, cùm sit clericus Petrus, censuram excommunicationis non effugiat, ad mentem Couar. *in cap. alma, part. 1. §. 10. num. 15.* & aliorum. *argum. l. cum, qui, §. si iniuria mihi, ff. de iniuriis,* vbi dicitur: *Si iniuria mihi fiat ab eo, cui sim ignotus, aut quis putet me esse Lucium, cùm sim Caius, iniuriarum actionem mihi competere* (quamuis & quo ad hoc sit etiam contrarium probabilius sicuti dicebatur *lib. de parlamentis, dubit. 4. sect. 19. subsect. 31. corollar. 2. & seqq. & subsect. 33. corollar. 7.* vbi etiam reperies, idem esse dicen- 5
dum de inaduertentia, obliuione, & ignorantia iuris; quod, si quis v. g. inaduertat, obliuiscatur, vel ignoret, tali actui, quamuis grauiter, etiam de iure naturæ, peccaminoso, alligatam esse censuram, quin etiam irregularitatem ex delicto non contrahat cum tali inaduertentia, obliuione, vel ignorantia iuris, vel facti, censuram, quin neque etiam irregularitatem ex delicto.) Contra tamen omninò dicendum est (si quis volens percutere hunc clericum, ab eo aberret, & casu, siue præter intentionem percutiat alterum clericum proximè stantem) nempe quod hic talis percutiens excommunica- 6
tionem non incurrat; sicuti notauit Suar. *disp. 22. sect. 1. num. 54.* & Coninch *cit. dub. 15. num. 197.* Ra- 7
tio discriminis esse potest; quia in priori casu videtur voluntariè percutere hominem, quem scit esse clericũ, in quo consistit tota ratio, ob quam excommunicatio Canonis lata est; at in posteriori casu voluntariè non percutit hominem, quem sciat esse clericum; si quidem, vt supponimus, à clerici intenta percussione aberrauit, alium verò hominem, qui astabat, & clericus erat, præter intentionem, & sic inuoluntariè percussit. Vide Gregorium Carafam *de duello, pag. 430.*

Secundò excusari, si percussio sit iocosa, *cap. 1. de sent. excomm.* licet sit grauis, Atque ita docet Nauar. 8
cas. 1. & Tabien. *verb. Excommunicatio, 5. num. 4.* Vide etiam *supra sect. 5. & 6.*

Tertiò excusari, propter imperfectionem actus, non pertingentis scilicet ad peccatum mortale, v. 9
g. ob subitam passionem, vt iræ, &c. animo non plenè aduertente ad id, quod agitur, vel ob alias circumstantias, vt personarum, &c. minuentes peccatum, ita vt sit citra mortale, vel quia percussio est tam parua, quod illata laico non sit mortalis, & sic de similibus aliis, &c. Ita Caietan. *in loc. supra cit.* & alij passim. Vide etiam *suprà cit. sect. 5. & 6.*

Vnde infertur primò cum Soto *in 4. dist. 22. q. 1. art. 2. cas. 1.* & Mexic. *diffic. 4.* quod si pueri clerici 10
rixantes, etiam in Ecclesia, se pugno mutuò percusserint, ita vt sanguinem è naribus, vel è capite in parua copia emiserint, nulla censura innodentur. Quod verum est, si considerata rei qualita- 11
te, seu circumstantiis, iniuria percussionis ad peccatum mortale non pertingat, iuxta ea, quæ dicebantur. quod regulariter puto contingere. Atque ita docent Abb. *cap. 1. de sent. excommun.* Tabiena *verb. Excommunicatio, 5. num. 5.* & Nauar. *num. 77.* & colligitur ex *cap. vltim. de sentent. excommun.* vbi habentur,

13 habetur, quod si impubes incurrit excommunica-
tionem Canonis, quamuis post pubertatem abso-
lutionem petat, ab Episcopo absolui possit. Quod
si tamen fuerit dubium, an isti pueri clerici morta-
liter peccauerint, tunc in dubio sunt absoluendi,
quamuis non vitandi; quia stante hoc dubio non
erunt notoriè percussores clericorum, saltem sine
omni tergiuersatione; qood requiritur, vt qui per-
cutit clericum, sit vitandus, vt supra dicebamus.
Quod diximus de pueris clericis, idem docent ali-
qui de hominibus adultis infimæ sortis initiatis
prima tonsura, vel minoribus ordinibus.

Infertur secundò, quod si inter clericos maioris
14 ætatis socius turbatus impellat socium clericum
ex motu subito, & non ex deliberatione, neq; etiam
Canonis excommunicationem incurret; Sic Ange-
lus *verb. Excommunicatio, 5. cas. 1. num.* 26. idque ve-
rum est, siuè turbatio proueniat ex occasione ipsius
clerici percussi, vt si ioco vnus alteri conuicium
proferat, & is turbetur, & percutiat; siue turbatio
proueniat aliunde, vt in casu relato à Nauarro *lib.
5. cons. de sentent. excommun. cons* 74. scilicet quod Ca-
nonicus iratus ob quædam contenta in schedula,
quam legebat, Canonicum petentem, vt sibi eam
legendam traderet, repulit à se, excommunicatio-
nem non incurrit; quia talis percussio inter ami-
15 cos familiariter conuersari consuetos non reputa-
tur peccatum mortale.

Infertur tertio, quod si fortè officialis, vel ostia-
16 rius, vt Iudex. vel apparitor potestatis secularis, ar-
cendo turbam irruentem, clericum percutiat, ex-
communicationem Canonis nec etiam incurrat.
c. si verò, 1. de sentem. excommun. Ratio, quia casus
17 fortuitus, vt rectè ibi notat gl. præuideri non
potest: secus dicendum, si animo iniuriam faciendi
maligno id efficiatur. ita text. iuncta gl.

Quartò excusari, si quis in defensionem sui, vel
18 alieni corporis, item famæ, pudicitiæ, vel bonorum
clericum aggressorem detineat, vt percutiat: talis
enim excommunicationem prædicti Canonis non
incurrit. Ratio, quia in prædictis casibus immunis
est à peccato mortali; Atque ita habetur *in cap. si
verò, 1. & c. ex tenore de sentent. excomm.* quare etiam
Clericis, & Monachis hoc concessum est, sicut &
Laicis; idque contra quóscumque, etiam superio-
res, vt Monacho contra Abbatem, filio contra pa-
rentem, seruo contra dominum, vasallo contra Prin-
cipem, & in quocumque officio sit quis occupatus;
vt si celebret, & inuadatur, possit se tueri, & occi-
dere inuasorem, si necesse sit, & posteà factum con-
tinuare, vti docet S. Antonin. 3. *par. tit. 4. cap. 3. §. 1.*
19 Sylu. *ver. bellum, 1. §. 7. & 5.* & alij. Quod tamen in-
20 tellige, dummodo (vt ex dictis colligitur) modus
defensionis non excedatur notabiliter, & defensio
aggressionem subsequatur in continenti; Atque ita
habetur in cit. *cap. si verò* & ratio est, quia alioquin
non esset defensio, sed vindicta.

Vbi tamen aduerte, quod excessus in defensione,
21 si non sit ex dolo, nullo pacto debet puniri, atque
adeo neque per censuram; sic Abb. *in cap. significa-
sti, circa fin. de homicid.* Felin. *num.* 14. Ancharan.
in Clement. 1. not. 3. de homicid. Florian. de S. Petr.
*in l. si ex plagis, §. Tabernarius, ff. ad legem Aqui-
liam*, Alexand. *in addit. ad Bart. l. 5. Cod. unde vi,*
gloss. *in cap. olim, ver. excessisti, in fin. de restit. spo-
liat. & in cap. significasti, 2. ver. moderamine, de homi-
cid.* & desumitur ex *citat. cap. olim. in fin. & ex cap.
perpendimus, de sentent. excommunicat.* vt gl. etiam
vltimo loco citata ponderat: & ratio est; quia ta-
lis excessus non est noua violentia, sed excessus
in defensione, atque adeò proueniens ex propo-
sito defensionis, non autem ex proposito violen-
tiæ, & sic non suadente Diabolo, sed suadente
potius iure naturali defensionis. Quod etiam lo- 22
cum habet in foro externo; quia cùm defensio sit
concessa, quin necessaria, excessus in defensione
præsumitur, quod ignoretur prohibitus, quia
præsumitur totum quod fit, habere rationem de-
fensionis; præsertim quia, durante offensione,
non potest defensori præscribi, quousque se de-
beat defendere, quia ignorat, quid offendens sit
facturus; & ignorat terminos, intra quos defen-
sio consistens sit futura sufficiens, sic Bald. *in l. 1.
num. 10. Cod. vnde vi,* Hippolyt. *in l. is qui, num. 6.
Cod. ad leg. Cornel. de sicar.* & Obrecht. *de necessar.
defens. cap.* 12. *n.* 25. Vnde cùm termini defensionis
non possint præscribi, quod fit per excessum, si
non sit notabilis, & non ex dolo, non fit contra le-
gem; atque adeò locum non habet censura.

Quod autem dixi) si fiat modo, quo supra di-
cebatur) verum est, quamuis, qui percutit, pos-
sit se defendere fugiendo, dummodo talis fuga 23
esset ei ignominiosa; sic Tabien. *num.* 11. & Na-
uar. *cas.* 15. Et probatur, quia si potest percutere
pro defensione rerum, multò magis poterit pro
defensione famæ (& probabiliter etiam sine nota
irregularitatis, vt alibi dicebatur) quod etiam lo-
cum habet, si percutit, vt defendat parentes, filios,
propinquos, familiares, immò & extraneos. Sic An-
gel. *num.* 53. Tabien. *num.* 12. & 13. vbi citat S. An-
tonin. & Panormit.

Ex dictis sequitur primò, quod mulier Canonis 24
excommunicationem non incurrat, si clericum
pudicitiam suam ipso facto tentantem percutiat;
quamuis secus sit, si eam clericus solis verbis
aggrediatur: tunc enim sufficit, si mulier eum
verbis etiam repellat, & non licet nisi verbalis
defensio. Sic Angelus *num.* 11. Silu. *num.* 9. & Na-
uar. *cap.* 21. Excipe, nisi valde molestus sit, ita vt
mulier aliter ab illo liberare se non possit, nisi
ad verbera etiam deueniat. Atque ita ex commu-
ni docet Suar. *in loc. supra cit. num.* 33. Coninch
num. 194. & Auila *part. 2. cap. 5. disput. 3. dub. 53.
cas.* 18.

Sequitur secundò, quod neque Canonis ex-
communicationem quis incurrat, si clericum per- 24
cutiat, vt defendat res, quas clericus iniustè captas
asportat, vel vi occupat, *cap. olim 2. de restitut. spoliat.*
secus tamen erit, postquam clericus rem iniustè
ablatam ad locum tutum detulit, & pacificè possi-
det: tunc enim non amplius licitum est illi pro-
pria auctoritate vim inferre, si res per viam
iudicij recuperari possit; quia nemini licet ius
sibimetipsi dicere. Atque ita præter alios nota-
uit Angelus *num.* 13. Tabien. *num.* 14. & 17. Mol. 26
in loc. supra cit. Quod si clericus debitor, vel vim,
seu iniuriam inferens, vel in flagranti graui crimi- 27
ne deprehensus, de fuga suspectus sit, poterit à lai-
co capi, & detineri, vt Iudici suo Ecclesiastico
tempore tempestiuo præsentetur; Atque ita docet
Nauar. *c. 27. num.* 81. & 85. Auila *vbi supra, cas.* 12.
Mol. *tract. 3 disp. 16. num.* 12. Clarus *lib. 5. sent. §. fin.
q. 28. num.* 6. Qua de re vide, quæ diffusè dicebantur
lib. de parlamentis, dubit. 4. sect. 19. subsect. 5. & 6. &
quæ dicentur *cap. 9. dubit. 7. &* 8.

Addit Nauar. *in loc. supra cit.* idem dicendum, si 28
clericus inueniatur noctu, dummodo probabiliter
præsumatur aliquod scelus intēdere, aliàs non, vt si
fert lumen, vel habet socium, vel est talis, qui ab
huiusmodi suspicione sit alienus; vel defert habi-

tum clericalem:nam si deferat, rarò erit locus tali
præsumprioni.Et ita lex *9.tit.3.lib.1.Recopil.* solum
loquitur, quando clericus, vel religiosus, nec de-
fert lumen, nec habitum clericalem, vel suæ Reli-
29 gionis.Requiritur autem,quod minister in capien-
do non excedat debitum modum,v.g.vt permitten-
ti se capi, & quietè duci, pugnos, vel calces non
impingat,vel fideiossionem se præsentandi Prælato
offerentem in carcerem non intrudat. Sic Nauar.
loc.cit. Vnde sequitur,quod potest capi clericus no-
30 ctu incedens cum armis; quia tunc præsumitur ire
ad delinquendum;Ita Abb.& latius Nauar.*5.consil.*
*de sent.excommun.cons.*44. An autem possint ei arma
auferri, & neque restitui eius Prælato? Responde-
tor quod non. Qua de re vide *cit. dubitat.* 4.*sect.*19.
*subsect.*5.*&* 6.*& cit.cap.*9.*dubit.*7.*&* 8.

Quintò excusari, si quis iustè eiicit ab Ecclesia
31 excommunicatum, vel diuina officia turbantem. *c.*
veniens, de sent.excommur.

Sextò excusari, si quis in clericum cum vxore,
32 matre, sorore, vel propria filia turpiter inuentum,
manus violentas in continenti iniiciat: talis enim
licet peccet, canonis tamen excommunicationem
nom incurrit;Atque ita habetur *in cit.cap.si verò* 1.
Et ratio est, quia iustum talem dolorem compesci,
difficillimum est,vti notat gl. *ibid.*

Porrò turpiter inuentus dicitur, qui actum
quemcunque impudicum,vt oscula,vel amplexus,
33 &c.cum vna ex prædictis personis exercet;Sic An-
gelus *num.*18. Naoar. *vbi supra.* Immò satis est, vt
34 solus cum sola in loco suspecto, accedentibus aliis
circumstantiis suspicionem generantibus, reperia-
tur,sicuti docet Silu.*verb.Excommunicatio,6.num.*5.
*cas.*10.Nauar.*cap.*27.*num.*84. Suar.*citat. num.*37. &
Coninch *num.*196.

Excusatio autem ab excommunicationis cen-
35 sura locum non habet, si quis clericom inuen-
tum non statim ac in crimine deprehensus est, &
sic ex subita passione, sed temporis interoallo in-
teriecto (quo dolor, licet iustos, sedari potuerit)
occidat,vel percutiat;Requiritur ergo, vt à censu-
ra excommunicationis excusetur,vt percutiat sta-
tim ex subita ira;sic Angelus *num.*16. Silu.*num.*6.
*cas.*16.Naoar.*cas.*1.*&* 5.*consil.de sentent.excommun.*
*cons.*41. vbi subdit, idem locum habere, si maritus
36 abscondit se domi, vt clericus id ignoraos veniat,
& inuentum cum vxore, occidat; quia inteotio
Pontificis fuisse videtur, quod maritus non incur-
rat excommunicationem solum in iis casibus, in
quibus secundùm leges ciuiles est liber à pœna;
quamuis alij, & probabiliter, sentiant oppositum,
conueniunt tamen omnes, quod non excusetur ab
37 excommunicatione, si conueniat cum vxore, vt
clericus dolo vocetur ad turpitudinem commit-
tendam.Vide Angelum *num.* 20. & Nauar. *cas.*20.
Item conueniunt secundò, quod non excusetur,si
non sit vnus ex consanguineis in prima linea con-
38 sanguinitatis,sed in secũda,vt in ordine ad neptim,
vel auiam,&c.Atque ita significatur *in cit.cap.si ve-*
rò 1.*§.cæterùm,iuncta gl.verb. matre.* Vide Angelum,
& Molinam *tract.*3.*disp.*59.*n.*5.& probatur ex *l.pa-*
ter, ff.de adulteriis,& *ibi* notatis, vbi nomine patris,
39 cui licet impunè in adulterio filiam occidere, non
veniunt Ascendentes.Præterea nomine vxoris non
venit sponsa de futuro; Ita Cooar. *de sponsal. p.* 1.
40 *c.*1. *num.*12. idem habetur ex gl. *in dicto cap. si verò,*
quam dicit ab omnibus approbari. Item conue-
niunt tertiò, quod è contra excusetur, si detineat
clericum, etiam honestè colloquentem cum vxore
41 post admonitionem,vt ab ea re desisteret,dummo-
do ei nihil aliud mali inferat,quàm detinere spatio
24.horarum,ad sistendum eum Prælato,si commo-
dè prius non possit. Vide, quæ dicebantur *lib. de*
parlamentis, dubit. 4.*sect.*91.*subsect.*5.*&* 6.*& cap.*9.
*dub.*7.*&* 8.

SECTIO XVIII.

An excusetur etiam Prælatus, Magister, Pater, & herus.

SVMMARIVM.

1 *Magister quoque, & non tantum Prælatus ius habet ad castigandum Clericum, etiam in maioribus ordinibus constitutum.*

2 *Limitatur modo castigatio sit moderata habito respectu Personæ, & culpæ.*

3 *Neque incurrit excommunicationem, licet percutiat ex ira, dummodo sit per correctionem.*

4 *Quod dictum est de Magistro, intelligitur etiam de submagistro & ampliatur, quia etiam* inuito Magistro *habet ius corrigendi, & per prohibitionem non potest auferri priuilegium Iuris.*

5 *Prælatus verberans ad correctionem Religiosum suæ Religionis, contra constitutiones, non incurrit excommunicationem canonis.*

6 *Pater verberans ad correctionem filium in sacris constitutum, an incidat in sententiam canonis, dubium est inter Doctores. Rationes pro vtraque sententia afferantur, & perpenduntur.*

7 *Ordo Sacer liberat à patria potestate quo ad effectum correctionis; secus est quoad alios effectus patriæ Potestatis.*

8 *Iura ideo permittant Magistro absolute Clericum discipulum verberare; quia fieri potest, vt ipse magister sit constitutus in maiori gradu, quam Discipulus.*

9 *Magister laicus non potest verberare Discipulum Clericum item dic, si sit etiam in minori ordine constitutus, ac Discipulus.*

10 *Ius correctionis habens, licet non se cohibeat in corrigendo, non videtur tamen peccare mortaliter, quod dic de Patre laico respectu filij Clerici.*

11 & 12 *Abbas debet correctionis causa percutere Monachum, neque potest aliquem alium Regularem ad hoc delegare, nisi necessitas cogat; alias tam Abbas, quam verberans incurrunt excommunicationem.*

13 *Episcopo non licet propriis manibus aliquem verberare; est enim alienum ab eius Dignitate.*

14 *Clericus delinquens per alium Clericum puniri debet, non per laicum, quamuis facinorosus.*

15 *Clericus, vel Monachus de mandato Iudicis Ecclesiastici etiam à laico capi potest.*

16 *Consuetudo inoleuit in Gallia, & aliis in locis, vt Clerici, si ita delinquant per laicos torqueantur, & verberentur; præsertim si Ecclesiastici ad id idonei desint.*

17 *Opinio Nauarri in sua summa, nempe dictam consuetudinem excusare quidem à censura, non autem à peccato, reprobatur.*

18 *Consuetudo, sicut excusat à pœna, ita etiam potest excusare à peccato, dummodo non sit contra ius naturale, vel Diuinum.*

19 *Torquere, & Verberare dicitur officium vile, & Clericis indecorum.*

20 *Præfectus Nauis, seu aliquis loco illius, non incurrit excommunicationem, verberans Clericum verbaliter degradatum, & damnatum ad Triremes.*

21 *Prælati*

21 *Prælati ordinum ex consuetudine, & ex priuilegio, possunt punire Regulares suos Delinquentes, per conuersum.*

22 *Nouitii, si pueri sint, possunt etiam à seculari Magistro verberari; & eadem ratione etiam Clerici in minoribus.*

1 RESpondetur, excusari Prælatum, Magistrum, seu præceptorem, & patrem, vel herum, si disciplinæ, seu correctionis caosa clericum percutiat. Ratio; quia in tali casu peccatũ mortale noo interuenit. Et de Prælato Ecclesiastico. & magistro, seu præceptore habetur expresse *in cap. 1. & c. ex tenore, de sent. excommun.* vbi sermo est de subdiacono: quare rectè docet Nauar. *cap. 27. num.* 81 Suar. *disp. 22. sect. 1. num.* 48. & alij communiter, magistrum quoque, & non tantum Prælatum Ecclesiasticum (de quo dubium non est) ius habere castigandi clericos, etiam io maioribus Ordinibus constitutos.

2 Quod tameo intellige, modò castigatio moderata sit, habita scilicet ratione culpæ, & persooæ tam percutientis, quàm percussæ: alioquin si percussio valde indecens sit, aut excessus sit notabilis, cẽsura excommunicationis non euitabitur. Atque ita docet Nauar. & Suar. *in locis supra cit.* & colligitur ex *c. cum voluntate, eod. tit. iunct. gl. in verb. Prælationis, & verb. Magisterii.* Et ratio doctrinę huius est, quia in tali casu quod fit, oon est sine peccato mortali: Euitabitur itaque è contrà censura excommunicationis, si excessus oon sit notabilis, attenta scilicet grauitate culpæ. Ita Nauar. *cas.* 14. Tabieo. *verb. Excommunicatio, 6. num. 7. in princip.*

Dixi, *si non sit notabilis*: nam si sit aliqualis excessus, non sufficit ad incurrendum. Ita Silu. *verb. Excommunicatio, 6. num. 6. p. 8. in fin* & Tabien. *num 6.* Et de hoc excessu intelligenda est gl. *in cap. cum voluntate de sent. excommun. verb. Inferiorum,* vbi ait, quod si excedat modum percutiens, non incidit: aliàs eoim gl. contradiceret sibimet ipsi, *in verb. Prælationis, & verb. Magisterii,* vbi ait, quod hæc castigatio debeat esse leuis: & sic exponit glossam Tabiena *num. 6. cit.*

3 Neque etiam ceosuram iocurrit percutiens, quamuis percutiat ita, dummodo sit causa correctioois. Ita Silu. *dict. p. 8. in princip.* Secus si percuteret principaliter ex odio, vel ira, & non causa correctionis. Ita Nauar. *casu cit.* & Angel. *verb. Excommunicatio, num.* 8.

4 An autem, si submagister corrigat contra prohibitionem magistri principalis, iocurrat excommunicationem Canonis?

Respondeo cum Siluestro *p. 8* negatiuè; quia per huiusmodi prohibitionem non potest auferri priuilegiũ iuris, quod est posse corrigere discipulos.

5 Vnde infertur, quod si Prelatus alicuius Religionis Religiosum contra consuetudinẽ, vel constitutionẽ suæ Religioois prohibentem, ne illũ percutiat, per se vel per alium verberet, neque etiam excommunicationem Canonis incurrat; quia non agit cõtra ius commune, à quo est dicta excommunicatio.

6 De patre autem maius dubium est, an possit scilicet sine excommunicationis oota filium in sacris constitutum etiam verberare?

Affirmat S. Aotonin. *3. part. tit. 24. c. 1. §. 2. cas.* 12. Silu. *verb. Excommunicatio, 6. n. 6. cas.* 8. Tabieo. *verb. excommunicatio, 6. num.* 8. Io. de Lignano. Petrus de Perusio, Rosella, Nauar. *cit. num.* 28. Auila *part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 13. cas. 2.* Suar. *cit. sect. 1 num.* 49. colligitur ex Soto. Et ratio est; quia pater noo minorẽ, sed potiùs, maiorem io filiũ potestatẽ habet, quàm magister in discipulum. At *in c. 1. & c. ex tenore*, absolutè, & sine restrictione significatur, magistrum (nedum Prælatum in ordine ad suos) ab excommunicatione immunem esse, si discipulum correctionis causa percutiat; ergo idem multò magis diceodum est de patre in ordine ad filium.

Negant autem Abbas, Felinus, & gl. *in cit. c. cum* 7
voluntate, verb. Inferiorum gradnum: quia sacer ordo, inquit ipsa, liberat à patria potestate (quod intellige, quatenus spectat ad effectum castigationis: nam ab aliis effectibus patriæ potestatis Ordo sacer nõ eximit, sed solum Episcopalis, vel Cardinalitia dignitas sicut docet Abbas *in cit. cap. cum voluntate,* Angel. *verb. Excommunicatio,* 5. §. 10 negat etiam Abbas *ibidem,* Sot. *lib. 5. de iust q. 2.* Mol. *to. 1. tract. . disp. 228. in 6 effectu, & tract. 3. disp.* 56. & alij, quos ipse ibi citat vbi dicit esse opinionem communiorem.) Ratio istorum est; quia indecens esse videtur, vt clericum io sacris constitutum pater laicus verberet: quapropter præsumendum non est, quod iura in hac re patri patrocineotur; tum quia, cùm Canon, seu ios commune clerici percussionem prohibens, Ecclesiastico Ordini fauorabile sit, restringi non debet, nisi expressa in iure exceptio reperiatur, sed nullibi expressum reperitur, quod pater quoscunque filios clericos, etiam in Sacris constitutos, absque nota excommuoicationis castigare possit; sed solum quod possit disciplinæ causa corrigere clericos adolescentes in ioferioribus ordioibus existentes, qui de familia ipsius, vel propinqui sint. *cit. cap. cum voluntate, de sent. excommun.* Ergo &c.

Vtraque opinio videtur mihi probabilis: nam 8
ad fundamentum prioris sententiæ responderi potest: quod ideò iura magistro absolutè permittunt, vt clericum discipulum disciplinæ causa verberare queat; quia fieri potest, vt magister in maiori 9
gradu, siue ordine, quàm eius discipulus, constitutus sit: si enim esset laicus, vel io minori ordine positus, non videtur ipsi iure concessum, vt clericum io maiore ordine positum verberando puniat, *arg. c. vniuersitatis, de sent. excomm.* Ad fundamentum autem posterioris sententiæ dici poterit, quod si pater filium (eodem modo quo dicitur de magistro laico in ordine ad discipulum in sacris constitutum) correctioois causa percutiat, facilè à peccato mortali, 10
& sic à censora excommunicationis excusari potest; propterea quod ius correctionis ille habens, difficilè se cohibet, vt grauiter, aut sæpius delioquentem filium etiam verberando castiget. Adde; quod ipsa circumstantia superioritatis deformita- 11
tem quamplurimum imminuit in hac re.

Porrò *in cit. cap. vniuersitatis* decernitur, vt Abbas per seipsum, non per aliom; regularis disciplinæ causa, monachum percutiat; vel si necessitas postulet, (quin etsi noo postulet, ex priuilegio Alex. VI. & Leon. X. vt videre est apud Rodriquez *tom. 2. qq. Regular. q. 20. art.* 8. per clericum, vel monachum (non per laicum, id est, etiam per conuersom, & tertiarium, vtpotè Religioni iam addictum, (vt cõtra Syluestrum *ver. excommunicatio 6. num. 6.* sentiunt Aogel. *eod. ver 5. n. 6* Suar. *de censur. disp. 22.* 12
sect. 1. n. 42. & Rodrig. *in compend. qq. Req. resol. n. 8.*)
id effici iubeat; alioqoio tam qui tales verberari 13
præcipit, quàm qui verberat, excommunicationem non euitat. Alia autem ratio est de Episcopo, à cu- 14
ius dignitate alienum est, aliquem propriis manibus verberare, *c. non licet. d. 86.* quare clericos delin- 15
queotes per alium clericum, non per laicum corrigere debet: quamuis clerici facinorosi (idemque dicendum de Monachis) ex mandato Prælati

Ecclesiastici, etiam à laicis capi possint. c. *vt fama, de sent. excommun. c. si clericos, eod. in 6.* quin per con-
16 suetudinem in Galliis, aliisque locis approbatum
est, vt clerici, & Monachi, si ita mereantur per lai-
cos (præsertim si Ecclesiastici ad id idonei desint)
torqueantur, & verbereutur sicuti tradunt Mol.
disp. 51. Suar. *disp.* 2. *sect.* 1. *num.* 44. Clar. 5. *sent.* §. *vlt.*
q. 77. *num.* 3. Conincb. *num.* 191. Auila *part.* 2. *cap.* 5.
disp. 3. *dub.* 11. Aufrer *in Repet. Clemen.* 1. *de offic. Or-
dinar. reg.* 3. *Fallent.* 2. *tom. q. tract. sub titulo de potest. sa-
cul. super. Eccles.* Zerola *in prax. Episcop. part.* 1. *verb.
Excommunic. causa efficient,* §. 8. Pegoa *part.* 3. *director.
q.* 61. *Com. q.* §. *illud addit,* Simancas *tit.* 65. *num.* 47.
Salzed. *in pract. cap.* 126. Barbosa *in cap. Vniuersitatis
de sent. excommunic. num.* 3. Pasqualigus *tom.* 1. *decis.*
419. & Nauar. *in comment.* 3. *de regular. circa fin. & lib.*
5. *consil.* 28. *de sent. excommun. edit.* 2. quamuis *in sum-*
17 *ma, cap.* 27 *num.* 86. aliter dixerit, nempe talem con-
suetudinem excusare quidem à censura, non item
à peccato. Quod tamen mihi non probatur; quia
18 sicuti consuetudo excusat à pœna, ita & excusat à
peccato; siquidem non est id contra ius naturale,
vel diuinum: quinimò vt rectè notat ibidem ipse-
met Nauarra, decens, & honestum est, nè clerici,
19 vel monachi vtantur officio, tam vili, sed potius per
Laicos torqueantur, & verberentur.

20 Adde, quod simili ratione excusatur Præfectus
nauis, aut qui ab illo potestatem habet, si clericum
verbaliter degradatum, & ad triremes damnatum,
vt alios remigantes, percutiat. Atque ita docet A-
uila *de cens. part.* 4. *disp. vn. dub.* 1.

Præterea partim consuetudine, partim etiam pri-
uilegiis, vt Leonis X. & Alexandri VI. &c. obtentũ
21 est, vt Prælati Ordinum Regulares suos delinquen-
tes non per se, sed per alium Religiosum, etiam nõ
clericum, sed conuersum, corrigant: qua de re vide
Nauar. *cit. consil.* 28. Mol. Auil. Suar. Coninch. *in locis
supra cit.* Quod si ætate minores, & quasi pueri sint,
22 præsertim Nouitij, ij poterunt ex commissione Præ-
lati Ordinis, etiam à seculari, v. g. Ludimagistro, dis-
ciplinæ causa, verberari: sicut & propter eandem ra-
tionem clerici in minoribus per laicum corrigi pos-
sunt. Atque ita præter alios docet Mol. *tract.* 3. *disp.*
56 *num.* 8.

SECTIO XIX.

An possit Episcopus absoluere ab excommunicatione ob percussionem clerici contracta?

SVMMARIVM.

1 *Percussio Clerici bifariam diuiditur, in modicam, siue leuem, in grauem, siue enormem.*

2 *Percussio Clerici, an sit leuis, vel grauis remittitur arbitrio Prudentis Viri, etiam Confessarij, perspectis non solum percussione, seu læsione; sed & aliis circumstantiis hoc est Percutientis, & percussi, loci, temporis, & scandali secuti.*

3 *Episcopus absoluit si percussio, seu læsio sit leuis, neque ex circumstantiis aggrauata. vide quæ dicatur grauis, seu leuis percussio, aut media inter grauem, & leuem.*

4 *Episcopus non absoluit, si percussio, seu læsio sit grauis, seu sit media inter grauem, & leuem.*

5 *Summus Pontifex absoluit à percussione graui, & enormi, nec non à mediocri priuatiue quoad alios.*

6 *Excipiuntur tres casus. Primus, si ostiarius prætextu officij Clericum percutiat, ab Episcopo potest absolui; nisi percussio si grauis.*

7 *2. Si Clerici collegialiter viuentes, mutuo se percutiant, ab Episcopo absolui possunt, nisi facti atrocitas aliud exigat.*

8 *3. Si Regularis eiusdem Claustri alium percutiat non enormiter à suo Prælato absolui potest, ne detur occasio vagandi, potest tamen adhiberi Episcopus ad maiorem correctionem, si ita sit expediens.*

9 *Item dic id procedere si Regularis percutiat Regularem subditum alterius Prælati, si percussio non sit enormis; præsente tamen Prælato percussi, vt iniuriam condonet, & pœnam in satisfactionem definiat.*

10 *Prælatus offensi committere potest alterius Prælato potestatem absoluendi.*

11 *Equites Ordinis S. Ioannis se se ad inuicem percutientes, absolui possunt à Presbytero Priore Conuentus.*

12 *Nouitius, qui ante Religionis ingressum erat excommunicatus; potest absolui à suo Prælato, si læsio non sit enormis.*

13 *Priuilegia Regularium adeo ampliantur, vt etiam si enormis sit læsio, absolutio à Prælato suis conferri possit.*

14 *De iure communi si Religiosus aliquis Clericum secularem percutiat, non nisi à sede Apostolicam absolui potest. quod intelligo si percussio non sit leuis.*

15 *Ius commune quoad dictam absolutionem fuit correctum per priuilegia Religiorum, & interdum Episcoporum, qui absoluere possunt ex speciali facultate, etiam si læsio sit enormis.*

SVppono, in Canon. *Si quis suadente diabolo,* præ-
cipi, *vt nullus Episcoporum ipsum absoluere præsu-
mat:* circa quæ verba à iure, & Doctoribus (vt *in cap.
peruenit de sent. excommun.* & apud Nauar. *c.* 27. *num.*
91. Mol. *dis.* 57. videre est) duplex clerici percussio 1
distinguitur, modica, siue leuis, & grauis, siue enor-
mis; quæ inter se prudentis viri, etiam Confessarij 2
arbitrio discerni debent, non solum ex percussione,
vel læsione, sed etiam ex circumstantiis personæ
percutientis, & percussæ; loci, temporis, secuti scan-
dali, &c. vt *in extrauag.* quæ incipit, *Perlectis*, apud
Nauar. & Mol. *in locis suprà cit* & apud Couar *in al-
ma, p.* 1. §. 9. *num.* 2. legere est, & colligitur ex *c. cùm
illorum, de sent. excom* Hoc supposito.

Respondetur, quod ab excommunicatione Ca-
nonis contracta ob clerici percussionem leuem
(quæ scilicet nullam maculam, aut lacerationem
carnis, nec membri mutilationem, dentium euul-
sionem, multorum capillorum extractionem, nec
sanguinis magnam effusionem attulit, neque ex
circumstantiis aggrauata est) Episcopus absoluere 3
potest, ex vi *cit. cap. peruenit. de sent.* & tradunt com-
muniter Doctores.

At ab altera percussione, quæ grauis dicitur, &
subdiuiditur in percussionem, quæ speciatim in iure
enormis, siue atrox censetur, & in percussionem, 4
quæ non specialiter enormis, sed mediocris, & qua-
si media inter leuem, & enormen indicatur, absol-
uere non potest ratio; quia Absolutio ab excom-
municatione cõtracta ob percussioné clerici enor-
mem, communi iure sedi Apostolicæ reseruatur; 5
quin & reseruatur etiam percussio etiamsi solum
mediocris, siue plus, quàm modica fuerit; exceptis
tamen tribus casibus, quorum

Primus *in cit. cap. si verò* 1. *de sent. excommun.* vbi di- 6
citur, quod si Ostiarius prætextu officij clericũ per-
cutiat, ita vt idcircò excõmunicationem incurrisse
censeatur, ab Episcopo absolui potest, nisi percussio
grauis, seu enormis sit. Quod si officialis Iudex, vel
secularis potestatis Apparitor in clericũ iurisdictio-
né sibi vsurpãdũ, eũdé percusserit sine mãdato sũmi
Põtificis absolui nõ poterit. Ratio, quia hęc iniuria,
cùm

cùm hic, & nunc Ecclesiasticæ libertati repugnet,
non leuis,sed grauis censetur. *cit. cap. si verò.*

7 Secundus est *in cap. Quoniam. de vita, & honest.*
Cler. vbi habetur, quod si Clerici in communi societate degentes mutnò se percutiant,ab Episcopo suo absolui possunt, nisi facti atrocitas obstet, & aliud exigat. *citato cap. Quoniam.*

Tertius est *in cap. Monachi. cap. cum illorum. c. ca-*
8 *nonica, de sent. excommun.* vbi statuitur, quod si Re-
gularis Regularem eiusdem clanstri non enormiter
percutiat, à Prælato suo absolui potest. Quod si
Abbatis discretio ad delinquentis correctionem
non sufficiat,adhibendns est Episcopus, *cit. c. Mo-*
nachi, c. cùm illorum, & c. Canonica. Si autem Regu-
9 laris percutiat Regularem sub alio Prælato con-
stitntum, absolui etiam potest (si percussio enor-
mis non sit) à proprio Prælato, præsente tamen
Prælato personæ percussæ, ad finem, vt iniuriam
condonet, ac pœnam in satisfactionem definiat.
Atque ita colligitur *ex cit. c. cum illorum*, & docet
Hostiensis, Abb. ibid. & Molina *tract. 3. disp. 60.*
num. 5. vbi rectè snbdit, quod Prælatus offensi com-
10 mittere possit alterius Prælato potestatem absol-
uendi, vt sine ipso iuxta suum arbitrium, ac discre-
tinnem illum absolnat. Denique si Equites Ordi-
11 nis S. Ioannis se inuicem percutiant, absolui pos-
sunt à Presbytero Priore Conuentus; sicuti habe-
tur *in cit. cap. Canonica, de sent. excommun.*

His adde primò ex *cit. c. cum illorum*, qund si quis
ante Religionis ingressum, excommunicationis
seotentiam ob clerici, vel Monachi percussionem
12 contraxerit, is postca notitius, vel religiosus fa-
ctus, à Prælato suo absolui possit, nisi excessus, seu
percussio enormis fuerit: quamuis, vt rectè notac
Mol. *disp. 60. in fin.* priuilegia Regularium Ordinis
13 sint, vt etiamsi eoormis sit læsio, absolutio à Præla-
to snis conferri possit.

Adde secundò, quod si Religiosus aliquis cleri-
14 cnm secnlarem percusserit, non nisi à Sede Aposto-
lica, vt euitetur scandalum, absolni possit. Quod ta-
men, ne vniuersim de omni percussione intellige-
retnr, declaratum postea fuit *in c. Religioso, eod. in 6.*
Religiosum manus violentas in clericum secula-
rem iniicieorem, ab Episcopo absolui posse in casu,
quo absolui posset secularis clericus, si alium cleri-
cũ percussisset, nempe si percussio leuis fuerit, iuxta
c. peruenit, extra eod. & notauit gl. *in cit. cap. Religioso.*
Quod intellige spectato iure communi, & seclusis
specialibus priuilegiis, & coosnetudine, propter
quæ interdum Episcopi, & Ordinum Prælati ma-
iorem absoluendi ab excommunicatione Canoois
potestatem habent. Vnde, vt præter alios rectè no-
tauit Molin. *cit. disp. 60. in fin.* omnes ferè Ordinum
Prælati hodie snos absoluere possunt, etiamsi per-
cussio enormis fuerit. Qua de re vide, quæ diffusè
dicebantur *lib. de Parlamentis, dub. 4. sect. 19. subsect.*
31. 32. 33. 34. 35. & seqq.

SECTIO XX.

An contrahat quis excommunicationem Canonis prædictam, si clericum occidat veneno in cibo, vel in potu admixto?

SVMMARIVM.

1 *Occidens Clericum veneno in cibo, vel in potu admixto non incurrit excommunicationem canonis.*

2 *Excommunicatio canonis contrahitur, si actio sit tantum violenta Naturæ, non tamen violenta Personæ.*

3 *Faciens per vim, seu cogens Clericum ad veneni sumptionem, incidit in Canonem, quia est actio violenta in Personam.*

4 *Monialis procurans abortum potione, seu phlebotomia, seu sectione venæ, non incurrit excommunicationem canonis prædicti.*

5 *Fœmina procurantes abortum in aliis, si sequatur effectus, incurrunt excommunicationem; secus est si procurent abortum in se ipsis.*

6 *Omnes procurantes abortum quomodocumque vel impedientes malitiose, ne fœtus humanus concipiatur, aut ne animetur conceptus, peccant mortaliter.*

7 *Sumptio potionis, qua Prolis conceptio impeditur, nullo sine potest esse honesta.*

8 1. *affertur ratio Tertulliani in Apol. cap. 3.*

9 2. *quia est contra finem matrimonij.*

10 3. *quia sequerentur quamplures abusus.*

11 *Seminis effusio, siu Pollutio nullo modo potest procurari; quia semen ordinatur ad generationem.*

12 *Mendacium proferre nullo modo licet, quia verbum essentialiter ordinatur ad explicandum mentis conceptum.*

13 *Sterilitas nullo modo potest procurari contra nonnullos Doctores à ceteris reiectos in hac opinione, quæ asseritur etiam damnata à Sac. Congregatione S. Officij.*

14 *Perimens fœtum animatum vere, & proprie homicida est, quia vere, & proprie hominem perimit.*

15 *Parens, si animato fœtui abortum inferat, Parricida est, quia filium occidit.*

16 *Irregularitas non contrahitur nisi fœtus tempore abortus fuerit animatus.*

17 *Mas quadragesimo die, fœmella verò octogesimo die à conceptione rationalem animam accipiunt, de communi Doctorum sententia.*

18 *Opinio Medicorum & nonnullorum Pragmaticorum est in oppositum asserentium, quod statim formatus fœtus animetur.*

19 *Leuinius Lemnius refellitur, quod male citauerit Hippocratem.*

20 *Formatio fœtus maris non absoluitur eodem tempore, quo form. etiã fœtus fœminæ.*

21 *Mulieres post maris partum purgantur diebus triginta, post fœminæ vero ortum quadraginta & duobus diebus.*

22 *Irregularitas non incurritur, si fœtus animatio sit dubia, contra communem opinionem.*

23 *Iura inducentia irregularitatem loquuntur in termino, quo constat de morte alicui illata, & de dubio à quo nam ex concurrentibus illata sit.*

24 *Fœtus in vtero nondum animatus facilius permittitur ob salutem matris per accidens expelli, si matri mortem allaturus putetur.*

25 *Mater ante conceptum fœtum ius habet vtendi remediis necessariis ad vitæ suæ conseruationem; quod ius per superuenientem fœtum non est ei ablatum.*

26 *Valetudinis gratia potest vti medicamento, vel certo cibi, vel potus genere, à quo per accidens pollutio sequatur; secus est si primariè & per se pollutio intendatur.*

27 *Matri quantumuis periclitanti non licet directa intentione, seu per se pellere fœtum etiam inanimatum; neque potest succurri pharmaco, quamuis aliter nequeat consequi bonam valetudinem ex Couar. contra S. Antoninum, & alios.*

28 *Opinio Couar. & aliorum dicitur communis; & fundatur in auctoritate Tertulliani.*

29 *Homo est, qui futurus est, nam fructus in semine est.*

30 *Faciens mulierem non posse concipere, vel generare, vel Prolem non posse nasci, vt homicida habendus est.*

31 *Is tamen, quia verè non est homicida, non plectitur morte, sed exdij pœna, si est nobilis; ad metalla damnatur si secus.*

32 *Pollutionem tam procurare quam abortum est contra finem, & naturam generationis, & sic ab intrinseco malum, & nullo modo potest habere rationem recti.*

33 *Abortum procurare, seu directa intentione pellere fœtum nondum animatum non licet ad euitandam mortem matris ab extrinseco, puta quia ipsa arcta est, vel quia apud* suos famæ iacturam *patiatur.*

34 *Opinio in oppositum nonnullorum refellitur, & sententia Auctoris communis ostenditur.*

35 *Magis directè, & propinque est contra naturam generationis abigere fœtum, quam procurare pollationem; & assignantur rationes propter maiorem propinqaitatem ad humanam naturam.*

36 & 37 *Pollutio non est prohibita tam iure naturali, quam Iure positiuo, vt potè ex causa omnino extrinseca, & remota; Sed potius voluptas est prohibita ob pollutionem, seu seminis inordinatam emissionem.*

38 *Volaptas in ratione moris sequitur conditionem operantis.*

39 *Argumenta, quæ contrarium adstruere conantur dilemmate diluit, & soluit eorum rationes.*

40 *Homo ob salutem sui corporis, potest abscindere partem, vt brachium.*

41 *Homo non est Dominus suorum membrorum & grauiter peccat tam contra Deum, quam contra charitatem sui, si extra casum necessitatis se ip um mutilet.*

42 *Mutilans se ipsum, veluti sui homicida, & Dei opificii hostis, non potest fieri Clericus.*

43 *Homo, licet non sit Dominus vita, & suorum membrorum, est tamen eorum Custos, & conseruator; & secando vnum membrum ad euitandam totius corporis perniciem, censetur prudenter custodire.*

44 *Si quis alicubi ligatis manibus detineatur cum vita probabili periculo, potest sibi membrum abscindere, si aliter euadere nequeat.*

45. 46. 47 & 48. *Vide* cæteros *casus ibi recensitos de manu parieti alligata; de detento à Canibus; de incluso Domi ab hostibus; de manu venenocacta.*

49 *Falsum est quod fœtus, quamuis inanimatus sit proprie pars Ventris.*

50 *Fœtus corruptus ob Matris salutem potest directè pelli.*

51 *Membrum non est præscindendum ob salutem totius, si aliter toti subueniri potest.*

52 *Parentes peccant, qui filios quatanis consentientes, vt Ecclesia cantu vtiles sint, castrare audent.*

53 *Finis, vt filij cantu Ecclesiæ inseruiant, licet sit publicus, est tamen accidentalis, & non magni momenti.*

54 *Castrati vehementer libidine inflammantur.*

55 *Natura quam maxime abhorret impedire generationem, quod fit abscindendo genitalia prout spadones.*

56 *Fœtu animato, medicinas, quæ directè ad eiusdem occisionem tendunt, adhibere non licet.*

57 *Neque licet vti medicinis, quæ aquè primo tendũt ad salutem Matris, & ad expulsionem fœtus, etiam desperata Matris salute, & ipsius fœtus, contra Sanchez, & alios.*

58 *Non licet infantem proiicere in flumen, vel puteum cum intentione baptizandi; licèt alio modo baptizari non possit.*

59 *Aqua frigida, si acceleret mortem Infanti* morienti *baptizari poterit absque timore irregularitatis.*

60 & 61 *Irregularitas non contrahitur ab atto'ente clamorem, vt furem deterreat, causa defendendi proximi bona è manibus ipsius, licet captus morte puniatur. Idem dic de Inuasore iniusto Proximi.*

62 *Aqua existente frigida, si pertimeatur acceleratio mortis in puero, debet aquæ benedictæ aqua calida admisceri, si fieri tamen res exigat.*

63 *Baptismus per deiectionem Infantis in flumen, seu puteum, validus est contra Scotum, & alios.*

64 *Ad valorem & substantiam Baptismi sufficit quæuis corporis ablutio, siue per immersionem fiat, siue emersionem,*

65 *Baptismus ex propria institutione tendit ad vitam hominis conferendam, non autem ad mortem.*

66 *Corpus licet occidatur si in aqua feruenti baptizetur, animæ tamen adhibitis Sacramentalibus signis à Christo institutis salus confertur.*

67 *Medicinas, quæ per se & directè tendunt ad sanitatẽ Matri conferendam, vt Venæ sectionem, balneum, pharmacum purgatiuum, licet per accidens timeatur fœtus occisio, adhibere non est illicitum Matre vna cum fœtu peritura ni huiusmodi medicina adhibeatur contra Vasquez, & alios.*

68 *Non est absonum à recta ratione in casu necessitatis per accidens, & præter intentionem occidere Innocentem.*

69 *Matris salute procurata, procuratur salus fœtus, licet oppositum sequatur.*

70 *Mater à fera aggressa, tenetur si nequeat* aliter *euadere periculum, fugam arripere; licet probabiliter timeat de abortu sui fœtus.*

71 *Opinio S. Antonini, & Siluestri contra Cordubam, & alios ostenditur probabilis, quippe quòd sit anteferenda salus animæ Pueri saluti corporali Matris.*

72 *Si valde probabile esset non adhibito remedio vtrumque moriturum; eo vero adhibito salutem Matris saltem posse obtineri, licitè remedia poterunt adhiberi.*

73 *Casus oppositus est rarissimus, & moraliter impossibilis; quia corruptis humoribus Matris, fœtus etiam adeo inficitur, vt pœne miraculum sit, quod Matre pereunte, incolumis fœtus euadat.*

RESpondetur negatiuè. Ratio; quia licet talis
actio sit violenta naturæ, non tamen est vio- 1
lenta personæ, nec alionde iniuriosa est statui cle- 2
ricali; secus si per vim faceret ei sumere veoenum;
quia tunc est violenta in personam; Atque ita do- 3
cet Emanuel *c. 80. verb. Excommunicatio. 13. conc. in
fin.* vbi dicit, ita respondisse præcipuos Doctores, &
magistros Salmanticæ. Similiter propter eandem
rationem non contrahitur prædicta excommuni-
catio Canonis *si quis suadente diabolo*, si monialis
procurer abortum potione, vel phlebotomia, seu
scissione venæ; Atque ita docet Caiet *verb. Excom- 4
municatio cap.* 10. & Molina *de iust. & iure to. 4. tract.
3. disp. 51. n. 4.* Vide etiam quæ dicentur *infrà dubit.
8 sect. 16.*

Dixi, *non contrahi excommunicationem Canonis, si
quis suadente diabolo*; nam contrahitur alia lata à Six-
to V. contra procurantes abortom, si scilicet effe-
ctus sequatur; quam tamen adhuc noo contrahit
monialis, si abortum non in alia fœmina, sed in sei-
psa, etiam cum effectu, procuret. Ratio, quia motos
Sixti V. quantum ad excommunicationem, non
comprehendit fœminas procuraotes abortum io se 5
ipsis, sed in aliis, vt ex contextu apparet.

Dixi, quantum ad excõmunicationem: nam quan-
tũ ad peccatũ, certum est, quod omnis qui quomo-
docunq; malitiosè impedit, ne fœtos humanus con- 6
cipiatur, aut conceptus animetur, quamois nõ verè,
sed quasi homicidiũ cõmittat, peccet semper morta-
liter, sicuti habetor ex *c. si aliquis, &c. sicuti ex literarũ
de*

de homicid.iuncto cap.quod verò,32.q. 2.l. Diuus,ff de extraordinar.criminib.l.Cicero,ff. de pœnis , & docet
Gomez 3.*resol.c.3.num.32.* Couar.*clem.si furiosus,p. 2.§. 2.num.2.*Nauar.*cap si quis necandi,d.1. de pœnit. num.3.& in man.c.16 num.* 35. Petr. Nauar. *lib.2.c. 3.num.*141.Less.*de iust.& iur.l b.2.cap.9. dub.* 10. &
Sanchez *de matrim.lib.9.disp.20.num.8.&* 10.vbi rectè ait,quod nullo fine bono(v.g.vt vxor coniugij
debitum marito possit reddere immunis à mortis
periculo ,quod alioquin rationabiliter timeret,
cùm medicorum iudicio , vel antecedentis partus
experientia,in probabili mortis periculo ponatur,
si prolem concipiat,& pariat) cohonestari possit
7 sumptio potionis,qua prolis conceptio impediatur.Et ratio est,quam assignat Tertull. *in Apol.cap.*
8 3.vbi ait: *Homicidij festinatio est;prohibere nasci. Nec refert,natam quis eripiat animam, an disturbet nascentem:homo est,qui futurus est:nam fructus in semine est.*
Hęc ille. Tum quia id directè repugnat principali,
9 ac ferè vnico fini matrimonij. Quamobrem in cap.
vlt.de condit.appositis numeratur inter conditiones de iure impossibiles conditio hæc , *si generationem prolis euites*. Tum quia si in aliquo casu impe-
10 diendæ prolis conceptionis licentia daretur , abusus magnus sequeretur cũ magno generationis humanæ detrimento. Quod signum est , prolis conceptionem impedire,à natura hominum, omniumque animalium valde alienum esse;quemadmodum
ob similem rationem Doctores communiter do-
11 cent,in nullo caso licitum esse seminis effusionem
vel pollutionem procurare ; sicut nec menda-
12 cium dicere;quia sicuti verbum essentialiter ordinatur ad explicandum conceptum mentis ; ita semen ad generationem,ad quam etiam , vt dicebatur,ordinatur matrimonium.

Vnde contra Torreblancam *in pract. iur. spir.lib.*
13 *22.cap.13.num. 31. & 36.* Leonem Zambellium *in Repert.mor.ver. Medicus,num.*11.Bordonum *in Consiliis Regularium,resol.45 q.4.n.4.in fin.*& contra Lezanam *to.3.ver. Abortus num.*5. Trollench. *in Decalog.to.2.lib.5.cap.1. lub.4.num.* 1.qui eorum sententiam tenent non improbabilem , dicendum est,
quod in nullo casu , etiam ad euitandum periculum vitæ , & infamiæ mulieris prægnantis , liceat
sterilitatem procurari , & sic conceptionem impediri,quin etiamsi mulier in partu (vel quia nimis
arcta, vel quia præ vteri angustia ferre nequeat)
discrimen vitæ subire consueuerit , & fœtus mortuos emittere; sicuti in terminis ex communi docet Turriano.*in q.22.S.Th.to.1.disp.26.dub. 2. numer.* 45.Thesaurus *in praxi par. 2.ver.abortus cap. t.limit.* 3. Basseus in Floribus *Theolog. pract. vers. abortus,num.*1.Diana *in 3.par.tract.5.resol.*11.qui testantur hanc sententiam esse communem inter Theologos,& Iuristas, Candidus *in disquis. Mor. to.1. disp. 1. art.*1. qui contrariam sententiam vocat improbabilem,& alij,qui testantur Romæ fuisse damnatam in Congregatione S. Officij. Vide etiam
Sanchez,& Nauar.*in locis supra cit.* Siluium *in 2. 2. S.Th.q.64.art.7.quæritur 4.concl.* 3. Filliucium *to.* 1. *tract.29. ap.7.num.*101.Rodrig.*to.1.cap.* 15 *num.*1.
vide etiam Bullam Sixti V.*de abortu* , §. 5. *& cap.si aliquis de homicid.*vbi Butrius *n.* 2. ait , paria esse,
occidere,vel nasci impedire.

Aduerte tamen hîc primò, quod si quis fœtum
14 animatum perimat, verè , & propriè homicida est;
quia verè,& propriè hominem perimit; Atque ita
colligitur ex *cit.cap.sicut dignum* , vbi id notat Abb.
*num.*1.gl.recepta *in l.diuus.ff.de extraord. criminibus*,
Gomez *loc.cit.* Clar.§.*final.q.68.num.*2. Mart.Nauar.
*loc.cit.*Petr.Nauar.*lib.2 de restit.cap.3.num.* 140.Co-
uar 2.*resol.cap.20.num.*20.& Molin. *disp.* 27.Quin 15
& si parens animato fœtui abortum inferat,parricida est;quia filium occidit. Atque ita docet S.Cyprianus Martyr *lib. 1. epist. 8. ad Cornelium Papam apud Pamelium* 44.vbi Nouatum parricidij crimine
notat,quod vxorem, pedis calce incusso , abortire
fecit.

Porrò scire hic oportet,an fœtus tempore abor- 16
tus fuerit animatus , nec ne : nam si fuit , contrahitur irregularitas:quia occiditur homo , *vt suprà*
dicebatur:si non fuit , irregularitas non contrahitur propter oppositam rationem ; Atque ita habetur ex *cit.cap.sicut ex literarum,de homicid.& cit.cap. quod verò.*Communiter autem Doctores arbitran-
tur,marem quadragesimo die;fœmellam verò octo- 17
gesimo die à conceptione, rationalem animam accipere,sicuti videre est apud gl.*in Clem. vnde summa Trinit.verb.simul vnitas;& in Proœm.d. 5. verb.Quadraginta.* Abb.*cap.si aliquis in fin.de homic.*Nauar.*cap. 15.num.*14.Couar.*cit.§.3. num.* 1. & Finellium *cas. de abortu,num.*5.ducto argum.ex *cap.12. Leuit.* quasi
ibi præceptum fuerit , vt quot diebus mater immundum,& anima non informatum fœtum in vtero portasset,totidem diebus post partum immunda
censeretur.Quamuis Lessius *de iust.& iur.c.9. dub.* 18
10.*in fin.*ex argumento pesumpto *Exod.* 21. iuxta
versionem LXX.& ex auctoritate medicorum , &
ex ratione (quia nulla videtur causa , cur tanta sit
discrepantia inter fœminam,& marem) doceat , vtrumque fœtum animam rationalem accipere statim ac fuerit formatus. Quoto autem die formatio
fiat, Læuinus Lemnius *cap.* 13.citans Hippocra-
tem *lib.de natura fœtus* ait, maris formationem ab- 19
solui aliquando die 30. aliquando 35. aliquando
40.aliquando 45.fœminæ verò aliquando 35. ali- 20
quando 40. aliquando 45. aliquando 50. Verùm
Hippocrates reuerà id non dicit:nam *lib. de natura fœtus,num.*10.docet , marem vel longissime 30. die
formari; fœminam verò vel longissimè 42. idque
in eiusdem libri duobus locis repetit ; & probat ex 21
purgatione , quæ post maris partum durat diebus
30.post partum verò fœminæ,42. vt longissimè;&
hanc Hippocratis opinionem sequitur Lessius *in loc.supra cit.*

At quidquid sit de veritate harum opinionum,
quæ omnes probabiles mihi videntur , cùm nulla
earum de falsitate conuinci possit ; illud in praxi
obseruandum est,quod si quis fecit abortum,& du- 22
bitetur postea de animatione fœtus , probabiliter
(quamuis in oppositum sit opinio communis apud
Sotum *in 4.dist.25.q.1.art.3.concl.*4. Saytum *lib. 6. cap.15.num.9.*Auilam,Sanchez *vbi infra*,Merollam,
to.1.disp.3.cap. 3. num. 237. Farinacium *in fragm. crimin.par.2.num.*444.& Barbosam *in collect.to.2.lib. 5.tit.12.cap.12.num.15.*)censere potest , se non esse
irregularem.Ratio,quia in tali casu non est censendus irregularis ex eo,quod irregularitas homicidio sit apposita,cùm dubitetur hic , & nunc , an
commissum sit homicidium;neque ex eo, quod in
dubio homicidij homo debeat censere se irregula- 23
rem; quia iura id statuentia non comprehendunt
nostrum casum;cùm omnia illa supponant subiectum capax mortis agunt enim , quando constat
de morte alicui illata,& dubium à quonam ex concurrentibus illata sit,in quo casu iura decernunt,
eos,de quibus dubitatur, irregulares habendos esse;at in præsenti casu dubium versatur circa conditionem subiecti,an scilicet illud viueret , nec ne:
vnde dispositio iurium non intelligitur de no-

stro dubio,ac proinde non satis constat,an in præ-
senti casu irregularitas iure sit illata;& per conse-
quens non est dicendum incurri (cùm ex alio capi-
te in dubio iuris nemo, neque in foro interno, ne-
que in externo,censere se debeat irregularem,sicu-
ti habetur *in cap.is qui,de sent. excommun. in 6.* & ex
communi docet Auila *part.7. de cens. disp.2. dub.5.*
Suar. *disp. 40. sect.5. & 6.* & Sanchez *lib. 1. moral.*
c.10.n.42.& seqq. Vide Gomez *de delict. c. 3.* Ema-
manuelem de Moura *opusc.de ensal.& incantat.sect.3.*
c.1 .n.27. Io.Præpositum *in 3.par.S. Th. q.5. de irre-*
gular dub.8.n.58. & Baiardum *in addit. ad Iul.Clar.*
q.68.n.9. vbi (quamuis ex alio capite) fauet etiam
opinioni positæ; cùm teneat ibi fœtum in dubio
præsumi debere inanimatum;& consequenter eum
qui fecit abortum , si dubitetur postea de anima-
cione fœtus,censere se non debere irregularem.
24 Aduerte secundo quod , si certum sit, fœtum in
vtero nondum animatum esse, facilius permittitur
ob salutem matris,indirecta tamen intentione, seu
per accidens,eum expelli, si matri mortem allatu-
rus putetur ; vel si matri grauiter ægrotanti venæ
sectio v.g. mensium motio , vel purgatiuum phar-
macum necessarium iudicetur , quamuis non sine
25 aliquo discrimine abortionis. Ratio,quia mater an-
te conceptum fœtum ius habebat vtendi remediis
necessariis ad vitæ suæ conseruationem ; quod ius
per superuenientem fœtum non est ei ablatum,er-
go,&c. tum quia in tali casu abortio cēsetur solum
26 permissa, non procurata , cùm præter intentionem
superueniat, matre iure suo vtente. Vt si valetudi-
nis causa vtendum sit medicamento,vel certo cibi,
vel potus genere,vnde pollutio,quam nullo modo
intendis, secutura putetur , censebitur solum per-
missa,& per accidens eueniens. Ergo sic, &c. Vide
S.Anton.*p.3.tit.7.c.2.§.2.* Silu. *verb. Medicus, q.4.*
Conar.*p.2.Clem.§.3.n.1.* Mart.Nauar.*c.25.n.62.* Pet.
Nauar.*l.t.2.c.3.diffic.2.num.40.* Lopez *par.1.instruct.*
c.3. Less.& Sanchez *in locis supra cit.*
Dixi,*indirecta intentione,seu per accidens*,id est,ani-
mo curandi morbum matris,licet abortio fœtus se-
quatur per accidens : nam directa intentione , seu
per se,id est,animo pellendi fœtum,etiam inanima-
27 tum,seu vt fiat fœtus,etiam inanimati,abortio, nū-
quam licet matri,quantumuis periclitāri,& quam-
uis aliter non possit matri succurri , pharmacum,
vel quid aliud simile præberi ; Atque ita contra S.
Antoninum *p.3.tit.7.cap.2 §.2.* Silu. *verb.Medicus,*
q.4 Fumum *verb. Abortus, num.2.* Henriquez, San-
chez *lib.9.de matr.disp.20.n.9.& 10.* Homobonum
de casib.reseru.par.3.cap.4. Molfesium *tom.1. summa,*
tract.11.c.19. n.197. Tannerum *tom.3. disp.4. q.8.*
28 *dub.4.n.61.* Villalob.*tom.2.tract.12.diffic.13. num.8.*
docet Couar.*Clem. si furiosus.p.2.§.3. n.1.* Pontius
de matr.lib.10.c.13.num.2. Siluius *in 2.2.S.Th.q.64.*
art.7.quæritur 4.concl.3. Filliucius *tom.1.tract.29.c.7.*
num.101. Malder.*2.2.tract.3. cap.1. dub.16.* Azor.
tom.2.lib.2.cap.26.q.5. Præpositus *in 3. part. S. Th.*
q.6.de bonis matr.dub.9.n.74. Vasq.*Opusc.de restit.c.2.*
§.2.dub.6.in fine,& Petr.Nauar.*lib.2. c.3. n.140.* vbi
ait esse opinionem communem. Probatur ex Ter-
tull.*in Apolog.c.9.* vbi ait: *Nobis homicidio semper in-*
terdicto , etiam conceptum vtero , dum adhuc sanguis in
hominem delibatur , dissoluere non licet. Homicidij fe-
stinatio est prohibere nasci : nec refert , an natam quis
29 *eripiat animam , an disturbet nascentem. Homo est , qui*
futurus est : nam fructus in semine est. Tum ex *cap. si*
30 *aliquis,de homic.* vbi dicitur,quod is,qui fecerit, vt
mulier non possit concipere , vel generare , vel vt
31 proles non possit nasci , vt homicida tenendus sit:
quia tamen verè homicida non est , non punitur
morte,sed ad exilium , si est nobilis ; ad metalla si
ignobilis;vt expressè habetur *in l. si quis aliquid, §.*
qui abortionis, ff.de pœnis. Tum ratione;quia propter
sanitatem non licet procurare pollutionem , ergo
neque abortum,etiam inanimatum. Consequentia
probatur; quia vtrumque est contra finem, seu na-
turam generationis , & sic ab intrinseco malum, 32
quod non possit propter finem aliquem extrinse-
cum honestum rectificari. Confirmatur ; quia si li-
ceret procurare abortum ; seu directa intentione
pellere fœtum nondum animatum , ad vitandam 33
mortem matris ab intrinseco , & sanitatem ei resti-
tuendam,liceret etiam procurare abortum, seu di-
recta intentione pellere fœtum,nondum animatum
ad vitandam mortem matris ab extrinseco , & ad
statum,seu famam ei conseruandam;vt si v.g.ex par-
tu concepto euidens mortis periculum matri se-
queretur ex eo,quod soleat propter illum ad extre-
mum deuenire, quia arcta est ; vel quia apud suos
famæ iacturam patiatur;quod tamen contra Torre-
blancam de Magia *lib.2.cap.43.n.10.* Leonem Zam- 34
bellum *in Repert.mor.ver. Medicus,num. 11.* Bordo-
num *in Consiliis Regularium,resol. 45.q.4.n.4. in fin.*
& contra Lezanam *tom.3.verb. Abortus,n.5.* & Trul-
lench *in Decalog.tom.2.lib.5. c.1.dub.4. n.1.* qui eo-
rum sententiam tenent non improbabilem, meritò
reiiciunt communiter Doctores ; Sanchez *de ma-*
trim.lib.9.disp.20. n.10. Siluius *in 2.2. S.Th.q.64.*
art.7.quæritur 4.concl.3. Azor.*tom.3.lib.1. cap. 4. q.1.*
Zanard.*part.1.de Sacram.matrim.c.41.q.17.* Tanner.
in 2.2.S.Th.disp.4.q.8.dub.4. n.58. Finellius *de cas.*
reseru.par.2.cas.5.vers.Abortus,§ 1.n.3. Filliuc.*tom.2.*
tract.19.c.6. n.103. Bellochius *p.2.q.8 num.78.* The-
saurus *in praxi par.1.ver.abortus c.1. limit.3.* Basseos
in Floribus Theolog.pract.vers.abortus,num.1. Diana *in*
3.par.tract.5.resol.11. qui testantur hanc sententiam
esse communem inter Theologos,& Iuristas,Can-
didus *in disquis.Mor.tom.2.disp.1.art.1.* qui contra-
riam sententiam vocat improbabilem ; & alij , qui
testantur Romæ fuisse damnatam in Congregatio-
ne S Officij.
Obiicies,certa est mors vtriusque , si tale phar-
macum non adhibeatur;probabile, matrem saluari,
si adhibeatur : ergo adhibendum.
Respondetur,concedo antecedens,at nego con-
sequentiam:nam quod dicitur in antecedenti, ni-
hil refert ad propositum , quia numquam licet ista
directè procurare,vt patet ex dictis, & in simili de
pollutione , & acceleratione mortis infirmi , quæ
nullo casu possunt procurari. Adde,quod magis di- 35
rectè, & propinquè est contra naturam generatio-
nis abigere fœtum,quàm expellere semen,seu pro-
curare pollutionem;quia fœtus , etsi nondum ani-
matus , longè naturæ humanæ propinquior est,
quàm semina nondum commixta;tum quia in pol-
lutione expellitur solum semen rude vnius gene-
ris,idque ex sede non vltima,sed instrumentaria:&
in abortu expellitur semen geminum maris & fœ-
minæ commixtum , & elaboratum , idque ex sede
primaria, & finali à natura ad hoc ipsum destinata.
Instabis , pollutio in nullo casu est licita ob vo-
luptatem coniunctam,quæ tanta est,quod si in ali-
quo casu permitteretur,sequeretur in vniuerso in-
tolerabilis contra generationis finem abusus : quæ
voluptas non est in abortione,ergo,&c.
Respondetur, nego antecedens,quia si id verum 36
esset , sequeretur , quod pollutio non tam iure na-
turali, quàm iure positiuo (vtpote ex causa omni-
no extrinseca, & remota)esset prohibita , quod est
contra

contra communem opinionem Doctorum: tum
quia potius voluptas est prohibita ob pollutionem,
seu seminis inordinatam emissionem, vt patet ex
dictis,& in actu coniugali: voluptas enim in ta-
tione moris sequitur conditionem operationis,ex
qua resultat,vt alibi diffusè dicetur.

Obiicies secundò,fœtus est aggressor; quia ve-
luti inuadit matrem,dum eius saluti periculum in-
fert,expelli ergo potest. Consequentia probatur à
simili,quia praui humores,cùm inuadant naturam,
semper expelli possunt. Adde quod melius est de-
pellere fœtum nondum animatum, quàm matrem
39 perire; maximè cùm exinde nihil incommodi se-
quitur,sicuti sequitur, cum fœtus est animatus:tūc
enim esset directè innocentem occidere Ergo,
&c.

Respondetur ad omnia hæc per instantiam:nam
etiam semen,vt quando eius abundantia,vel reten-
tio morbum generat,simili modo inuadit,& tamen
directè pelli non potest, vt patet ex dictis: quod
inde confirmatur;quia alioquin multò magis pelli
posset fœtus animatus; quia hic multu magis in-
uadit,cum sit robustior, & plus alimenti absumat,
quàm fœtus inanimatus.

40 Instabis,ob salutem totius licet abscindere par-
tem,vt brachium, v. g. Ergo & ob salutem matris
licebit abigere fœtum. Consequentia probatur,
quia fœtus,antequam anima informetur, est pars
ventris.*l.1.ff.de ventre inspiciendo.* antecedens est.S.
41 Augustini *lib.1.de Ciuit.cap.*20.& S.Th. 2. 2.*q.*64.
*art.*1. quos sequuntur communiter Doctores. Et
ratio est;quia licet homo membrorum suorum sit
Dominus,sed solus Deus eorum conditor, & con-
seruator, *l.*23. *liber homo ff. ad Aquil.* (quapropter
grauiter peccat contra charitatem sui,& etiam gra-
ui iniuria contra Deum,qui extra casum necessita-
tis,& non tradita sibi à Deo potestate seipsum mu-
42 tilat,vel castrat,iuxta Can. Apostol.21. ibi: *Si quis
seipsum mutilauit,no fit clericus: est enim sui homicida,
& Dei opificij hostis* potest tamen mainris mali vi-
tandi causa,v. g. si alioquin ab altero sit occiden-
dus,vel Respublica cædem acceptura, seipsum mu-
tilare;sicuti docent S.Th.*loc.supra cit.*& communi-
ter Doctores,Petr.Nauarra *lib.2.cap.3.num.*98.Less.
*lib.2.cap.9.dub.*14.Tolet.*lib.5.cap.6.§.secundo ob ma-
ius*,Sà *ver.homicidium,num.* 14. contra Sotum *lib.5.
quæst.* 1. *art.* 1.*concl.* 3. Saytum *lib.* 7. *Clauis Reg.*
43 *cap.9.num.*37.& Salonium.2.2.*q.*65. *art.*1. Et ratio
est;quia,quamuis homo non sit Dominus vitæ,ac
membrorum suorum,est tamen eorum custos, &
conseruator:secundò autem vnū membrū,ne maius
damnum corpus patiatur,vel omnino pereat, pru-
denter custodit,&conseruat vitam,ac corpus suum:
quapropter talis potestas ipsi à Deo naturæ aucto-
re concessa esse censetur: siquidem cùm membra
sint propter bonum totius, si vnum ex illis toti,
corpori perniciem adduceret, ratio naturalis di-
ctat,illud abscindi licere, quod etiam procedit ex
causa extrinseca adueniente, ita vt si quis alicubi
ligatis manibus detineatur,cum vitæ probabili pe-
44 riculo, possit sibi membrum abscindere, si aliter
euadere non queat. Item si quis habeat manum
fecto,vel parieti alligatam,&videat flammam ignis
45 mox inuadentem, aut hostes irruentes, possit vi,
manu relicta,brachium extrahere. Item si à canibus
46 detentus mortem probabiliter sibi timeat, possit,
vt euadat,membrum sibi abscindere, & canibus
47 proiicere. Item si ab hostibus domi inclusus in-
cerficiendus detineatur,possit cum manifesto peri-
48 culo pedis, vel manus fractionis per fenestram se
demittere. Item si habeat manum serpentis vene-
no tactam possit,ne venenum ad cor descendat,&
sic mortem inferat illam abscindere, & sic de
aliis,&c.

Respondetur,concedendo antecedēs; at nego 49
consequentiam,& probationem; quia falsum est,
quod fœtus,quamuis inanimatus, sit propriè pars
ventris;quod inde probatur;quia lex illa citata nō
loquitur de fœtu inanimato tantùm; sed etiam de
animato;dicit enim:*Partus,antequam edatur, mulie-* 50
ris portio est, vel viscerum. Quod si fœtus sit corru-
ptus,tunc poterit is ob matris salutem directè pel-
li,quia non amplius rationem fœtus,sed molæ,aut
malignæ massæ rationem habet.

Cæterum cùm concessi,quod possit quis ob sa-
lutem totius, quin etiam propter easdem rationes
ob salutem alicuius membri principalis, seipsum
mutilare,non intelligas extra talem necessitatem,
vti constat ex dictis;& expressè dixit S. Th. *loc.cit.* 51
ad 3.quatenus ibi ait,membrum non esse præscin-
dendum propter corporalem salutem totius, nisi
quando aliter toti subueniri non potest.Vnde con-
tra Salonium 2.2.*to.*1.*q.*65.*ar.*1.*controu.* 1.& Pas- 52
qualigum *to.*1.*decis.*498.*&* *to.*2.*decis.* 100. Saytum
*lib.7.Clauis Reg.cap.9.num.*38.& Trullench. *lib.5.in* 53
Decal.cap.3.dub.4.num. 4.sequitur, peccare paren-
tes,qui filios,quamuis consentientes, vt Ecclesiæ
cantu vtiles sint(qui finis,licet publicus, est acci-
dentalis,& non magni momenti) castrare audent,
cùm hoc non sit medium ad huiusmodi fines ne-
cessarium;quin sæpe cum animæ periculo coniun-
ctum;sicuti naturali lumine agnouit etiam Adria-
nus Imperator ab Vlpiano allegatus *in l. 4.ff.ad le-* 54
gem Corneliam de sicariis;præsertim quia castrati ve-
hementer libidine inflammantur, & ex alio capite
ponuntur in statu,quod matrimonium,vt pote me-
ritò ab Ecclesia ipsis interdictum,non possint con-
trahere. Accedit quod per talis membri mutila-
tionem impeditur via ad generationem, quod, vt
patet ex dictis *supra* ex parte mulieris,natura quam 55
maximè abhorret. Vide Taunerum *in* 2. 2. *S. Th.
disp.4.q.8.dub.5.num.*101.Pontium *de matrim. lib.*7.
*cap.*67.*num.*1.Dianam,3.*par.tract.5.resol.* 38. The-
saurum *in prax.par.2.ver.membrorum mutilatio, cap.*
1.*§.amplia secundo.*Bonacinam *de censur.disp.* 7. *qu.*2.
*punct.2.num.*34.Vuigers *de iust.& iur.tract.* 2. *cap.*2.
*dub.*19.*num.*110.& Lezanam *in sum.qq.Reg.to.3.ver.
homicidium,n.4.& ver.irregularitas,n.*75.

Aduerte tertiò quod, si fœtus existimetur ani- 56
matus,medicinas, quæ directè ad fœtus occisio-
nem tendunt,vt venenum,dilacerationem &c.ad-
hibere nunquam est licitum; Ità communiter Do-
ctores,& probatur ex dictis;tum ex eo,quia homi-
nem innocentem per se,& directè occidere, semper 57
nefas est; quin immò propter easdem rationes ne-
que licebit adhibere medicinas, quæ æquè primò
tendunt ad salutem matris, & ad expulsionem fœ-
tus,etiam in casu,quod salus matris esset despera-
ta,& fœtus etiam periret; Atque ita docent Cor-
duba,Lopez, Rodrig & Vegha apud Sanchez *de
matrim.to.3.lib 9.disp.*20. *num.* 19. *&* 20. quamuis
ipse Sanchez (quem sequitur Io. de la Crux *par.*
1. *præcept.5.q.1.dub.7.concl.3.&* 4.& Villalob. *to.*2.
tract.12.dub.23.n. 2.)contrarium doceat, asserens,
quod in dicto casu medicus non solum possit,sed
etiam teneatur adhibere medicinas ad salutem
matris,& ad fœtui nocendum, eiusque abortum
causandum,æquè primò tendentes;quinimmò sub-
dit,id esse faciendum,etiamsi medicinæ sine dubiæ
an auxilium,vel potius mortem sint illaturæ; quia
in

in tali caſu etiam (ioquit ipſe) melius eſt anceps
auxilium experiri,quàm omni ſpe deſtitutam ſine-
re marrem infirmam perire. Sed oppoſitom,his non
obſtanribus, propter ratiooes noſtras ſupra addu-
ctas, ex quibus patet ad ipſa reſponſio, dicendum
potius mihi videtur contra Sanchez.

Similiter non licebit,vt baptixetur infans, ad-
38 iecta ſcilicet verborom forma, cum intentione
conferendi Sacramentum, eum in flumeo, vel pu-
teum deiicere;quia talis deiectio per ſe, ac directè
tendit ad infaotis occiſiooem; quapropter id ne-
que licebit in caſu, quod v. g. tyranous infantem
occiſurus ſit, & infaos alio modo baptizari non
poſſit. Verumtamen ſi infanti probabiliter alioquin
59 morituro, timeatur acceleratio mortis ex infuſione
aquæ frigidæ,etiam modicæ, poteſt tunc quis(ab-
ſque eo,quod timeat irregolatitatem,teſte Sà *verb. irregularitas ex aeform. licita,num.4.* Sicut & qui cla-
60 morem attollit cauſa liberandi bona proximi è
manibus furis, etſi contingat, idcirco furem capi,
& à Iudice morte puniri;vel qui clamorem attol-
lit contra proximi iniuſtum aggreſſorem, etſi hac
61 occaſione mors aggreſſoris ſequatur) quin & de-
bet exiguam corporalis vitæ vſuram iofantis ne-
gligere,ne ſpiritualis vitæ infantis iactura fiat Ra-
tio,quia hæc acceleratio mortis in tali caſu per ac-
cidens euenit ex affoſione aquæ, quæ per ſe, & di-
rectè non ad occidendum, ſed ad abluendum ten-
dit. Sicuti rectè notauit Suarez *de Bap iſmo diſp.*20.
*ſect.*3. Vaſq.*diſp.*145. *in fin. cap.*3. Zambran.*dub.*12.
62 *n.*9.*&* 10. Quamuis; ſi fieri poterit, io dicto caſu,
adhibeoda erit cautio, vt aquæ benedictæ frigidæ
aqua calida etiam non beocdicta admiſceatur, &
& ſtatim corpus abſtergatur, ſicuti notauit Scor.
in 4.*diſt* 5. *q.* 3. §. *iuxta hoc.* Gabriel *d.* 4. *q.* 2. *art.* 3.
dub 4. Coninch *q.*66. *art.*7. *dub.*1. *n.*76. Chapeuil-
le *cap.*2.*quaſt.*12.

An autem Baptiſmus prædicto modo,id eſt, per
63 infaotis deiectiouem in flumen,vel in puteom col-
latus,validus ſit.

Reſpondeo cum Abbate *in cap. non vt appone-
res num.*4.*de Baptiſmo*, Gabr.*in* 4.*d.*4.*q.*2.*art.*3. *dub.*4.
Vict. *n.*18. Suar.*cit.ſect.*3. Vaſq *diſp.*145.*cap.*3. Co-
ninch *q.*66.*art.*7. *dub.*1. Viuald. *de modo Baptiſmi,
n.* 6. contra Scotum *in* 4. *d.* 5. *q.* 3. Richardum *d.*4.
*art.*4.*q.*2. Palodanum *in* 4.*d* 6.*q.*1.*art.*3. Sotum *in* 4.
*diſt.*1.*q.vn.art.*8. *propoſ.*2. Angelum *verb.Baptiſmus,*
4. *n.*1. Silu 4.*num.*10. Fum.*n.*30 & Toletum *lib.*2.
cap 18. probabilius validum eſſe. Ratio,qnia ex do-
ctrina S.Th.3.*part.q.*66.*art.*7. commoniter recepta,
64 ad valorem,& ſubſtantiam Baptiſmi ſufficit quæuis
corporis ablutio, ſiue per immerſionem fiat, ſiue
per emerſionem, quæ materialiter, & impertioen-
ter ſe habent, vt patet ex ipſamet prolatiooe ver-
borum, ex effectu, qui cauſatur per Baptiſmum,
& etiam ex caſu,ſi,infaos(vt fatetur etiam Sotus)in
aquam immerſus poſt prolatam verborum formam
ex mioiſtri manibus labatur,ac moriatur,ergo,&c.

Neque obſtat,ſi dicas, Baptiſmum ex propria in-
65 ſtitutione tendere ad vitam homini conferendam,
non autem ad mortem,ergo,&c.

Reſpondetur enim facilè,teodere Baptiſmum ex
ſua inſtitutione ad vitam homini conferendam
ſpiritualem; quamuis per accidens ex praua mi-
niſtri intentione etiam ad mortem corporis refera-
tur; quemadmodum ſi miniſter,dum formam Bap-
tiſmi profert, aqua feruenti cum propoſito bapti-
zandi,& occideodi ſimul,infantem perfundat, Ba-
ptiſmus valebit,vt fatetor etiam Sot.*vbi ſupr.prop.*1.
66 Et ratio eſt,quia licet corpus occidatur, animæ ta-
meo, adhibitis ſacramentalibus ſignis à Chriſto
inſtitutis, ſalus coofertur.

Aduerte qoarto,quod Medicinas,qoæ per ſe, &
directè tendunt ad ſanitatem matri conferen dam,
vt venæ ſectionem,balneum, pharmacum pur gati- 67
uum(licet per accidens timeatur fœtus occiſio) ad-
hibere non eſt illic itum, ſi certo medicorum iudi-
cio mater(niſi huiuſmodi medicameotum adhibea-
tur) cum prole aote eius natiuitatem peritura cre-
datur;Ita contra Vaſq.*opuſc.de reſtit.cap.*2.§.1.*dub.*7.
*num.*28.*&* *cap.*5.§.2.*dub.*6. *n.*23. & Baſilium Poo-
tium *de matrim.lib.*10.*cap.*13. *num.*6. commoniter
etiam Doctores docent. Et ratio eſt; quia ad illas
mater ius habet,licet ex iiſdem indirectè,& per ac-
cidens mors fœtui ſequatur; vt ſupra dicebamus.
Tom quia innocentem per accidens, & præter in- 68
tentionem in caſu neceſſitatis occidere, à recta ra-
tione oon eſt alienum;ſed in propoſito caſu occi-
ſio illius maximè per accidens eſt, nam cùm fœtus
pendeat à vita, & ſalute matris, atque fœtum vi- 69
uum gigni poſt mortem matris,rariſſimum ſit: ſe-
quitur, quòd ſi ad procurandam ſalutem matris
medicamentum præbeatur tendat id ſecundariò
(licet per accidens obſit)ad ſalutem fœtus: Ergo, 70
&c. Confirmatur;quia ſi fera v. g iouadat matrem,
mater poterit, quin tenebitur præcepto charitatis
naturali, fuga,ſi poteſt, quamuis cum probabiliſſi-
mo abortus periculo, vitam ſuã ſaluare. Ergo, &c.

In vno caſu tamen (vt rectè cootra Cordubam
*q.*18.*dub.*2. & Ludouicum Lopez *cap.*63. doceot S.
Antonin. Nauar,& alij *in locis ſuprà cit.*) contra cha-
ritatis legem erit;vitam matris, cum probabili pe-
riculo fœtus,medicamento ſeruare; ſi ſcilicet non 71
adhibito tali medicamento,demortoa matre,creda-
tor fœtus viuus in lucem edendus, & baptizandus.
Ratio eſt, quia ordo charitatis poſtulat, vt ani-
mati fœtus vita ſpiritualis, cùm ſit io ſuperiori or-
dine,præferatur vitæ corporali matris, Quapropter
vnuſquiſque tenetur proximi ſalutem æteroam
ſuæ vitæ corporali præferre,& hanc pro illa expo-
nere; Ergo ſi matre à medicamento abſtioente,
proles ad Baptiſmum ſeruari poterit, alioquio ao-
te Baptiſmum moritura,tenebitur abſtioere,quam-
uis id cum certo vitæ diſcrimioe futurum eſſet;
quod ſi tamen valde probabile eſſet, ooo adhibito
remedio, vtrumque moriturum, eo verò adhibito, 72
ſaltem matrem poſſe ſeruari,in tali caſu licitè po-
terunt remedia adhiberi,qui caſus erit ferè ſemper.
nam caſus oppoſitus eſt rariſſimus, & moraliter
impoſſibilis; cùm corrupti humores matris letha-
liter laborantis adeò alimentum, quo fœtus nutri- 73
tur,inficiant, vt penè miraculum ſit, quod, matre
pereunte, incolumis fœtus euadat. Vide Mart. Na-
uar. *vbi ſupra* Petr. Naoar. *lib.*2. *n.*143. Sayr. *lib.* 7.
*Clauis Reg. cap.*12.*num.*21. Finelium *caſ.*4. *num,*17.
Sanchez,& Leſſium *in loc. ſupra cit.*

SECTIO XXI.

An contrahat quis excommunicationem, ſi percutiendo perſonam Eccleſiaſticam falsò putet,percuſſionem ſuam, vt pote non mortiferam ad intra, vel non grauem ad extra,habere excommunicationem annexam?

SVMMARIVM.

1 *Ad incurrendam excommunicationem non ſufficit conſcientia*

conscientia propria; sed requiritur iurisdictio coercitiua in Excommunicante.
2 *Par in parem non habet* imperium.
3 *Superior subest suis legibus quo ad vim directiuã, secus est quo ad vim coercitiuam.*
4 *Contrahens cum superiore, qui legem* tulit pœnalem, *non censetur pœnam incurrere, contra* Adrianum, & Ioannem Andreæ *ab ipso relatum.*
5 *Contrahens cum Papa non incurrit Simoniam, & sic non tenetur beneficium resignare.*
6 *Idem dic de Episcopo, qui prohibuit ludum sub pœna excommunicationis, & postea ad ludendum secum inuitat.*
7 *Papa potest incurrere culpam simoniæ Iuris Diuini, qui atque, ac alii subditus est legi Diuinæ, & naturali.*
8 *Papa, quod incurrat culpam simoniæ Iuris humani exigendo pecuniam pro officiis iure vendi prohibitis est probabilior opinio.*
9 *Obligatio, qua Princeps tenetur seruare suas leges, oritur ex ipsa rei natura, id est ex conditione Principis & Reipublicæ,* iure naturali dictante ita expedire.
10 *Princeps non tenetur seruare suas leges, si ratio ipsarum non habet æque locum in Principe, ac in subditis.*
11 *Princeps, si non se conformet in obseruantia suarum legum cum subditis, quando iure naturali tenetur, peccat pro qualitate materiæ.*
12 *Papa potest secum dispensare, sicut potest cum aliis, sicut est quando obligatio ipsius procedit ex iure natura.*
13 Cessante causa cessat effectus; *& possim iustu causa cessat obligatio iuris natura.*
14 *Princeps faciens absque iusta causa contra suas leges, modo scandalum absit, non peccat mortaliter.*

Respondetur negatiuè; quia reuera annexam illam non habet, iuxta illa, quæ dicebam *supra sect.* 5. & ex communi docet Castrus 1. *de l. pœn. c.* 5. *vers. his Dunbus regulis in omni simili casu,* & Gregorius Carafa *de duello tract.* 5 *sect.* 1. 9. 8. vnde non contrahit excommunicationem, qui legit librum canonicum, putans esse hæreticum.

Non obstat, si dicas, qui facit aliquid putans esse peccatum, peccat; ergo sic à pari in casu nostro.

Respondetur enim, disparitas est; quia quantum ad peccatum, sufficit conscientia cuiusque propria ad ligandum seipsum; quia quantum est ex parte
1 ipsius, facit contra regulam dictantem; at quantum ad excommunicationem, non sufficit ad ligandum seipsum conscientia propria; quia in excommunicante requiritur iurisdictio, & iurisdictio coercitiua, quam nemo (sicut nec par in parem) habet ad
2 seipsum: licet enim superior subsit suis legibus
3 quoad vim directiuam, nõ tamen subest illis quoad vim coercitiuam, seu vim cogendi per pœnas, sicuti diffusè dicebatur *lib. de parlamentis Dub.* 4. *sect.* 27. *subsect.* 1. & dicetur *c.* 55. *dub.* 6.

Vnde etiã sequi videtur (inquiunt Sot. *lib.* 9. *q.* 5. *ar.* 2. Silu. *verb. Simonia,* Palud *dist.* 25. *quæst.* 4. *ar.* 1. *concl.* 3. Cou. *ad reg. peccat. p.* 2. §. 8. *n.* 9 cõtra Adrianum *quodlib.* 9. & Io Andreã ab ipso citatũ, & alios) quod qui contrahit cum Superiore, qui legẽ tulit sub pœna, neque etiam pœnam legis illius incurrat. Ratio, quia hoc ipso, quod Superior cupit aliquem secum contrahere, censetur illum eximere à
4 lege, quantum potest: credibile enim non est, quod velit illum puniri pro opere, ad quod inuitat, vel certe in quod consensit; sic enim seipsum condemnaret; Quapropter cum Papa, v. g. non incurrat pœnas Simoniæ iure Ecclesiastico statutas, vt excommunicationem, suspensionem, inhabilitatem, &c.
nec incurrit illas (& sic non tenetur beneficium resignare) qui contrahit cum Papa. Idem dicendum 5
de Episcopo, qui ludum v. g. sub pœna excommunicationis vetuit, & postea alium ad ludendum secum inuitat. 6

Quin addo probabiliter, quod cum Papa (licet 7
incurrat culpam Simoniæ iuris diuini, quia æquè, ac alij subiectus est legi diuinæ, & naturali) incurrere non possit culpam Simoniæ iuris humani, nec illam incurrit, qui contrahit cum Papa; idque propter eandẽ rationem, sicuti docent Sotus, & Silu. *in loc. supr. cit.* Quamuis oppositũ (nempe Papam incurrere culpam Simoniæ iuris humani, exigendo pecuniam, v. g. pro officiis iure vendi prohibitis, vel pro beneficiis, &c. si rationabilis causa, ob quam illa lege eximatur, non subsit) probabilius arbitrer cum Victoria *relect. de Simonia num.* 39. Et ratio est; 8
quia obligatio, qua Princeps tenetur seruare suas leges, non oritur à voluntate, & potestate Principis volentis se obligare, sicut oritur obligatio, quæ est in subdito (nam Princeps non est sibi Superior, vt seipsum possit immediatè suo præcepto obstringere) sed oritur ex ipsa rei natura, id est, ex condi- 9
tione Principis, & Reipublicæ, ex qua prouenit, vt ius naturale dictet, Principem debere seruare legem, quam ipse subditis imponit, *l.* 1. *ff. quod quisque iuris, &c. cum omnes, de constitution.* ergo, &c. 10
Quod intellige, si ratio legis æquè in vtrisque locum habeat; Atque hinc sequitur, Principem non posse seipsum pro arbitrio à lege sua eximere; cum iure naturali teneatur se suis subditis conformare; 11
quapropter si contra fecerit, peccabit pro conditione materiæ, & virtutis præceptæ; vt, si non ieiunet in die præcepto, peccabit contra temperantiam; si non seruet diem festum, peccabit contra Religionem. & sic si vendat officia Ecclesiæ, vel beneficia, peccabit peccato Simoniæ. Ratio; quia obligatio illa, qua tenetur se conformare subditis, est generalis, quæ contrahitur, secundùm variam materiam, ad species virtutum, ad quas subditi obligantur. Quod si iusta causa subsit, potest tunc secum dispensare, sicut cum subditis; vel potius di- 12
cas, quod in tali casu dispensatio locum non habeat; quia Princeps ex dictis non obligatur ex imperio suæ voluntatis, sed ex iure naturali, in quo non potest dispensare, si iusta causa non subsit; quę si subest, dispensatione non est opus; quia iusta causa posita, cessat illa obligatio, eo quod desinit 13
ratio, ob quam se subditis tenebatur conformare; ergo, &c. Dicendum tamen est, quod si absque iusta causa fecerit contra suam legem, modò scandalum absit, mortiferè non peccabit; quia non tenetur illam seruare, nisi illo iure, quo tenetur conformare se subditis, quod ius cuiusdam conuenientiæ 14
tantum est. Vide *cit. dub.* 4. *Sect.* 15 *subsect.* 1. *& seqq. & cit. c.* 15 *per totum.*

SECTIO XXII.

An contrahat quis excommunicationem ante vllam monitionem, non solum pro facto positiuo percussionis, sed etiam pro negatiuo non impediendi percussionem?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio incurritur ab eo, qui tenetur impedire*

Couar. *in loc. supra cit.* & colligitur apertè ex *tit. cap. reprehensibilis*, vbi dicitur: *Nec Prælati (nisi Canonica commonitione præmissa) suspensionis, vel excommunicationis sententiam proferant in subiectos, nisi forte talis sit quæ ipso suo genere* (id est, ex se, seu ipso facto, ait, gl.
10 ibidem) *suspensionis vel excommunicationis pœnam inducat*; Quapropter cùm exceptio firmet regulam in aliis, sequitur ad omnem censuram, quæ non ipso facto, seu criminis commissione incurritur, sed à Iudice actualiter infligenda est, canonicam monitionem (eamque trinam, per se loquendo, vt mox infra explicabitur) necessariò præmittendam esse. Et
11 ratio est; quia ob crimen merè præteritum, aut emendatum (id est, quod penitus cessauit, nullamque præsentem contumaciam, seu inobedientiam coniunctam habet, tametsi alioquin grauissimum sit, vt Blasphemia, Sodomia, &c.) neque excommunicatio, neque alia propriè dicta censura infligi potest; at si Iudex excommunicationem; vel aliam censuram sententiæ ferendæ contra reum, nulla præcedente monitione, exequeretur, sæpè accideret, censuram infligi propter crimen merè præteritum, aut emendatum, ergo, &c. Minor patet. Maior probatur, quia sic communiter tradunt Doctores in materia de censuris; tum quia sic habetur
12 *in citato cap. ex parte*, vbi duæ tantum causæ afferuntur, ob quas excommunicationis, suspensionis, aut interdicti, &c. sententia in aliquem ferri potest, vel quia citatus, aut monitus à peccato desistere, seu iuri parere non vult; vel quia pro commisso peccato satisfacere iussus recusat; Tum quia
13 *in cap. 1. de sentent. excommunicat. in 6.* habetur, quod excommunicatio (idemque postea dicitur de suspensione, & interdicto) non est pura pœna, seu vindicta, sed pœna medicinalis, disciplinans, non eradicans; quare ibidem subditur, quod cautè prouideat Ecclesiasticus Iudex, vt in ea ferenda ostendat se prosequi, quod corrigentis est, atque medentis, ergo, &c.

14 Porrò quantum ad censuras quæ à iure, vel per sententiam generalem feruntur ipso facto incurrendæ (ita vt alia deinde Iudicis condemnatione opus non sit,) manifestum est, ea pro culpis merè præteritis, aut emendatis ferri non posse; sed ferri in hunc modum: *Qui tale crimen commiserit, aut pro tali crimine commisso non satisfecerit; excommunicatus sit.*

15 Confirmatur, quia si reus citatus, & crimen confessus, ab eo desistere, & Ecclesiæ satisfacere velit, excommunicari non poterit, cùm potius tunc, si antea excommunicationem incurrisset, absolui deberet; iuxta *cap. qua fronte, de appellat.* Ergo, &c.

Confirmatur secundò, quia censura hæc actua-
16 liter non fertur à lege, sed ab homine, ergo legis monitio non sufficit, sed requiritur monitio hominis, saltem ordinariè, & nisi aliud causæ grauitas, vel necessitas requirat; Atque hinc rectè colligit Suarez, *num. 21.* delictum, v. g. blasphemiã, quod tractum successiuum non habet, neque satisfaciendi obligationem parit, non posse prohiberi cum
17 commemoratione censuræ.

Hæc autem, quæ dixi, adeò vera sunt, vt etiam in notoriis, excommunicationis v. g. sententia non, nisi præmissa citatione, & Canonica monitione, ferenda sit; sicuti tradit Couar. *loco citato, numer. 6.* Et ratio est, quia censura, vti dicebatur, fertur pro contumacia; at non potest apparere, an reus contumax sit, nisi moneatur, ergo, &c.
18 Secus autem est, si censura ipso facto contracta, solùm declaranda, aut denuncianda à Iudice sit: tunc enim (si factum, seu crimen adeò notorium sit, ita vt manifestò constet, nullam defensionem, aut excusationem reo competere) citatio à Iudice intermitti poterit, sicuti docent Abbas *cap. nostram, 3. de iureiurand.* Nauarra *lib. 5. consil. 20. de heret. numer. 5. edit. 2.* Andreas Gaill *lib. 1. obseruation. 77. num. 9.* Auila *loco supra citato, conclus. 2.* & Suarez *num. 18. argument. cap. de manifesta, 2. quæst. 1. cap. euidentia, de accusat. cap. bona 1. de elect.* vbi dicitur, 9
quod excessus notorius examinatione non indiget. 19

SECTIO XXIII.

An aliquando non contrahat quis excommunicationem, licet percutiendo personam Ecclesiasticam peccet mortaliter?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non incurritur à Percutiente Clericum, si ignorat, vel inaduertat tali actui alligatam esse censuram.*

2 *Item non incurritur à Percutiente, qui sit graui metu ductus, vt seruus iussu Domini crudelis, secus est de peccato mortali.*

3 & 4 *Remigans graui metu ductus in triremibus Turcarum contra Christianos, non incurrit excommunicationem per Bullam Cœnæ latam contra auxilium præstantes Christiani nominis hostibus, neque talem peccare mortaliter nonnulli existimant contra Nauarrum.*

5 *Contrahens graui metu ductus, & consummans matrimonium cum Consanguinea, non incurrit excommunicationem ipso iure latam in Clementina.*

6 *Peccans graui metu alioquin non peccaturus, non censetur contumax, neque delinquens ex contemptu Potestatis Ecclesiasticæ*, sed ex mera naturæ imbecillitate, *& sic non contrahit excommunicationem.*

7 *Contumacia, & interpretatiuus contemptus requiruntur ad contrahendam censuram.*

8 *Leges Ecclesiasticæ non obligant cum tanto rigore, ac ius naturale obligat.*

9 *Assignatur differentia inter vim, seu coactionem, & metum. Vis enim tollit simpliciter voluntariam, & sic omnem culpam, ac pœnam in culpa fundatam, secus est de metu.*

10 *Metus, quamuis sit grauis non excusat à peccato mortali, si tendat in contemptum fidei, vel Religionis, vel Ecclesiasticæ potestatis, & sic à censuris.*

11 & 12 *Sacerdos excommunicatus non excusatur à mortali, nec à censuris, si Confessiones audire præsumat, quamuis graui metu permotus. Idem dic si ab Excommunicatis inducatur ad communicandum cum ipsis in contemptum Ecclesiasticæ potestatis.*

13 *Lex Ecclesiastica habito respectu ad fidem, & Religionem, ad Sacramenta, & ad Ecclesiasticam potestatem, obligat etiam non obstante quocumque incommodo ad horum defensionem.*

Respondetur affirmatiuè, si scilicet ignoret, vel inaduertat, tali actui alligatam esse censuram (qua de re satis dixi *lib. de parlamentis dubitat. 4. sect. 19. subsect. 31. corollar. 3.* & videri poterit Gregorius Carafa *de duello tract. 1. sect. 1. quæst. 1.*) vel percutiat ex graui metu ductus.

2 vt seruus iussu Domini crudelis, & austeri; & sic in vniuersum quicumque ex graui mortis, infamiæ, vel alterius cuiuscumque magni incommodi metu ductus, transgreditur legem, vel præceptum Ecclesiæ annexam censuram habens, tametsi in agendo à peccato mortali non excusetur, vt quia violat legem, quæ naturaliter obligat, excommunicationem non contrahit, v.g. (vt exemplum affert Nauar. c. 27. n. 65. & fusiùs *in c. ita quorundam, de Iudæis, notab.* 11.) si quis graui metu ductus remiger in tri-
3 remibus Turcarum contra Christianos, non incurrit excommunicationem per Bullam Cœnæ latam contra eos, qui Turcis, & aliis nominis Christiani hostibus auxilium quomodocumque præstant:
4 quamuis alii contra Nauarrum putent, quod talis neque peccet mortaliter, vt videre est apud Less. *lib. 2. c. 9. n.* 112. Item (vt exemplum affert Suar. *de legib. lib. 3. c. 30. n.* 14.) si quis graui metu ductus ma-
5 trimonium cum consanguinea contrahat, & consummet, neque incurrit excommunicationem ipso iure latam *in Clement. vn. de consanguin. & affinit.* &
6 sic de aliis, &c. Ratio, quia qui ex graui metu peccat, alioquin non peccaturus, non censetur contumax, neque censetur delinquere ex contemptu Ecclesiasticæ potestatis, sed ex mera infirmitate natu-
7 ræ: at ad incurrendam censuram requiritur contumacia, & interpretatiuus contemptus, ergo, &c. tum quia in ordine ad forum externum, & leges positiuas Ecclesiæ, grauis metus censetur iustus, &
8 probabilis, quamuis interdum, spectato iure naturæ, à peccato non excusent cuius rei ratio est, quia leges positiuæ Ecclesiasticæ ordinariè non obligant cum tanto rigore, sicut obligat ius naturale. Atque ita ex communiori docet Nauar. *in locis supra cit.* Gregorius Carafa *de duello tract. 5. sect. 1. quæst.* 9. & Suarez *de cens. disp. 4. sect. 3. num.* 14 contra Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 11. n.* 4. & alios.

Obiicies, *cap. sacris, de iis, quæ vi, metusue causa fiunt*, vbi dicitur, quod qui communicat cum excommunicato per vim, seu coactionem, excommunicationem effugiat, qui verò communicat ob metum, non effugiat; & redditur ratio; quia pro nullo metu debet homo culpam mortalem incurrere. Ergo, &c.

Respondetur cum Suar. *disp. 6. sect. 5.* & Coninch *disp. 13. n. 97.* (omissis quoad hoc variis Doctorum Responsionibus, de quibus videre est apud Abb. *in cit. cap. sacris*, & Vasq. 1. 2. *disp.* 161. *c.* 4.) quod Pontifex ibi discrimen tradat inter vim, seu coactionem, & inter metum; nempe quod vis, seu coactio
9 semper à censura excuset, quia tollit simpliciter voluntarium, & sic omnem culpam, ac pœnam in culpa fundatam. At verò metus, cùm voluntarium simpliciter relinquat, & sic culpam omninò non tollat, non semper à censura (sicut nec etiam ab irregularitate) excuset; quando verò excuset, & quando non, Pontifex ibi non explicat.

10 Dicendum tamen interim est, quod non excuset à peccato mortali metus, quamuis sit grauis, si tendat in contemptum fidei, vel Religionis, vel Ecclesiasticæ potestatis, & sic non excusetur Sacerdos à mortali, si excommunicatus, quamuis graui metu permotus, Confessiones audire, & absoluere præsumat, non sine irreuerentia Sacramenti, quod
11 tali casu inualidè administratur. Item quod non excusetur à mortali, si ab excommunicatis, quamuis graui metu intentato inducatur, vt
12 cum ipsis communicet in contemptum Ecclesiasticæ potestatis, aut cum Christianæ fidei, vel re-
13 ligionis detrimento, quia in his, & similibus casibus lex, etiam Ecclesiastica, absque dubio obligat, vt, non obstante quouis incommodo temporali, bonum fidei, vel Religionis, Sacramenti, vel potestatis Ecclesiasticæ reuerentia, & honor defendatur, vtpotè quid excellentius, & in ordine superiori ad bonum quodcunque temporale. Vide, quæ dicebantur *lib. de Parlamentis, dubit. 4. sect. 25. subsect. 3.* & Gregorium Carafam *loc. supra cit.*

Cæterùm quoad omnia, quæ in præsenti dubitatione dicebam, vide quæ dicam *infrà dubit.* 8. *per totam*.

DVBITATIO V.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per impeditionem eorum, qui victualia, & alia necessaria ad Romanam Curiam conuehunt?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Romana Curia intelligitur locus vbi est summus Pontifex, & eius Curiales, id est qui ibidem Pontificis negotia curant, siue talis locus sit Roma, siue alius locus.*

RESPONDETVR violari primò, si quis (cuiuscumque sit ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status, etiam Episcopalis, vel Regalis) impediat blanditiis, precibus, fallaciis, mendaciis (vt mentiendo, iter non esse tutum à latronibus) machinatione, &c. deferentes ad Romanam Curiam (non Romam, vel Romanum populum, sed locum, vbi sit sedes Apostolica, seu Pontifex, & eius curiales, id est, qui ibidem Pontificis negotia curant, & tractant, siue talis locus Roma sit, siue alius locus, vt rectè notarunt Caietanus, Tolet. & Alterius *lib. 5. d. 9. cap. 1.*) victualia, & alia ad victum necessaria, vt equos, mulos, hordeum, frumentum, vinum, oleum, fœnum, ligna, vestes, calceamenta, medicinas, & similia, iuxta *l. victus, & l. cætera, ff. de verb. signific.* 1

2. Secundò, si deferentes inuadat, id est, vi, & impetu aliquem aggrediatur, vt is ab huiusmodi rebus deferendis desistat.

3. Tertiò si prohibeat, vel præcipiat, ne prædictæ res ad Romanam Curiam deferantur.

4. Quartò si re ipsa impediat prædictarum rerum adductionem ad illam.

5. Quintò si perturbet, confundat, ac difficultates excitet, ne quæ parabatur adductio, effectum habeat.

6. Sextò si defendat, vel protegat per se, vel per alium illos, qui hæc committunt. Vide Bullæ Canonem 8.

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata in Bulla Cœnæ contra impedien*

impedientes adducentes victualia, & alia necessaria ad Romanam Curiam, incurritur propter præstita impedimenta adducentibus, quamuis res ipsa impedimentis non obstantibus adducantur.

2 *Excommunicatio prædicta non incurritur ob impedimenta præstita ipsi rerum adductioni, nisi secuto effectu impedimenti.*

3 *Excommunicatio prædicta, licet sit contra facientes, non tamen comprehendit mandantes.*

4 *Bulla prædicta aliquando non includit facientes per accidens, hoc est per accidens impedientes adduci victualia.*

6 *Princeps si ob periculum probabile, vel dubium indigentia imminentis sua Ditioni, consulat, & prohibeat ne victualia extrahantur; vel si tempore pestis prohibeat ne quis reuersurus Romam tendat, vel quilibet alius superior vtendo iure suo non ligatur dicta Censura.*

7 *Limita si Pontifex prematur eadem inopia.*

8 *Contra directè, vel indirectè prohibentes, aut perturbantes quominus frumenta, vel fruges à quibusuis Personis ad Curiam Romanam deferantur, extat etiam Bulla Gregorij XIII. quæ incipit (Inter) in §. 2.*

1 ADuerte tamen, quod prædictus Canon prohibeat omnes actiones priores principaliter; vltimam, scilicet sextam, accessoriè.

Aduerte secundò, quod prima, & secunda actio prohibitæ priores sint contra personas ipsas adducentes: tertia, quarta, & quinta prohibitæ posteriores sint contra res ipsas adducendas; & consequenter quod sic Canon excommunicatione Bullari sufficienter prouideat, & personis adducentibus, & re-
2 bus adducendis; cum hac tamen differentia, quod quoad impedimenta præstita adducentibus, incursatur excommunicatio Bullaris, quamuis adducentes non destiterint à necessariarum rerum adductione ad Romanam Curiam: quoad impedimenta autem præstita rerum ipsarum adductioni, non incurratur, nisi secuto effectu impedimenti, vt si victualia, & alia necessaria reipsa ad Romanam Curiam non adducantur, ex eo, quod v. g fuerit prohibitum, extrahi ea è suis terris, vel commoditas inuenta ad ea deferenda; aut non fuerit concessus transitus, &c. Vide Caiet. *verbo Excommunicatio*, .19. Sayr. *lib.* 3. *c.* 12. *n.* 2. & Alter. *lib.* 5. *d.* 9. *init.* & *c.* 3.

3 Aduerte tertiò, quod quamuis præsens Canon sit contra facientes, non propterea includat etiam mandantes, quia hi diuersi sunt; & in odiis non est facienda ampliatio, sed potius restrictio: quapropter in vniuersum, excommunicans facientes, non includit mandantes; sicuti rectè docent Caietan. *verb. Excommunicatio, in princip.* Nauar. *c.* 27. *num.* 51. & alij communiter.

4 Aduerte quartò, quod aliquando neque etiam includat facientes, si scilicet is, qui facit, faciat per
5 accidens, id est, per accidens impediat, adduci victualia, & alia necessaria ad Romanam Curiam; v. g. si Princeps, vt verè (ob periculum probabile, vel etiam dubium indigentiæ imminentis) suo loco consulat, prohibeat, ne victualia extrahantur (etsi Genuensis, & Sousa *in locis infra citandis* id limiteut, si in Romana Curia non adsit indigentia; de qua re *infrà*) vel si tempore pestis prohibeat, ne quis reuersurus Romam tendat; vel si paterfamilias ob periculum latronum, vel meretricum, &c. prohibeat, ne Romam eat, & victualia deferat; & in vniuersum quotiescunque qui impedit, vel inuadit, non iniustè, & illegitimè impediat, vel inuadat, sed iustè, & legitimè vtendo suo. Ratio, quia excommunicatio non potest esse sine mortali, sed necessariò illud supponit. Vide *Can. nullus*, 11. *q.* 3. vide etiam Baldum *l.* 1. *Cod. de his, qui e... nom. gl. cap.* 1., *verb. Inferatis, de statu Monach.* Caiet. *verb. Excommunicatio, c.* 19. Nauar. *c.* 27. *n.* 64. Graff. *p.* 1. *lib.* 4. *c.* 18. *num.* 110. Suar. *de cens. disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 63. & 64. Sayr. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 4. Soussam *in explicat. Bull. Can. cap.* 9. *disp.* 53. *concl.* 1. *n.* 3. Genuens. *in practicab. Eccles. tricenario* 21. *q.* 618. *n.* 2. Megalium *in* 3. *par. lib.* 3. *c.* 7. *q.* 1. *n.* 4. & 5. Dianam *par.* 3. *tract.* 6. *resol.* 32. Regentem de Ponte *de potest. Proregis tit.* 5. *de tractu, n.* 8. & Alter *lib.* 5. *disp.* 9. *c.* 4.

Vnde si alicubi magna esset v.g. frumenti penuria, & nauis frumentaria ad Romanam Curiam pergens, vi ventorum illuc ferretur, Princeps, vel eius ministri tale frumentum detinentes, excommunicationem præsentem non contraherent. Atque ita docet Vgolinus, quem citat, & sequitur Duard. *in Bulla Cœn. lib.* 2. *can.* 8. *q.* 4. *num.* 2. & adducunt textum *in l. Præses Cod. de Seruit. & aqua; & cap. discipulos, dist.* 5. Et ratio est, quia in tali casu fames excusaret à mortali; cùm (vt ait gl. in cit. cap. discipulos) tempore necessitatis omnia sint communia, *cap. sicut, dist.* 47. præsertim cibaria, ex *l.* 2. §. *cum in eadem naui, in fin. ff. ad leg. Rhodiam de iac.* Quamuis Genuensis, & Sousa *in locis supra cit.* id tantum verum putent, si Pontifex caput Reipublicæ Christianæ, eiusque ministri eandem indigentiam habeant; cùm caput debeat præferri cæteris, quod mihi quam maximè probatur. 6 7

Aduerte quintò, quod de hac re extet etiam §. secundus in Bulla Greg. XIII. quæ incipit *Inter*, in quo decernit Pontifex pœnam excommunicationis reseruatæ, rebellionis, læsæ Maiestatis, amissionis feudorum, & suspensionis priuilegiorũ contra Barones, & alios, qui per se, vel per alium, directè, vel indirectè prohibent, aut perturbant, quo minus frumenta, vel fruges à quibusuis personis ad Curiam Romanam deferantur. 8

DVBITATIO VI.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per læsionem eorum, qui ad Sedem Apostolicam accedunt,

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

REspondetur, violari, si quis interficiat, mutilet, spoliet, capiat, detineat per se, vel per alium, eos, qui ad Sedem Apostolicam, seu ad Curiam Romanam veniunt, vel etiam ab ea redeunt. Vide Bullæ *Canonem* 9.

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio Bullæ Cœnæ non afficit ignorantes iter occisi esse causa sedis Apostolicæ, id est*

ad negotia, causas, & res ad Sedem Apostolicam pertinentes, pertractandas.

2 *Clausula initio dispositionis posita infertur ad omnia sequentia.*

3 *Excommunicatio Bullæ Cœnæ lata contra facientes, vel mandantes prædicta, non habet locum in consulente, fauente, vel auxilium præstante, contra quos tamen erat in Bulla Greg. XIII.*

4 *Neque ligantur dicta Bulla Percussores, & vulnerantes cum magna sanguinis effusione; sed sine interfectione, & mutilatione; quia à Pontifice non exprimuntur, sicut fieri solet.*

5 *Neque ligatur ille, à quo membrum esset debilitatum.*

6 *Neque ligantur occidentes eos, qui veniunt Romam ad sua negotia pertractanda; vt causa mercaturæ, studiorum, vel etiam stationum, & indulgentiarum.*

7 *Summus Pontifex hoc Canone prouidere tantum voluit securitati eorum, qui coguntur venire formaliter ad Curiam Apostolicam, seu coguntur pro suis negotiis formaliter cum Sede, vel Curia Apostolica.*

8 *Priuilegium concessum ad veniendum, seu ad eundum, censetur etiam concessum ad redeundum.*

9 *Priuilegium securitatis prædictum incipit statim, ac quis Domo egreditur, & iter aggreditur cum intentione veniendi ad Sedem Apostolicam, seu ad Curiam Romanam. Item dic de reditu.*

10 *Infideles, Iudæi, & Hæretici, veniunt etiam appellatione venientium ad Sedem Apostolicam, & redeuntium ab illa.*

11 *Vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.*

12 *Mater Ecclesia benigne recipit etiam Infideles, Iudæos, & Hæreticos, cum ad ipsam veniunt, & accedunt.*

13 *Serui, & famuli Domini, seu Principalis veniunt etiam appellatione venientium, & redeuntium; secus est de illis, quorum opera non indiget Dominus, seu Principalis.*

14 *Morantes in Curia dicuntur qui immediate, vel mediate Pontifici inseruiunt, siue etiam sint cum Cardinalibus, siue cum Episcopis, qui adsunt Curiæ.*

15 *Morantes in Curia non dicuntur Ciues Romani, & alij, qui Romæ sunt aliis de causis.*

16 *Ad incurrendam censuram prædictam non sufficit, quod quis aliquid prædictorum faciat quomodocumque sed requiritur, quod faciat ex auctoritate temere vsurpata.*

ADuerte tamen, quod prædictus Canon prohibeat (ly interficere, mutilare, spoliare, capere, detinere per se, vel per alium, eos, qui ad Sedem Apostolicam veniunt, vel etiam ab ea redeunt (principaliter, seu tanquam actiones principales; ita vt vnaquæque ipsarum, siue ab ipso principali, siue opera alterius fiat, sit causa sufficiens ad incurren-
1 dam excommunicationem præsentis Canonis (nisi ignoretur, iter esse ratione Sedis Apostolicæ, id est, ad negotia, causas, & res ad Sedem Apostolicam pertinentes pertractandas, vel quomodocunque gratia Sedis Apostolicæ. Sicuti docent Couar. *in c. Alma mater, par. 1. §. 10. n. 15* & Alter. *lib. 5. disp. 9. c. 4. & nos infrà* dicemus) quia clausula initio dispo-
2 sitionis posita refertur ad omnia sequentia; sicuti habetur *in cap. secundo requiris, de appellat.* & docet *ibi* Decius.

Aduerte secundò, quod (quamuis excommuni-
3 catio præsentis Canonis habeat locum in eo, qui actionem aliquam ex prædictis prohibitam faceret; & in eo, qui fieri mandaret, secuto effectu; tamen locum non habeat in consulente, fauente, vel auxilium præstante (contra quos tamen erat in Bulla Gregorij XIII.) sicuti docet Alterius *lib. 5. d. 10. cap. 3.* & constabit ex iis, quæ in sequenti Aduertendo dicentur.

Aduerte tertiò, quod neque locum habeat in eo, qui tales vulneraret, quamuis cum magna sangui-
nis effusione, sed sine interfectione, vel mutilatio- 4
ne; quia solent à Pontifice exprimi percussor, & vulnerator, quando vult illos comprehendere sicuti constat ex §. 10. & 11. Bullæ Cœnæ Domini; quod tamen hic non fit (etsi olim fieret) tum quia in pœnis verba potius sunt restringenda, quàm amplianda: quapropter nec locum habet in eo, qui
membrum debilitaret, sed non mutilaret. Vide 5
Alterium *loco citato cap. 4.*

Aduerte quartò, quod Canon consultò dicat, eos, *qui ad Sedem Apostolicam veniunt*; quia multi Romam venire possunt, qui non veniunt forma-
liter ad Sedem Apostolicam, sed ad sua particula- 6
ria negotia pertractanda, vt causa mercaturæ, studiorum, vel etiam stationum, & indulgentiarum, &c. & è contra multi ad Sedem Apostolicam formaliter venire possunt, qui non veniunt Romam; vt si Pontifex, eiusque Curia non moretur Romæ; sicuti notarunt Nauar. *cap. 27. num. 65.* Tolet. *lib. 1. cap. 25. num. 2.* Suar. *de cens. disp. 21. sect. 2. num. 65.* Alter. *lib 5. d. 9. cap. 2. dub. 4.* & Sayr. *de cens. lib. 3. cap. 13 num. 3.* Cùm tamen
Pontifex per præsentem Canonem prouidere tan- 7
tum voluerit securitati eorum, qui coguntur venire formaliter ad Curiam Apostolicam, seu coguntur tractare pro suis negotiis formaliter cum Sede, vel Curia Apostolica, ne fortè timentes per iter aduersariorum, & malorum hominum insidias, ab itinere retrahantur, quapropter materia præsentis Canonis, & censuræ intelligi debet solum de venientibus formaliter ad Sedem Apostolicam, id est, de venientibus ad negotia, causas, & res ad Sedem Apostolicam pertinentes pertractandas; vel quomodocumque causa Sedis Apostolicæ, seu Pontificis, quia nimirum negotium aliquod, vt prætensionem, vel gratiam, vel quid aliud cum Pontifice immediatè, vel mediatè habeant.

Aduerte quintò, quod Canon meritò dicat, eos, *qui ad Sedem Apostolicam veniunt, vel ab ea redeunt*;
quia priuilegium concessum ad veniendum, vel 8
ad eundum, censetur etiam concessum ad redeundum, sicuti notauit gl. *in cap. quia diuersitatem, §. tempus etiam de concess. præb. & cap. fin. de treuga, & pace, & l. miles, & l. qui mittuntur, ff. ex quibus causis maiores.* tum quia alioquin venientibus ad Sedem Apostolicam (si scilicet expeditis negotiis redeuntes offendi possent) non esset sufficienter prouisum; cùm (vt rectè notauit Abbas Abbas *in cap. Ego N. de iureiurando, n. 5.* non securè veniat, qui tutò redire non potest. Expressit id tamen Pontifex ad finem, vt nulla difficultas adsit.

Aduerte sextò, quod priuilegium securitatis 9
prædictum incipiat statim ac quis domo egreditur, & iter aggreditur cum intentione veniendi ad Sedem Apostolicam, seu ad curiam Romanam, *c. conquerente de clerico peregrinante*, ita vt is ab illo tempore statim incipiat esse sub protectione Apostolica, & sic qui illũ offenderit aliquo modo, vt supra, contrahat censuram Bullarem præsentis Canonis. Sicut è contra è Sede Apostolica redire dicitur, statim ac egreditur, è loco, vbi moratur Sedes Apostolica, cũ intentione redeundi in patriam, ita vt semper, donec iter compleuerit, & in patriam

fuerit

fuerit reuersus, sit sub protectione Apostolica; & sic qui illum offenderit aliquo modo, vt supra, contrahat similiter censuram Bullarem præsentis Canonis.

Aduerte septimò, quod appellatione venientium
10 ad sedem Apostolicam, vel redeuntium ab illa veniant etiam infideles. Iudæi, & hæretici, quia Pontifex absolutè loquitur, eos, qui ad Sedem Apostolicam veniunt, vel ab illa redeunt, non addendo
11 Christianos, vel Catholicos: at vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus: tum quia pia
12 Mater Ecclesia benignè recipit etiam infideles, Iudæos, & hæreticos, cum ad ipsam veniunt, & accedunt.

Aduerte octauò, quod eadem appellatione ve-
13 nientium, vel redeuntium, vt supra, veniant etiam serui, & famuli Domini, seu principalis: si loquamur de illis, sine quibus Dominus, seu principalis non potest commodè venire ad sedem Apostolicam, vel redire ab illa (& sic quod quicunque aliquo modo, vt supra, illos offenderit, contrahat etiam cēsuram Bullarem præsentis Canonis) sicuti constat ex *cap. licet, de priuilegiis, & gl. ibid.* & ex Felino *in cap. 2. de treuga, & pace numer.* 1. Et ratio est, quia alioquin priuilegium concessum Domino, seu principali, inutile, & frustratorium esset. Vnde secus dicendum videtur de illis, quorum opera non indiget Dominus, seu principalis, nempe quod si quis hos offenderit, quomodocunque, vt supra, censuram Bullarem præsentis Canonis non incurrat; quamuis comites ei sint in itinere.

Aduerte nonò, quod respectu morantium in
14 Curia (id est, teste Caietano *verb. Excommunicatio cap.* 14. Curialium, siue immediatè, siue mediatè ij Pontifici inseruiant, siue etiam sit cum Cardinalibus, siue cum Episcopis, qui adsunt Curiæ; quapropter Romani ciues, & alij, qui Romæ sunt aliis de causis, propter quas etiam Romæ essent;
15 quamuis Curia Pontificis alibi moraretur, non dicuntur morantes in Curia, seu Curiales) vt quis, si eos interficiat, mutilet, spoliet, capiat, vel detineat, incurrat excommunicationem præsentis Canonis
16 in calce positam, non sufficit, quod aliquid prædictorum faciat quomodocunque (vt respectu venientium ad Sedem Apostolicam, vel redeuntium ab illa) sed requiritur, quod faciat ex auctoritate temerè vsurpata, nempe quasi Iudex, & potestatem habens, cùm reuerà potestatem non habeat, neque ordinariam, neque delegatam à Papa ab eius Iudicibus.

DVBITATIO VII.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per læsionem eorum, qui Romam veniunt?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Si quis interficiat, mutilet, vel capiat, & c. Romipetas.*
2 *Si det auxilium, consilium, vel fauorem.*

1 REspondetur, violari primò, si quis interficiat, mutilet, vulneret, detineat, capiat, vel deprædetur Romipetas, seu peregrinantes ad Vrbem deuotionis causa, vel in ea morantes, vel ab ea redeuntes.

Secundò, si quis in his, id est in dictis actionibus det auxilium, consilium, vel fauorem. Vide Bullæ Canonem 10.

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio præsentis Canonis non incurritur in posterioribus tribus casibus, nisi præcesserit aliqua ex sex principalibus, v.g. interfectio, mutilatio, vulneratio, detentio, captio, vel deprædatio.*

2 *Finis dictæ prohibitionis est vt quilibet more Veterum possit Deuotionis gratia venire ad limina Apostolorum SS. Petri, & Pauli.*

3 *Præsens Canon tuetur non quoscumque Romam venientes, sed peregrinationis, & deuotionis causa.*

4 *Excommunicatio extabat etiam olim contra offendentes Romipetas, licet tunc non reseruaretur Papæ, sicut nunc, & non ligabat nisi capientem, & spoliantem Peregrinos.*

5 *Nomine Romipetæ veniunt etiam Ciues Romani alibi habitantes, si deuotionis gratia ad Vrbem accedant, & ideo magis late patet, quam nomen Peregrini, qui est solum extraneus, & aduena.*

6 *Excommunicatio dicti Canonis contrahitur à faciente aliqua ex supradictis contra eos, qui veniunt ad Vrbem deuotionis gratia, licet Romana sedes non Romæ sed alibi degat.*

7 *Excommunicatio dicti Canonis non ligat si fiat prædicta contra commorantem Romæ deuotionis gratia ad longum tempus.*

8 *Excommunicatio dicti Canonis non afficit verberantes siue vulnere Romipetam, vel Peregrinum ad Vrbem deuotionis gratia venientem.*

9 *Itē non incurritur à Iudice puniente vel per se, vel per alium Romipetam, seu Peregrinum venientem Romam deuotionis gratia, repertum in aliquo delicto.*

ADuerte tamen, quod prædictus Canon prohibeat sex priores actiones principaliter, tres au- 1
tem posteriores accessoriè, vt indicat illa dictio, *In his*; quapropter vt incurrat quis excommunicationem Bullarem præsentis Canonis in posterioribus requiritur, quod actu præcesserit aliqua ex principalibus prioribus, v.g. interfectio, mutilatio, vulneratio, detentio, captio, vel deprædatio.

Aduerte secundò, quod prohibeat prædictas 2
actiones Canon ad finem, vt cuilibet liberum sit ad limina Apostolorum SS. Petri, & Pauli deuotionis causa venire, more veterum.

Aduerte tertiò, quod tueatur præsens Canō non quoscunque accedentes ad Vrbem ex quacunque
causa, sed tantum peregrinationis, & deuotionis 3
causa vt patet ex textu, & docent communiter Doctores.

Aduerte quartò, quod olim etiam contra offen- 4
dentem Romipetas fuerit excommunicatio lata à Callisto III. *in cap. si quis Romipetas*, & à Nicolao Papa *c. illi. 24. q. 3.* & Alexandro III. *cap. innouamus, de treuga, & pace*; licet tunc excommunicatio non reseruaretur Papæ (sicut nunc) & non comprehenderet nisi capientem, & spoliantem peregrinos; priuilegium autem extenderetur etiam ad visitantes oratoria aliorum Sanctorum, hic autem extendatur ad solos Romipetas.

Aduerte quintò, quod Romipeta latius se habeat, quàm peregrinus, cùm Romipeta comprehendat
5 etiam ciuem Romanum alibi habitantem, si deuotionis gratia ad Vrbem accedat; peregrinus autem sit, qui extra patriam est, extraneus, & aduena. Vide Caiet. *verb. Excommunicatio, c.* 13. Suar. *n.* 67. & Sayrum *lib.* 3. *c.* 14. *n.* 6.

Aduerte sextò, quod si quis aliquam prædicta-
6 rum actionum committeret contra eos, qui veniunt ad Vrbem deuotionis gratia, excommunicationem Bullarem præsentis Canonis contrahat, (quamuis Sedes Apostolica non Romæ, sed alibi degat) quia talis excommunicatio lata est ad fauorem visitantium limina Apostolorum, sicut & olim lata erat contra eos, qui talia facerent in peregrinos euntes in Terram sanctam, vt refert Tabiena *verb. Excommunicatio* 6. *in fin.* vide etiam Caietanum *cit. cap.* 13.

Aduerte septimò, quod è contra si quis etiam aliqua ex prædictis sex actionibus principalibus offendat commorantem, deuotionis gratia, Romæ ad longum tempus, excommunicationem Bullarem prædicti Canonis non contrahat: quia in tali casu non offendit Romipetam, nec peregrinum, sed incolam; cùm iam Romæ domicilium elegerit. Atque ita docet Caiet. *loco supra citat.* & Alter. *c.* 5.

8 Aduerte octauò, quod si quis sine vulnere verberet Romipetam, vel peregrinum ad Vrbem deuotionis gratia venientem, neque excommunicationem Bullarem præsentis Canonis contrahat; quia talis actio in ipso Canone non exprimitur.

Aduerte nonò, quod si Romipeta, vel peregrinus
9 ad Vrbem deuotionis gratia veniens Romæ, vel alibi delinquat, poterit tam à Iudice, quàm ab aliis sine excommunicatione percuti, & puniri: quia tunc non percutitur, & punitur vt Romipeta, vel peregrinus, sed vt malefactor; Atque ita docent Sayrus *lib.* 3. *c.* 14. *n.* 6. & Viualdus *n.* 82.

DVBITATIO VIII.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per læsionem eorum, qui in Ecclesia dignitatem obtinent?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Si quis interficiat, mutilet, capiat, vel eiiciat, &c. Cardinales, vel Episcopos, &c.*

2 *Si ex prædictis actionibus aliquam mandet, ratam habeat, vel adiuuet.*

ESPONDETVR, violari primò, si quis interficiat, mutilet, vulneret, percutiat, capiat, carceret, detineat, hostiliter insequatur, vel à suis diœcesibus, territoriis, terris, vel dominiis eiiciat S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, aut Nuncios.

Secundò, si quis ex prædictis actionibus aliquam mandet, ratam habeat, vel in ea auxilium, consilium, aut fauorem præstet. Vide *Bullæ Canonem* 11. *c. Felicis de pœnis in* 6. Leonis X. *constitutionem* 16. quæ incipit *Temerarium*, & Pij V. *Constitutionem* 93. quæ incipit, *Infelicis.*

SECTIO II.

An, & quas actiones prædictas Canon prohibeat principaliter, & quas accessoriè?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non incurritur à percutiente in actu defensionis, cum non peccet saltem mortaliter.*

2 *Excommunicatio dicti canonis incurritur etiam, si physice percussio sit leuissima, dummodo moraliter existimetur iniuria ratione honoris, & dignitatis, vt si Prælatus sputo, puluere vel chirotheca percutiatur.*

RESpondetur, quod prædictus Canon prohibeat priores actiones principaliter, posteriores autem accessoriè; quapropter, vt incurrat quis excommunicationem Bullarem præsentis Canonis in posterioribus, requiritur (vt in superiori dubitatione etiam dicebam) quod actu præcesserit aliqua ex principalibus prioribus, v.g. interfectio, 1
mutilatio, vulneratio, percussio, carceratio, detentio, hostiliter insecutio, vel percussio (scilicet iniusta mortaliter, quia si quis se defendendo percutiat, cùm non peccet, saltem mortaliter; excommunicationem maiorem non contrahit; vt *suprà dubitatione* 6. dicebamus, & videri poterit *cap. significasti*, 2. §. *si vero, de homicid.* gloss. *in cap. felicis, de pœnis in* 6. S. Antonin. 3. *part. tit.* 24. *cap.* 2. & 3. Rebuff. *in explic. Bullæ Cœn. art.* 8. & Nauar.
cap. 27. *num.* 22.) etiamsi physicè sit leuissima, dum- 2
modo moraliter existimetur iniuria grauis, ratione honoris, & dignitatis, vt si Prælatus sputo, puluere, vel chirotheca percutiatur.

SECTIO III.

An, & quid intelligi debeat per Cardinalem, Patriarcham, Archiepiscopum, Episcopum, & Sedis Apostolicæ Legatum, vel Nuncium?

SVMMARIVM.

1 *Capellum non efficit Cardinalem, sed vere Cardinalis quis efficitur, quando in Cardinalem nominatur, & assentit.*

2 *Cardinalis habet vocem in electione Pontificis, antequam capellum, & os apertum habeat.*

3 *Per Patriarcham, seu Primatem omnes intelliguntur ab Ecclesia dicto titulo insigniti.*

4 *Per Archiepiscopum, cui conceditur pallium insigne Plenitudinis Dignitatis Pontificia, quod sit super Episcopos.*

5 *Electus Archiepiscopus non debet ante pallij susceptionem se nominare Archiepiscopum.*

6 *Archiepiscopi, & Episcopi non consecrati, non gaudent priuilegio præsentis Canonis.*

7 *Episcopus re vera non est qui non est consecratus, licet electus in possessione Episcopatus esse possit.*

8 *Dignitas*

8 *Dignitas Episcopalis perficitur per consecrationem.*
9 *Legati, an Nuncii sedis Apostolicæ statim gaudent dicto priui'egio ac ab Vrbe egressi fuerint, quousque ad Vrbem redierint.*

1 RESpondetur, quod per Cardinalem intelligi
debeat, siue capellum habeat, siue non habeat,
dommodò assenserit; quia quando quis in Cardi-
nalem nominatur, & assentit, verè Cardinalis effi-
citur, cùm capellum quid accidentarium sit. Atque
ita docent Paludan. *in 4. dist. 18. q. 3. art. 2. cas. 16.*
Sousa *in Bulla Cœnæ cap. 12. disp. 60. concl. 1.* Vgolin.
cap. 11. §. 1. num. 1. Filliuc. *tom. 1 tract. 16. cap. 9. num.*
259. Duard. *in Bulla Cœn. lib. 2. Can. 11. q. 6. num. 1.*
Megalios *in 3. part. lib. 2. c. 9. quæst. 1. num.* 10. & Bo-
2 nacina *in Bull. Cœn. disp. 1 q. 12 punct. 2. num.* 3. Vnde
& antequam Capellum, & os apertum habeat, ha-
bere potest vocem in electione Pontificis; sicuti
apud Lauorium *in variis elucubrat tit. 3. cap. 3 num.*
16. statuit in quodam particulari decreto Pius V.
die 26. Ianuarij 1571. & Gregor. XV. in Bulla Cæ-
remooiall Idibus Martij 1622. Vide Albanum *de*
Cardinal q. 17. Azor. *tom. 2. lib. 4. cap. 2. q. 7.* & Sebast.
Cæsar. *in re'ect. de Eccles. Hierarch. p. 1. disp. 2. §. 4.*
num. 7.
3 Per Patriarcham, seu Primatem intelligi debeat,
siue sit vnus de quatuor Principalibus, siue etiam
de cæteris, quia textus non distinguit.
4 Per Archiepiscopum (cui conceditur pallium in-
signe plenitudinis dignitatis Pontificiæ, quod sit
super Episcopos, *cap. antiqua, de priuilegiis*, & cui an-
te pallij susceptionem non licet se nominare Ar-
5 chiepiscopum, *cap. 3. de auctor. & vsu pallii*) intelligi
debeat, si sit consecratus, saltem vt Episcopus; cùm
& Episcopus gaudeat eodem priuilegio præsentis
6 Canonis: nam, si simpliciter non sit consecratus,
scilicet vt Archiepiscopus, neque vt Episcopus (vt
accidit, qoando Episcopus prius, non erat) ante cō-
secrationem & receptionem pallij, non gaudet pri-
uilegio præsentis Canoois, cùm, vti dicebam, non-
dum Archiepiscopus vocari possit, *cit. cap. de auth.*
& vsu Pallii. Vide Alter. *c. 3. dub. 4.*
7 Per Episcopum intelligi debeat, qui consecratos
est, & oon tantum electus; quia licet qui nondum
consecratus est, in possessione Episcopatus esse
possit, non tameo adhoc reuera Episcopus est; sicuti
docent gl. *in Clement. 2 dignum verb. Pontificum, de ce-*
lebrat. Miss. Archidiac. *in cap. illud, dist.* 23. Domin.
in cap. fin. de sentent. & re iudic in 6. Felin. *in cap. Cum*
te, de rescript. & *ibidem* Abb. *num. 2.* Bartol. *in l. si non-*
dum, num. 1. Cod. de furtis, Caiet. *verb. Excommunica-*
tio, cap. 12. vers. Aduerte, S Antooin. 3. *part tit. 24. c. 3.*
Silu *verb. Excommunicatio, 7. num. 44.* Naoar. *c. 27. n.*
67. Suar. *num. 69.* & Tolet. *lib. 1. cap. 25. num. 6. & lib.*
5. cap. 8. num 4. Et ratio est, quia per consecrationem
perficitur dignitas Episcopalis, *cap. fin. de translat.*
Episcop. & cap. Via de iis, quæ fiunt a Prælatis; quare
8 non mirum contra Graffium *hic num.* 116. si non-
dum consecratus Episcopus (licet gaodeat priuile-
gio *c. Si quis suadente. 17. q. 4. & Clement. de pœnis,*
cap. 1. ratione clericatus) non tamen gaudeat priui-
legio præsentis Canonis. Quamuis secus dicendū
sit de Episcopo consecrato, qui renunciauit Episco-
patui, sed non tamen Ordini, sicuti docent. gl. *in*
Clement. de pœnis. cap 1. ver. quem Pontificum, Sayrus
lib. 3. cap. 15. num. 4. Alter. *cap. 5. dub. 3.* & colligitur
ex *cap. 1. de ord. ab Episcopo, qui renunciauit Episco-*
patui.
9 Per Sedis Apostolicæ Legatum, vel Nuncium
(quem impedire præsumentes excommuoicantur
ipso facto *in Extrauag. super gentes in communibus, tit.*
de consuetud. & loca, ac Regoa, coutumacia durante,
interdicuntur) intelligi debeat, statim ac ab Vrbe
egressus fuerit, & continuè, qoousque ad eaodem
Vrbem redierit; cum (vt supra dicebatur) priuile-
gium concessum ad euodum, intelligatur etiam
concessum ad redeundum; Quapropter ab instan-
ti egressionis, vbicunque moram fecerit, quousque
ad Vrbem redierit, honorandus erit Legati, seu
Nuncij nomine, & insignibus; de quibos Andreas
Gambarus *lib. 1. de offic. Legati, cap. 1.*

SECTIO IV.

An, & quid intelligi debeat per ly hostiliter insequi?

SVMMARIVM.

1 *Per verbum (hostiliter insequi) non comprehenduntur Insecutiones morales, v.g. calumniæ verbales, Inuidia, falsa testimonia, & similia; sed insectiones physicæ per motum sc. corporalem ad capiendum, percutiendum, &c.*
2 *Opinio Ananiæ in oppositum de quacumque insecutione, non improbatur.*
3 *Afferuntur pœnæ speciatim contra hostiliter insectantes Cardinales, etiam contra Reges, vel Imperatores; vide latius ibi vsque ad numerum sequentem.*
4 *Offendens familiarem Pontificis, vel Cardinalis, erit puniendus spectata culpæ qualitate.*
5 *Occidens Cardinalem, vel dans causam occisioni illius acrius puniendus est etiam à laicis, & secularibus, qui si hæc intra mensem obseruari non fecerint excommunicati sunt, & eorum Ciuitas interdicta, & Pontificalibus priuata.*
6 *Pœnæ recensitæ extenduntur etiam ad inuadentes armata manu tam tempore Conclauis, quam quouis alio tempore hostiliter alicuius Cardinalis etiam in Pontificem electi Domum, inde aliquid deripientes, aut quempiam ex ibi existentibus vulnerantes.*
7 *Item extenduntur ad socios.*
8 *Item ad Mandantes secuto effectu.*
9 *Item extenduntur ad scientes, & non reuelantes d. Delinquentes, & complices; vel ad eum, qui præsentia, consilio, vel fauore illis assistit, eosque scienter receptat, vel defendit.*
10 *Insequens sacerdotem, ob solam insecutionem non incidit in Canonem, Si quis suadente; iudicatur tamen Sacrilegus.*
11 *Faciens insultum* io Domo *Cardinalis, Patriarchæ &* cæteris, *vt ex tali insultu iniuriam inferat Cardinali, Patriarchæ &c. an incurrat excommunicationem præsentis Canonis, est discrimen inter Doctores. Opinio autem pro affirmatiua non est improbabilis.*
12 *Item dic de offendentibus familiares Cardinalium, contrahunt enim excommunicationem reseruatam Pontifici.*

RESpondetur, quod per ly hostiliter insequi S. 1
R. E. Cardioales, Patriarchas &c. intelligi de-
beat, si quis insequatur eos, vt inimicos capitales,
animo grauiter offendendi (non quidem insecu-
tione morali, v.g. per calumniaa verbales iniurias,
falsa testimonia, & similia) sed insecutiooe phy-
sica, per motum scilicet corporalem ad capien-
dum, percutiendum, &c. vt patet ex verbia præsen-
sentis Caoonis, *cap. felicis de pœnis in 6. & Clemen-*
tina, si quis suadente. eodem tit. & doceot S. Aotonio.

3.*part. tit* 25. *cap.* 2. Silu. *verb. Excommunicatio* 7. *num.*23. Suar. *tom.*5. *disp.* 22. *sect.*3. *num.* 12. Sayrus *lib.*3 *cap.*15. *num.*7. Reginald. *lib* 9. *num.* 313. Albanus *de Cardinal q.*41 *priuil.*7. Plazze *de delictis lib.*1. *cap* 2 *num.*4. Diaz *in pract. crimin. cap.*69. *num.*3. Alter. *de cens. tom.* 1. *lib.*5. *disp.*12. *cap.*4. *q.*2. Zechius *de Republ. Christ. tit.*3. *de Cardinal. num.*9 *priuileg.*3. Couar. *lib.*1. *var. cap.* 11. *num.* 5. & Naldus *verb. Bulla Cœn. num.*45.

2 Quamuis contrarium, & non improbabiliter, sentiant Ananias *in cap.*1. *de maledictis, col.*4. Felin. *in cap. non dubium, num* 5. *de sent excommun.* Manfredus *tract. de Cardinal. decis* 205. Iacobatius *de concilio lib.* 1. *fol.*39. *col.*1. *litt. B.* & Diana *part* 5. *tract.* 2. *resol.*80. ex eo, quod (cùm ly *ad percutiendum* in citatis iuribus positum verificari possit de percussione reali & verbali; & ex alio capite dicta iura, licet pœnalia aliquo modo videantur, fauorabilia tamen principaliter sint; cùm præcipuè in fauorem Cardinalium, Patriarcharum, &c. edita fuerint) complecti debeat etiam percussionem verbalem.

3 Vide *cit. cap. felicis*, vbi hostiliter Cardinalem insequentes (etiamsi Reges, vel Imperatores sint, sicuti docent gl. *in cap. Apostolica de sent. & re iudicata, verb. Cardinales.* Gigas *de crimine læsæ maiestatis lib.*1. *q.*5. *num.*10. Gambacurta *de immunit. lib.* 5. *cap.* 40. *n.*5. ex eo, quod *in dicto cap felicis* nullus excipiatur) fiunt Rei criminis læsæ Maiestatis, infames, diffidati, banniti, intestabiles tam actiuè, quàm passiuè, priuati beneficiis, & officiis (etiam temporalibus) feudis, locationibus, & inhabiles ad testandũ; bona eorum ad posteros non transmittuntur, sed Fisco applicantur; domus ad semper (ita vt nullo vnquam tempore reædificentur) diruuntur; debitores eorum non tenentur eis soluere, vel in iudicio respondere; filij, & nepotes eorumdem per lineam rectam descendentes priuantur sine spe promotionis inposterum, beneficiis, dignitatibus, regimine, & honoribus, etiam mundanis, fiuntque inhabiles ad ordines, ad dicendum testimonium, ad officia, beneficia, & actus legitimos.

Item prædicti principales Cardinalem insequentes, atque alij tanti flagitij participes sont excommunicati, & singulis diebus festiuis, vt tales (dum contumaces fuerint) debent publicari; nec ab alio, nisi à Pontifice, præmissis fustigationibus in nudo ad cautelam, possunt absolui; & vltra mare ad triremes debent relegari. Is autem, qoi fuit simpliciter consulens, vel fautor, poterit pro qualitate culpæ à Iudice castigari; Et prædictæ pœnæ etiam ad collaterales (id est, fratres, nepotes, & pronepotes) offendentium Cardinalem per Pontificem extendi possunt; qua de re Menoch. *lib.*2. *de arbitr. iud. cas.* 552. *num.*8. & meritò, ne cognati ad collateralium suorum insolentias reprehendendas negligentes sint. sicut tradunt Bartol. *in l. iure promisum, Cod. de fabricensibus,* Ancharan. *in cap.* 1. *de constit.* & Decius *in consil.*64.

4 Item contra offendentes familiarem Pontificis, vel Cardinalis pœna pro qualitate culpæ poterit imponi.

5 Ac tandem contra occidentes Cardioalem, vel dantes causam occisioni illius, acriùs debet insurgi, etiam à laicis, & secularibus, qui, si hæc intra mensem obseruati non fecerint, excommunicati sunt, & ipsorum ciuitas interdicta est, & Pontificalibus priuatur; Sed de his pœnis, & de tota hac materia vide Farinacium *in praxi crimin. q* 112. *à num.* 75. *vsque ad numerum* 131 Barbos. *in collect. Doctorum tom.*3. *in* 6. *Decret. lib.*5. *tit.*9. *c.* 5. *per totum.* Manfredum *de Cardin. cap.*8. Lancelott. *in Templo Iud. lib.*2. *cap* 2. *de Cardinal.* §. 3. *num.*26. & Azeu. *in recopil. lib.* 8. *leg.*1 *tit* 18. *n.*7.

Vide etiam Bullam 16. Leonis X. (quæ incipit: *Temerariorum* & innouat, quæ modò ex cap. *felicis* 6
dicta suot.) vbi prædictæ pœnæ extenduntur etiam ad inuadentes armata manu (tam tempore Coaclauis, quàm quouis alio tempore) alicuius Cardinalis (etiam in Pontificem electi) domum hostiliter, inde aliquid diripientes, aut quempiam ex ibi existentibus vulnerantes. Item ad socios, & meritò, quia & 7
hi pari pœna puniuntur, *l. si quempiam in fin. Cod. de Episcopis, & Cleric. & c. quanta extra de sentent. excommun.* cùm & ipsi faciant, oedum faueant. Item & ad 8
mandantes, secuto tamen effectu, vt si, mandata insecutione, alter insequatur, licet non perueniat ad capturã, vel percussionem, &c Vide tandem Bullam 39. Pij V. in qua censoræ extenduntur etiam ad qualitercunque scientem, & non reuelantem supradictos delinqoentes, & complures; & ad eum, qui 9
præsentia, consilio, vel fauore illis assistit, eosve scienter receptat, vel defendit.

Cæterùm, quamuis, qui insequitur Sacerdotes, 10
ob solam insecutionem non incidat in Canonem, *Si quis suadente* 17. *q.* 4. (sicuti rectè docent gl. *in cap. si quis pulsatus, de pœnit. d.*1. & *in cit. cap. felicis de pœnit. n* 6. Archidiac. *in cap. sunt qui* 17. *q* 4. & alij communiter) tamen ex eodem *cap. sunt qui* 17. iudicatur sacrilegos. Vide, quæ dicebantur *dubit.*4. *sect.*6.

An autem, si quis insultum faciat in domum 11
Cardinalis, Patriarchæ, &c. vt ex tali insultu Cardinali, Patriarchæ, &c. iniuriam inferat, excommunicationem præsentis Canonis etiam contrahat?

Respondetur cum Acosta *in Bull. Cruc. q.*65. Sayr. *lib.*3. *cap.*15. *num* 6. Filliuc. *tom.* 1. *tract.*16. *c.*9. *n.*245. Duardo *in Bull. Cœn. lib.*2. *can.*11. *q.*7. *num.*3. & Barbosa *in collect. Doctorum, tom.* 3. *in* 6. *Decretal. lib.* 5. *tit.*9. *cap.*5 *num.*7. negatiuè; ex eo, quod in tali casu sic facientes non dicuntur Cardioalem, &c. hostiliter insequi, contra quos præsens Canon iofert excommunicationem, & *cit. cap. felicis* infert alias pœnas, de quibus supra.

Quamuis affirment, & non improbabiliter, Alterius *de cens. tom.*1. *lib.*5. *disp.*12. *cap.* 4. & Diana *part.*5. *tract.*2. *resol.*81. ex eo, quod verba legis intelligi debeant iuxta finem, propter quem lex edita est, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. & cap. fin. de prab.* Sed finis Pontificis in præsenti Bullæ Canone fuit, prouidere dignitati Cardinalium, Patriarcharum, &c. vt scilicet ab omnibus honorarentur, & à nemine læderentur (cui fini non esset satis prouisum, si censura lata esset solum contra eos, qui Cardinalem, Patriarcham, &c. insequeretur personaliter, & non contra eos, qui insultum facerene in eius domum, cùm talis insultus sit etiam satis ignominiosus Cardinali, Patriarchæ, &c.) Ergo, &c.

Quapropter etiam non improbabiliter ex Armilla, & Viualdo docet Sayrus *de cens. lib.*3. *cap.*15. *num.* 3. quod & excommunicationem Bullarem præsentis Canonis contrahat is, qui offendit familiares Cardinalis, Patriarchæ, &c. intuitu illius. Sed 12
oppositum etiam est probabilius (etiamsi offendat dictos familiares coram Cardinali, Patriarcha, &c. & intuitu illios, & io contemptum.) Quod probatur, tum ex dictis; tum quia in Canone exprimuntur tantum Cardinales, Patriarchæ, &c. non autem eorum familiares; & ex alio capite censura non ligat vltra mentem conditoris verbis expressam; Atque ita docent Acosta *cit. q.*65. Duard. *q.*10. *num.*1. Barbosa *num.*35. Sousa *in Bull. Cœn. cap.*12. *disp.*66.

disp.66.num.3. & Alterius *cap.3.* vbi rectè tamen obseruant, quod qui offendit Cardinalis familiares, contrahat excommunicationem reseruatam Pontifici, *in cap. felicis, de pœnis in 6. & in Bulla Pij V. edita 14. Kalend. Ianuar.* 1569.

SECTIO V.

An, & quid intelligi debeat per ly à diœcesibus, territoriis, terris seu dominiis suis eiicere?

SVMMARIVM.

1 *Verba recensita faciunt sensum, quod loca sint ipsorum eiectorum, ita vt tales eiecti sient Domini, vel habeant in eis iurisdictionem aliquam siue spiritualem, siue temporalem, siue multò magis mixtam ratione muneris, & dignitatis Ecclesiæ.*

2 *Excommunicatio præsentis Canonis incurritur si eiiciantur ex prædictis locis; secus est si eiiciantur ex Curia Regis, & locis alienis.*

3 *Excommunicatio prædicta contrahitur etiam si eiiciantur à locis, vbi nati sunt, vel Domicilium, & Castrum hæreditarium habent, quia & tales loci Terræ eorum dicuntur, contra Reginaldum, & alios.*

4 *In fauorabilibus principaliter, odiosis tamen secundario, dispositio absolutè, & indistinctè loquens, non debet restringi.*

5 *Censura prædicta ligantur non solum iubentes, sed etiam exequentes.*

6 *Censura prædicta non contrahitur per comminationem exilij, non secuto effectu. Item dic si eiiciantur solum verbis comminatoriis.*

7 *Censura præfata non ligantur, qui non recipiunt Episcopos in suis Diœcesibus, vel Terris, quia Canon loquitur de eiicientibus, nō autem de non recipientibus.*

8 *Eiicientes Legatos, vel Nuncios, quominus officium suum exequantur, feriuntur excommunicatione in Extrauag. Ioannis XXII.*

9 *In dicta Extrauag. ligantur pœna interdicti Regna, Terræ, & huiusmodi loca, à quibus ij eiiciuntur.*

1 R. Espondetur, quod per ly à diœcesibus, territoriis, terris, seu dominiis suis eiicere, intelligi debeat, quod sint loca ipsorum eiectorum; ita vt scilicet eiecti talium locorum sint domini, vel habeant in eis iurisdictionem aliquam siue spiritualem, siue temporalem siue multò magis mixtam, ratione muneris, & dignitatis Ecclesiasticæ, qua in illis funguntur, quod sufficit, vt Diœceses, vel territoria sua dici possint; sicuti rectè docent Abb. *in cap. pro illorum, de præbend.* & Cardin. *in Clem. 1. n. 4. de pœnis.* Vide etiam Reginaldum *tom. 1. lib. 9. c. 20. n. 225.* Coriolanum *in Bull. Cœn. excommun. 4.* Sousam *in Bull. Cœn. c. 12. n. 3.* Filliucium *tom. 1. tract. 16. cap. 9. n. 248.* & Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 11. q. 6. num. 6.*

2 Quapropter, si ab huiusmodi locis eiiciantur, excommunicatio præsentis Canonis contrahitur; quamuis non contrahatur, si eiiciantur ex Curia Regis, & locis alienis. Vide Nauar. *num. 67. vers. 5.* Alter. *cap. 4. q. 1.* Suar. *num. 70.* & Graff. *. 18. . 115.*

3 Item contra Reginaldum, Coriolanum, Sousam, Filliucium, & Duardum *in locis supra cit.* contrahitur dicta excommunicatio, si eiiciantur è locis, vbi nati sunt, vel vbi domicilium, castrum hæreditarium, vel domicilium habent; quia & tales loci terræ eorum dicuntur; cùm terra, quæ alicui titulo originis, domicilij, patrimonij, vel hæreditatis competit, iuxta communem, & vulgarem loquendi modum sua dicatur; Atque ita docent Suar. & Alter. *in locis supra cit.* Naldus *verb. Bull. Cœn. n. 46.* & Bonac. *in Bull. Cœn. disp. 1. q. 12. punct. 1. num. 17.*

Dices, Pontifex hanc excommunicationem Bullarem imposuit fauore dignitatum (alioquin frustra ipsarum mentio hic facta fuisset) ergo, vt quis eam contrahat, expellere debet Cardinales, Patriarchas, &c. è loco (in quo spiritualem, vel temporalem iurisdictionem, disiunctiuè saltem, habent) & sic suo, ratione dignitatis, non autem titulo originis, domicilij, aut alio titulo, si ibi nullam iurisdictionem, vel legationem habeant.

Respondetur, quod etiam si fauore dignitatum talem excommunicationem Pontifex imposuerit, 4
tamen, cum ipsius dispositio absolutè, & indistinctè loquatur, non est, cur nos eam ad terras ratione dignitatis subiectas restringamus; præsertim, quia licet secundariò odiosa sit, fauorabilis tamen principaliter est (vtpotè principaliter in fauorem personæ Prælatorum imposita) & & consequenter amplè interpretanda: quapropter in tali casu excommunicationem hanc Bullarem contrahet non solum Iudex, vel Princeps eos eiici 5
iubens, sed etiam iussa exequens, cùm hic censeatur moraliter vna, & eadem persona cum iubente, seu mandante eiici, & idem sit vtriusque delictum. Vide Doctores supra citatos, & præcipuè Sousam *vbi supra, num. 4. & cap. 10 disp 58. concl. 3.*

Cæterum non contrahitur dicta excommunicatio Bullaris, si dictis Prælatis comminetur exilium, 6
& non sequatur effectus. Item si eiiciantur solum verbis comminatoriis, & similiter non sequatur effectus, vt scilicet ob minas relinquant loca, vbi morantur, & inde recedant; quia ad istam excommunicationem contrahendā requiritur actus consummatus, vt patet ex textu, & docent Alterius, Duardus, Filliuc. Bonac. *in locis supra cit.* & Diana *part. 5. tract. 2. resol. 82.* Vide, quæ dicebantur *dub. 4. sect. 6.*

Item non contrahitur, si in suis Diœcesibus, vel terris, &c. non recipiantur; quia Canon loquitur de 7
eiicientibus, non autem de non recipientibus (qua de re Tolet. *lib. 1 c 25. num 5.* & Alterius *in fin. cap. 4*) contrahitur tamen excommunicatio *in Extrauag. Ioannis XXII. super gentes, in communibus,* in qua fertur excommunicatio contra eos, qui Legatos, vel Nuncios eiiciunt. Quæ quidem excommunicatio amplior est, quia fertur contra eos, qui Le- 8
gatos, vel Nuncios eiiciunt, quo minus officium suum exequantur; plus autem est impedire, quàm eiicere, cùm omnis eiiciens sit impediens, & non è contrà; in hoc autem Bullæ Canone excommunicantur solum eiicientes; quapropter impedientes absque eiectione sunt solum excommunicati per prædictam Extrauag. quę quidem excommunicatio non est reseruata.

Apponitur etiam in hac Extrauag. pœna (quæ non apponitur in Bullæ Canone) quod Regna, ter- 9
ræ, & loca talia sint interdicta, quamdiu in eadem pertinacia perseuerauerint.

SECTIO VI.

An mandans contrahat excommunicationem præsentis Canonis, quando mandat, vel potius quando mandatarius actionem mandatam exequitur?

SVMMA

SVMMARIVM.

1. 2. & 3 *Mandans non contrahit excommunicationem præsentis Canonis quando mandat; sed solum quando Mandatarius actionem mandatam exequitur. Item dic de Consulente,fauente,seu auxiliante contra Dianam,Farinacium,& Peregrinum.*

4 *Mandans interfici aliquem per Assassinos statim incurrit excommunicationem.*

5 *Item Religiosus, qui concionatur animo retrahendi Auditores à soluendis decimis etiam effectu non secuto:Intellige,modo ta is animus non dignoscatur exterius.*

RESpondetur, quod mandans(si secundariò, seu accessoriè excommunicetur; idemque dico de consulente,vel iubente,&c.)non contrahat excom-

1 municatione præsentis Canonis, quando mandat, etiamsi centies mandet,sed solum quando mādatarius actionem mandatam exequitur;quia quotiescunque legislator loquitur principaliter de faciente,secundariò autem, seu accessoriè de mandante

2 (idemque dico de consulente, fauente, vel auxiliante, &c.) vt est in casu nostro (in quo primò excommunicantur interficientes, mutilantes; &c de inde secundariò ea mandantes; rata habentes, auxilium,consilium, vel fauorem præstantes &c,sicuti contra Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. Can.* 11.*q*.12.*num*.1.*&* 4 *& q*.14.*n*.2. Sebastianum Acostam *in Bull.Cruc q*.65. & Dian.*part.* 5 *tract.* 2. *resol*.87. Docent Vgolinus *in Bull.Cœn.part.* 2. *cap.* 11.Alter.*de cens tom*.1.*lib*.5 *disp.* 12. *cap.* 6. Sayr. *de cens.lib.* 3.*cap*.15.*num*.9,Graff.*lib*.4.*decis.part.* 1.*cap.* 18.*num*.117.Soula *in Bull.Cœn.cap*.12.*disp*.63.*concl.* 1.*num.* 2.Barbosa *in collect. Doctor.tom.* 3.*lib.* 5 *tit.* 9. *c.* 5.*num*.9. & Bonac.*in Bull.Cœn disp*.1.*q*.12.*punct.* 3.

3 *num*.8.& 9.Quamuis Diana *loc.supra cit.*Farinacius *in praxi criminali part.* 2.*tom*.2.*tit.de crimine læsa Maiestat q*.112 *num*.91.& Peregrinus *in tract.de immun. cap.* 11. *num.* 1. non improbabiliter velint, quod mandantes,&c.saltem *in cap.felicis de pœnis in* 6. excommunicentur æquè principaliter,ac facientes;& sic quod contrahant excommunicationem reseruatam ibi Pontifici, & tanquam Rei criminis læsæ Maiestatis priuentur immunitate Ecclesiarum,etiāsi non sequatur effectus)mandans, vel consulens, &c.non contrahit excommunicationem, antequā fiat actio,seu opus mandatum, argum. *cap. mulieres de sent.excomm.*& ex communi docent Cardin *in Clement* 1.*de pœnis,num*.8.gl.*ibid.verb.mandauerit. S.* Antonin.3 *part.tit*.24 *cap*.3.Caiet. *verb. Excommunicatio,cap*.47.*not*.3.Silu. *eodem verb.* 7. *num.* 44. *& eodem verb*.10.*num*.5.Nauar.*cap*.27.*num*.51.Rebuff. *in explicat.Bulla Cœna art*.8.*verb.Mandatores*, Lessius,*lib*.2.*de iust.& iure cap*.13.*dub*.3. Molin. *tom* 4. *disp*.71.*num* 3.Sayrus *lib*.3.*cap*.26.*num*.22.& 23.& Alter.*lib*.3.*disp*.2.*cap.* 2.*dub*.2.*& lib.* 5. *disp*.12.*cap.* 16.& alij passim.

Quamuis secus, si legislator æquè principaliter loquatur de faciente,& mandante,consulente, auxiliante,&c.quia tunc statim (dato mandato, vel consilio, &c.) mandans,vel consulens,&c contrahit excommunicationem, antequam effectus sequatur.

4 Hinc,qui mandat interfici aliquem per assassinos, statim contrahit excommunicationem latam *in cap.* 1. *de homicidiis in* 6. etiamsi nunquam effectus sequatur;quia ibi æquè principaliter excommunicatur occidens,& mandans.

5 Item & Religiosus, qui concionatur animo retrahendi auditores à soluendis decimis,statim contrahit excommunicationem latam *in Clement cupientes*,§.1.*de pœnis*, etiamsi nihil persuadeat, & effectus similiter nunquam sequatur; quia ibi etiam æquè principaliter excommunicatur non soluens decimas.& prædicans animo retrahendi auditores à soluendis decimis. Quod tamen intellige, si talis animus prodeat aliquo modo in externum; quia Ecclesia non indicat,& sic punitionem non sumit, de puris internis.Sed in ordine ad hæc, quæ diximus in præsenti sectione, vide, quæ dicebamus *dub*.4. *sect*.11.12.*& seqq.*

SECTIO VII.

An, si mandans præmoriatur, antequam actio mandata à mandatario fiat,excommunicationem contrahat?

SVMMARIVM.

1 *Defunctus directe excommunicationem contrahere non potest.*

2 *Mandatum expirat morte Mandantis.*

RESpondetur,quod si mādans,consulens,vel iubens,&c.(in casu quo etiam accessoriè excommunicetur)præmoriatur,antequam actio, seu opus mandatum à mandatario fiat,excommunicationem non contrahat; quia defunctus directè excommunicationem contrahere non potest;tum quia morte mandantis mandatum expirat,*l.mandatum. Cod. mandati,& l.inter causas,ff. mandati*; quapropter sepeliri poterit in loco sacro.Vide gl.*in cap. mulieres de sent excommun.* Felinum, Ostiensem, Innocentium *ibidem* & Auilam *de cens.part.*2.*cap.*5.*disp.* 3. *dub.* 7. Vide etiam, quæ dicebantur *cit. dubit.* 4. *sect*.14. 1 2

SECTIO VIII.

An, vt mandans excommunicationem contrahat, requiratur, vt à mandatario executioni mandetur ipsamet actio mandata, & non alia?

SVMMARIVM.

1 *Mandans,Consulens,vel iubens, in casu, quo similiter accessoriè, & non principaliter excommunicentur, excommunicationem non contrahunt,si actio ipsa executioni demandata non fit, licet qualibet alia non mandata.*

2 *Mandans insequi hostiliter Cardinales; quamuis Mandatarius non ceperit,vel percusserit,mandans excommunicationem contrahit.*

3 *Mandans quod Cardinalis detineatur,si Mandatarius non detineat,sed occidat non contrahit excommunicationem.*

RESpondetur,quod vt mandans,consulens, vel iubens,&c. (in casu,quod similiter accessoriè, seu secundariò excommunicetur) excommunicationem contrahat, requiratur, quod à mandatario executioni mandetur actio ipsa mandata consulta, vel iussa,&c.non autem alia. 1

Hinc, si quis v. g. mandet alteri, vt insequatur 2

tur hostiliter Cardinalem, & mandatarius insequatur, quamuis non ceperit, vel percusserit; mandans excommunicationem contrahit (idemque dico de consulente, fauente, vel auxiliante, &c.) Si autem mandet, vt detineatur, & mandatarius Cardinalem non detineat, sed occidat, mandans excommunicationem non contrahit; quia talem actionem non mandauit, & in talem actionem mandatum ipsius non influxit. Vide Altetium *cap.6.*

SECTIO IX.

An, si mandans reuocet mandatum, excommunicationem contrahat, secuto effectu mandati?

SVMMARIVM.

1 *Mandans in casu, (quo etiam accessoriè excommunicetur) si reuocet mandatum, & reuocatio perueniat ad mandatarium ante executionem; post executionem, excommunicationem, & irregularitatem prouenientem ex delicto, obligationemque restituendi non contrahit.*

2 Paria sunt *non notificare Mandatario reuocationem mandati, & mandatum non reuocare quoad censuram prædictam incurrendam.*

3 *Mandans, licet tempore, quo Mandatarius exequitur mandatum, sit in statu gratiæ, excommunicationem incurrit; quia peccatum sufficit commissum esse, & effectum eius, seu opus externum ex vi illius nunc fieri.*

4 *Assignatur disparitas inter Mandantem, & Consulentem.*

5 *Consulens tenetur, si consultus est motus rationibus ab ipso propositis, secus si sola auctoritate consulentis post reuocatum serio Consilium.*

6 *Item non tenetur, si dederit Consilium verum, secus si falsum, & non retractes sententiam dicendo se esse deceptum.*

7 *Consulens, qui serio retractauit Consilium non contrahit excommunicationem.*

8 & 9 *Neque contrahit irregularitatem ex delicto prouenientem, neque obligationem restituendi in defectu Principalis.*

1 Respondetur, quod, si mandans (in casu, quod etiam accessoriè excommunicetur) reuocet mandatum, & reuocatio perueniat ad mandatarium, qui nihilominus exequatur mandatum, excommunicationem (item irregularitatem ex delicto, ac restituendi obligationem) non contrahat, etiam secuto effectu mandato; quia in tali casu delictum non ex culpa mandantis, sed ex sola culpa mandatarij procedit; cum mandans iam tollat causam; & sic effectus si sequitur, non sequetur ex vi mandati; qua de re sunt multa iura, *ff. mandati,* & docent gl. *in cap. mulieres; de sentent. excommun.* & Molin. *lib. 4. disp. 52.* & alij passim, & nos diximus *suprà dubit. 4. sect. 14.*

Dixi, *si reuocatio perueniat ad mandatarium*; quia, si non perueniat, excommunicationem contrahit
2 mandator (effectu secuto) non minus, quàm si non reuocasset, quia tunc ex vi mandati damnum sequitur, vnde etiam & restituendi obligationem, & irregularitatem, si fortè maudanti (vt si v. g. homicidium mandet) affixa sit, contrahit. Nec refert iuxta communiorem, & probabiliorem opinionem Doctorum (de qua mox *infrà in sequenti sectione*. dicetur) quod modò sit in statu gratiæ, 3 quia etsi censura (sicut & irregularitas ex delicto) non contrahatur, nisi propter peccatum mortale; non tamen est opus, vt illud modò committatur, sed sufficit commissum esse, & effectum eius, seu opus externum ex vi illius (vt in casu nostro contingit) nunc fieri, cùm opus externum imputetur mandanti, tanquam auctori principali, qui altero, vt instrumento, vsus fit.

Dices, ergò dici etiam poterit, quod (si consulens similiter reuocet consilium, & reuocatio perueniat ad consultum, qui nihilominus consilium exequatur) excommunicationem, irregularitatem, ac restituendi obligationem neque contrahat.

Respondetur primò, nego consequentiam; & disparitas est; quia mandatum fit nomine, & gratia 4 mandantis; quare si reuocato mandato, mandatarius post cognitam reuocationem, verè, ac seriò factam, nihilominus delictum committat, censeri non potest hæc executio mandati, sed proprio nomine facta. (Idemque dicas, si quis precibus, blanditiis, vel promissis alterum ad committendum delictum induxit in quo casu etiam sufficit, vt quantum in se est, ostendat sibi displicere, seque propositum mutasse, vel promissa rescindere; cùm similiter alter nomine ipsius, seu vt ipsi gratum faceret, acturus fuerit.) Consilium autem fit gratia consulti, seu vt consulatur rebus consulti, quare si semel persuasisti (v.g. vt occideret) consulto, qui sine consilio tuo non occidisset (quamuis postea seriò consilium reuoces, affirmando v. g. rationes tuas esse falsas, & ineptas, &c. & nihil eorum, quæ ad impediendum homicidium opportuna, & necessaria videbantur, prætermittas, monendo v. g. alterum hominem, vt sibi caueat, quod tamen facere probabiliter contra nonnullos non teneris ex iustitia, sed solum ex charitate, quia, etsi feceris iniuriam alteri, mandando eius homicidium, & voluntatem alicuius ad hoc flectendo, tamen hæc iniuria ante effectum fuerit sublata, cùm voluntas illa occidendi in gratiam mandantis planè euanuerit, nec referat, quod mandatarius persistat in voluntate occidendi; quia hæc voluntas non est eadé, sed diuersa, vtpote ex alio motiuo progrediens, quæ planè per accidens, & fortuitò sequitur priorē voluntatē, nihilominus secuti homicidij causa censeberis, & sic cēsuram, irregularitatem, & restituendi obligationem incurres, sicut incurrit, qui sagittam semel emisit, etsi postea pœnitentia ductus reuocare vellet, si posset; Atque ita docent Innocent. & Abb. *in cap. ad audientiam de homic.* Silu. *verb. Homicidium, 1. num. 11. & verb. mandatum, num. 5.* Nauar. *cap. 27. num. 33.* Moliu. *tom. 3. tract. 2. disp. 731.* Gomez *lib. 3. resol. cap. 3. n. 40. & 44.* Less. *lib. 2. cap. 13. dub. 3. num. 17.* Toletus *lib. 1. cap. 85. post princip.* & alij multi.

Quod tamen intelligas, si consultus occiderit 5 motus rationibus, quas tu illi proposueras. Secus, si motus sola auctoritate tua consulentis, ac postea consilium tuum seriò reuoces, ac te errasse confitearis, cùm tunc non possit amplius auctoritate tua consulentis ad homicidium exequendum ille moueri.

Item intelligas, si dedisti consilium verum, vtilitatem, v.g. vel honorem, qui ex delicto sequitur, 6 ostendendo; vel malum machinanti occultam nocendi rationem aperiendo; secus, si dedisti consilium falsum, seu falso fundamento subnixum, dicendo v.g. contractum esse licitum, vel bellum esse iustum, &c. tunc enim sufficiet similiter, vt postea

sententiam

sententiam retractes,dicendo te esse deceptum, vel explices veritatem sincerè, ita vt coosultus intelligat,te ex animo,non autem muneribus,v.g.corruptum,eloqui ; cùm sic prius consilium satis elidatur;adeò vt si ille nihilominus in concepto facinore persistat, non ex tuo consilio, sed ex sua malitia moueri censeatur ; & consequenter non tibi, sed ipsi effectus imputari debeat.

Respondetur secundò, concedo totum ; & quidem,quod consulens in casu posito,non contrahat excommunicatiooem, est probabilissimum; quia excommunicatio (sicut & quæuis alia censura) habet se per modum propriè dictæ pœnæ ; certum autem est,mitius puniri consueuisse eum,qui,cùm consilium dedisset de committendo delicto, postea seriò retractauit consilium suum , & nihil omisit, quo delictum impedire posset ; cùm tunc , si alter nihilominus postea delictum committat , potius sua malitia , vel propriis rationibus motus committere in foro externo illud præsumatur. Quapropter non est credendum , consulentem in tali
7 casu ordinariam excommunicationis pœnam clerici percussionem suadenti impositam coorrahere; Atque ita ex communiori sententia Doctorum docet Auila *part.2.cap.5.disput.3.dub.7.concl.5* & Diana *part.3.tract.6.resol* 1. contra Nauarrom , & alios *in locis supra cit.*& Bonacinam *tom.3.disp. 2. q. 3.punct.48.num.36.*

8 Quod autem neque contrahat irregularitatem, est probabile ; quia irregularitas ex delicto pœnæ rationem, vel certè similitudinem gerere videtur, & sic non extendenda vltra casus à iure expressos; Atque ita docent Ionoc. *in cit. cap ad audientiam*, S. Antonin. *in 3.part.28.cap.2.§.2.* Silu. *verb. homicidium,1.num.11 §.3.& num* 12. *in fin.* Petr. Nauar. *lib. 3.c.4 num.* 27. contra Nauarrum. Mol. Gomez. & Toletum *in locis etiam supra cit.*

9 Tandem quod neque contrahat restituendi obligationem,est non improbabile;quia,licet (cùm restituendi obligatio naturaliter oriatur ex damno iniustè illato;& sic,si constet , delinquentem reuera motum fuisse ex prauo consilio consulentis, quantumuis suum consilium postea reuocantis,videatur consulens in defectum principalis, ex iustitia obligatus ad damni illati compensationem ; ad similitudinem eius,qui iam semel emisit sagittam, quantumuis postea reuocare vellet,si posset)tamen contrarium defendi potest ex eo,quod dispar ratio sit de consulente , ac de illo , qui iam semel emisit sagittam ; quia iam semel emissa sagitta naturaliter,ac necessariò operatur ; at verò persuasus, contrariis rationibus à sententia dimoueri potest;quare si dissuasionem non suscipiat,effectus postea secutus malitiæ consulti,non autem consulentis ascribi possit,& debeat ; Atque ita docent Salonius *in 2.2.q. 62. art 7. contr. 6.* Petr. Nauar. *loc. supra cit.* Tanner. *in 2.2.disp.4.q.6.dub.14.num.* 394. & Sà *verb. Restitutio , num.* 11. contra Malderum *in 2.2.tract.4.cap.2.dub.3.& alios.*

SECTIO X.

An,si mandans post datum mandatum doleat, sed non possit adeò citò reuocare mandatum , quin sequatur effectus, excommunicationem contrahat?

SVMMARIVM.

1 *Mandans in casu , quo similiter accessorie excommunicetur,si post datum mandatum doleat.sed non possit adeo cito reuocare mandatum quin sequatur effectus , in foro externo excommunicationem contrahit , qua producit omnes effectus maioris excommunicationis.*

2 *In foro externo non est improbabile ipsum mandantem non contrahere excommunicationem, & irregularitatem ex delicto prouenientem.*

3 *Assignatur disparitas inter sagittam proiectam , & mandatum, quia illa semel proiecta naturaliter operatur ; non sic mandatum cum possit moraliter reuocari.*

4 *Per accidens est , quod reuocatio mandati ad mandatarium non perueniat.*

5 *Irregularitas quamuis ex delicto,non est proprie dicta pœna , vel censura ; sed pracise sequitur ex maligno effectu.*

6 *Obligatio restituendi oritur naturaliter ex damno iniuste illato.*

RESpondetur , quod si mandans (in casu,quod 1
similiter accessoriè excommunicetur)post datum mandatum (idemque dicas de iubente in ordine ad iussiooem , & de consulente in ordioe ad consilium , &c.) re adhuc integra doleat de peccato , sed non possit adeo citò reuocare mandatum , quin sequatur effectus (quamuis quoad Ecclesiam,seu in foro externo, secuto effectu , habeatur pro excommunicato , item & pro irregulari ex delicto,ità,vt,si sit non toleratus , non possit mortuus humari in loco sacro,donec ab excommunicatione absoluatur;& si fuerit humatus, ex Abb. & Felino , debeat exhumari;Item non possint offerri Sacrificia, & orationes publicè pro ipso,antequam absoluatur , nec prosint eidem in Purgatorio suffragia Ecclesiæ,nisi præmittatur absolutio , ex eo, quia mandans , quantum est ex parte sua , operis prohibiti malitiam iam compleuit ; quamuis ex parte effectus,consummatio seu executio expectetur , tanquam conditio , sine qua iuris pœna non incurritur;perinde ac si lapidem,vel sagittam causa occidendi clericum è tecto proiiceret,in quo casu,licet statim post iactum pœniteat,& reuocaret,si posset,excommunicatiooem , & irregularitatem in omnium sententia contrahit , si clerici occisio sequatur) tamen quoad Deum , & in foro interno 2
non improbabiliter excommunicationem , item & irregularitatem ex delicto , non contrahat; quia iam egit pœnitentiam, & existit in gratia.

Et ad fundamentum oppositæ sententiæ res- 3
ponderi posset , disparem rationem esse de lapide, vel de sagitta proiecta,ac de mandato,quia illa semel proiecta naturaliter , ac necessariò operatur, non sic mandatum ; cùm hoc possit moraliter reuocari ; & si eius reuocatio ad mandatarium non 4
perueniat , vel perueniens non operetur , esse aliquo modo per accidens ; Atque ita docent gl. *in cap. cùm quis de sent. excomm. in 6.* Abb. Io. Andreas , Petrus de Ancharano *in cap. mulieres eodem tit.* & alij apud Siluestrum *verb. Excommunicatio,6. num. 5. vers. tertio* , & Auila *p.* 2. *cap. 5. disp. 3. dub.* 7. contra alteram glossam , & Hostiensem *in dic. cap. Mulieres* , Molinam *tom. 4. disp. 52. num. 3.* Lessium *lib. 2. cap. 13. dub. 2.* Alterium *lib. 3. disp. 11. cap.2.dub.2.* Coninch. *disp 14.dub.15.num.* 183. Bonac. *de cens. disp.2.q.4.punct.3.*& alios complures; quorum tamen tamen opinio(vt modò supra

pra in sectione præcedenti, *& in Dubitat. 4. sect. 14.* dicebam) est multò probabilior, & sequenda, præsertim si de irregularitate loquamur, quia irregularitas (quamuis ex delicto) non est propriè dicta pœna (vt censura) sed præcisè sequitur ex maligno
5 effectu, v.g. homicidij (cuius aliquis causa extitit) sicuti sequitur restituendi obligatio, quæ naturaliter oritur ex damno iniustè illato; Atque ita in-
6 dicant Molina *to. 3. post. tract. 2. disp. 731.* Gomez *lib. 3 resol. cap. 3. num. 40. & 44.* Nauar. *cap. 27. num. 33.* Tolet. *lib. 1. cap. 85. post princip.* Quamuis Innoc. *in cap. ad audientiam de homicid.* S. Antonin. *in 3. p. tit. 28. cap. 2. §. 2.* Silu. *verb. Homicidium, num. 11. §. 3. & num. 12. in fin.* Petr. Nauar. *lib. 3. cap. 4. num. 27.* & alij eodem modo philosophentur de irregularitate ex delicto, ac de censura, ex eo, quod talis irregularitas per ipsos, vel pœnæ rationem, vel certè similitudinem aliquam gerat.

SECTIO XI.

An, & quid, vt qui ratum habet crimen, excommunicationem contrahat, requiratur

SVMMARIVM.

1 *Vt sit factum nomine ipsius.*
2 *Vt sciat, factum esse nomine ipsius.*
3 *Vt possit fieri nomine ipsius.*
4 *Vt tunc habuerit vsum rationis.*

1 RESpondetur, de hac re dixi supra *Dubit. 4. sect. 16.* quapropter nunc breuiter dico, quod vt qui ratum habet crimen, excommunicationem cōtrahat, requiratur.

Primò, vt crimen factum sit nomine, id est, intuitu, seu contemplatione ipsius, qui ratum habet: aliàs esto ratum habeat, excommunicationem (quamuis peccet) non contrahet, *cap. cùm quis de sent. excomm. in 6.* & ibi gl. Ioan. de Anania *in cap. laudabilem, de conuer. coniug.* Molin. & Bonac. *in locis supra cit.* Suar. *disp. 22. sect. 1. num. 55.* Sayr. *lib. 3. cap. 26. num. 25.* Tolet. *lib. 1. cap. 31. num. 7.* Angles *lib. 4. sent. 9. de excommun. art. 5. diff. 3.* Et ratio est; quia (vt habetur *in cit. cap. cum quis, & in regula 9. iuris in 6.* & docent gl. *ibid. & in cap. felicis de pœnis in 6. & in Clem. si quis suadente, eodem tit.* Io. Andreas *in dict. cap. felicis,* S. Antonin. *3. p. tit. 25. cap. 2. & 3.* Silu. *verb. Excommunicatio, 7. num. 23.* Tabien. *eod. verb. 5. cas. 2. num. 6.* Sayrus *lib. 3. cap. 15. num. 11* & Suar. *to. 5. disp. 21. num. 71.*) ratum quis propriè habere non potest, quod ipsius nomine factum non est, quia consensus in alienum factum, vt alienum, non est ratihabitio; cum nullo modo influat in tale factū Si tamē (vt habetur in regula 110. ibid & *in cit. c. cùm quis*) eius nomine (licet ipso nesciente) factum sit, & factū postea ratum habeat, & laudet, retrotrahitur ratihabitio, & comparatur mandato. Vnde propriè ratum habere non est, quomodocunque consentire, & laudare factum (cùm id fine vllo influxu fieri possit) sed virtualiter, & cum influxu consentire, & laudare.

Secundò, vt quando scit esse factum, illud ratum
2 habeat, nomine suo esse factum: non enim sufficit, si gaudeat esse factum, nisi etiam ratum habeat suo nomine esse factum; nec etiam sufficit, si ratum habeat interius, nisi etiam intentio interna exeat in externum; quia solo actu interno nullus excommunicatur; quin (cùm Ecclesia non iudicet, atque adeo punitionem non sumat de internis) excommunicari non potest.

. Tertiò, vt sit tale delictum, quod per alterum possit committi: secus, si non possit, vt est adulterium, incestus, &c. 3

Quartò, vt quando crimen nomine ipsius factum est, habuerit ipse perfectum vsum rationis, 4 ita vt pro tunc potuerit, si postulatus fuerit, culpabiliter crimen præcipere; quapropter si pro tunc erat infans, furiosus, ebrius, dormiens, aut quomodocunque aliter vsu priuatus, licet vsum rationis perfectum postea consequatur, & ratum habeat crimen, excommunicationem non contrahet, quia pro tunc non erat instatu, in quo potuerit illud præcipere, Ita Io. Andr. Abb. *in locis supra cit.* Molin. *to. 4. tr. 5. 2. num. 4. & 5* Nauar. *cap. 27. numer. 133.* & alii passim. Vide, quæ dicebantur, *cit. dubit. 4. sect. 16.*

SECTIO XII.

An qui ratum habet crimen, excommunicationem contrahat in puncto ratihabitionis, vel in puncto delicti commissionis?

SVMMARIVM.

1 · *Excommunicatio contrahitur de tempore ratihabitionis, non de tempore commissi delicti.*
2 *Ratihabitio retrotrahitur quoad culpam, non autem quoad pœnam, nisi exprimatur in iure, vt in casu dicti Canonis.*
3 *Ratihabitio neque retrotrahitur quoad obligationem restitutionis damni illati, quia qui ratum habet crimen non est causa illius.*
4 *Factum, per quod damnum illatum est, nullo modo pendet ex ratihabitione tanquam ex causa mouente.*
5 *Ratificans non censetur causa efficiens delicti, & voluntarie mouens ad damni irrogationem; sed potius censetur causa finalis, qui non mouet voluntarie, sed naturaliter ex parte sua.*
6 *Regula, quod ratihabitio retrotrahitur, & comparetur mandato, limitatur.*
7 *Primo quoad opus patratum & obligationem restituendi.*
8 *Ampliatur quoad contractus, quia sola voluntate foris expressa firmari possunt contractus præteriti.*
9 *Ampliatur etiam quoad pœnam in foro externo.*
10 *Non prohibens ei, qui paratus est nomine tuo occidere Inimicum, contrahis restituendi obligationem, si ipse occisor sciat animum tuum prauum, secus autem, si nesciat. Potest etiam aliquando teneri vt non obstans.*
11 *Mutus non obstans, non manifestans non tenetur ad restitutionem pro omissione, etiam si pro illa pecuniam accipiat, nisi in casu, quod ex officio, & sic ex iustitia obligetur.*

RESpondetur, quod etiam requisitis omnibus, 1 quæ in superiori Sect. dicebam positis, qui ratum habet crimen excommunicationem non contrahat, nisi in puncto ipsius ratihabitionis, non autem in puncto delicti commissionis; qua de re Molina, & Doctores alii supra citati. Vide etiam citatam regulam *9. & 10. de regul. iur. in 6. & Clement. Si quis suadente, de pœnis, & cap. felicis,*

eodem titulo in 6.& quæ dicebantur *cit. dubitat. 4. sect.16.*

An autem ratihabitio, sicuti retrotrahitur quoad excommunicationem, ita etiam retrotrahatur quoad irregularitatem, & matrimonij impedimentum; vt si quis, v.g. ratum habeat homicidium nomine suo factum?

Respõdetur, quod, licet ratihabitio retrotrahatur in vniuersum, & in omni casu quoad culpam, non tamen retrotrahitur quoad pœnã, nisi exprimatur in iure, vt exprimitur in casu nostro de excommunicatione. Ratio, quia in pœnis non valet illatio à paritate, quin neque aliquando à maioritate rationis; Atque ita docet Couar. *par. 2. §. 1. num. 4.* Henriquez *lib. 1 4. cap. 16.* Coninch *disp. 18. numer. 71.* & Hurtad. *de irregularit. disp. 2. diffic. 7.* qui etiam rectè subdunt cum Medina *Cod. de restit. q. 7. ad 4.* Lessio *lib. 2. cap. 13. dub. 3. num. 13.* Molina *to. 3. tract. 2. disp. 729. num. 3* & Vasq. *Opusc. de restit. cap. 9 §. 1. num. 19.* contra Paludanum *in 4. dist. 15. q. 2. art. 3.* Siluestrum *verb. Restitutio, 3. q. 6. dict. 2.* Angelum *verb. Furtum, num. 20.* & Nauarrum *cap. 17. n. 233.* quod neque ratihabitio retrotrahatur quoad obligationẽ restitutionis damni illati; quia qui ratum habet crimen, v.g homicidium, non est causa illius, cum supponat illud iam factum; & ad præteritum non sit potentia; & ex ratihabitione cuiuscunque facti præteriti, ipsum factum, per quod damnum illatum
4 est, nullo modo pendeat, tanquam ex causa mouente.

Nec obstat, quod tuo nomine factum sit; quia inde
5 de tantum sequitur, voluntatem tuam fuisse causam finalem; & ideo illum fecisse, vt tibi gratum faceret, quod non sufficit, vt tu censearis causa efficiens, & voluntariè mouens ad damni irrogationem: finis enim non mouet voluntariè, sed naturaliter ex parte sua.

Dices, in *cap. ratihabitionem, de reg. iur. in 6.* ha-
6 betur, quod ratihabitio retrotrahitur, & comparatur mandato, ergo, &c.

Respondetur, distinguo antecedens: retrotrahitur, & comparatur mandato, quoad opus patratum,
7 & obligationem restituendi, nego ob rationem dictam: retrotrahitur, & comparatur mandato, quo-
8 ad contractus, concedo; quia sola voluntate foris expressa firmari possunt contractus præteriti (vt hi subsequente ratificatione subsistant) & si non sic causari possit damnum præteritum. Vel retrotrahi-
9 tur, & comparatur mandato, quoad pœnam in foro externo; & similiter concedo; quia qui ratum habet crimen, in foro externo punitur, sicut & qui mandauit; qua de re gl. *communiter recepta in l. 1. §. deiecisse, ff. de vi, & vi armata.*

Dices secundò, quid dicendum sit de illo, qui, cùm sciat te paratum esse, nomine ipsius damnum inferre, v.g. inimicum ipsius occidere, non prohibeat, cùm facilè possit, contrahat nè restituendi obligationem in foro conscientiæ, tanquam ratum habens, vel virtualiter mandans?

Respondetur, quod, quamuis Molina *to. 3. tract. 2. disp. 729. num. 6.* & alii affirment, tamen cum Re-
10 bellio *par. 1. lib. 2. q. 14 sect. 3. n. 13.* & aliis in hunc modum distinguendum sit: vel tu scis, eum propositum tuum prauum nosse, & non contradicere, seu impedire; vel nescis. Si primum, taciturnitas eius indicatur consensus, & approbatio, per quam si tu mouearis ad delictum perpetrandum, de damno tenebitur. Si secundum, non tenebitur, vt mandans; quamuis interdum teneatur vt non obstans; si videlicet ex officio, ideoque ex iustitia, & non solum ex charitate obligatus sit ad damnum iniustum impediendum. Et in hoc sensu vera est Doctrina Molinæ; cùm ex communiori, & probabiliori sententia Doctorum, mutus, non obstans, non manifestans
nõ teneatur ad restitutionem pro omissione (etiam- 11
si pro illa pecuniam accipiat, v.g. pecuniam accipiat à fure, ne clamet, ne manifestet, & sic nè furtum impediat) nisi in casu, quod ex officio, & sic ex iustitia obligetur non omittere, & damnum iniustum impedire; vel nisi res accepta sit pars furti, quam vtique tenetur restituere, ratione rei acceptæ. Vide Sotum *de iust. & iur. lib. 4. q. 7. art. 3.* Nauar. *c. 17. num. 21.* Lessium *lib. 2. cap. 13. dub. 10. num. 68.* & Layman. *lib. 3. tract. 2. c. 5. n. 8.*

SECTIO XIII.

An, & quid per ly auxilium, consilium, aut fauorem præstare, intelligi debeat?

SVMMARIVM.

1 *Per auxilium, Consilium, aut fauorem intelligi debet si quis hæc faciat suadendo, rogando, instando, secuturam vtilitatem ostendendo, vel impellendo.*

2 *Dubitans an suo auxilio, consilio, aut fauore, item & mandato secuta sit interfectio, probabile est, quod non contrahat obligationem restituendi etiam in defectu Principalis contra Doctores obligantes ad totum, & obligantes ad partem pro quantitate dubij.*

3 *Intellige cum Sanchez, nisi dubitans habeat probabilem rationem dubitandi de opposito.*

4 *Censura, & irregularitas, probabile est quod in dubio non contrahantur, pœna n. in dubio præsumi non debet.*

5 *Censura non contrahitur ab eo, qui alterum certo proposito determinatum suo auxilio, consilio, fauore, seu mandato ad interficiendum magis confirmauit. Item dic de obligatione restitutionis in defectu Principalis.*

6 *Confirmans in tali proposito grauiter peccat contra Iustitiam, licet consilium non dicatur efficax; cum damnum ex ipso tanquam ex causa non sequatur.*

7 *Idem dicendum videtur etiam si causa efficax consulens fuerit, vt citius, animosius, aut expeditius, aut in alio loco damnum inferatur, non enim influit in substantiam, sed in modum damni.*

8 *Consulens præfato modo, si maius damnum illatum sit, tenetur de excessu.*

9 *Consulens furi per se parato furari decem, vt furetur viginti, secuto effectu, contrahit tantum obligationem restituendi decem.*

10 *Cooperans materialiter tantum, licet in effectum formaliter non influat, tenetur ad restitutionem.*

11 *Cooperans naturaliter tantum in foro externo puniri solet, nisi metus iustus excuset.*

12 *Christiani captiui in Turcarum, vel hæreticorum Triremibus contra Catholicos remigantes excusantur à peccato, & censura.*

13 *Homo præbens furioso ensem, timens ne ab illo occidatur, & sic de aliis, excusatur. Idem dic de tenente scalam furi, & de Rusticis asportantibus iniustas prædas militum à metu mortis adductis.*

14 *Irregularitas non contrahitur à suadente mitiorem occisionem ei, qui crudeliorem determinatè intendebat, secus est si quis interficiat tum ex vi propositi* proprii, *cum ex vi Consilij consulentis & mandantis.*

15 *Si duo vulnerent eundem hominem vulneribus non lethali*

lethalibus distinctinè, lethalibus autē collectinè, vterque erit irregularis, quin vterque est causa efficax mortis.

16 *Si alter vulneret lethaliter, alter vero non, ille tantum erit irregularis, non iste, etiam si mortem accelerет tali vulnerationem.*

17 *Vulnerans lethaliter aliquem, qui ab alio occiditur, non contrahit irregularitatem, quamuis etiam totalis causa mortis fuerit.*

REspondetur, quod per ly auxilium, consilium,
1 aut fauorem præstare, intelligi debeat, si quia
hæc faciat suadendo, rogando, instruendo, secutu-
ram vtilitatem ostendendo, vel impelleodo, &c (si-
cuti præter alios docet Silu. *verb. Excommunicatio,*
7. num. 44. ex l. 1. ff. mandati,) ita vt ipsius coopera-
tio inuoluat culpam Theologicam, & actu influat
in effectum, seu sit efficax. Vide quæ dicebamus *su-*
pra dubu. 4. sect. 5. & 13.

Dices primò, quid dicendum sit de illo, qui du-
bius est, ao ex suo auxilio, consilio, aut fauore (item
& mandatu, &c.) secuta sit v.g. interfectio, coutta-
hat ne in tali casu censuram, & irregularitatem?

Respondetur, quoniam probabile est, quod in
tali casu non contrahat (neque iu defectum prin-
2 cipalis) obligationem restituendi, sicuti cuntra
Couarr. *in Clem. si furiosus, part. 2. §. 2. num. 1.* Salas
in p. 2. tom. 2. tract. 8. disp. 1. sect. 23. num. 249. Mascar-
dum *de probat. tom. 1. concl. 419. num. 9.* Sanchez *de*
matrimon. tom. 1. lib. 2. disp. 21. num. 17. Naldum *verb.*
Consilium, num. 13. & Sancium *in select. disp. 42. n. 14.*
obligantes eum ad totum; & cuntra Mulinam
tom. 3. disp. 736. num. 6. & alios obligantes eum ad
partem pro quautitate dubij, docent Silu. *verb. Re-*
stitutio, 3. q. 6. dict. 2. Sot *de iust. & iur. lib. 4. q. 7. art. 2.*
Nauar. *cap. 16. num. 48. & 49* Less. *lib. 2. c. 10. dub. 6.*
num. 39. Medina *Cod. de restit. q. 7.* Sayrus *in Claui*
Regia 10. tract. 2. c. 8. num. 1. Nauarra *lib. 3. cap. 4.*
dub. 4. num. 48. Rebellius *part. 1. lib. 2. q. 14. sect. 2.*
Henriquez *lib. 14. cap. 3. num. 4. in fin. & in gl. lit. B.*
Tannerus *in 2. 2. disp. 45. q. 6. dub. 14. num. 395.* Sà
verb. Restitutio, num. 35. Filliucius *tom. 2. tractat. 21.*
cap. 4. num. 167. (quod saltem admitti debet, si, vt
docent Heotiq. *lib. 14. cap. 16. num. 3.* & Sayrus *de*
cens. lib. 7. cap. 3. num. 3. interfector asserat, se ooo à
consilio motum fuisse; quamuis id limitet Sanchez
lib. 1. moral. cap. 10. num. 44. si ioterfector fide dignus
sit, vel aliæ coniecturæ coucurrant) ex eo, quod in
dubio melior est conditio possidentis; cùm nemo
3 teneatur aliquid soluere, & re sua spoliare, nisi se
debere, moraliter certus sit, id est, ita credat posi-
tiuè, vt nuu habeat probabilem rationem dubitan-
di de uppusitu; qua de re videri poterit S. Thom.
2. 2. q. 62. art. 7.

Respondetur, inquam, quoniam ptubabile est,
quod in tali casu non cunttahat (neque iu defe-
4 ctum principalis) restituendi obligationem, pro-
babile etiam esse, quod neque euntrahat censuram,
& irregulatiratem; tum à paritate ratiunis; tum
quia iu vniuersum opere, & euentu delictum con-
summatum, atque exiude cousequens pœna in du-
bio præsumi non debent, sed demoustrari, cùm sint
quid odiosum; & homu existat in possessiune suæ
immuuitatis; quapropter omnia iura clamant,
reum dubium esse absoluendum; & odia esse re-
stringenda; fauores autem ampliandos, *reg. 167. ff. &*
reg. 15. in 6. Vide Henriq *cit. cap. 3. num. 3. & 4. &*
cap. 14. num. 3. Suar. *de cens. disp. 40. sect. 6. n. 10.* Re-
bellium *p. 2. lib. 1. q. 2. sect. 2.* & Layman. *lib. 1. tract. 1.*
cap. 5. §. 4. n. 38. & sequent.

Dices secundò, quid dicendum sit de illu, qui
alterum certo propositu determinatum, suo auxi-
lio, consilio, aut fauore (item & mandato, &c.) ad
interficiendum v.g. magis confirmauit, contrahat-
ne in tali casu censuram, & irregularitatem?

Respondetur similiter, quoniam probabile est,
quod in tali easu etiam non contrahat (neque in 5
defectum principalis) restituendi obligationem,
sicuti cuntra Caietanum *2. 2. q. 62. art. 7.* Sotum *de*
iust. & iur. lib. 4. q. 7. art. 3. & Medinam *de restit. q. 7.*
& 8. docent Paludanus *in 4. d. 15 q. 2. art. 3.* S. Auto-
nin. *part. 2. tit. 1. cap. 12. §. 12.* Adrian. *in 4. de restit.*
vbi de cutrentibus eum fure, *dub. 1.* Silu. *verb. Resti-*
tutio, 3. q. 6. dict. 3. & 4. Nauar. *c. 17. n. 17.* Less. *lib. 2.*
c. 13. dub. 2. n. 6. Sà *verb. Restitutio n. 39.* & fauet S.
Th. *2. 2. q 62. art. 7. & in 4. dist. 15. q. 1. art. 5. quæ-*
stiunc. vlt. ex eu, quod etsi io dicto casu grauiter pec-
cet, etiam cuntra iustitiam, tamen ipsius aoxilium,
cousilium, aut fauor (item & mandatum, &c. oon
fuerit efficax; cùm damnum ex ipso, tanquam ex
causa, non sequatur, sed tantum vt quid cuocumi-
tans se habeat; & sic ipse non fuetit causa efficax, vt
damnum absolutè, & secundùm substautiā inferre- 6
tur; cùm alter per seipsum determinatus fuerit ad
inferendum, vt etiam absque tali auxilio, consiliu,
aut fauore (item & mandato, &c.) illud intulisset.

Quod & diceudum mihi videtur, etiamsi is tali 7
auxilio, consilio, aut fauore (item & maudatu, &c.)
causa efficax fuerit, vt citius, animosius, aut expedi-
tius, aut in alio loco, &c. damnum inferretur; sicuti
contra Medinam *cit. q. 8.* Petr. Nauar. *lib. 3. c. 4. n. 15.*
35. & 67. Mulinam *disp. 736. num. 3.* & Vasq. *opusc. de*
restit. cap. 9. §. 1. dub. 1. in fin. & dub. 2. num. 31. doceut
Lessius *in loco supra cit.* Diana *part. 3. tract. 5. resol. 84.*
& alij; ex co, quod & iu tali casu etiam nun fuetit
causa efficax substantiæ damni, sed solum modi, vel
circumstautiæ, cum qua damnum executioni man-
daretur, v.g. quod inferretur hoc tempore hoc lo-
cu, hoc instrumento, hoc modo, &c.

Confirmatur, quia moraliter rem æstimandu,
parum, quin nihil, interest ad illatiouem damni,
vtrum hac, vel illa diei hura, hoc vel illo loco, hoc,
vel illo modo, &c. damoum, seu interfectio execu-
tioni mandetur, si sioe dubio executioni mandan-
da erat. Quamuis, si is tali auxilio, eonsilio, aut fa-
uore (item & mandato, &c.) causa efficax fuerit, vt 8
maius damuum inferretur, quàm alioquin illatum
fuisset, teneatur de excessu, licet solo, cum excessus
solius causa efficax fuetit; sicuti rectè docent S. An-
tonin *loco supra cit.* Nauar. *num. 20.* Lessius *num. 6.* &
culligitur ex communiori, & probabiliori doctri-
na, quam contra Adrianom *loc. supra cit.* & Molinam
disp. 736. num. 2. tradunt Maior *in 4. dist. 15. q. 26.*
Medina *cit. q. 8.* Couar. *reg. peccatum, part. 2. §. 11. ad*
fin. Petr. Nauar. *lib. 3. cap. 4. n. 48.* & Rebell. *cit. lib. 2.*
q. 14. sect. 4. num. 20. nempe, quod is, qui furi per se 9
parato furari decem, persuasit, vt furaretur viginti,
secuto effectu, coutrahat tantum obligatiunem re-
stituendi decem.

Quod & diceudum etiam mihi videtur, quo- 10
tiescunque eius cooperatio, quomodocunque præ-
stita, fuerit tantum materialis, nempe iu effectum
formaliter non iufluens, quia scilicet sine ipsa idem
damnum à damnificante illatum fuisset; v.g si in-
terfectori, interficieudi gratia, ascendeuti scalam
tenuisset, quam, etsi uemo tenuisset is tamen asceu-
disset; vel si eidem arma commudasset, vel portasset,
sine quibus tamē interfecisset (idemque multò ma-
gis dicendum, si furi, furandi gratia, ascendenti sca-
lam similiter tenuisset, quam, etsi nemu tenuisset, is
tamen ascendisset; vel si eidem in aspo tandis rebus

furtiuis auxilium præstitisset, quas sine cuiusque
auxilio, is tamen asportasset, & furatus fuisset) sicu-
ti consentiunt Adrianus, Paludanus, S. Antonin. &
Nauar, *in locis supra cit.* & tradunt Molina *cit. disp.*
736. *n.* 5. Petr. Nauar. *n.* 49. Less. *cap.* 13. *dub.* 4. *n.* 35. &
11 Diana *cit. resol.* 84. contra Vasq. *cit. dub.* 2. & alios.
Quamuis in externo foro talis cooperator puniri
consueuerit, nisi metus iustus excusaret: qua ratio-
ne excusantur (etiam à peccato ne dum à pœna in
12 foro externo) Christiani captiui in Turcarum, vel
hæreticorum triremibus contra Catholicos remi-
gantes, propugnacula ædificantes; sarcinas, machi-
nas, & arma ad bellum necessaria portantes; Tur-
cas, vel hæreticos ad pugnandum contra eosdem
Catholicos humeris sustentantes. Item excusatur
13 homo ensem homini irato, vel furioso præbens, si
timeat, ne alioquin ab illo occidatur; & sic de
aliis, &c. Et multò magis (cùm simus in bonis for-
tunarum, & non vitæ) excusatur homo, si metu mor-
tis adductus, furi furandi gratia ascendenti scalam
teneat, & applicet; & excusantur rustici, si similiter
metu mortis à militibus, vel prædonibus adducti,
prædas iniustas auehant, vel asportent, &c.

Respondetur similiter (inquam) quoniam pro-
babile est, quod & in dictis casibus non contrahat
(neque in defectum principalis) restituendi obli-
gationem is, qui auxilium, consilium, aut fauo-
rem (item & mandatum, &c.) præstitit; probabile
etiam esse, quod & idem in iisdem casibus neque
contrahat censuram, & irregularitatem; tum à pa-
ritate rationis, tum quia pœnæ in vniuersum sunt
restringendæ, fauores autem ampliandi, sicuti *su-
pra* dicebatur. Vide Sayrum *de cens. lib.* 7. *cap.* 3. *&*
14 *in Claui Reg. lib.* 10. *tract.* 2. *cap.* 8. Bonac. *to.* 3. *disp.* 2.
q. 3. *punct.* 48. *num.* 28. Hurtad. *de irregular. disp.* 2. *diff.*
6. Layman. *lib.* 3 *tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 7. *num.* 4. vbi sub-
dit, & rectè, irregularitatem non contrahere illum,
qui suadet, vel iubet mitiorem occisionem ei, qui
determinatus crudeliorem intendebat perpetrare,
quia suadet, vel iubet actum pietatis. Vide etiam
Dianam *par.* 3. *tract.* 6. *resol.* 1.

Excipe tamen, si qui damnum dat, seu interfi-
cit, &c. damnum det, seu interficiat, tum ex vi pro-
positi proprii, tum ex vi consilij consulentis, vel ex
vi mandati mandantis; quia in tali casu cùm consu-
lens, vel mandans, ex eo quod sit causa efficax (licet
partialis) substantiæ actus, seu influat (licet partia-
liter) in substantiam actus, contrahat restituendi
obligationem; contrahet etiam consequenter cen-
suras, & irregularitatem.

Hinc si duo vulnerent eundem hominem vul-
15 neribus non lethalibus disiunctiuè, lethalibus
autem collectiuè, vterque erit irregularis; quia
vterque mortis est causa efficax, licet partialis.
16 Quod si vnus vulneret lethaliter, alter autem non
lethaliter, ille tantum erit irregularis, non iste,
17 etiamsi iste sic vulnerando mortem acceleret:
quamuis & qui vulnerauit lethaliter, aliquan-
do etiam (si scilicet vulneratus, interim ab
alio occidatur, v. g. globo) irregularitatem
non contrahat, quamuis fuerit mortis causa,
etiam totalis; quia etsi fuit mortis causa, etiam
totalis, non tamen fuit in tali casu mortis causa,
totalis completa, & consummata; quod etiam ad
pœnas incurrendas requiritur. Vide Hurtad. *loc.
supra cit. diff.* 5. *&* 8. quæ nos *lib. de parlamentis, Du-
b.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 31. *per totam* diffusè diceba-
mus.

SECTIO XIV.

An si quis non impediat offensionem in Cardinalem, Patriarcham, &c. cum possit impedire, contrahat excommunicationem Bullarem præsentis Canonis?

SVMMARIVM.

1 Non *Impedientes, qui aliàs possunt impedire non liguntur in dicto Canone.*

2 *Pontifex quando intendit vinculo excommunicationis ligare etiam non impedientes, solet eos exprimere.*

3 *Non impedientes percussionem Clerici, excommunicantur à Canone, Si quis suadente.*

4 *Limita vt non incurrant quando possunt; sed non tenentur ex officio, aut iustitia.*

5 *Neque quando possunt cum incommodo, vel soluendo pecuniam, contra Dianam: neque quando possunt sine magno incommodo contra Caietanum, & alios.*

6 *Neque si in tali casu non impediant ex odio, & mala voluntate, contra Hostiensem.*

7 *Consentientes, qui ad percussionem Clerici conferunt Consilium, auxilium, vel fauorem, incidunt in Canonem, Si quis suadente.*

8 *Non impediens, cum possit impedire, in foro externo præsumptiue censetur excommunicatus; quia præsumitur ideo non impediuisse, vt opem ferret percutienti.*

9 *Effectus secutus ex omissione, imputatur tanquam causa morali solum ei, qui omisit contra debitum Iustitiæ.*

10 *Effectus censetur solum volitus interpretatiuè ab eo, qui cum possit ex charitate impedire, non impediat.*

11 *Qui tenetur impedire solum ex charitate, cum possit, & non impedit, peccat mortaliter, & nullam aliam contrahit obligationem, neque censuram.*

12 *Non impediens cum magno incommodo cum tamen ex iustitia teneatur, etiam si non impediat ex odio; quin etiam ad vindicãdam iniuriam sibi illatam quod irregularitatem non contrahat est probabilis opinio.*

RESpondetur negatiuè; Atque ita contra Vgo-
linum *par.* 2. *cap.* 11. Alterium *de cens. to.* 2. *lib.* 5. 1
disp. 12. *c.* 6. & Duardum *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 11. *q.*
19. *num.* 1. docent Bonacina *in Bull. Cœn. disp.* 1. *q.* 12.
punct. 3. *num.* 14. & alij. Vide etiam, quæ dicebantur
dubit. 4. *sect.* 15. Et ratio est; quia in tali Canone ex-
communicantur solum facientes, & secundariò
auxilium, consilium, vel fauorem dantes; sed qui
non impedit (propriè loquendo) non dat auxilium,
consilium, vel fauorem (cùm negatiuè se habeat, & 2
auxilium, consilium, vel fauor ex alio capite influ-
xum importet.) Ergo, &c. tum quia quando Ponti-
fex intendit vinculo excommunicationis ligare
etiam non impedientes, solet eos exprimere, vt in
cap. quantæ de sentent. excommun. vbi propterea ex-
communicantur excommunicatione Canonis *Si
quis suadente*, non impedientes percussionem cleri- 3
ci, si scilicet illam impedire possunt. Quod non in-
telligas contra Dianam *par.* 5. *tract.* 2. *resol.* 88. si 4
possint, etiam cũ incommodo, vel soluendo pecu-
niam. Neque intelligas contra Caietanum *verb. Ex-* 5
communicatio, cap. 10. Siluestrum *verb. restitutio,* 3 § 6. 6
p. 3. *in fin.* & Medinam *Cod. de restitut. q.* 7. si possint
sine magno incõmodo, quamuis teneantur solũ ex
charitate

charitate; quin neque intelligas, etiamsi in tali casu non impediant ex odio, & maleuolentia contra Hostiensem *in dict. cap. quanta, in fin.* & ibi Panorm. *num.7.* & Boic. *num.6.* Angelum *verb. Homicidium.1.§17.* Siluestrum *verb. eodem 2.q.5.* & Couarruuiam *in Clement. si furiosus p.2.§.2. num.7.* Sed intelligas, si impedire possint sine magno incommodo, & teneantur solum ex officio, & iustitia, sicuti docent gl. *in cit. cap. quanta*, S. Antonin. *3. par. tit.28. cap.12.* Nauar. *in Commentar. super cap. non inferenda 23. q.3. num.31. & 38. & in sum. cit. cap.24. num.10. & 22. & cap.27. num.78. & 231.* vbi idem tenet quoad irregularitatem; idemque tu dicas ex communi quoad restituendi obligationem. Vide Toletum *lib.1. cap.31. in fin.* Victorellum *in addit ibi*, & Henriq. *lib. 14. de irregular. cap. 12. num.7. lit. H.* vide etiam, quæ dicebantur *suprà cit. dubi.4 sect.15.*

Neque obstat, si dicas, quod *in cit. cap. quanta*, excommunicantur consentientes, ergo & hîc. Respondetur enim id esse, quia consentientes exprimuntur ibi non hic. Vnde retorquetur argumentum; vel respondetur, quod excommunicen-
7 tur ibi consentientes, non quidem omnes, sed qui ad clerici percussionem conferunt, consilium, auxilium, vel fauorem dando (vt rectè gl. *ibidem*) vnde retorquetur etiam argumentum.

Neque obstat secundò, si dicas, quod *in cit. cap. quanta*, dicitur, *illos delinquentibus fauere interpretamur, qui cùm possint, manifesto facinori desinunt obuiare.*

8 Respondetur enim cum Nauarro *in cit. cap. 24. n.20.* id intelligi in foro externo præsumptiuè, ita vt qui non impedit, cùm possit sine magno incommodo impedire, & non impediat, censeatur excommunicatus in foro externo; quia præsumitur ideo non impediuisse, vt opem ferret percutienti.

Ratio autem (cur solum is, qui potest sine magno incommodo, & præterea tenetur ex officio, vel iustitia impedire percussionem clerici, contra-
9 hat excommunicationem Canonis *si quis suadente*, si talem percussionem non impediat) illa est; quia (vt dicitur *in 1.2.q.6.art.3.*) effectus, qui sequitur ex omissione, imputatur tanquam causæ morali, solum ei, qui omittit contra debitum iustitiæ (v. g. submersio nauis imputatur solum gubernatori nauis, si non subueniat) Et meritò, quia in morali æstimatione censetur influere in effectum, qui violando ius alterius, non impedit effectum; contrà verò
10 cùm quis tenetur non ex iure alterius, sed ex debito charitatis, non censetur in morali æstimatione influere in effectum, qui ex omissione sequitur, sed censetur solum interpretatiuè illum velle, quia imputatur illi, non quidem vt causæ, sed vt volenti, quia non violat ius alterius, vt se habeat, tanquam causa efficiens; & ideo similiter mors secuta ex omissione contra præceptum charitatis facta, non imputatur omittenti, vt voluntaria, quia ly voluntarium dicit influxum, atque adeo rationem causæ, sed imputatur vt volita, quia non violat ius alterius, vt se habeat, tanquam causa efficiens, quapropter peccat quidem mortaliter, non tamen contrahit excommunicationem Canonis *si quis suadente*,
11 neque irregularitatem, neque restituendi obligationem, quia excommunicatio Canonis *si quis suadente*, irregularitas, & restituendi obligatio est annexa homicidio voluntario, quod omittenti contra præceptum charitatis non est voluntarium, sed tantum volitum, cùm (vt dicebatur) in morali æstimatione causa euentus orti ex omissione non censeatur, nisi qui habet debitum iustitiæ de non omittendo; quia is solum violat ius alterius, vt se habeat, tanquam causa efficiens; quamuis nonnulli Doctores (inter quos S. Antonin. *3. p. tit. 28. cap. 2.* Tabien. *verb. irregularitas, 1.6. 2.* & Hurtados *de irregular. diffic.10.*) censeant, & satis 12
probabiliter, quod neque contrahat irregularitatem is, qui omittit, seu non impedit homicidium, 13
etiamsi sine magno incommodo impedire possit, & etiamsi impedire teneatur ex iustitia, & etiamsi non impediat ex odio, & maleuolentia, quin etiam ex dolo, ad vindicandam iniuriam ipsimet non impedienti prius illatam; ex eo quod talis, licet ex dictis influat vt causa moralis in homicidium, non tamen influit positiuè, id est, opere, vel consilio, mandato, auxilio, aut animatione, quod ex iure Canonico specialiter requiritur ad hoc, vt quis irregularitatem contrahat, vt patebit ei, qui Canones ponderabit.

SECTIO XV.

An, & quid dicendum sit de eo, qui scit, aliquos contra Cardinalem, Patriarcham, &c. conspirasse, & non denunciet, nec reuelet?

SVMMARIVM.

1 *Non denunciantes, seu non reuelantes conspirationem factam contra Cardinales, Patriarchas, &c. non incidunt in excommunicationem Bullarem præsentis Canonis.*

2 *Non denunciantes, seu non reuelantes contrahunt excommunicationem à Pio V. latam, & infamiam, & omnes pœnas, de quibus in cap. felicis de pœnis in 6.*

3 *Reuelatio debet fieri in Curia Romano Pontifici; extra Curiam loci Ordinario, vel si Cardinalis ipse Episcopus sit, propinquiori Episcopo, & si crimen nondum commissum sit; ipsi Cardinali.*

4 *Reuelatio prædicta fieri debet etiam si per reuelantem certo speretur correctio, & periculum non sit in mora.*

5 *De iure natura cum speratur emendatio, sufficit præmittere correctionem fraternam, & desistere à denunciatione; secus tamen est quando dicta reuelatio præcipitur à iure positiuo.*

6 *Obligatio denunciandi non cessat, quando sumus in criminibus*, de quibus *non speretur emendatio, maxime in Hæretico Dogmatizante, & in Sacerdote solicitante.*

7 *Semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali.*

8 *In criminibus vergentibus in damnum commune non sufficit probabilitas emendationis per correctionem, sed est necessaria omnimoda certitudo contra nonnullos contrarium tenentes.*

9 *Ad auctoritatem euangelicam desumptam ex Matth. 18. si peccauerit in te, &c. respondetur, quod intelligitur secluso iure positiuo, vel de denunciatione euangelica non de iudiciali.*

EX dictis sequitur primò, quod multò magis, non contrahat excommunicationem Bullarem præsentis

præſentis Canonis, ſi quis ſciat aliquos contra
2 Cardinalem, Patriarcham, &c. conſpiraſſe, illos non
denunciet, nec reuelet, quamuis contrahat excom-
municationem à Pio V. latam 14. Kal. Ianuar. 1569.
quin & tanquam læſæ Maieſtatis reus contrahat
etiam infamiam, & omnes pœnas *in cap. felicis, de
pœnis in 6.* inflictas; ſi ſcilicet, quos in perſonam
Cardinalis conſpiraſſe, quouis modo cognouerit,
eos Romano Pontifici, ſi in Curia fuerit, ſin autem,
3 Ordinario loci, vel ſi Cardinalis ipſe Ordinarius
extiterit, propinquiori Epiſcopo, & ſi crimen non-
dum commiſſum fuerit, etiam ipſi Cardinali quam-
primum non reuelauerit, quamuis talis ſciens non
ſubditus, & cuiuſcunque dignitatis fuerit. Vide
Bullam cit. & Peregrinum *de immunit. cap.* 11. *n.* 4.
An autem tales reos, etiamſi per correctionem
fraternam eorum correctio certò ſperetur, & peri-
culum non ſit in mora, debeat quilibet, vt ſuprà,
ſiue ante, ſiue poſt perpetratum crimen, adhuc re-
uelare?
Reſpondetur affirmatiuè; atque ita ex probabi-
liori ſententia Doctorum docent contra Duardum
4 *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 11. q. 19. num.* 11. Alterius *to.* 1.
de cenſ. lib. 5. diſp. 11. *cap.* 6. & Bonacin. *in Bull. Cœn.
diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 3. *num.* 15. quia ex vi citatæ
Bullæ præcipitur in tali caſu denunciatio, vel accu-
ſatio in pœnam delinquentis, & ob commune bo-
num (cùm præcipiat reos reuelari, non ſolum ante,
ſed etiam poſt crimen perpetratum) & ſic facienda
(etiamſi per fraternam correctionem de illis certò
ſperetur; quin & ſi de præſenti certò extet emen-
datio) ad eum modum, quo de ſolicitantibus in
confeſſione, & de aliis reis quoad delicta ſpectantia
ad Tribunal S. Officij docent Suar. *tract. de fide diſp.*
20. *ſect.* 4. *num.* 11. & 12. Azor. *par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 19. *quæſt.*
9. Areual. *de correct. fraterna, fol.* 118. Freitas *in tract.
de Confeſſ. ſolicit. q.* 18. *num.* 31. Henriquez *lib.* 2. *c.* 24.
num. 10. *in gl. lit.* C. Siluius *in* 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *concl.* 2.
Simancha *in Cathol. Inſtitut. tit.* 19. *num.* 11. Bonac. *in
tract. var. diſp.* 6. *punct.* 3. *num.* 9. Sanchez *in ſelect. diſp.*
11. *num.* 56. Sanctatellus *in tract. de hæreſi cap.* 9. *num.*
5. Villalob. *in ſum. par.* 2. *tract.* 4. *diffic.* 11. *num.* 3. Tur-
rian. *in* 2. 2. *to.* 1. *diſp.* 58. *dub.* 3. Salonius *in* 2. 2. *q.* 68.
ar. 1. Rojas *ſingul.* 3. *num.* 33. Paramus *de Orig. Inqui-
ſit. lib.* 3. *quæſt.* 8. *num.* 90. Gordonus *to.* 2. *lib.* 6. *qu.* 11.
cap. 25. §. 2. *num.* 68. & Diana *par.* 1. *tract.* 4. *reſol.* 2. &
3. contra Sotum *de iuſt. & iur. lib.* 5. *q.* 5. *art.* 1. Canum
de locis Theolog. lib. 12. *cap.* 9. Silu. *verb. Correctio, qu.* 5.
Lopez *par.* 4. *cap.* 54. Ledeſma *to.* 2. *tract.* 4. *cap.* 4. *concl.*
24. *diff.* 2. Angel. *verb. Denunciatio q.* 2. Roſel. *verb. In-
quiſitio. num.* 1. Repertorium *Inquiſit. verb. Denuncia-
tor*, Caſtrum *de hæretic. punit. lib.* 2. *cap.* 25. Tolet. *lib.*
5. *cap.* 57. *num.* 2. Gundiſaluum *de hæret. q.* 10. *num.* 6.
Decian. *to.* 1. *lib.* 5. *cap.* 30. *num.* 1. & *ſeqq.* Lazar. *tract.
de blaſphemia, quæſt.* 12. *num.* 31. Homobon. *tract. de
caſib. reſeru. par.* 2. *cap.* 1. & 1. *de Exam. Eccleſ. par.* 2.
tract. 9. *cap.* 3. *q.* 39. Io. de la Cruz *par.* 1. *præcept.* 5. *q.*
2. *dub.* 5. *concl.* 2. Zanard. *par.* 1. *præcept.* 1. *cap.* 23. *q.* 13.
Portell. *in dub. Regul. verb. Correctio fraterna, num.* 1. &
in addit. verb. ſolicitatio, n. 18. Reginald. *in praxi to.* 2.
lib. 24. *cap.* 3. *ſect.* 6. *num.* 5. Fagundez *de præcept.
Eccleſ. tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. Peirin. *in Priuil.
Minim. to.* 2. *Conſtit.* 4. *Gregorij XV* §. 9. *numer.* 26. &
Conſtit. 9. *Pauli V.* §. 2. *num.* 26. & 27. Souſ. *de confeſſ.
ſolic. tract.* 2. *cap.* 6. *num.* 9. & *in Aphor. lib.* 1. *cap.* 34.
num. 57. Granad. *in* 1. 2. *S. Th. contr.* 3. *tract.* 12. *diſp.* 5.
ſect. 4. Lezan. *in ſumm. qq. Regul. cap.* 10. *num.* 34. Pa-
laum *tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 10. *num.* 2. Rodriguez *in
Compend. qq. Regul. reſol.* 131. *num.* 14. Acugn. *de Con-
feſſ. ſolic. q.* 18. *num.* 14. Molfeſium *to.* 1. *tract.* 7. *cap.* 24.
num. 25. Ortiz *in ſum. cap.* 21. *numer.* 17. Delrium *in
Diſquiſit. Mag. to.* 3. *lib.* 5. *ſect.* 4. *num.* 6. Ex eo, quod
licet ſtando in ſolo iure naturæ poſſit quis in cri-
minibus ſupradictis vergentibus in damnum com-
mune, præmittere, ſicut in aliis correctionem fra-
ternam, & deſiſtere à denunciatione, ſi firmiter
credat, reum in illis per ſecretam monitionem
emendandum, tamen ſuppoſito iure poſitiuo præ-
cipiente oppoſitum (vt quoad conſpirantes in per-
ſonam Cardinalis præcipit cit. Bulla Pij V. & quoad
ſolicitantes in confeſſione, & delinquentes in Tri-
bunali S. Officij præcipit edictum Inquiſitorum)
ei parendum ſit; quia cùm bonum publicum præfer-
ri debeat priuato, potuit ob periculum damni com-
munis Eccleſia ſibi, id eſt, Prælatis & Iudicibus
ſuis, tanquam viris literatis, & in iſtis rebus ex-
pertis, tale negotium reſeruare, & non relinquere
arbitrio, & diſcretioni perſonæ priuatæ.
Confirmatur, quia finis adæquatus, & præci-
puus denunciationis iudicialis non eſt ſola emen- 5
datio fratris, ſed etiam publica correctio illius, &
ſecuritas aliorum fidelium, ad quem finem non eſt
ſufficiens remedium fraterna correctio; quapropter
in c. qualiter, & quando de accuſat. dicitur, quod,
quamuis ante denunciationem (vtique Euangeli-
cam, quæ intendit emendationem fratris) præcede-
re debeat ſecreta monitio, non tamen eſt neceſſe,
vt præcedat, ſi via accuſationis, & ſic via denuncia-
tionis iudicialis (quæ vtraque intendit punitio-
nem) procedatur, quod etiam notauit gl. *in cap.* 2.
de accuſat. verb. Charitatiuè; & videri etiam poterit
Bannez *in* 2. 2. *q.* 33. *art.* 8. *ad* 7. Lorca *ibid. ſect.* 3. *diſp.*
47. *num.* 23. & Coninch *de fide, ſpe, & Charitate, diſp.*
28. *dub.* 8. *num.* 151. Valentia *to.* 4. *diſp.* 3. *q.* 10. *punct.*
5. §. 2. Petr. Nauar. *lib.* 2. *tract.* 28. *cap.* 8. *num.* 151. Al-
drete *de Relig. diſcipl. tuenda lib.* 1. *c.* 5. §. 4. *num.* 26. &
Onuphrius *in Opuſc. de Sigillo ſect.* 2. *q.* 2. *dub.* 4.
Confirmatur ſecundò, quia etiam multi ex Ad-
uerſariis ipſis (vt Souſa *in Aph. Inquiſ. cit. lib.* 1. *c.* 34.
num. 56. Palaus *cit. tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 10. *num.* 2. &
Granad. *cit. controu.* 3. *tract.* 12. *diſp.* 5. *ſect.* 4. *num.* 33.)
concedunt, quod in dictis criminibus rarò locum 6
habeat (ita vt ceſſet obligatio denunciandi) corre-
ctio fraterna; partim quia in talibus criminibus ra-
rò per correctionem fraternam ſperatur, & præſu-
mitur emendatio (maximè in hæretico, & illo dog-
matico; cùm hæreticus ſoleat eſſe vafer, & concep-
tam hæreſim retinere;) Et in ſacerdote ſolicitante;
quia cùm ſemel abutatur Sacramento Pœnitentiæ,
meritò præſumetur ſemper Sacramentis abuti, iux-
ta illud: *Semel malus ſemper præſumitur malus in eodem
genere mali*; & ſic quod per ſumptionem, quin & 7
frequentationem Sacramentorum non emenda-
tus) partim, quia cùm in iiſdem criminibus, vt po-
tè vergentibus in damnum commune, ſufficere
non debet dubium, vel probabilitas, quod in illis
delinquens correctione priuata ſit emendandus,
ſed debebit haberi (vt rarò contingit) omnimoda
certitudo, quod priuata monitio habeat omninò
impedire malum imminens communitati quid-
quid in contrarium ſentiãt nonnulli (quos refert, &
non improbat Delrius *loc. ſupra cit.*) qui tenent,
quod ſufficiat dubium, vel probabilitas de emenda-
tione ſequenda; Et quidquid in contrarium ſen-
tiant alij (Fagundez, & Peirinus *in locis ſupra cit.*)
qui tenent, quod denunciationem præcedere de-
beat correctio fraterna, non ſolum ſemel, ſed ite-
rum atque iterum, quamdiu arbitrio prudentis vi- 8
ri

ti profutura, & sic emendatio delinquentis spectetur.

Hinc ad fundamentum Aduersariorum, (quod scilicet denunciationem præcedere debeat, saltem aliquo modo correctio fraterna; ex eo, quod hæc sit de iure naturæ, & diuino, *Matth. 18 cap. si peccauerint 2. q. 1. & cap. nouit, de iudic.*) Respondetur quod id intelligi debeat, seposito iure positiuo, ex causa rationabili hic, & nunc præcipienti contrarium, sic interpretando ius naturæ, & diuinum; vel quod intelligi debeat de denunciatione Euãgelica, non autem de iudiciali. Et eodem modo respondetur ad ea, quæ docet *S. Th. 2 2. q. 33. art. 7. in corp.* dum inquit, quod si quis occultè tractet, quomodo ciuitas tradatur hostibus, vel si hæreticus priuatim homines à fide auertat, oporteat statim procedere ad denunciationem, vt huiusmodi nocumentum impediatur, nisi fortè quis firmiter existimaret, quod statim per secretam monitionem posset huiusmodi mala impedire. Vbi præterea nota ly *nisi fortè*, & ly *nisi quis firmiter existimaret, quod statim, &c.*

SECTIO XVI.

An denunciatio fieri debeat, etiam omissa correctione fraterna, & etiamsi delinquens censeatur emendatus?

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio fieri debet omissa correctione fraterna, etiamsi delinquens in d. casibus censeatur emendatus.*

2 *Emendatus, quando quis censeatur, est discrimen inter Doctores; nam alii requirunt Sacramentalem confessionem: alii vt bene vixerit per triennium; alii autem arbitrio boni Viri pensata qualitate Personæ.*

3 *Hæreticus formalis semper est denunciandus, & nunquam corrigendus ex doctrina Fagundez; alij vt Genuensis, restringunt ad Hæreticum Dogmatizantem.*

1 SEquitur secundò, quod propter easdem rationes denunciatio fieri debeat, etiam omissa correctione fraterna, & etiamsi delinquens in dictis casibus censeatur emendatus; Atque ita docent Suar. Azorius, Salonius, Sanchez, Royas, Sanctarellus, Bonacina, Paramns, & alij *in locis supra cit.* contra Sotum, Molfesium, Acugn. Portell. Peirinum, *vbi su, ra*, Genuensem *in praxi, cap. 18. num. 6.* Naldum *verb. accusare, num. 1.* Finellium *tract. de cas. reseruat. cas. 2, num. 8. in fin* Zanardum *part. 3. cap. 31.* & *ibi* Freitas *num. 34.* Megalium *1. part. lib. 1. cap. 5. num. 26.* Victorellum *in Notis ad summ. Nauar. c. 25.*
2 *num. 33.* qui neque quando delinquens censeatur emendatus, conueniunt inter se: nam aliqui ex
3 ipsis (vt Genuensis) in vniuersum affirmant, emendatum censeri, si confessus fuerit sacramentaliter: alij (vt Freitas *in Addit. ad tract. de Confess. solic. q. 8. num. 32* Riccius *part. 1. decis. 159. num. 14.* & Homobonus *exam. Eccles. part. 2. tract. 7 q. 33.*) si Iubileum susceperit: alij, si bene vixerit per triennium: alij, arbitrio boni viri, considerata qualitate personæ: alij (vt Fagundez *cit. tract. 1. lib. 6. cap. 4. num. 17.*) restringunt, vt id non admittant in hæretico formali, quem volunt semper esse denunciandum, & nunquam corrigendum: alij (vt Genuensis, Megalius, & Molfes. *in locis supra cit.*) restringunt magis, scilicet in hæretico dogmatizante, vt hic tantum non sit corrigendus, sed statim denunciandus; non sic cæteri.

SECTIO XVII.

An denunciatio fieri debeat, etiamsi qui denunciat, delictum non possit probare?

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio fieri debet, etiam, si sciat delictum non posse probari.*

2 *Denunciator de iure tenetur probare denunciationem suam.*

3 *Contrarium seruatur in Tribunalibus S. Officij propter bonum publicum fidei, & Religionis.*

4 *Opinio communis Doctorum quod in causis fidei sufficiat inquiri per denunciationem est contra Ioannem Andrea*

5 *Crimen, licet non possit probari, tamen nunquam est contra iustitiam reuelare, quotiescumque tractatur de bonis fidei, & Religionis, vel quotiescumque tractatur de bono Communitatis.*

SEquitur tertiò, quod denunciatio fieri debeat 1
similiter, etiamsi qui denunciat, delictum non
possit probare; Atque ita in specie habet praxis Tri-
bunalis S. Officij, quandoquidem licet denuncia- 2
tor teneatur de iure probare denunciationem suã,
ex *l. diuus, & l. ab accusatore ff. ad senatusconsul. Tur.*
contrarium tamen propter bonum publicum fidei, 3
Religionis, &c. in tali Tribunali introductum est, sicuti ex Saliceto, & Soccino probat Eimericus *p. 3. rubr. de secundo modo procedendi in causa fidei per denunciationem, num. 68.* & sequuntur Farinacius *tract. de heresi, q. 185. §. 5. num. 71.* Triuisanus *lib. 2. decis. 51. num. 5.* (qui pluries sic decisum testatur) & Scaccia *de Iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 72.* Et meritò, quia cùm simplex denunciatio (vt rectè notant Vmbertus *in indic. Inquis. verb. Denunciatio, num. 3.* & Farinacius *q. 185. §. 5. num. 64.* ad inquirendum sufficiens sit, fieri potest, quod licet delictum non possit probari per denunciationem solam denunciantis, probari possit, posita diligentia Inquisitorum, per alia indicia, adminicula, & denunciationes antecedentes, vel subsequentes; & sic prospiciatur bono communi, quod anteferri debet priuato. Quapropter solicitatus in Confessione, licet non possit probare, tenetur tamen in omnium sententia denunciare.

Confirmatur, quia ex communiori, & probabi- 4
liori sententia Doctorum, ita contra Io. Andream *in cap. nouiter extra de indic.* Repertorium Inquis. *verb. denunciatio, §. generale tamen.* Gundisaluum *tom. 11. tract. p. 1. tract. de haret. q. 10. num. 7.* Decianum *tract. crim. tom. 1. lib. 5. cap. 30. num. 4.* Palatium *in rep. cap. notab. 3. §. 26. num. 9.* Fagundez *de precept. Eccles. tract. 2. lib. 4. c. 3. num. 31.*) qui tamen excipit casum hæresis formalis) Reginaldum *in prax. tom. 2. lib. 24. cap. 3 sect. 6. n. 50. & 57* Megalium *in 1. lib. 1. cap. 5. num. 21.* & alios (qui dicunt, quod praxis dicti Tribunalis S. Officij sequatur solum opinionem probabilem, non tamen oppositam faciat improbabilem; qua de re videri poterit Fagundez *cit. tract. 2. lib. 8. c. 8. n. 18.* Thom. à Iesu *lib. de visit. Regul. tract. 1. cap. 16. num. 3. in fin.* & Granad. *in 1. 2. contr. 7. tract. 3. part. 1. disp. 11. sect. 2. num. 15.*) docent Suarez *de fide disp. 20. sect. 4. n. 7.* Zanardus *part. 3. c. 31.* Zecchius *de cas. reseruatis cas. 2. verb. Ampliatur,* Genuensis *in praxi c. 23. n. 5.* Lazar. *de monit. sect. 2. q. 11. n. 22.*

Cened. *part.* 2. *collect.* 10c. *num.* 4. Farinac. *q.* 97. §. 2. *num.* 36. Triuisan. *vbi supra*, Scaccia *lib.* 1. *cap.* 56 *num.* 4. Thomas à Iesu *loc. supra cit.* Barbosa *de potest. Episc. p.* 3. *allegat.* 95. *num.* 51. Naldus *verb. Haresis, num.* 6. Sanctarellus *de haresi, c.* 9. *dub. vn. num.* 3. & 4 Bonac. *de cens. disp.* 2. *q.* 6. *punct.* 1. *num.* 9. Galetti *verb. Hareticus*, §. 5. Portell. *in Addit. ad dubia Regular. verb. Solicitare, num.* 19. Peitin. *in priuileg. Minimorum.* 2. *Constit.* 9. *Pauli V.* §. 2. *n.* 25. Homobon. *de Exam. Eccl. p.* 1. *tract.* 7. *c.* 2. *q.* 14. & *p.* 1. *tract.* 11. *c.* 4. *q.* 4. *resol.* 4. Bertaxolus *in addit. ad Bertaxolum patrem consil.* 107. *num.* 12. *vel.* 1. & Ioseph de S. Maria *in Tribun. Religios. tractat.* 12. *cap.* 3. §. 5.

Neque obstat, si dicas ex Lessio *lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 13. *num.* 111. & aliis, quod, quando crimen non potest probari, contra iustitiam sit, reum reuelare; cùm sic ille manifesto periculo infamiæ exponatur.

5 Respondetur enim ex dictis, contra iustitiam
non esse, reum reuelare, quotiescunque tractatur
de booo fidei, Religionis, vel Sacrameoti (v.g. re-
uelare occultum impedimentum matrimonij, vel
alium occultum defectum, ne sequatur, sed impe-
diatur, abusus Sacramenti) qoia huiusmodi bo-
num, vtpote spiritnale, est in superiori ordine ad
famam proximi temporalem; vel quotiescunque
tractatur de bono communitatis, etiam temporali;
quia bonum commnune, etiam temporale, præferri
debet bono particulari; quin & quotiescunqne tra-
ctatur de malo impediendo (vt si delictum non sit
factum, sed faciendum, vel continuandum) quia
malum, quoad fieri potest, semper impediri debet,
ne sequatur.

SECTIO XVIII.

An denunciatio fieri debeat, etiamsi edictum, vel lex fundetur in præsumptione, & qui debet denunciare, sciat deficere præsumptionem?

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio fieri debet, etiamsi edictum, vel lex fundetur in præsumptione, etiamsi qui denunciare tenetur, sciat in tali casu deficere præsumptionem.*

2 *Iudicium discernendi circa suspicionem de fide, vel Religione, merito non relinquitur Confessario, vel alteri Personæ priuatæ; sed reseruatur solis Episcopis, & Inquisitoribus.*

3 *Iudicium discernendi circa suspicionem de fide Confessarij solicitantis, de facto aliis non conceditur, sed solis Episcopis, & Inquisitoribus reseruatur.*

4 *Præsumptione legis cessante, cessare etiam obligationem denunciandi, est probabilis opinio.*

5 *Denunciare non tenentur timentes de damno sibi, vel familiæ inferendo.*

SEquitur quartò, quod denunciatio fieri debeat
similiter, etiamsi edictum, vel lex fundetur in
præsumptione, & qui debet denunciare, sciat defi-
1 cere præsumptionem; v. g. si sciat quis in Chiro-
manticis, Nigromanticis, & aliis ex rimularum, vel
manus, frontis, pedis, &c. linearum inspectione
prædicentibus (quos Motus Sixti V. fundans se in
præsumptione præcipit denunciandos) pactum
nullum cum dæmone esse, teneatur adhuc is tales
denunciare; quia ob bonum publicum fidei, vel
2 Religionis, &c. iudicium discernendi circa suspi-
cionem de fide, vel Religione, &c. quæ resultat, po-
sita Pontificis, vel alicuius edicti præsumptione,
meritò non relinquitur Confessario, vel alteri per-
sonæ priuatæ, sed reseruatur solis Episcopis, & In-
quisitoribus. Vnde licet Bulla Gregorij XV. con-
tra solicitantes in Confessione fundetur in præ-
sumptione (vt patet ex illis verbis. *Nos in animum*
inducere nequeuntes,) iudicium tamen discernendi 3
circa suspicionem de fide Confessarij solicitantis
de facto aliis non conceditur, sed solis Episcopis,
& Inquisitoribus reseruatur.

Atque ita præter alios docet Freitas *in Addit. ad*
tract. Acugn. *de Confess. solicit. q.* 21. *num.* 26. contra
Valerum *verb. Haresis, diff.* 1. *num.* 4. & Riccium *p.* 1.
decis. 278. *num.* 6. qui (in casu, quod certò, oon ta-
men in dubio, sciat præsumptionem deficere) con-
trarium probabiliter docent, ex eo, quod lex fun-
data in præsumptione, cessante præsumptione, ces- 4
set obligare; Qua de re videri poterit Valerus *verb.*
lex diff. 12. *num.* 1. Fernandez *p.* 2. *cap.* 4. §. 3. *num.* 4.
Layman. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 21. *num.* 4. Homobon. *in*
Exam. Eccles. p. 1. *tract.* 5. *c.* 8. *q.* 53. Megalius 2. 2.
lib. 2. *cap.* 7. *q.* 2. *num.* 55. Becanus *p.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6.
q. 9 *concl.* 4. *n.* 5. & Diana 1. *p. tract.* 10. *resol.* 17.

Cæterum an in dictis casibus teneatur etiam
quis denunciare seipsum, complices (& sic Confes-
sarium solicitantem, si solicitatus in turpia coosen-
sit) filium, vel patrem, aut matrem; vxorem, vel ma-
ritum, fratrem, vel sororem; ac denique extraneos, si
ex tali denunciatione sibi, filio, patri, matri, mari-
to, vxori, fratri, sorori, aut etiam alteri sibi coniun-
ctissimo notabile damnum in vita, fama, vel bonis
fortunæ ratiooabiliter timeat, videri poterunt, quæ
lib. de parlamentis, dubit. 4. *sect.* 19. *subsect.* 35. *Ad-*
dend. 9. aliquantulum beoignius, sed satis probabi- 5
liter, dicebantur pro parte negatiua.

SECTIO XIX.

An, si quis ignoret, contrahat censuram præsentis Canonis?

SVMMARIVM.

1 *Censura præsentis Canonis non contrahitur ab eo, qui per errorem interficit vnum v.g. Episcopum loco alterius.*

2 *Censura præsentis Canonis non incurritur ab ignorante ignorantia Iuris dicto Canoni esse annexam censuram; vel si ignoret ignorantia facti quem interficit esse Episcopum.*

3 *Opinio Siluestri quod incurrat, eo quia dat operam rei illicitæ reprobatur.*

4 *Opinio Couar. & aliorum quod incurrat qui percutit ignorantia concomitante, alias etiam sciens percussurus arridet.*

4 *Idem dicendum est de irregularitate, & restituendi obligatione.*

REspondetur negatiuè, & sic, si quis velit inter- 1
ficere, mutilare, vel vulnerare, &c. Episcopum,
vel Nuncium, &c. v.g. A. & interficiat, mutilet, vel
vulneret Episcopum, vel Nuncium B non contra-
hit censuram præsentis Canonis. Item non con-
trahit censuram eiusdem Canonis, si ignoret igno-
rantia iuris, tali actui talem censuram esse alliga-
gatam, vel ignoret ignorantia facti, quem interficit.
mutilat, vel vulnerat esse Episcopum, vel Nun-
cium, &c. Sicuti excommunicationem Canonis, *Si*
quis suadente Diabolo, non contrahit, qui, cùm velit
percutere

percutere clericum A. percutit clericum B. vel ignorat ignorantia iuris, tali actui excommunicationem esse alligatam; vel ignorat ignorantia facti, quem percutit esse clericum, sicuti *lib. de Parlamentis, dubit. 4. sect. 19. subsect. 31. Corollar. 2. & seqq. & subsect. 33. Corollar. 7.* probabamus; Qua de re vide etiam *cap. si verè, 2. de sentent. excommun.* gloss. *in l. si ignorans, verb. contemnit, ff. locati*, Graff 1. *p. decis. lib. 4. cap. 9. num. 42.* Couar. *p. 1. §. 10. n. 15.* Suar. *de cens. disp. 4. sect. 8. n. 12. & disp. 22. sect. 1. num. 54.* Sayrum *lib. 3. cap. 27. num. 14. & seqq.* & Alterium *lib. 5. disput. 12. cap. 5. dub. 2.*

3 Nec refert (vt ibid. contra Siluestrum *verb. excommunicatio, 6. §. 6. & num. 4.* dicebatur, & docet Suar. *loc. cit. num. 13.*) vtrum ignorans det operam rei licitæ, an illicitæ: nam, qui manus violentas in clericum inicit, nesciens esse clericum, licet det operam rei illicitæ, adhuc tamen dicti Canonis excommunicationem non contrahit, vt *ibidem* probabamus, & habetur clarè *in cit. cap. si verò*; quod si autem talis percussor clerici nihilominus à censura absoluatur, id fieri solet ad cautelam, & in quantum indiget.

4 Nec refert secundò (vt *ibidem* etiam contra Conatt. *cit. n. 15. illat. 10* Graff. *it. num. 42.* & Vgolinum *tab. 1. cap. 9. §. 8. num. 8.* dicebatur, & docet Vasquez 1. 2. *disp. 126. num. 9.* Henriq. *lib. 11. cap. 10. in princip. in comment. lit. A.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 16.* & Suar. *cit. sect. 8. num. 9.*) vtrum ignorans vt supra, in percutiendo ignoret ignorantia concomitanti, id est, eùm percutit, ita animo dispositus sit, vt tametsi sciret quem percutit, esse clericum, nihilominus percuteret; vel si, quem percutit, arbitrans esse laicum, optaret esse clericum quia, vt in loc. cit. probabamus, censura Ecclesiastica nunquam fertur propter prauam operantis dispositionem habitualem, vel etiam actualem internam (adeò quod si affectu interno delinquat quomodocunque, Ecclesia eum non puniat, quin & forsan, cùm non iudicet de internis, nec punire possit) sed propter Ecclesiastici mandati transgressionem externam: At qui actualiter ignorat, opus, quod operatur, Ecclesiastica lege sub censura prohibitum esse, is contra Ecclesiæ præceptum non delinquit, nec contra Ecclesiam contumax est, Ergo, &c.

5 Ex quo *ibidem* deducebamus, & docet Sanchez *loc. supra cit.* idem dicendum esse de irregularitate, & restituendi obligatione, cùm hæc non contrahatur ob prauum animi affectum (qui ex se ad extra efficax non est, vt damnum inferat) sed ob externi operis prauitatem. Quapropter, cùm ignorantia obiecti, circa quod externa operatio versatur (v. g. si inimicum tuum occidas, arbitrans esse feram) voluntarium tollat, tollet etiam omnem prauitatem, & iniuriam ab opere externo, quod non inficitur (vt scilicet restituendi obligationem importet) ab interno prauo affectu concomitanter adiuncto, & non existente causa talis operis externi. Vide etiam, quæ dicebantur *supra dubitat. 4. sect. 17.*

SECTIO XX.

An, si Episcopus, vel Nuncius percutiat seipsum, contrahat censuram præsentis Canonis?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, vel Nuncius interficiens, mutilans, vulnerans se ipsum non contrahit censuram præsentis Canonis.*

2 *Actiones prohibitæ in Bulla Cœnæ sumuntur in ordine ad Personam distinctam.*

3 *Clericus percutiens se ipsum ex ira, & cum peccato mortali satis probabiliter non incidit in canonem, Si quis suadente, contra opinionem triginta Doctorum quos citat, & sequitur Carolus de Graffiis de effectibus Clericatus.*

4 *Canon, Si quis suadente, loquitur de Persona distincta à percutiente Clericum; & oppositum nullo iure probatur.*

5 *Canon* Si quis suadente *factus est non solum in fauorem Personæ, quam in fauorem ordinis Clericalis.*

6 *In pœnis non valet argumentum à maioritate rationis, cum leges soleant magis punire delicta, quæ frequentius accidunt.*

7 *Monialis non contrahit censuram præsentis Canonis* Si quis suadente, *quæ petione, aut vena scissione mortem sibi procurat.*

8 *Percutiens Clericum percussione iniuriosa simul Clericali, licet is consentiat, & illam à semetipso licitè fores, incidit in canonem* Si quis suadente.

9 *Clericus consentiens suæ percussioni potest excommunicari.*

Respondetur, quod, si Episcopus, vel Nuncius, &c. interficiat, mutilet, vulneret, vel percutiat seipsum (etiam ex ira, & cum peccato mortali) non contrahit censuram præsentis Canonis: Atque ita contra Tabien. *verb. Excommunicatio, 1. cens. 1. num. 12.* Vgolin. *in Bull. Cœn. cap. 11. §. 1. num. 2.* & Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. c. 11. q. 22. num. 2.* docent vt probabili Doctorum sententia Alterius *de cens. tom. 1. lib. 5. disp. 12. cap. 3. dub. 2.* & Bonacina *in Bull. Cœn. disp. 1. q. 12. punct. 3. n. 3.* Et ratio est, quia aliæ actiones, vt capere, carcerare, detinere, hostiliter insequi, & à suis Diœcesibus, territoriis, terris, seu dominiis eiicere, sumuntur hic (cùm nemo possit seipsum capere, carcerare, detinere, hostiliter insequi, eiicere, &c.) in ordine ad personam distinctam (ergo & hæ, de quibus loquimur); tum quia si quis venientium ad Sedem Apostolicam percutiat semetipsum (etiam ex ira, & cum peccato mortali) non contrahit censuram Bullarem Canonis 9. nec similiter si quis Romipetarum percutiat semetipsum (etiam eodem modo) contrahit censuram Bullarem Canonis 10. Ergo nec si quis Episcoporum, vel Nunciorum, &c. percutiat seipsum (etiam ex ira, & cum peccato mortali) contrahet censuram Bullarem præsentis Canonis II. Vide, quæ dicebantur *supra dubit. 4. sect. 8.* 1 2

Confirmatur, quia satis probabiliter clericus percutiens semetipsum (etiam ex ira, & cum peccato mortali) non contrahit censuram Canonis *Si quis suadente*, sicuti contra triginta Doctores (quos citat, & sequitur Carolus de Graffiis *de effectibus clericatus, effect. 9. num. 82.*) Panormitanum *in cap. contingit, num. 6. de sentent. Excomm.* Caieranum *verb. Excommunicatio, cap. 10.* Nauarrum *cap. 27. num. 78.* Anglecl. *in 4.* Clarum *lib. 5. quæst. 77. num. 3.* &c. Item & contra Molinam *de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 51. num. 4.* Suar. *de cens. part. 1. cap. 5. disp. 3. dub 12.* Sayrum *de cens. lib. 3. cap. 26. num. 20.* Gutierez *de iuramento confirmat. part. 1. cap. 16. n. 54.* Layman. *lib. 2. tract. 5. p. 2. c. 5.* Filliucium *tom. 1. tract.* 3

tract. 13. *cap.* 1. *num.* 33. Regiualdum *tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 209. Belletum *part.* 1. *tit. de fauore cleric. Canonis*, §. 1. *num.* 11. Victorellum *in Addit. ad Tolet. lib.* 1. *cap.* 31. Feruandez *part.* 2. *cap.* 9. §. 20. *num.* 20. Gyptium *de casib. reseruat. cap.* 3. *num.* 27. Raynetium *cap.* 9. *excomm.* 1. *num.* 6. & Villalob. *tom.* 1. *tract.* 17. *diffic.* 22. *num.* 10. docent Tolet. *lib.* 5. *c.* 8. *in prioribus editionibus*, Pasqualigus *tom.* 2. *decis.* 60. Turrianus *de cens. lib.* 3. *disp.* 29. *dub.* 2. Barbosa *in collect. tom.* 4. *part.* 2. *decreti caus.* 17. *q.* 4. *n.* 38. & 39. & alij recentiores, & nos etiam dicebamus *suprà cit. dubit.* 4. *sect.* 8. ex eo, quod prædictus Ca-
4 non *Si quis suadente*, manifestè loquitur de persona
distincta à percutiente Clericum; & oppositum
nullo iure probatur; cùm *cap. contingit de sentent. excommun.* (vnde habetur, quod Canon *Si quis sua-*
5 *dente* factus sit non tam in fauorem personæ, quàm
in fauorem Ordinis clericalis) loquatur de actione
iniuriosa; de qua loquitur Canon *Si quis suadente*,
qui (vt dicebam) loquitur de actione alterius personæ; Et Canon *si non licet* 23. *q.* 5. (vbi habetur, plus
esse homicidam, qui se occidit, quàm qui occidit
6 alium) non conuocat; quia in pœnis non valet
argumentum à maioritate rationis, cum leges soleant magis punire delicta, quæ frequentius accidunt, licet sint minus grauia.
7 Hinc sequitur primò, quod multò minus contrahat censuram prædicti Canon. *Si quis suadente*, Monialis, quæ potione, aut venæ scissione abortum sibi procurat (quod & concedunt ex Aduersariis Caiet. Molina, Auila, Victorellus, & alij *in locis supra cit.*) quia sic non infertur vis personæ, sed naturæ: quapropter idem dicendum, si clericus veneno occidat semetipsum, vel alium clericum, dummodo ad illud sumendum eum nō cogat; quia tunc vis infertur non solum naturæ, sed etiam personæ. Vide Auilam, & Victorellum *vbi suprà*, & quæ dicebamus *dubit.* 7. *sect.* 20.
8 Sequitur secundò, quod è contra excommunicationem dicti Canonis, *Si quis suadente*, contrahat is, qui percutit clericum percussioni suæ (quæ respectu status clericalis iniuriosa est, etiamsi vt illata sibi à semetipso licita foret) consentientem; v. g. vt exemplificant Nauar. *cap.* 15. *num.* 11. & Auila *cit. dub.* 12. si quis clerico consentienti, vt sibi barba, vel capilli euellantur, aut alapæ dentur, &c. ob mortem parentum, vel amicorum, barbam, vel capillos euellat; aut alapas det, &c. Atque ita colligitur ex *cap. contingit de sentent. excommun.* & docent Gl. Felin. Panorm. Io. Andreas; Layman. *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. Nauarra, Auila, & Tolet. *in locis supra cit.* Et redditur
ratio in textu; quia licet in tali casu percussio non
9 sit violenta, est tamen statui clericali iniuriosa: Clericus tamen in dicto casu consentiens non est excommunicatus, sed excommunicandus; quia in textu dicitur, *Excommunicetur*; & sic docent Doctores *in locis supra citatis*: Vide etiam, quæ dicebantur *suprà dubit.* 4 *sect.* 7.

Neque obstat, si dicas, quod consentiens participet in crimine criminoso cum excommunicato; ergo est excommunicatus eadem excommunicatione maiori, iuxta *cap. nuper, de sentent. excommun.* & *cap. si concubina eod. titulo.*

Respondetur enim, quod id non obstet, vt *in cit. sect.* 7. dicebamus.

DVBITATIO IX.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per læsionem eorum qui ad Romanam Curiam pro suis negotiis recurrunt?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Si quis interficiat, percutiat, vel bonis spoliet recurrentes ad R. Curiam.*
2 *Si det ad aliquam ex dictis actionibus auxilium, consilium, vel fauorem.*

RESPONDETVR, violari primò, si quis interficiat, quomodocunque percutiat, vel bonis spoliet (per se, vel per alium, directè, vel indirectè) recurrentes pro suis negotiis ad Romanam Curiam, ea prosequentes, vel procurantes, negotiorum gestores, Aduocatos, procuratores, agentes, Auditores vel Iudices super iisdem negotiis deputatos in illa. 1

Secundò, si quis ad aliquam ex prædictis actionibus det auxilium, vel fauorem. Vide Bullæ Canonem 12. *cap. quoniam de immunit. Eccles. in* 6. Concil. Constantien. *sess.* 11. *cap. Sacrosancta generalis Synodus*, & Alex VI. *Constitutionem vndecimam.* 2

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Ad contrahendam excommunicationem Bullarem præsentis Canonis in actionibus posterioribus actu, requiritur quod priores tres actiones prohibita præcesserint, seu actu consummata fuerit* altera *ex principalibus prioribus.*
2. & 3 *Ad contrahendam excommunicationem d. Bullæ debet quis facere actiones prohibitas tam principales, quam accessorias ratione, & intuitu Causarum, quæ aguntur in Romana Curia; secus dic si accedens ad Romanam Curiam non ratione causæ, sed ratione rixæ, seu Inimicitiæ veniat.*
4 *Lædens contumeliosis verbis, signis, vel scriptis recurrentem ad Romanam Curiam ad agendas suas causas, non incurrit excommunicationem d. Canonis.*
5 *An incidat in d. excommunicationem bullarem is, qui tenetur impedire, & non impedit. Vide quæ dicta sunt dubitatione præcedenti.*
6 *Canon prædictus comprehendit quoscumque & cuiuscumque Dignitatis sint: intellige tamen requiri, quod sciens, & prudens cum peccato committat actiones supra recensitas.*
7 *Item comprehendit eum, qui indirectè lædit recurrentem ad Romanam Curiam, vel in personis, & rebus suis, vt si lædat cōsanguineos & affines, vel persuadendo transire per locum: vbi scit esse sicarios, qui eum interficerent, percuterent, vel bonis spoliarent.*

8. Nemi

8 *Nomine Prosequentium, vel Procurantium causas, venunt omnes cooperantes ad expeditionem causæ vel negotij, hoc est Negotiorum Gestores, Aduocati, Procuratores; per Agentes intellige Auditores, vel Iudices, siue sint Personæ Ecclesiasticæ, siue seculares.*
9 *Priuilegium concessum recurrentibus ad Romanam Curiam, est etiam concessum recedentibus ab illa.*
10 *Duplici excommunicatione feriuntur Interficientes, seu mutilantes Procuratores, Aduocatos, Negotiorum Gestores, & cæteros, cum possint simul esse morantes in Romana Curia.*

1 ADuerte tamen, quod prædictus Canon prohibeat priores actiones tres (nempe interfectionem, quomodocunque percussionem, sub qua consequenter vulneratio includitur, & bonorum spoliationem) principaliter; posteriores autem alias accessoriè; Quapropter vt incurrat quis excommunicationem Bullarem præsentis Canonis in actionibus posterioribus, requiritur (vt *suprà* dicebam, quod actu præcesserit, seu actu consummata fuerit aliqua ex principalibus prioribus, v. g. interfectio, quomodocunque percussio, vel bonorum spoliatio.

2 Aduerte secundò, quod idem Canon prohibeat prædictas actiones omnes, tam principales, quàm accessorias, non si quacunque ratione contra recurrentes ad Romanam Curiam fiant, sed si fiant solum ratione, & intuitu prædictarum causarum, vt patet ex textu, & docent Caiet. *verb. Excommunicatio cap.* 15. Sayr. *de cens. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 4. & Suarez *disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 75. Quapropter hic non tam intenditur fauor personarum, quàm causarum, vt scilicet non impediatur ipsarum expeditio, sicuti contingeret, si personæ, per quas causæ essent tractandæ, ab iniuriis per præsentem Canonem
3 non defenderentur. Hinc si, vt causam, seu negotium expediat, ad Romanam Curiam recurrens, seu accedens interficiatur, percutiatur, vel bonis spolietur, non ratione causæ, seu negotij, cuius gratia accessit, sed ratione inimicitiarum, vel rixæ, &c. Excommunicatio præsentis Canonis locum non habebit; quia is in tali casu, non ex eo, quod ad Romanam Curiam recursum habuerit, sed alia de causa, per aliquã ex dictis actionibus læsus fuit.

Aduerte tertiò, quod idem Canon præter dictas actiones, alias non prohibeat. Vnde si quis ad Romanam Curiam (vt causam expediat) recurrentem, etiam hac ratione, seu hoc intuitu contumeliosis verbis, signis, vel scriptis læderet excommunica-
4 tionem præsentis Canonis non contraheret; quia huiusmodi iniuriæ inter vetitas actiones in Canone non recensentur.

An autem si quis (cùm possit impedire, ne recur-
5 rentes ad Romanam Curiam aliqua ex dictis actionibus lædantur) non impediat, contrahat excommunicationem præsentis Canonis? vide Alterium *de cens. lib.* 5. *disp.* 11. *cap.* 6. & *disp.* 13. *cap.* 2. *q.* 3. & quæ *dubitat. præcedenti* dicebantur.

Aduerte quartò, quod idem Canon comprehen-
6 dat quoscunque, & cuiuscunque dignitatis sint, qui huiusmodi actiones (siue principales, siue accessorias prohibitas) illicitè committere *non verentur*; quæ verba indicant ad excommunicationem istam contrahendam requiri, vt qui committit, non quomodocunque, sed sciens, & prudens cum peccato committat. Vide Alterium *in loco. suprà cit.*

7 Aduerte quintò, quod indirectè quis (modo quo supra) læderet recurrentem ad Romanam Curiam, si læderet illum in personis, & rebus suis, vt consanguineorum, affinium, &c. sicuti tradit gl. *in clement.* 2. *verb. quomodolibet de sent. excommun.* vel si ei persuaderet, vt transiret per locum in quo sciret esse sicarios, qui eum interficerent, percuterent, vel bonis spoliarent, sicuti tradit Bartol. *in l. Centurio, n.* 8 & 43. *ff de vulg. & pupill.*

Aduerte sextò, quod per, prosequentes, vel procurantes (id est, qui ad expeditionem causæ, vel negotij cooperantur) per negotiorum gestores, Aduocatos, procuratores, (id est qui ad legitimè comparendum in iudicio constituuntur) per agentes, auditores, vel iudices, &c. veniant, siue tales sint super his causis particulariter deputati, siue incumbant ex officio. Item siue sint personæ Ecclesiasticæ, siue sæculares. Vide Tolet. *lib.* 1. *cap.* 25. 8

Aduerte septimò, quod priuilegium concessum recurrentibus ad Romanam Curiam intelligatur etiam concessum recedentibus ab illa, sicuti ex probabiliori sententia docent Abb. Felin. *in cap. fin. de treuga, & pace.* Et ratio (vt supra *dubit.* 6. *sect.* 2. dicebam) est; quia si in reditu possent offendi, sufficienter securitati ad Romanam Curiam recurrentibus prouisum non esset. 9

Aduerte octauò, quod, cùm prosequentes, vel procurantes, negotiorum gestores, aduocati, &c. possint simul esse morantes in Romana Curia; & contra eum, qui interfecerit, vel mutilauerit, &c. eos, qui morantur in Romana Curia, lata sit in Canone 9. altera excommunicatio, consequens sit, quod qui tales offendit, bis excommunicetur iuxta *c.* 3. *q.* 4. *Can. Engeltrudam*; & sic duabus absolutionibus, seu vna complectenti duas indigeat; nempe quod absoluatur ab excommunicatione, qua parte incursa est propter vnam causam, & qua parte etiam incursa est propter alteram. Vide Gregorium Carafam *de duello tract.* 2. *sect.* 3. *q.* 44 & 45. 10



DVBITATIO X.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per retardationem, seu impeditionem vsus Iurisdictionis, vel auctoritatis Sedis Apostolicæ?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Si quis appellet à sede Apostolica ad Curiam secularem.*
2 *Si quis retineat, aut impediat, quæ spectant in executione mandari à dicta sede Apostolica.*

RESPONDETVR, violari primò, si quis (cuiuscunque sit dignitatis, siue Ecclesiasticus, siue secularis) appellet à grauamine, vel futura executione literarum Apostolicarum gratiam, vel iustitiam concernentiũ, itẽ citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum executorialium, & aliorum decretorum emanatorum à sede, & delegatis Apostolicis ad Curiam secularem, & laicam potestatem. 1

Secundo, si quis faciat retineri ea, aut impediat, aut prohibeat, sine suo beneplacito mandari executioni; vel non sinat, Tabelliones super huiusmodi literarum executione instrumenta, aut acta conficere, nec confecta tradere; ac partes, siue earum agen 2

agentes, coosanguineos, affines, familiares, notarios, execurores, & subexecutores literarum, & monitoriorum prædictorum capiat, percuriat, vulneret, carceret, detineat, ex locis eiiciat, bonis spoliet, perterrefaciat, & comminetur per se, vel alios, publicè, vel occulrè, aut quibusuis personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis negotiis eorum prosequendis, seu gratiis, & literis imperrandis ad Romanam Curiam accedant, vel habeant recursum, seu gratias ipsas, & literas à sede impetrent, aut vtaotur imperratis, directè, vel indirectè prohibere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, vel alias quomudolibet retinere præsumat. Vide Bullæ Canonem 13 *& cap. Quoniam de Immuneate Ecclesiastica in 6* Vide etiam Martini V Bullam 2. Innocentij VIII. Bullam 27. & Leonis X. Bullam 39.

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Retardantes altero ex septem modis sequentibus executionem literarum Apostolicarum ligantur dicta excommunicatione Bullari.*

2 *Primo si recurrant friuolo appellationis pratextu ad Iudicem secularem mediate, vel immediate.*

3 *Secundo si faciant retineri per laicam Potestatem pradictas literas apostolicas, vel citationes.*

4 *Tertio si impediant ne dicta litera simpliciter, vel sine eorum beneplacito, consensu, vel examinatione executioni mandentur.*

5 *Quarto si impediant Notarios quomodolibet, ne acta conficiant super executione dictarum literarum vel confectam Parti tradant.*

6 *Quinto si offendant quomodolibet Partes, qui monitoria impetrarunt. Item eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, Notarios, Executores, vel subexecutores.*

7 *Sexto qui directè, vel indirectè impedit recursum ad sanctam Sedem pro suis negotiis.*

8 *Septimo, & vltimo si scienter prasumant statuere, & mandare directe, vel indirecte pradictas literas apud se retineri, & Partibus non tradi.*

9 *Ad incurrendam pradictam excommunicationem bullarem requiritur prasumptio, & temeritas.*

10 *Ad dictam excommunicationem contrahendam sufficit impedimentum etiam indirecte datum.*

11 *Ad dictam excommunicationem contrahendam nihil refert an Impedimentum detur auctoritate publica, vel priuata.*

1 ADuerte tamen, quod prædictus Canon ferat excommunicationem latæ sententiæ in quoscunque (tam Ecclesiasticos, quàm seculares, cuiuscunque sint dignitatis) offendentes aoctoritatem Sedis Apostolicæ, ob executionis literarum Apostolicarum, vel suorum processuum, & aliarum prouisionum Iudicialium, à Summo Pontifice, vel eius Iudicibus emanantium, retardationem, quam faciant aliquo ex septem modis sequentibus.

2 Primò, si recurrant sub friuolo appellationis, aut alterius tituli prætextu ad Iudicem secularem, vt impediant executionem dictarum literarum, etiam in forma Breuis concernentium gratiam (vt si Pontifex v.g. mandet conferri beneficium) vel concernentium iustitiam, vt quæ impetratur ad lites. Item citationum, id est, in ius vocationis, *l. 1. ff. de in ius vocand. inhibitionem*, vt cum Iudicis mandato vetatur alicui, ne quid faciat. Sequestrorum, cùm res controuersa deponitur apud aliquem, & committitur fidei illius. Monitoriorum Iudicis ad instantiam partis absque cognitione causæ, cum clausula, *vt si senserit se grauatum*, &c. Processuum, scripturarum, (in quibus acta Iudicij continentur. Executoriorum, quibus aliquid exequendum alicui committitur, vt verbi gratia remoto impedimento tradat rei possessionem parti. Ac tandem aliorum decretorum à Sede Apostolica, vel eius officialibus emanantium. Item si (quamuis non appelleot ipsi immediatè) admitti faciant appellationes, vtendo opera Aduocati, vel Procuratoris fiscalis Curiæ secularis, qui compareat, & curet appellationem admitti, ad impediendam executionem dictarum literarum, & prouisiooum Apostolicarum. Et meritò Canon fert excommunicationem latæ seotentiæ contra hos omnes, qui sic offendunt auctoritatem Sedis Apostolicæ; quia à superiure ad inferiorem iniqua, & inanis est appellatio, *c. placuit. 2. q. 6*.

Secundò, si non appellent, nec appellationem admitti procureot, sed, omissa appellationis via, faciant per laicam potestatem prædictas literas Apostolicas, vel citationes capi, & retineri; quam excommunicationem contrahunt etiam Magistratus, & Iudices, qui id admittunt, siue Ecclesiastici, siue seculares sint. 3

Tertiò, si impediant, vel prohibeant, ne dictæ literæ simpliciter, vel sine eorum beneplacito, consensu, vel examinatione, executiooi mandentur. Qua de re vide, quæ *tom. 1. debit. 4. sect. 19. subsect. 1. & subsect.* 38. diffusè dicebantur. Vide etiam Azorinm *tom. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 9. & c. 14. q. 4.* & Bonacin. *de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 15.* 4

Quartò, si similiter impediant, vel prohibeant, oe notarij super executione huiusmodi literarum, vel processuum acta cooficiant, vel confecta parti, cuius ioterest, tradant. 5

Quintò, si capiendo, percutiendo, vulnerando, carcerando, detinendo, è ciuitatibus, locis, aut Regnis eiiciendo, bonis spoliando, perterrefaciendo, concutiendo, comminando per se, vel per alium palam, vel secretò) offendaot partes, quæ literas, vel monitoria impetrarunt: item agentes, consanguioeos, affineos, familiares, Notarios, executores, vel subexecutores, quibus aliquid faciendum iuxta formam literarum, citationum, vel mooitoriorum committitur. 6

Sextò, si in genere, vel in specie præsumant prohibere, statuere, mandare (directè, vel inderectè) ne quis pro suis negotiis prosequendis, gratiis, vel literis impetrandis recursum ad Curiam Romanam habeat, impetret, vel impetratis vtatur. 7

Septimò, & vltimò si scienter præsumant statuere, & mandare, directè, vel indirectè, prædictas literas, vel decreta Apostolica apud se, vel Notarios, aut alios quomodocunque retineri, & partibus non tradi. Vide *lib. de parlamentis cit. Dubit. 4. sect. 19. subsect. 2. &* 38. 8

Aduerte Secundò, quòd per ly *præsumant* in Canone positum, consequeos sit, quod ad excommunicatiooem istam contrahendam requiratur in singulis personis, & actionibus temeritas; seu præsumptio. 9

Aduerte tertiò, quod ad eaodem tamen excommunicatiooem contraheodam sufficiat impedimeotum, etiam indirectè datum; vt si quis v. g. 10

ii prohibeat

prohibeat executorem, cui commissa est executio, ingredi ciuitatem, vel locum, vbi executio est facienda. Ratio, quia Canon generaliter loquitur, ex Bulla 30. Leonis X. data Kal. Martij 1518. id expressè habet. Vide etiam Azorium *to. 1. lib. 5. c. 13. q. 9.*

11 Aduerte quartò, quod propter eandem rationem nihil referat, vtrum impedimentum detur auctoritate publica, vel priuata; item seculari, vel Ecclesiastica. Et videri poterit Nauar. *c. 27. num. 68. vers. 5.* Sayr. *lib. 3. cap. 17. num. 8.* & Alter. *lib. 5. disp. 14. cap. 1. & 3.* Vide etiam *ont. dubit. 4. sect. 19. subsect. 2. & 38.*

DVBITATIO XI.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per retardationem, seu impeditionem vsus Iurisdictionis, vel auctoritatis aliorum Prælatorum.

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1. *Si quis Prælatos, vel Iudices Ecclesiasticos impediat, quominus sua iurisdictione contra quoscumque vtantur.*
2. *Si recurrat ad Curias seculares.*
3. *Si hæc decernat, exequatur, vel adiuuet.*

1 RESPONDETVR, violari primò, si quis (cuiuscunque sit dignitatis siue Ecclesiasticus, siue secularis) Archiepiscopos, & cæteros superiores, & inferiores Prælatos, alios quoscunque Iudices Ecclesiasticos Ordinarios, quomodolibet hac de causa, directè, vel indirectè, carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores familiares, consanguineos, affines, & alios impediat, quominus sua Ecclesiastica iurisdictinne contra quoscunque vtaotur, iuxta Canones, sacras Constitutiones, & decreta Coociliorum generalium, præsertim Tridentini.

Secundò, si quis post Ordinariorum, vel ab eis
2 delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut aliàs fori Ecclesiastici iudicium eludens, recurrat ad Cancellarias, aut Curias seculares & ab illis procuret prohibitiones, & decreta pœnalia Ordinatiis, aut delegatis prædictis decerni, & exequi contra illos.

Tertiò, si quis hæc decernat, exequatur, aut det
3 in eis auxilium, consilium, patrocinium, vel fauorem. Vide Bullæ Canonem 16. cap. *Quoniam de Immunit. Eccles. in 6.* & Trident. *sess. 20. c. 3. de reformat.*

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1. *Impedientes directè, vel indirectè Archiepiscopos, Episcopos, & alios tam superiores, quam Inferiores Prælatos, & cæteros quoscumque Iudices Ecclesiasticos Ordinarios, ne vtantur quandocumque sua Iurisdictione sunt ipso iure excommunicati.*
2. *Censura dicti Canonis contrahitur à quibuscumque Personis tam Ecclesiasticis, quam secularibus cuiuscumque sint Dignitatis.*
3. *Censura dicti Canonis incurritur à quibuscumque impedientibus etiam ratione publicæ potestatis.*
4. *Censura dicti Canonis contrahitur etiam à Priuatis personis.*
5. *In Decretis magis est attendenda dispositiua, quam narratiua.*
6. *Impedientes Prælatos Ecclesiasticos, quo minus vtantur earum Iurisdictione delegata non incidunt in excommunicationem Canonis 16.*
7. *Ordinariorum causa fauorabilior est quam Delegatorum cum in Ordinariis Dignitas Ecclesiastica specialiter residear.*
8. *Cardinales legati, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi etiam nondum consecrati, si iam habent, quæ sunt Iurisdictionis gaudent priuilegio dicti Canonis.*
9. *Impediens Episcopum in visitatione quam facit vigore Tridentini vt sedis Apostolicæ delegatum est probabilior sententia, quod incurrat dictam excommunicationem.*
10. *Recurrentes ad Curiam secularem post sententiam Iudicum Ecclesiasticorum incidunt in excommunicationem latæ sententiæ.*
11. *Item Excommunicationem prædictam contrahunt Decernentes Inhibitiones contra iudices Ecclesiasticos.*
12. *Executores dictorum Iudicum secularium pariter contrahunt dictam sententiam.*
13. *Item auxiliantes, Consulentes, fauentes, patrocinantes secuto effectu.*

ADuerte tamen primò, quod prædictus Canon, 1
quoad priorem partem, ferat excommunicationem latæ sententiæ in quoscunque impedientes quomodocumque (directè, vel indirectè vt supra) Archiepiscopos, Episcopos, & alios tam superiores, quàm inferiores Prælatos, & cæteros quoscunque Iudices Ecclesiasticos Ordinarios (qui enim impediunt Iudices sedis Apostolicæ, excommunicantur Can. 13. & 14. qua de re diximus *suprà* Dubitatione præcedenti) quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica in principio, in medio vel in fine iudicij contra quoscunque vtantur, iuxta Canones, Constitutiones Ecclesiasticas, & Conciliorum generalium, præsertim Tridentini, decreta; si sit secutus effectus, & consummatum delictum, vt rectè notat Abb. *in cap. cùm in cunctis §. clerici, num. 3. de electione.* quod nefas detestatur similiter *cit. cap. quoniam de Immun. Eccles. in 6.* & non solum in fauorem Ordinariorum (vt hic) sed etiam in fauorem delegatorum, addita etiam excommunicatione, non tamen reseruata; Et detestatur etiam Concilium Tridentinum *cit. sess. 20. cap. 3. de reformat.* in his verbis: *Nefas autem sit seculari Magistratui prohibere Ecclesiastico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet.*

Aduerte secundò, quod dictus Canon compre- 2
hendat quoscunque (modo quo *suprà*) delinquentes, siue laicos, siue Ecclesiasticos, & cuiuscunque sint dignitatis; quia ly *qui*, in textu positum, refert omnes personas enumeratas in Canone 14. cuius est pars Canon hic 16. Vide Nauarrum *cap. 27. num.*
70. Item & cõprehendat quoscunque (vt supra) siue 3
impediant sub prætextu publicæ iurisdictionis, vt personæ publicæ, siue solo facto, vt priuatæ; quia Canon loquitur absolutè, & sine limitatione in his verbis: *Necnon qui quomodolibet*, &c. Vide Alterium *disp. 17. cap. 1.*

4 Neque obstat, quod Canon 14 videatur solum loqui de habentibus iurisdictionem, seu personis publicis; quia excommunicat etiam priuatas personas, illis verbis: *Omnes & singulos*, quibus comprehenduntur quicunque committentes verita.

Neque obstat secundò, quod *cit. cap. quoniam de immunit. Eccles. in 6.* videatur etiam loqui de publicis personis, io illis verbis: *Quoniam, vt intelleximus, quorundam Iustitiariorum, Bailiuorum, Iudicumve, &c.* quia licet in narratiua faciat mentio-
5 nem solum de dictis publicis personis, in dispositiua tamen (quæ maximè attendenda est) generaliter statuit contra omnes impedientes. Vide Gemin. *ibid. num.* 8. Anchar. *num.* 2 Io. Andream, & alios.

Comprehendit itaque Canon 16. quoscunque impedientes, siuè laicos siue Ecclesiasticos, & cuiuscunque dignitatis: item siue publicas, siue priuatas personas, dummodo tamen impediant, ne
6 suam iurisdictionem ordinariam exerceant Prælati, seu Iudices Ecclesiastici ordinarij. Vnde si quis impediat, ne exerceant illi suam iurisdictionem delegatam, excommunicationem præsentis Canonis non contrahet; quia talis Canon loquitur solum de Iudicibus ordinariis. Nec mirum, quod Pontifex voluerit grauare magis eos, qui impediunt in sua iurisdictione ordinaria Iudices ordinarios, quàm eos qui impediunt in sua iurisdictione dele-
7 gata delegatos; quia Ordinariorum causa fauorabilior est, quàm delegatorū; cùm in Ordinariis dignitas Ecclesiastica specialiter residcat. Vide Suar. *disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 91. & Alterium *cit. disp.* 17. *cap.* 1.

Gaudent igitur priuilegio huius Canonis Or-
8 dinarij Ecclesiastici, tam superiores (vt Cardinales, Legati, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, etiam nondum consecrati, si iam habeant, quæ sunt iurisdictinnis) quàm inferiores, vt Generalis Ordioum Regularium, Prouinciales, Abbates, Custodes, Priores, Rectores, Guardiani, Præpositi seu alio nomine dicti, habentes iurisdictionem fori contentiosi.

An autem, si quis impediat Episcopum in visitatione (quam Ecclesiæ exemptæ, tanquam sedis Apostolicæ delegatus facit, iuxta Concilium Tridentinum *sess.* 22 *cap.* 8. *& sess.* 24. *cap.* 9.) contrahat excommunicationem præsentis Caoonis?

9 Respondetur ex probabiliori sententia affirmatiuè; quia talis iurisdictio (cùm concedatur Episcopo ratione dignitatis, & in perpetuum, non autem ratione personæ & ad tempus, vt rectè notauit gl. *in cap. irrefragabili, verb. super hoc de offic. iud. Ord.*) est ordinaria. Vide Alterium *in loc. supra cit.*

10 Aduerte tertiò quod idem Canon, quoad posteriorem partem, ferat excommunicationem latæ sententiæ in quoscunque (siue laicos, siue Ecclesiasticos, & sic Religiosos, vt supra) qui post Ordinariorum, vel ab eis delegatorum quorumcunque sententias, decreta, vel aliàs fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata (etiam pœnalia, v. g. sub pœna amissionis bonorum) Ordinariis, vel delegatis, vt desistant, decerni, & contra illos exequi procurāt. Item ferat excommunicationem latæ sē-
11 tentiæ in eos, qui hæc decernūt, & mandant exequi.
12 Item in executores ipsos, qui patent Magistratui
13 decernenti. Item tandem in eos, qui quoad dicta dāt auxilium, consilium, patrociniū vel fauorē, ob quas tamen actiones, cùm sint accessoriæ, excommunicatio (vt in superioribus Dubitationibus dicebam) cōtrahitur solū, si secuta fuerit aliqua actio, quęcūq; illa fuerit, ex principalibus, v. g. si quis consulat alteri, vt recurrat ad Curiam secularem contra Episcopum (à quo se grauatum existimat) & consultus recurrat, quamuis vlterius in causa non procedatur.

DVBITATIO XII.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per occupationem, vel læsionem bonorum, aut iurium ad Ecclesiam Romanam spectantium?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Si quis præsumat destruere, vel occupare terras, loca, vel iura ad Romanam Ecclesiam pertinentia.*

2 *Si ad hæc auxilium, consilium, vel fauorem præstet.*

RESPONDETVR, violari primò, si quis (cuiuscunque sit dignitatis, siue Ecclesiasticus, siue secularis) præsumat per se, vel per alios, directè, indirectè, & quouis titulo, inuadere, destruere, occupare, detinere, in totum, vel in partem Regna, prouincias, ciuitates, terras, loca, vel iura pertinentia ad Romanā Ecclesiam, immediatè, vel mediatè ei subiecta: vel si præsumat supremam iurisdictionem in illis eidem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto vsurpare, perturbare, retinere, aut aliis quibuscunque modis vexare. 1

Secundò, si quis ad hæc adhæreat, faueat, defendat, auxilium, cōsilium, vel fauorem quomodolibet præstet. Vide Bullæ Caooncm 20. & Ioannis XXII. Constitutionem 10. 2

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Occupantes directè, vel indirectè Ecclesiæ Regna, Prouincias, Ciuitates, aut loca, vel in eis vsurpantes Iura ad sedē Apostolicā mediatè, vel immediatè spectantia principaliter comprehenduntur in d. Canone. Secus si loca, & iura solum spectent ad Priuatos.*

2 *Feuda vt Regnum Neapolis, Siciliæ, Corsicæ, Sardiniæ sunt immediatè subiecta sedi Apostolicæ.*

3 *Ecclesiæ Romanæ in honorem B. Petri Christi Domini Vicarij à Principibus Christianis multis Terris, Castris, Ciuitatibus, Prouinciis, & Regnis donata est.*

4 *Donatio Constantini exarata vetustissimis literis asseruatur in Bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantula in Agro Mutinensi; quam scriptor dicit se transtulisse ex Græco Codice Ecclesiæ Cæsariensis & Pierius Valerianus testatur se authenticam vidisse Romæ in Arce S. Angeli.*

5 *Pepinus teste Sigonio concessit sanctæ Ecclesiæ Exarchatum & Pentapolim de Regno Italiæ.*

6 Carolus

6 *Carolus magnus dictam Donationem confirmauit pluribus alijs locis adiectis; vt Regno Sicilia, Corsica, & Sardinia, & alijs Italia Ciuitatibus.*

7 *Ludouicus Pius prædictorum successor confirmauit dictas Donationes.*

8 *Henricus Beneuentanum Ducatum donauit.*

9 *Comes Mathilda instituit Ecclesiam Hæredem sui Patrimonij.*

10 *Ioannes XXII. reuocauit omnes alienationes factas ab Ecclesiæ Gubernatoribus, tanquam à non habentibus talem facultatem factas.*

11 *Idem factum fuit pluribus censuris additis ab alijs Pontificibus.*

12 *Canon prædictus prohibet tanquam accessorias tres actiones. Prima est prædicta facientibus adhærere. Secunda fauere. Tertia auxilium, consilium, vel fauorem quomodocumque præstare.*

13 *Seditione aliqua orta in Ciuitate, non tota Ciuitas excommunicatur, sed solum seditiosi.*

14 *Seditiosi excommunicantur, licet non velint subtrahere loca ab Ecclesia Romana, dummodo intendant suis factionibus, cæteris præualere, & dominari perturbando Regimen Ciuitatis.*

15 *Banniti Ecclesiæ Ciuitates, & loca hostiliter inuadentes, contrahunt eandem excommunicationem.*

16 *Factiosi non solum excommunicationem contrahunt, sed etiam priuilegiis, iuribus, & feudis priuantur, eorumque loca Interdicto subiiciuntur.*

1 ADuerte tamen primò, quod prædictus Canon prohibeat (tanquam principales) duas actiones; quarum prima est, per se, vel per alios, directè, vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore præsumptuosè inuadere, destruere, occupare, vel detinere in totum, vel in partem Ecclesię Regna, prouincias, ciuitates, aut loca, vel in eis vsurpare iura ad Sedem Apostolicam mediatè, vel immediatè spectantia (secus si loca, & iura solum spectent ad personas priuatas, v. g. priuata domus, vel ager, &c.) ita vt comprehendantur non solum loca, in quibus Apostolica sedes per suos officiales ius dicit (quæ dicuntur subiecta immediatè) sed etiam illa, quæ sunt alicui in feudum concessa, & sic à feuda-
2 tariis gubernata, quæ dicuntur subiecta mediatè, vt Regnum Neapolis (qua de re dixi *lib. de parlamentis dubi. 15*) Regnum Siciliæ, Corsicæ, Sardiniæ, &c. multis enim terris, Castris, Ciuitatibus, prouinciis,
3 & Regnis in honorem B. Petri, Christi Domini vicarij, donata est Ecclesia Romana à Principibus Christianis à Constantino Imperatore, vti legere est *in cap. Constantinus, 2. d. 96. & in c. fundamenta de elect. in 6* & in actis S. Siluestri, de quibus meminerunt Leo IX. *ep. 1. cap. 13* Gelasius *dist. 15. cap. sancta* Adrianus *ep. ad Constantinum, & Irenem matrem*
4 *in 7. Synodo act. 2.* & Theodorus Balsamon *in Photij Monocanonem tit. 9.* & extant exarata vetustissimis literis in Bibliotheca Vaticana, & Abbatiæ Nonantulæ in agro Mutinensi, vbi scriptor dicit, se ea transtulisse ex Græco Codice Eusebij Cæsareæ Palestinæ Episcopi, qui in ea Ecclesiastica historia omisit, eo quod retulisset in aliis operibus, vt habetur in notis ad dict. cap. *Constantinus, 2. d. 96* & donationem hanc authenticam se vidisse in Arce S Angeli Romæ, testatur Pierius Valerianus *lib. 34.*
5 *Hieroglyph.* Item à Pepino, qui Exarcharum, & Pen-
6 tapolim de Regno Italiæ concessit, vt refert Sigonius *lib. 3.* Item à Carolo Magno, qui dictam donationem confirmauit die 4. post eius in Vrbem Romam aduentum, pluribus aliis locis adiectis, vt Regno Siciliæ, Corsicæ, & Sardiniæ, & aliis Italiæ

ciuitatibus vt refert Sigonius *loc. cit.* Platina, & 7
Blondus; Quas etiam donationes confirmauit Ludouicus Pius eorum successor, vt constat ex cap. *Ego Ludouicus, d. 63.* & ex constitutione eiusdem, quæ adhuc asseruatur in monumentis Vaticanis. 8
Item Ab Henrico II. qui Beneuentanum Ducatum donauit, vt refert Ditmarus, Platina, & Baronius.
Item à Comitissa Mathilde anno 1115. quæ Ec- 9
clesiam instituit hæredem; & à multis aliis Principibus Christianis. Vide cùm nonnulli Officiales, Rectores, & Gubernatores ab Ecclesia constituti, in variis occasionibus contra ius multa ex dictis locis insciis summis Pontificibus abalienauerint,
Ioannes XXII. huic malo volens occurrere, edidit 10
anno 1321. Constitutionē 8 incipientem *Inter.* in qua dictas alienationes, vtpote à nō habentibus auctoritatem factas, irritas, & nullas declarat: quod & postea fecerunt etiam, pluribus censuris additis, 11
Clemens VI Innocent. VI. Innocent. VII. Alexander VI. Iulius II. & alij cōplures summi Pontifices.

Secunda actio est, præsumere de facto vsurpare, perturbare, retinere, vel aliis modis vexare supremam iurisdictionem Pontificis, & Romanæ Ecclesiæ in iisdem locis spectantem.

Vnde fit, quod dicti Canonis excommunicatio contrahatur, non solum quotiescunque quis præsumit Ecclesiæ Romanæ loca inuadere, occupare, destruere, vel retinere; sed etiam quotiescunque quis præsumit, etiam sine vlla inuasione, occupatione, destructione, vel retentione, quouis modo impedire, ne in illis officiales Sedis Apostolicæ iurisdictionem exerceant; quia prior Canonis pars est in illos, qui temerè corporaliter inuadunt, occupant, &c. ipsa loca Romanæ Ecclesiæ; posterior autem in illos, qui temerè de facto vsurpant, perturbant, retinent, vel aliis modis vexant iurisdictionem (quam in dictis locis habet Ecclesia Romana) quæ est in corporea.

Aduerte secundò, quod idem Canon prohibeat 12
etiam (tanquam accessorias) tres actiones, quarum prima est, prædicta facientibus adhærere: secunda, fauere: tertia, auxilium, consilium, vel fauorem quomodocumque præstare. Quare, vt propter vnam istarum actionum incurratur præsentis Canonis excommunicatio, requiritur, quod actu præcesserit, & consūmata fuerit aliqua ex principalibus, iuxta ea, quę in superioribus Dubitationibus dicebamus.

Cæterum, an, si quis pluribus actionibus contra hunc Canonem peccet, contrahat plures, vel vnam tantum excommunicationem? Vide quæ *suprà dub. 9. sect. 2.* dicebantur; vide etiam Nauar. *c. 6. n. 17. & 18* Alterium *lib. 3. disp. 10. c. 8.*

Aduerte tertiò, quod si vna pars Ciuitatis Pon- 13
tifici subiectæ aliam partem, vel vna ciuitas aliam ciuitatem armata manu inuadat, non vt eam subtrahat ab obedientia Pontificis, sed vt ipsa alteri præualeat (vt euenire solet in capitalibus inimicitiis, & factionibus) excommunicationem præsentis Canonis contrahant ij, qui in hoc casu delinquunt. Sicuti rectè docent Caiet. *verb. Excommun. c. 17.* Nauar. *c. 27. num. 73.* Suar. *disp. 21. sect. 2. num. 105.* Sayr. *lib. 3. cap. 14. num. 5.* & Alter. *disp. 15. cap. 1.* Et ratio
est; quia factiosi isti, licet nolint subtrahere loca ab 14
Ecclesia Romana, dum volunt ibi aliis præualere, & quasi dominari, indirectè vexant, & perturbant regimen ciuitatis, & supremam Ecclesiæ iurisdictionem. Adde, quod huiusmodi inuasiones nunquam fiunt absque partiali saltem ciuitatis
destructione; propter quod eandē excōmunicatio- 15
nem contrahunt etiam Banniti Ecclesiæ ciuitates,

& loca hostiliter inuadentes, sicuti notarunt Alter. & Sayr. *in loco supra cit.* Vide cit. Ioannis XXII. Constitutionem 10. in qua huiusmodi perturba-
16 tores noo solum excommunicantur, sed etiam priuilegiis, iuribus, & fendis priuantur eorumque loca ioterdicto subiiciuntur.

DVBITATIO XIII.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per violationem clausuræ Monialium?

RESPONDETVR, de hac te dicam capit. 19.

CAPVT TERTIVM.

De modis, quibus læditur Immunitas Ecclesiastica auctoritate publica.

DVBITATIO I.

An, & quomodo violetur immunitas Ecclesiastica per Rei extractionem ex Ecclesia?

RESPONDETVR, de hac te dicam Cap. 16. per totum.

DVBITATIO II.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per hospitii vindicationem?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica violatur, si domini seculares hospitium, tamquam iure debitum pro se, vel pro aliis, vt pro suis militibus, vindicent sibi in domibus Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum.*

2 *Ecclesia, & Ecclesiastici tam quoad personas, quam quoad bona sunt ab omni onere, & grauamine exempti, & cogi non possunt ad hospitandum in domibus suis.*

1 RESPONDETVR, violari, si Domini seculares hospitium tamquam iure debitum pro se, vel pro aliis, vt pro suis militibus, &c. vindicent sibi in domibus Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum;
2 quia cùm Ecclesiæ, & Ecclesiastici tam quoad personas, quàm quoad bona sint ab omni onere, & grauamine exempti, cogi non possunt ad hospitandum in domibus suis. Vide *cap. 1. de immunit. Ecclesiarum*, & ibi glossam, *ver. Hospitium, l. 1. Cod. de Episc. & Cleric.* & ibi glossam, & Doctores communiter.

SECTIO II.

Corollaria.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, & Ecclesiastici neque cogi possunt ad hospitandum in domibus suis, etiam laico locatis.*

2 *Ecclesia, & Ecclesiastici neque cogi possunt ad hospitandum Ecclesiasticorum patres, fratres, vel nepotes in eadem domo cum ipsis Ecclesiasticis habitantes.*

3 *Socius immunitatem consequitur ab oneribus suo Consocio concessam.*

4 *Limitatio Antonij de Marinis reiicitur.*

5 *Priuilegium Doctoris extenditur ad Parentes, & fratres.*

6 *Priuilegium tempore Interdicti generalis alicui concessum celebrandi, vel audiendi Missam, extenditur ad socium, ad familiam seu familiares, & Domesticos.*

7 *Priuilegio prædicto gaudentes, non tenentur eo vti die festo quia, alter non priuilegium; sed onus esset.*

8 *Habens priuilegium audiendi Missam in Oratorio Domus quacumque ratione, vt infirmitatis, vel carceris &c. si cogatur domi morari, non tenetur sub pœna mortalis die festo vti dicto priuilegio.*

9 *Priuilegium alicui concessum recitandi officium cum Breuiario breui, vel ante tempus, extenditur ad socium cum ipso recitantem.*

10 *Priuilegium alicui concessum habendi Oratorium priuatum extenditur ad familiam, & cum tale priuilegium probabiliter non sit locale, sed personale, expirat per mortem illius, cui concessum est.*

11 *Item extenditur ad quemcumque locum is domicilium transtulerit, & ibi cum licentia Ordinarij, illud erigere potest; etiamsi fuerit expressus locus præcisus, quia non stat dispositiue in tali casu, sed demonstratiue.*

12 *Familiæ nomen in tali casu accipitur in latissima significatione sed concessio d. Oratorij intelligitur semper adiecta clausula, saluo iure parochialis.*

13 *Ecclesiastici non eximuntur ab Hospitio charitatiuo; quia tale Hospitium non est onus; sed opus pietatis.*

EX dictis sequitur primo, quod Ecclesiæ, & Ecclesiastici neque cogi possint ad hospitandum 1
in domibus suis, etiam laico locatis; quia sic per indirectum grauarentur in bonis, sicuti declarauit Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium in vna Nouariensi, die 9. Iunij, anno 1617.

Sequitur secundo, quod neque cogi possint 2
ad hospitandum Ecclesiasticorum patres, fratres, vel nepotes, &c. in eadem domo cum ipsis Ecclesiasticis habitantes; quia sic per directum Ecclesiastici grauarentur etiam in propriis personis; cùm incommodum inde personaliter sentirent. Confirmatur; quia socius immunitatem consequitur ab oneribus suo consocio concessam, ex gl. *in l. fin. Cod. de muner.* Surdo *consil.* 301. *n.* 8. & aliis communiter, atque ita docent Riccius *par. 3. resol.*

resolut. 28. num. 1. & 2. Carolus de Graffis de effect. Cler. effect. 3. num. 121. Diana par. 4. tract. 1. resol. 32. & Franciscus Cespedes in dubia militaria, dubitat. 21.

Quamuis Antoninus de Marinis resol. quotid. cap. 167. num. 4. limitet, si Ecclesiastici sint constituti in sacris; secus si sint in minoribus: sed gratis sic limitat; cùm iura, & Doctores indistinctè loquantur.

Et quamuis Molfesius in summa, to. 1. tract. 11. 4 cap. 22. num. 166. & Paulus Squillante de priuileg. cap. 9. num. 4. limitent, ita vt non cogantur in domibus hospitari (ne scilicet, vt dicebatur Ecclesiastici personaliter inde incommodum patiantur) non autem vt non teneantur, neque in pecunia contribuere; sed contra obstare videtur; quia sic teuerà, & in substantia ad patres, fratres, nepotes, &c. simul in eadem domo cum Ecclesiasticis habitantes, priuilegium immunitatis non extenderetur contra id, quod suprà dicebatur; & meritò,
5 quandoquidem priuilegium Doctoris extenditur ad parentes, & fratres; Surdus, Diana, & Franciscus Cespedes in locis supra cit.

6 Item secundò, priuilegium tempore interdicti generalis alicui concessum celebrandi vel audiendi Missam, extenditur ad socium, & ad familiam, seu familiares, & domesticos, cap. licet, de priuileg. in
7 6 & communiter Doctores; quamuis non teneantur die festo vti tali priuilegio; quia priuilegium, quà priuilegium, non inducit obligationem, alio-
8 quin non priuilegium, sed onus esset. Vnde qui habet priuilegium audiendi Missam in Oratorio domus, quacumque ratione, vt infirmitatis, vel caeteris, &c. & cogitur domi morari, non tenetur sub pœna mortalis die festo vti dicto priuilegio; & multò minus, si cogeretur medio stipendio sacerdotem procurare; cùm ex præcepto ad id non teneatur, sed solùm Missam audire Suarez in 3. par. to. 3. disp. 88. sect. 6. Alterius de censt. to 2. disp. 1. de interdict. c. 3. in fin. Auila par. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 6. Henriquez lib. 3. cap. 48. num. 5. in gl. lit. D. & lib. 7. de indulgentiis cap. 13. num. 3. Llamas in sum. par. 3. cap. 5. §. 12. Coninch de Sacram. disp. 17. num. 28. Ledesma in summa par. 1. tract. de Eucharist. cap. 27. & Trullench in expos. Bulla Cruc. lib. 1. §. 3. dub. 6. num. 9. contra Sotum in 4. dist. 13. quæst. 2. ar. 1. & dist. 22. quæst. 3. art. 1. Medinam in summ. to. 1. cap. 13. §. 12. & seqq. Azorium to. 1. lib. 7. cap. 2. ver. Tertiò quæritur. Nugnum in 3. par. to. 2. quæst. 83. ar. 6. Tannerum in 2. 2. disp. 5. q. est. 6. dub. 2. num. 25. Cened. in qq. Canon. quæst. 44. Fernandez par. 3. cap. 9 §. 3. num. 1. Villalob. in sum. to. 1. tract. 19. dub. 5. num. 14. Sancium in select. disp. 15. num. 2. Barbos. in Collect. to. 2. lib. 5. tit. 33. cap. 25. num. 7. Bonacin. de censur. disp. 5. punct. 4. num. 2. & Acost. in expl. cat. Bull. q. 28.

9 Item tertiò, priuilegium alicui concessum recitandi officium cum Breuiario breui, vel antè tempus, extenditur ad Socium cum ipso recitantem. Vnde potest Episcopus religiosus cum socio secum recitante recitare in Breuiario suæ Religionis, Henriquez lib. 7. cap. 30. numer. 4. Portellus in dubiis Regular. ver. Hora Canonica, numer. 8. Rodriguez in sum. to. 4. cap. 68. num. 10. & Diana par. 2. tract. 1. resol. 25.

10 Item quartò priuilegium alicui concessum habendi Oratorium priuatum, extenditur ad familiarem; & (cùm tale priuilegium probabiliter non sit locale, sed personale: finitur enim morte illius,
11 cui concessum est) extenditur ad quemcumque locum is domicilium transtulerit; ita vt cum licentia Ordinarij, & seruatis seruandis in concessione, illud erigere possit, vbicumque terratum domicilium fixerit: quapropter verba rescripti illa, quod scilicet possit illud erigere, v. g. in domo ciuitatis Neapolis, non sunt dispositiua, sed demonstratiua; & consequenter, teste Grauetta, consil. 86. num. 11. nihil operantur, Megalius var. resol. to. 2. resol. 67. Nouarius in Sum. Bullar. tit. de Oratoriis priuatis, nu. 6. Diana par. 4. tract. 4. resol. 28. & Zambellus in Repertorio Mor. ver. Missa, num. 46. contra Merollam to. 3. disp. 6. c. 8. dub. 22. n. 126 & alios.

Nomine autem familiæ in tali priuilegio venit maritus, vel vxor, filij, & filiæ, nurus simul habitans, ac commensalis, ac etiam serui, ac seruæ omnes, qui sunt in ministeriom eiusdem familiæ, ita vt hi omnes possint satisfaciendo præcepto (saluo interim iure Parochialis Ecclesiæ, quatenus attinet ad Sacramentorum administrationem, v. g. Eucharistiæ tempore Paschalis,) die festo Missam audire in dicto Oratorio priuato, & etiam, vt arbitror, in absentia principalis, cui priuilegium concessum est; quia adhuc id totum (quod scilicet possit ipsius familia ibi Missam audire) redundat in beneficium ipsius principalis. 12

Sequitur tertiò, quod è contra Ecclesiastici non eximantur ab hospitio charitatiuo; quia tale hospitiū nō est onus, sed opus pietatis, ad quod ipsi ratione perfectionis status (cùm commodè, vel saltem cùm sine magno incommodo possunt) magis tenentur, atque ita docet gl. in cit. cap. 1. de Immun. Eccles. ver. Hospitium, & nos diffusè dicebamus lib. de Parlament. Dub. 8. 13. 19. & 24. 13

DVBITATIO III.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per grauaminis impositionem?

Respondetur, de hac re dicam Cap. 5. per totum.

DVBITATIO IV.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per vsurpationem, vel sequestrationem rerum Ecclesiasticarum.

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Vsurpans Iurisdictionem, redditus, seu fructus ad Ecclesiasticas Personas pertinentes, vel eos sequestrans sine legitimi superioris expressa licentia, violat immunitatem Ecclesiasticam.*

2 *Vsurpans, seu sequestrans prædicta committit sacrilegium, & incidit in excommunicationem Bulla Cœnæ.*

3 *Vsurpans feudum secularem vel aliquid aliud habens titulum profanum, non incidit in d. censuram.*

1 RESPONDETVR, violari, si quis Dominus, siuè sit laicus, siuè Ecclesiasticus, vsurpet iurisdictionem quamlibet redditus, seu fructus ad Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, monasteriorum, aut aliorũ beneficiorũ pertinentes; vel si sequestret eos quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel alterius ad id legitimam facultatẽ habentis, expressa licentia. Vide *Bulla Cœna Canonem* 17. Caietanum, *verb. Excommunicatio. c.* 27. Silu. *eod. verb.* 7. *num.* 73. *& ver.* 9. §. 12. Nauarrum *cap.* 27. *num.* 70. *&* 71. Sayrum *de censur. lib.* 3. *cap.* 11. Suar. *de cens. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 95. Alterium *disp.* 18. *cap.* 1. *&* Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 9. *num* 2.

2 Itaque committitur Sacrilegium, & contrahitur excommunicatio Bullaris Canonis 17. Primò, vsurpatione iurisdictionis (præcipuè temporalis, *cap. non minus, de immun. Eccles.* Caiet. *ver. Excommunicatio, cap.* 40. Silu. *eod. ver.* 9. §. 12. Suar. & Alter. *in locis supra cit.*) fructuum, redditVum, seu prouentuum quorumcumque ad Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, vel aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum (non autem titulo profano, vt feudi secularis v. g. sicuti rectè notarunt Caiet. *cap.* 27. Nauar. *cap.* 27. *num.* 71. Suar. *vbi supra*, Tolet. *lib.* 1. *cap.* 28. & Sayr. *lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 4. & nos dicebamus *lib. de Parlamentis Dubit.* 4. *sectio.* 20. *per suas subsectiones*) pertinentium.

Secundò, sequestratione eorundem sine legitima facultate, seu licentia, scilicet Pontificis, vel alterius ad illam concedendam legitimam auctoritatem habentis, vt Ordinarij, eiusque Vicarij, Nuncij, vel Legati Sedis Apostolicæ, &c. Vide præter cit. Canonem 17. *Clement. Religiosi de decimis. Clement. Cupientes de pœnis, cap. hoc consultissimo de rebus Eccles. non alienandis in* 6. Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 11. *de reformat.* & Constit. 11. §. 3. editam in Concilio Lateran. *sess.* 9. vbi similiter defenditur immunitas, & libertas Ecclesiastica, additis grauibus pœnis, vt excommunicationis (etiamsi Principes fuerint) interdicti Ecclesiastici terris, & dominiis illorum, eo ipso incurrendi, priuationis priuilegiorum, feudorum, &c.

SECTIO II.

Corollaria.

SVMMARIVM.

1 *Fur, vel miles rapiens prædictos redditus, seu fructus non contrahunt excommunicationem Bullæ Cœna.*

2 *Rapientes, seu furantes redditus, & fructus Ecclesiasticos non incidunt in excommunicationem Bullarem, nisi vsurpent ex quadam vsurpata potestate proprio iure vtentes.*

3 *Fur surripiens redditus, & fructus Ecclesiasticos, non d. occupare ex aliqua auctoritate; sed vt alienos dolo, & rapina.*

4 *Ad contrahendam prædictam excommunicationem bullarem, requiritur, vt quis occupet prouentus Ecclesiæ, vt ad se pertinentes.*

5 *Occupantes, vel furantes triticum ex decimis vel primitiis collectum, vel à clerico debitore ex fructibus eius beneficij, ratione crediti etiam supra creditum, vel ratione gabellæ verè debitæ non contrahunt præd. excommunicationem Bullarem.*

6 *Vsurpans fructus Papatus, vel Episcopatus &c. sede vacante non contrahit d. excommunicationem.*

7 *Opinio opposita est probabilior, quia licet vacet Sedes, fructus tamen pertinent ad eam, vel ad futurum successorem,*

8 *Hæres, vel filius Vsurpatoris retinens dictos fructus auctoritatiuo modo, & scienter, contrahit d. censuram.*

9 *Paria sunt in Iure rem iniustè vsurpare, & rem iniustè retinere.*

10 *Sequestrantes fructus Ecclesiasticos, ne interim ad Ecclesiasticas manus deueniant, sine Romani Pontificis, seu legitimi superioris expressa licentia, incidit in d. censuram.*

11 *Licentia, etiam si denegari non possit, semper debet actum præcedere.*

12 *Procurantes vt Iudices Ecclesiastici faciant d. sequestrationem, non incidunt in d. excommunicationem Bullarem.*

13 *Excommunicatio lata contra aliquid facientes, non comprehendit procurantes, consentientes, consulentes, mandantes, & similes, nisi in ipsa exprimantur.*

EX dictis sequitur primò, quod si fur, vel miles 1
v.g. prædictos redditus, seu fructus rapiat, non
contrahat excommunicationem Bullarem prædicti
Canonis 17. quia ad talem excommunicationem 2
contrahendam, requiritur, quod quis illos vsurpet,
id est velut potestate quadam vsurpata, & quasi
auctoritate proprio iure vtens, occupet: fur autem 3
vel miles, &c. non quasi auctoritate, vt sibi debitos,
illos capit, sed solum vt alienos, dolo,
vel rapina occupat; tum quia requiritur, quod 4
quis res Ecclesiæ vsurpet modo, quo *suprà* dicebatur,
vt prouentus Ecclesiæ ad se pertinentes.
Vnde, si quis res Ecclesiæ, vt res simpliciter, &
indistinctè, sicuti cæteras, & non vt prouentus
Ecclesiæ ad se pertinentes occupet, non
contrahit dictam excommunicationem Bullarem
Canonis 17. Sicut nec contrahit, si quis occu- 5
pet, vel furetur triticum ex decimis, vel primitiis
collectum; vel à clerico debitore ex fructibus
eius beneficij, ratione crediti, etiam supra creditum;
vel ratione gabellæ verè debitæ quid sumat,
vel retineat. Vide *lib. de Parlamentis Dubit.* 4.
sect. 19. *subsect.* 12. *& sect.* 20. *per suas subsectiones.*

Sequitur secundò, quod si quis vsurpet fructus 6
Papatus, vel Episcopatus, &c. quando vacat, (cùm
tunc non extet Ecclesiastica persona, cui ratione
Ecclesiæ, vel beneficij, &c. fructus debeantur) neque
contrahat dictam excommunicationem Bullarem
Canonis 17. sicuti ex probabili docent Caiet. 7
verb. excommunicatio, cap. 27. & Tolet. *lib* 1. *cap* 28.
Quamuis ex probabiliori contrarium tradant Nauar.
cap. 27. *num.* 71. Suar. *disp.* 21 *sect.* 2. *n.* 97. Sayr.
lib. 3. *cap.* 21. *num.* 4. & Alter. *disp.* 18. *cap* 1. ex eo,
quia licet vacet sedes, fructus tamen pertinent ad
futurum successorem, cui de iure reseruantur. Adde,
quod alioquin (cùm maius fructuum vsurpationis
periculum sit tempore vacationis, quàm in vita beneficiarij)
aperiretur via fraudibus, & bonorum Ecclesiasticorum
vsurpationibus. Adde secundò, quod
alioquin conuentuum, & monasteriorum bona
communia vsurpans, cùm non pertineant ad determinatam
personam, sed ad communitatem, dictam
excommunicationem Bullarem nunquam
contraheret.

Sequitur tertiò, quod è contra, si vsurpato- 8
ris

ris filius, vel hæres, &c. dictos fructus (auctoritatiuo modo, quo supra de principali vsurpatore dicebatur) sciens retineat, excommunicationem prædicti Canonis 17. similiter contrahat; quia pro eodem in iure reputatur, rem iniustè vsurpare, & rem iniustè retinere, vt in specie de rebus Ecclesiæ habetur *in c. indignè, 12. q. 2. cap. sicut, dist. 47. & cap. sæpè, de restit. spol.* & Concil. Tridentino *sess. 22. cap. 11. de reformat.*

10 Sequitur quartò, quod similiter, si quis dictos fructus sequestr:t (id est, auctoritate Iudicis apud aliquem, ne in eorum ad Ecclesiasticas manus deueniant, deponat) quauis occasione, vel causa (siue scilicet ad tollendas contentiones, inimicitias, mortes, vel alia mala; siue ne distrahantur, & dissipentur fructus; siue ne retinens illos ius acquirat in possessorio; siue ex alia causa, &c.) sine Romani Pontificis, vel alterius, ad quem de iure pertinet, expressa licentia ante sequestrationem (vti docet Abb. *in cap. licet, n. 11. de regul.* quia licentia, etiamsi

11 denegari non possit, semper debet actum præcedere, sicuti docet idem Abb. *in cap. tua nos, num. 7. de Eccles. ædif.*) dictam excommunicationem etiam contrahat.

12 Sequitur quintò, quod è contra, si quis procuret, vel faciat, vt Iudex secularis dictos fructus Ecclesiasticos, clerici v.g. sibi debentis, sequestret (licet olim tempore Clementis VII. & Pauli III. excommunicationem Bullarem contraxisset; quia in eorum Bullis addebatur: *Vel per se, vel alium, siue alios, directè, vel indirectè prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non veretur*) nunc tamen non contrahat; sicuti docent Nauar. *consil. 34. de sentent. excommun.* Graff. *lib. 1. c. 16.* & Alter. *disp. 18. cap. 2.* quia, cùm nunc excommunicetur solum, qui vsurpat, & qui sequestrat, id est, Iudex, cuius auctoritate fiunt sequestra, Constitutio, vtpotè pœnalis, non est extendenda ad partes, quæ apud Iudicem illa procurant.

13 *c. pœna, de pœnit. dist. 1.* Quapropter communiter dicitur, quod excommunicatio lata contra facientem aliquid, non comprehendat procurantes, consentientes, consulentes, mandantes, & similes, nisi in ipsa exprimantur.

DVBITATIO V.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per inuasionem rerum Ecclesiasticarum?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Laicus inuadens contra iuris ordinem occupando, vel arrestando sub prætextu debiti non soluti, vel iustitia non administratæ, res Ecclesiasticas, violat immunitatem rerum Ecclesiasticarum.*

2 *Arrestatio, seu occupatio bonorum in iure odiosa est, ita vt à Iudice decerni non soleat, nisi contra suspectum de fide violanda.*

3 *Negligentia in Iudice ordinariè non præsumitur, nisi probata sit legitima requisitio, neque standum est iuramento Partis dicentis se non sperare ab illo iustitiam consequi.*

4 *Ex Constitutione Bonifacij IX. expressè improbatur res Ecclesiasticorum arrestari, seu impediri ne ad ipsos perueniant, vel sequestrari, & occupari.*

5 *Ex Vrbano, & Innocentio II. prædictè ita sequestrantes, inuadentes, vel occupantes, excommunicantur vsque ad satisfactionem.*

6 *Iura loquentia de occupantibus bona Decedentium Clericorum multo magis habent locum in vita eorumdem, cum sit maior iniuria.*

7 *Ex Constitutione Bonifacij IX. expressè improbatur legata, & Ecclesiarum fabricis donata occupari.*

8 *Item ibidem expressè etiam improbatur, Clericorum possessiones incendiis, vel rapinis vastari (dummodo non sit ob indigentiam belli, id est ad finem aliquem iustum belli consequendum.*

9 *Ex Constitutione Martini V. inexcusabilis est omnis, qui à Domino, & Ecclesia aufert, vastat, & eripit, & vsque ad emendationem, & satisfactionem, sacrilegus iudicatur, et si emendari noluerit, excommunicatur.*

10 *Prædia vsibus secretorum cælestium dedicata prohibentur ab irruentibus vexari, & contumaces post debita vltionis acrimoniam, perpetua infamia damnantur, carceri traduntur, aut exilio perpetuæ deportationis condemnantur.*

11 *Incendiarius loci profani, & qui auxilium, vel consilium scienter dederit, Ecclesiastica sepultura caret, excommunicandus est, nec prius absoluendus, quam satisfaciat.*

12 *Incendiarius denunciatus excommunicatus non potest absolui, nisi à Summo Pontifice.*

RESPONDETVR, violari, si quis laicus contra iuris ordinem illas inuadat, occupando, vel arrestando sub prætextu debiti non soluti, vel iustitiæ non ministratæ; nec ministrandæ; quia ordinariè non desunt ordinaria remedia, querelam scilicet deponendi apud Superiorem, nempe Pontificem, vel in causis Imperij feudalibus apud Imperatorem, vel Cameram Imperialem. Vide Marthana *part. 4. cas. 41. n. 31. & cas. 125. num. 18.* & Andr. Gaill. qui in *lib. 1. obseruat. 48.* rectè obseruat, quod arrestatio, seu occupatio bonorum in iure odiosa sit, ita vt neque à Iudice, nisi contra suspectum de fide violanda, decerni soleat; & *in cit. lib. 1. obseruat. 28. num. 3.* rectè etiam notat, quod ordinariè in Iudice negligentia non præsumatur, nisi probata sit legitima requisitio, ita vt neque partis dicentis se non sperare iustitiam consequi, iuramento stari debeat. 1 2 3

Vide etiam Constitutionem 4. Bonifacij IX. quæ incipit: *Iustu*; vbi Pontifex expressè improbat, res Ecclesiasticorum arrestari, seu impediri, ne ad ipsos perueniant, vel sequestrari, & occupari; cùm tamen constet id debitum, *12. q. 2. c. de laicis*, vbi statuerat Vrbanus Papa, quod si quis post interdicti cognitionem, Episcoporum, vel Presbyterorum, vel aliorum clericorum res inuaserit, vsque ad satisfactionem excommunicetur; quod etiam habetur *in seq. cap.* ex Innocentio II. & alibi; quæ iura, licet loquantur de rebus clericorum decedentium, tamen locum habent multò magis in vita eorundem, cùm sit maior iniuria. Item ibidem Bonifacius IX. expressè improbat, legata, & Ecclesiarum fabricis donata occupari; quia hoc etiam est bona Ecclesiæ occupare, & contra totam penè causam, *12. part. 2.* vt *c. 1. 7. 8. 9. 10. 22. 14. 27. & 17. q. 4. c. sicut qui, & c. qui rapit.* Item ibidem expressè etiam improbat, clericorum possessiones incendiis, vel rapinis vastari (dummo- 4 5 6 7 8

cumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes; quæ verba significant, mentem Pontificis esse tueri solum immunitatem Ecclesiasticam quod ad ibi enumeratas; aliàs non restrinxisset ad res pertinentes ad personas Ecclesiasticas titulo Ecclesiastico, ergo &c.

11 Obiices in Canone 14. cuius est pars Canon 17 ponitur dictio vniuersalis, *Quicunque*, quæ dictio nemiaé excludit, *argum. l. Iulianus, ff. de legat.* 3.
12 *iuncta gl. in Clement. 1. de sepultur.* ergo, &c. Accedit, quod vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

Respondetur; concedo, quod dictio vniuersalis neminem excludat; & quod vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debeamus; sed id intelligi debet, nisi adsit, vt in casu nostro, fundamentum distinguendi. Et ideo admitto, quod etiam Ecclesiastici contrahant dictam excommunicationem, si faciant actionem ibi prohibitam: sed actio prohibita *in cit. Canone* 17. est solum vsurpatio contra Ecclesiam modo supra iam explicato: quapropter si Ecclesiasticus vsurpet res ibi enumeratas, trahendo illas ad manus seculares, etiam ipse contrahet ex-
13 communicationem. At secus, si Ecclesiasticus (idemque dico de laico) vsurpet pro alia Ecclesia; quia hæc non est actio ibi prohibita, cùm non tendat contra immunitatem Ecclesiasticam, ita vt sit iniuriosa communitati Ecclesiasticæ in communi, sed solum membro ipsius particulariter, & seorsim cōsiderato, pro cuius fauore sigillatim non est lata dicta excommunicatio, sed solum pro tota immunitate Ecclesiastica conseruanda immuni ab iniuria, qua spolietur rebus ibi enumeratis in detrimentum ipsius totius communitatis Ecclesiasticæ.

DVBITATIO VI.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per tractionem personæ Ecclesiasticæ ad forum secularem in criminalibus.

RESPONDETVR. de hac re dicam cap. 6. per totum.

DVBITATIO VII.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per tractionem personæ Ecclesiasticæ ad forum secularem in Ciuilibus?

RESPONDETVR. de hac re dicam cap. 7. per totum.

DVBITATIO VIII.

An, & quomodo contra Bullæ Cœnæ Canonem 14. violetur Immunitas Ecclesiastica occasione Causarum spiritualium?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Auocantes per se, vel per alium contra iuris dispositionem propria auctoritate, & de facto, prætextu exemptionum, quas à sede Apostolica obtinuisse prætendunt, causas mere spirituales, violant immunitatem.*

2 *Ad excommunicationem Canonis prædicti contrahendam, requiritur vt quis tanquam Iudex prædictas causas a Iudicibus à sede Apostol. ca constitutis ad se auocet.*

3 *Ecclesiastici, qui in Curiis Principum secularium, pro ipsis Principibus munere gubernandi funguntur, excommunicantur à dicto Canone si prædicta facere præsumant alia auctoritate quam Ecclesiastica.*

4 *Excommunicatio dicti Canonis est vniuersalis in omnes cuiuscumque status.*

5 *Retardantes, aut Impedientes earumdem Causarū cursum, ac Personas, Capitula, Collegia, & Conuentus, violant immunitatem.*

6 *Compellentes Partes astrictas ad reuocandas, vel reuocari faciendum citationes, inhibitiones, & alias litteras in dictis causis decretas, violant immunitatem.*

7 *Compellentes dictas partes astrictas statuto, decreto, præcepto vel alio modo ad faciendum, seu consentiendum absolui à censuris eos, contra quos litteræ emanarunt, violant Immunitatem, secus si nulla vis, vel metus interueniat.*

8 *Retardantes, seu Impedientes executionem litterarum apostolicarum vel executorialium processuum, vel decretorum quomodolibet violant immunitatem.*

9 *Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam contra Bulla Cœna Canonem 14. violant, & sic excommunicationem Bullarem dicti Canonis 14. contrahunt Exequentes vnam ex recensitis quinque actionibus.*

ESPONDETVR, violari primò, si quis per se, vel per alium contra iuris dispositionem propria auctoritate, & de facto, prætextu exemptionum, vel literarum, & gratiarum, quas à Sede Apostolica obtinuisse prætendit (vnde secus, si sine prætextu illarum, vt rectè notauit Suar. *de cens. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 75. contra Alterium *disp.* 15. *in princip.* & alios) beneficiales, decimales, & alias spirituales causas (vt quæ pertinent ad diuinum cultum, absolutionem à censuris, administrationem Sacramentorum, &c.) vel spiritualibus annexas (vt quæ sunt de iure patronatus, & similes; vnde secus merè temporales, cùm non exprimantur) ab Auditoribus, & Commissariis, aliisque Iudicibus à sede Apostolica deputatis ad se auocet. Quapropter ad excommunicationē Bullarem cit. Canonis 14. contrahendam requiritur, vt quis, tanquam Iudex, prædictas causas à Iudicibus à sede Apostolica constitutis ad se auocet, vt rectè etiam notauit Suar. *loco supra cit. num.* 75. & Alterius *disp.* 14. *cap.* 1. & patet ex contextu dicti Canonis 14. ibi: *Ac se ad illarum cognitionem tanquam Iudicem interponit.* 1 2

Et licet dicta excommunicatio Bullaris ferri videatur præcipuè contra Principes, & Dominos temporales, qui se Iudices constituunt in huiusmodi causis (vt notauit præter alios Caiet. *ver. Excommunicatio cap.* 26.) reuerà tamen fertur etiam 3

contra

contra Ecclesiasticos in Curiis Principum secularium, qui vt pro ipsis Principibus secularibus officio,& munere fungerentur, electi sunt, si similiter prædicta facere præsumant, alia auctoritate, quàm
4 Ecclesiastica. Quapropter talis excommunicatio est vniuersalis in omnes cuiuscumque status; vti rectè etiam notarunt Caiet. *loco supra cit.* Nauar. *cap.27 n.70.* Suar. *n.76.*& Alter. *cit. c.1.* & patet ex extremis verbis dicti Canonis 14. ibi: *Etiamsi talia committentes sint Præsidentes Cancellariorum, Parlamentorum, &c. Principum, Regum, Imperatorum, aut Archiepiscopi, Episcopi.* &c.

5 Secundò violari, si quis earumdem causarum cursum,& audientiam retardet, ac personas, Capitula, Collegia,& Conuentus dictas causas prosequi volentes impediat, ac se tanquam Iudicem in illis interponat.

6 Tertiò, si quis partes actrices, quæ causas committi fecerant, ad reuocandum, vel reuocari faciendum citationes, inhibitiones, & alias literas in dictis causis decretas compellat, siue talis compulsio fiat realiter, siue personaliter; & siue fiat directè, siue indirectè; vt v.g. res occupando, vel consanguineos,& similes in personis, vel in rebus grauando, gl. *in Clement. 1. de sent. excomm. ver. quomodolibet.* vide etiam *cap. sciant, de elect. in 6. cap. quicumque, de sent. excommun. in 6. cap. quoniam, de immunit. Eccles. in 6.* Azorium *part.1. lib.5. cap.13. q.7.* & Alterium *disp.16. c.6. dub.5. & disp.19. c.6. q.5. & disp.20. c.1.*

7 Quartò, si quis easdem partes actrices statuto, decreto, præcepto, vel alio modo ad faciendū, seu consentiendum, absolui à censuris, & pœnis in literis contentis, eos, contra quos literæ emanarunt, compellat. Vnde secùs, si partes actrices ad id præstandum promissione, vel spe præmij, vel gratiæ Principis inducantur, cùm tunc nulla vis, vel metus interueniat.

8 Quintò, si quis executionem literarum Apostolicarum, vel executorialium processuum, vel decretorum quomodolibet retardet, vel impediat; v.g. non permittendo eas recipi, publicari, registrari, vel iuxta earum tenorem procedi, etiam (ad hoc ve nulli excusationi locus detur) prætextu prohibendæ violentiæ, vel aliarum prætensionum; & etiam ad tempus, donec ad informandam sedem Apostolicam supplicauerit, vel supplicari fecerit, nisi legitimè reuerà supplicationem huiusmodi prosequatur. Quapropter si Princeps legitima causa supersederi fecerit, donec supplicationes Apostolicæ Sedi porrectæ fuerint, & illas legitimè prosequatur, excommunicationem hanc Bullarem non contrahet, quam tamen contrahet, si ad effectum impediendi executionem, hoc colore se defendere voluerit.

9 Itaque immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam contra Bullæ Cœnæ Canonem 14. violabit,& sic excommunicationem Bullarem dicti Canonis 14. contrahet, quicumque vnam ex quinque actionibus supra dictis modo, quo supra dicebatur, exequetur: & accessoriè (vna scilicet ex iis actionibus in effectu secuta) quicumque vnam ex iisdem actionibus exequenti fauorem, consilium, vel assensum præstiterit. Vide Bullæ Cœnæ cit. Canonem 14. *c. quoniam, de immunit. Eccles. in 6.* Suar.& Alterium *in loco supra cit.* Caietanum *ver. excommunicatio, cap.30.* Sotum *in 4. disp.22. q.2. art.3.* Ledesmam 2.4. *q.26. art.2.*& Azorium *tom.1. lib.5. cap.12.* Vide etiam, quæ dicebantur *cap.1. dubit.2. & seqq.*& quæ dicentur *cap. 6. & 7.*

SECTIO II.

An, vt contrahatur dicta excommunicatio Bullaris Canonis 14. necesse sit, vt auocatio causarum spiritualium ad laica tribunalia fiat à Iudicibus sedis Apostolicæ, ita vt non sufficiat, si fiat à Iudicibus Ecclesiasticis aliis?

SVMMARIVM.

1 *Duplex est opinio Auctorum & affirmatiua,& negatiua, vtraque est probabilis; sed negatiua est probabilior.*

AFfirmant probabiliter Alterius, & Vgolinos, 1
quos citat,& sequitur Bonacina *in Bull. Cœna tom.3. disp.1. q.1. punct.1. num.7.* quia in *cit. Can.* 14. *Bulla* dicitur: *Ab Auditoribus, & Commissariis, aliisque Iudicibus à sede Apostolica deputatis;* & ly *aliis* est particula repetitiua, & relatiua similium, *cap. sedes de rescript. & l. quidam relegatus, ff. de rebus dubiis.*

Negant autem probabilius Sousa *in Bullam Cœn. cap.15. num.1.* Duardus *Can.14. q.7. num. 1.* & Filliucius *tom.1. tract.16. cap.10. num.250.* quia falsum est, quod ly aliis semper sit particula repetitiua, & relatiua similium, vt patet ex *l. si fund. sub conditione, ff. de legat.1.* & ex alio capite, in dubio in fauorem Ecclesiæ inclinare debemus

SECTIO III.

An dicta excommunicatio Bullaris Canonis 14. contrahatur, etiamsi auocatio causarum spiritualium ad laica tribunalia fiat saltem à Iudicibus Ecclesiasticis sedis Apostolicæ, si tales in huiusmodi causis cognoscendis negligentes fuerint?

SVMMARIVM.

1 *Data etiam negligentia Iudicis Ecclesiastici, si fiat auocatio causarum ad laica tribunalia incurritur Excommunicatio d. bullaris.*

2 *Iudex secularis inferior & subordinatus, non potest supplere negligentiam Iudicis Ecclesiastici superioris, & subordinantis.*

3 *Iudex secularis non potest de dictis causis cognoscere nec pro vi arcenda, seu tollenda.*

REspondetur affirmatiuè; quia non potest Iudex 1
secularis, inferior, & subordinatus supplere 2
negligentiam Iudicis Ecclesiastici, superioris, & subordinantis. Atque ita docent ex communi Marthta *de iurisdict. part.4. cas.146* Reginaldus *tom.1. lib.9. cap.22. num. 338.* & Duardus *loco supra cit. q. 8. num.1.* contra Couarrouiam *pract. qq. cap. 35.* Menochium *de recuper. possess. rem.3. num. 356.* & Diaz
in pract. crimin. cap.102. Qua de re vide, quæ diffusè 3
dicebantur *lib. de Parlamentis dubit.4. sect.19. subsect. 1.2.3.4.13. & 20.* vbi etiam dicebatur, quod non possit Iudex secularis de dictis causis cognoscere, nec pro vi arcenda, seu tollenda &c. Vide etiam, quæ dicebantur *cap.1. dubit.15. sect.5.* & quæ dicentur *cap.6. dubit.10. cap.7. dubit.8. & c.9. dubit. 5. & 6.*

SECTIO

SECTIO IV.

Difficultates contra dubitationis Resolutionem, earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Quando in causa Ecclesiastica conceditur reclamatio ad Principem laicum, fit vt per Principem laicum moneatur Iudex Ecclesiasticus de iniquè administrata iustitia, non autem vt possit auocare ad se causam Ecclesiasticam.*

2 *Bulla Cœnæ vbique obligat, quia constat superiorem velle independenter ab acceptatione Populi illam obligare, quamuis appositum non sit omnino improbabile.*

3 *Episcopus tenetur publicare Bullam Cœnæ non solum in loco, vbi degit, sed etiam in aliis locis Diœcesis; si tamen ita expedire iudicauerit.*

4 *Episcopus à tali, & ab omni publicatione excusatur ob minas, vel metum grauem; secus si sit incussus in odium fidei, vel Religionis.*

5 *Quæ sunt de iure positiuo non obligant cum magno incommodo, & rigore; secus quæ sunt de iure Diuino.*

6 *Consuetudo contra Immunitatem, & libertatem Ecclesiæ, damnatur vt irrationalis, nec potest via præscriptionis legem abrogare; præsertim si adsit incapacitas ex parte præscribentis.*

7 *Consuetudo irrationabilis de iure communi non valet, vt pote Sacris Canonibus contraria.*

8 *Consuetudo æquiparatur statuta, & non inducitur in his, super quibus Populus statuere non potest.*

9 *Ius aliquando tolli potest per consuetudinem contrariam; secus tamen est quando ius prohibet consuetudinem supponens illam esse iniquam.*

10 *Concilium Tridentinum confirmatum fuit à Bulla Pij V. per clausulam decreti irritantis, quæ tollit omnem consuetudinem præteritam, & futuram, & prohibet consuetudinem contra Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam.*

11 *Consuetudo tam vniuersalis, quam particularis in casu, de quo agitur, non potest legem abrogare; immo expressè damnatur si sit contra Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam.*

12 *Consuetudo particularis etiam immemorabilis neque potest legem abrogare in casu de quo agitur etiam dato consensu Clericorum, cui per Clericos non potest renunciari.*

13 *Pontifex tolerat tolerantia permissiua consuetudinem contra Immunitatem, non autem tolerantia approbatiua.*

14 *Consuetudine cum immemorabili ad effectum præscribendi contra Immunitatem, requiritur de accepto priuilegio constans fama, ac traditio æque antiqua, & immemorabilis.*

15 *Priuilegium quodcumque concessum contra Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam reuocatum est per Bullam Cœnæ, & per Bullam Vrbani VIII.*

16 *Summus Pontifex potest si non in totum, saltem in partem derogare Immunitati, & libertati Ecclesiasticæ, & priuilegium ex causa rationabili concedere potest.*

17 *Reges Hispaniarum dicuntur habere priuilegium circa Tribunal, quod dicitur de la fuerza.*

18 *Reges Galliarum dicuntur habere priuilegium procedendi contra Clericos in quibusdam casibus, & conferendi Canonicatus, & beneficia in Regnis suis.*

19 *Respublica Veneta etiam dicitur habere priuilegium procedendi contra Clericos in quibusdam causis.*

20 *Prædicta priuilegia probanda sunt, & dato quod sint vera, reuocata fuerunt in Bulla Cœnæ, & ea reuocauit Vrbanus VIII. in Bulla super præseruatione Iurium,* quæ incipit, Romanus Pontifex.

21 *Lex vniuersalis posterior non derogat priuilegio particulari anteriori.*

22 *Priuilegia Regum Hispaniarum, Monarchiæ Regni Siciliæ, & Priuilegia Regum Galliarum & Reipublicæ Venetæ non reuocari per Bullam Cœnæ docent non improbabiliter nonnulli Doctores.*

23 *Allegans priuilegium concordatum, illud probare debet.*

24 *Priuilegium concordatum cum se habeat per modum Contractus, probabiliter, non intelligitur reuocatum, nisi exprimatur.*

25 *Priuilegia Cruciatæ per bullam Cœnæ, quin & per Iubileum Anni Sancti, probabiliter non intelliguntur reuocata.*

26 *Priuilegia Mendicantium similiter dictis temporibus nec per bullam Cœnæ intelliguntur reuocata; quamuis iis solum in remunerationem concessa sint.*

27 *Priuilegia concordata ad bonum publicum Ecclesiæ reuocari possunt, immo & debent, quando ita expediens est.*

28 *Summus Pontifex non potest se priuare suprema potestate, seu potestatis plenitudine.*

29. & 30 *Quidquid priuilegij, vel fauoris facit Princeps Laicus Ecclesiæ, facit superiori suo, & non subdito; & sic remanet irreuocabile per potestatem ipsius: non sic dicendum de summo Pontifice erga Principem subditum suum, etiam si fecerit per concordiam.*

31 *Summus Pontifex non potest per vllum contractum à se abdicare, vel minuere supremam potestatem, quam immediatè accepit à Christo Domino ad liberè disponendum de his, quæ faciunt ad rectam gubernationem Ecclesiæ.*

32 *Summus Pontifex volens stare contractui à se facto tenetur parti compensare damnum.*

OBiicies primo, *in cap. Filiis, 16. q. 7. c. si quis cum clerico, 11. q. 1. c. administratores, & c. Principes,* 1
13. conceditur reclamatio ad Principem laicum in causa Ecclesiastica, Ergo

Respondetur concedi, sed ita vt per illa iura possit Princeps laicus monere Iudicem Ecclesiasticum de iniquè administrata iustitia, non autem vt possit aduocare ad se causam Ecclesiasticam. Vel Respondetur, dicta iura esse abrogata per cap. *qualiter de iudic.* & per Bullam Cœnæ, vt *in cit. Dubitationibus* dicebatur.

Obiicies secundò, Bulla Cœnæ non est vsu recepta, ergo ibi non obligat.

Respondetur (licet probabile sit, legem non solum secularem, sed etiam Ecclesiasticam, non obli- 2
gare, nisi vbi recepta sit) tamen id locum non habere, quando constat, superiorem velle, legem suam independenter ab acceptatione populi obligare, vt est in casu nostro; cum Pontifex in Bulla Cœnæ excludat omnem prætextum, & prætensionem; & teste Bonacina *in Bullam Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 5. num.* 2 pluries de hac re interrogatus ita responderit. Quamuis oppositum (vt fateor, & dicebam *lib. de Parlamentis dubit. 4. sect. 19. subsect. 35. addend. 6.*) non sit omninò improbabile propter rationes ibi assignatas. Sed an verum sit, quod non sit illa vsu recepta in aliquo loco, videris, qui affirmat.

Cæterum ex alia parte, an satisfaciat Episcopus, 3
si publicet Bullam Cœnæ solum in loco, seu ciuitate, vbi degit?

Assit

Affirmant nonnulli, inter quos Alterius *loco*
supracit. At potius cum Bonacina *cit. disp.1.q.22.*
punct. 6, numer. 8. dicendum est, quod teneatur
etiam (saltem per alios) illam publicare extra di-
ctam ciuitatem, in aliis scilicet locis suæ iuris-
dictioni subiectis, si tamen ita expedire iudica-
4 uerit, quamuis à tali, quia ab omni publicatione
simpliciter excusetur Episcopus ob minas, vel
metum grauem(si talis metus non in odium fidei,
vel Religionis incussus sit;quia tunc vita negligi
debet ob Dei honorem, qui est de iure diuino)
cùm, quæ de iure positiuo sunt, non obligent
5 cum magno incommodo, & rigore,vt ex communi
ni docet Sayr.*de censur.lib.3.cap.25. num.12.* & nos
libro *de Parlament.dubit.4.sect.25.subsect.3.per totam*
diffusè dicebamus.

Obiicies tertiò,adest consuetudo in contrarium
immemorabilis Ergo.

Respondetur,consuetudinem,quæ vt irrationa-
6 bilis damnatur (qualis est contra immunitatem, &
libertatem Ecclesiasticam consuetudo, sicuti patet
ex *cap. 1.cap. ad nostram, & cap.inter de consuetud.*
item ex *cap.cum terra de elect.cap.clerici de iudic. cap.*
nouerit de sentent. excomm. & etiam ex Authent.
Cassa, Cod. de S. Ecclesiis.) non posse via præscri-
ptionis legem abrogare;præsertim,si sit incapacitas
ex parte præscribentis, vt ex parte laici in ordine
ad iura spiritualia est in casu nostro. Vide,quæ di-
cebatur *c 1.dub.15. & lib.de Parlament. dubit.4.sect.*
19. subsect.4.dubit.27.sect.5. subsect.1.& quæ dicen-
tur *.9.dubit.14.* Vide etiam *cap. fin.de constitut.in 6.*
7 vbi dicitur,quod consuetudo irrationabilis (qua-
lis est nostra, vt potè Sacris Canonibus contraria,
sicuti patet ex *cap.cùm venerabilis,& cap.ad audien-*
tiam. de consuetudin.) de iure non valet: & docet
in cit.cap.fin. gl.*verb.irrationabilis, ex cap. frustra, &*
cap.mala,dist.8. Vide tandem *cap.grauem de sent. ex-*
commun. vbi expresè dicitur,quod non valet con-
suetudo, quæ est contra immunitatem, & liber-
tatem Ecclesiasticam: & docent communiter Do-
ctores *in cit. cap. nouerint, de sent. excomm. & in cap.*
Ecclesia S.Maria de Constitut.

8 Et ratio vlterius est; quia consuetudo æquipa-
ratur statuto, *l.de quibus, ff de legib. & cap. cùm di-*
lectus de consuetud. (quapropter rectè dixit Aymon
consil.134. num.25. & de antiquitate temporum *in*
4. part. sect.1. num.13. consuetudinem non induci
super his, super quibus populus statuere non po-
test) sed in materia immunitatis,& libertatis Ec-
clesiasticæ(vtpotè extra sphæram suam) non solum
populus, sed nec etiam Principes laici quidquam
statuere possunt. Ergo,&c. Tum quia dato, & non
concesso, immunitas, & libertas Ecclesiastica non
sit de iure diuino, sed tantum de iure positiuo
(quod per consuetudinem contrariam aliquan-
do derogari potest, ex *cap. fin. de consuetud. c. in*
istis, distinct. 4. & c. placuit, distinct. 22.) ta-
9 men hoc non procedit, quando ius prohibet
consuetudinem, supponens illam esse iniquam;
quo modo in casu nostro ius Canonicum *in cit.c.1.*
& cit. cap. ad nostram, de consuetud. & Concilium
Tridentinum *in sess. 25. cap. 20. de reformat.* (qua-
tenus innouat,& exactè præcipit,obseruari ab om-
nibus sacros Canones, & Concilia generalia, nec
nõ & Apostolicas sanctiones in fauorem libertatis
Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarũ editas;
10 quod Concilium posteà confirmatum fuit à Bulla
Pij V. per clausulam decreti irritantis, quæ tol-
lit omnem consuetudinem præteritam,& futuram)
prohibet consuetudinem contra immunitatem, &
libertatem Ecclesiasticam: & docet S. Rota Ro-
mana *decis. 10. de consuetud. in antiquis*: item &
docent communiter Doctores, Faguod. *in præ-*
cept. Decalog. tom. 2.lib.8. cap. 44. num. 20. & alij
passim.

Obiicies quartò, licet ob rationem dictam non 11
possit via præscriptionis legem abrogare consue-
tudo in contrarium, quamuis immemorabilis, si
sit vniuersalis; potest tamen illam abrogare con-
suetudo in contrarium, si sit particularis, id est,
in certis quibusdam materiis causis,locis,personis,
&c.Ergo.

Respondetur,neque talem consuetudinem pos-
se legem abrogare; quia de vtraque consuetu-
dine est eadem ratio, vt patet ex multis iuri-
bus, præcipuè ex *cap. clerici de iudic.* vbi con-
suetudo etiam particularis contra immunitatem,
& libertatem Ecclesiasticam expressè damnatur, &
reprobatur. vide *loca cit.*

Obiicies quintò, potest legem abrogare saltem 12
consuetudo immemorabilis, si sit particularis, &
simul mixta, id est, laicorum, & clericorum com-
munis; quia tunc implicitè videntur clerici con-
sentire.Ergo.

Respondetur, neque talem consuetudinem pos-
se legem abrogare ob easdem rationes; & dato,
adsit consensus clericorum, tamen, cùm sit ille in
præiudicium immunitatis,& libertatis. primò, &
per se non personis, sed statui clericali concessæ
(cui propterea non possunt renunciare)nihil ope-
ratur,Vide loca supra cit.

Obiicies sextò,Summus Pontifex scit, & tole-
rat talem consuetudinem;ergo.

Respondetur, Pontificem tolerare tolerantia 13
permissiua(ad euitandum scilicet maiora incom-
moda) non autem tolerantia approbatiua; cùm
quotannis in Bulla Cœnæ omnes consuetudines
contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam
introductas,tanquam abusus,& corruptelas, dam-
net, & reprobet. Vide *loca cit.* & Bullam Vrbani
VIII.super præseruatione iurium sedis Aposto-
licæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque
Ecclesiasticarum è quibuscumque præiudicialibus,
quæ incipit: *Romanus Pontifex.* Vide etiam Duar-
dum *in Bullam Cœna Can. 15. q. 13. num. 11.* An-
toninum Diana *part. 3.tract.1. resol. 56.* & Bonaci-
nam *in Bull.Cœn.tom.3 disp.1.q.15.punct.4.§.1 num.*
*5.*Quamuis contrarium sentiat Coriolanus *in Bul-*
lam Cœnæ ad fin. & alij,quos citat, & sequitur Ce-
uallos *in tract. de cogmt. per viam violent. in gl. B.*
num.42.

Obiicies septimò,adest consuetudo immemora-
bilis, particularis, & etiam coniuncta cum fama
priuilegij, quæ licet vaga sit, & incerta, suffi-
cit,vt præsumatur concessum à Pontifice priuile-
gium;Ergo.

Respondetur primò, transeat prior pars ante- 14
cedentis;at nego partem posteriorem illius; quia
(vt *lib. de Parlament. cit. Dubit. 4. sect.19.subsect.3.*
& 4. & cit. Dubit 27.sect 10.probabam) simul cum
consuetudine immemorabili(ad effectum, qui præ-
tenditur) requiritur de accepto priuilegio con-
stans fama, ac traditio, æquè antiqua, & imme-
morabilis,ac est ipsamet consuetudo; quod in ca-
su nostro non contingit. Respondetur secundò,
Esto, adsit talis fama, & traditio, & sic præsu-
matur (vt contendunt auctores contrariæ sen-
tentiæ) concessum à Pontifice olim priuilegium:
at nunc tale priuilegium reuocatum est per Bul- 15
lam Cœnæ, & per dictam Bullam Vrbani VIII.
vt

vt mox *infra* dicetur. Vide *cit. loca*, & Panormitanum *in cap. super 2. de appellat. num. 4.* Suar. *de immunit. lib. 4. cap. 30. & seqq.* Tuschum *tom. 5. ver. libertas Ecclesiastica, concl. 342.* Bonacinam *in Bullam Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. num. 6. & seqq.* & Antoninum Diana *part. 1. tract. 2. resol. 6.*

Obiicies octauò, adest priuilegium à Summo
16 Pontifice certò concessum (quod Summus Pontifex, cùm possit, si non in totum, saltem in partem immunitati, & libertati Ecclesiasticæ ex causa rationabili derogare, concedere potest, vt *lib. de Parlament. dubit. 27. sect. 11.* dicebam, & docent Bañez *in 2. 2. q. 67. art. 1. dub. 2. concl. 1.* Pesantius *de immunit. Eccles. disp. 3.* & Ioan. de la Cruz *part. 1. pr. 8. q. 3. art. 1. dub. 1. concl. 3.* qui aiunt, Reges
17 Hispaniarum habere priuilegium circa Tribunal, quod dicitur de la Fuerza. Item docent Carolus Grassalius *in Regal. Franc. lib. 2. iur. 1. fol. 229. & iur. 2. fol. 237.* Menochius *de retinen. possess. rem. 1. num. 354* Rebuff *in Comment. ad Constit. Gallias tom. 3. tit. de appellat. tanquam abusu, num. 14. & in Concord. tit. vlt. de protect. Concord. v.* & alij qui aiunt, Re-
18 ges Galliarum habere priuilegium procedendi contra clericos in quibusdam casibus, & conferendi Canonicatus, & beneficia in Regnis suis. Item docent Zanardus *tom. 3 cap. 50* & Decianus *tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 66.* qui aiunt, Rempublicam Venetam etiam habere priuilegium proceden-
19 di contra clericos in quibusdam causis) Ergo, &c.
20 Respondetur, transeat antecedens: quod an verum sit, viderint, qui affirmant, & probare debent. At nego consequentiam; quia licet Summi Pontifices talia priuilegia olim concesserint, modò illa reuocant quotannis in Bulla Cœnæ; & illa reuocauit Pontifex in dicta Bulla super præseruatione iurium, quæ incipit: *Romanus Pontifex.* Nisi fortassè dicas, non reuocari per dicta iura dicta priuilegia, vtporè specialia, quia lex vniuersalis
21 posterior non derogat priuilegio speciali anteriori. & quia generalia verba, quæ rigidiora de hac re apposita erant in Bulla Cœnæ Gregorij XIII. temperata modò sunt à posterioribus Pontificibus.
22 Quapropter per Bullam Cœnæ non reuocari priuilegia Regum Hispaniarum (etiam Monarchię regni Siciliæ) nec priuilegia Regũ Galliarum, & Reipublicæ Venetæ, docent non omninò improbabiliter quidam Doctores, quos referebam *in locis supra cit.*
23 Obiicies nonò, Adest priuilegium concordatum, Ergo saltem tale priuilegium non est reuocatum per Bullam Cœnæ, quin nec potest reuocari.

Respondetur, transeat antecedens; quod tamen probare debet, qui dicit, *argum. l. in bello, § facta, ff. de captiuis, & postliminio reuersis, & l. 2. ff. de probat.*
24 Transeat etiam prior pars consequentis (quia priuilegium concordatum, cùm se habeat per modum contractus, probabiliter non intelligitur re-
25 uocatum, nisi exprimatur. Quapropter per Bullam Cœnæ, quin & per Iubilæum Anni Sancti probabiliter non intelliguntur reuocata priuile-
26 gia Cruciatæ: quin probabiliter etiam nec per Bullam Cœnæ intelliguntur reuocata priuilegia Mendicantium, quamuis solum in remunerationem iis concessa sint.) At nego posteriorem partem illius; quia, licet concordata inter Ecclesiæ Prælatos, & Principem secularem edita, & summi Pontificis (qui solum immunitati, & libertati Ecclesiasticæ ex causa rationabili præiudicare efficaciter, & validè potest) auctoritate confirmata, non intelligantur reuocata ob dictam rationem, nisi exprimantur; quinimmò nec debeant reuocari, nisi iusta causa de nouo exoriens sic exigat; nihilomi- 27
nus ex graui causa ad bonum publicum Ecclesiæ pertinente reuocari illa poterunt, quin & debebunt; cùm bonum publicum Ecclesiæ, vtporè in superiori ordine anteferri debeat cuicunque alteri 28
temporali bono & cùm summus Pontifex non possit se priuare suprema potestate, seu potestatis plenitudine, quam immediatè accepit à Christo Domino, non solum directè in ordine ad spiritualia; sed etiam indirectè in ordine ad temporalia, quatenus scilicet sic exigit finis vltimus salutis animarum, ad quem temporalia omnia ordinantur; & cùm huiusmodi casus in ipsamet concessione, seu concordia priuilegij, vtpote odiosa, & sic restringenda, exceptus censeatur; dummodo parti priuilegiatæ, si quod ei damnum ex tali reuocatione sequitur, compensetur.

Neque obstat, si dicas: Princeps laicus non potest reuocare priuilegium concessum Ecclesiæ; ergo nec Ecclesia, seu Pontifex poterit reuocare priuilegium concessum Principi laico.

Respondetur enim, disparitas est; quia quidquid 29
priuilegij, vel fauoris facit Princeps laicus Ecclesiæ, facit superiori, & non subdito suo, & sic remanet irreuocabile per potestatem ipsius. At quidquid 30
priuilegij & fauoris (etiam per concordiam) facit Ecclesia, seu Pontifex Principi laico, facit subdito suo in spiritualibus; & sic remanet reuocabile per potestatem ipsius; si sic exigat ratio boni communis spiritualis, & bonum regimen Ecclesiæ, quod est in superiori ordine ad quodcumque aliud bonum; præsertim, quia Pontifex non potest per vl- 31
lum contractum à se abdicare, vel minuere supremam potestatem, quam immediatè accepit à Christo Domino, ad liberè disponendum de iis, quæ faciunt ad rectam gubernationem Ecclesiæ. Vnde, si sic exegerit bonum commune Ecclesiæ, & consequenter extiterit iusta causa, Pontifex non solum poterit, sed etiam debebit priuilegium Principi laico concessum reuocare, & non stare contractui, compensando tamen Principi laico damnum, quod 32
inde accipit; quin etiam si Pontifex non existente iusta causa, id fecerit, validè propter dictam supremam potestatem immediatè à Christo Domino acceptam, etsi non licitè, faciet. Vide *cit. loca*, & Panormitanum *in cap. super. 2. de appellat. num. 4.* Suar. *de immunit. lib. 4. cap. 30* & *seqq.* Tuschum *tom. 5. ver. libertas Ecclesiastica, concl. 342.* Bonacinam *in Bull. Cœn. tom 3. disp. 1. q. 15. punct. 4. §. 1. num. 6.* & Dianam *p. 3. tract. 1. resol. 57.* Vide etiam, quæ dicebantur *c. 1. dubit. 15 sect. 1. & seqq.* & quæ dicentur *c. 4. dub. 31. & cap. 5. dubit. 14. & 15.*

DVBITATIO IX.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica, occasione Ecclesiasticæ Electionis?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas violatur, si secularis Potestas cum auctoritate se immisceat Electioni Ecclesiasticæ; quo casu electio fieri dicitur per abusum secularis Potestatis.*

2 *Is, qui tali electioni sua consensit, electionis commodo caret, & ad quamcumque aliam dignitatem ineligibilis redditur, donec cũ eo etiam ab Episcopo dispensetur.*

3 *Clerici Electores, qui electionem tali modo facere*

præsumpserint iure eligendi pro ea vice priuentur, ac ab officiis, & beneficiis penitus suspendantur.

4 *Excommunicantur ipso iure omnes qui Ecclesiasticam Personam, vel eius Consanguineos, ecclesias, vel bona grauant, ex eo, quod nolit eum pro quo rogatur eligere.*

1 RESPONDETVR, violati, si secularis po-
testas cum auctoritate se immisceat E-
lectioni Ecclesiasticæ; quo caso electio
fieri dicitur *per abusum secularis potesta-
tis*. Vide *cap. quisquis de elect.* vbi etiam
2 pœnæ adiiciuntur, vt scilicet qui tali electioni suæ
consenrit, electioois commodo careat, & ad quam-
cumque aliam dignitatem ioeligibilis reddatur, do-
3 nec cum eo eo criá ab Episcopo dispensetur, iuxta
gl. *ibi ver. fiat.* Clerici autem electores, qui electi-
onem tali modo facere præsumpserint, iure eli-
geodi pro ea vice priuentur, ac ab officiis, & bene-
ficiis penitus suspendantur. Vide etiam *cap. sciant
4 cuncti, de elect. in 6.* vbi excommunicatio ipso iure
subditur contra omnes, qui Ecclesiasticā personam,
vel eius consanguineos, Ecclesias, vel bona grauãr,
ex eo quod nolit eum, pro quo rogatur, eligere,
postulare, instituere, vel confirmare, &c. qua de re
Suar *disp. 23. sect. 4. num. 5.* & Sayrus *lib. 3. cap. 34. num. 8.*

DVBITATIO X.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica, occasione munerum, obsequiorumque personalium?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica violatur si Potestas secularis compellat Clericū ad munera, & obsequia sordida, vel ad angarias, vel ad alia munera, seu seruitia indebita.*

2 *Non solum Clerici; sed etiam eorum mancipia, & Domestici à sordidis muneribus eximuntur.*

3 *Clerici eximuntur etiam ab aliis muneribus honorificis, sed volentes.*

4 *Clerici non excusantur, necessitate vrgente, defendere Ciuitatem à vigiliis murorum.*

5 *Clerici ad vigilias murorum cogi non possant, nisi à proprio Episcopo seu superiore.*

6 *Gubernator & Magistratus si contra solitum recusent ad Ecclesiam Cathedralem accedere, remediis debitis cogendi sunt vt accedant.*

1 RESPONDETVR, violari, si potestas se-
cularis (cùm dicta munera, & obsequia
sint in triplici differentia; quędā sordi-
da, vt mūdandæ cloacæ, purgandi sta-
buli, fodiēdæ arenæ &c. Quędā hono-
rabilia, vt regere ciuitatem, & similia. Quædam in-
differentia, vt officium curatoris, tutoris, testamen-
tarij, &c de quibus mox *infrà Dubit. seq.*) compellat
clericum ad munera, & obsequia sordida, vel ad an-
garias, vel ad alia munera, seu seruitia indebita, ad
quæ clerici non solum non possunt ab alio obliga-
ri & compelli, sed nec etiam debent spontè, & à se
ipsis illa recipere, seu acceptare, quia ipsorū digni-
tati, & honorifico statui quam maximè indecentia
sunt. Vide *l. 10. Cod. de Episc. & cleric.* ibi: *Repellatur ab
his exactio munerum sordidorum.* Quinimò non
solum clerici, sed etiam eorum maocipia, & do-
mestici ad his muneribus eximuntur, *cap. generali-
ter, c. iuxta sanctionem, & c. placet, 16. q. 1. & l. 2. Cod. de* 2
Episc. & cleric.
Quamuis ab aliis muneribus honorificis, & in- 3
differentibus eximantur quidam etiam clerici, sed
si velint, vt habetur *in l. c. 1. 2 q. 10. & 11. Cod. de E-
pisc. & cleric. & in c. generaliter, 16. q. 1. & toto tit. de
immunit. Eccles. & tit. nè clerici, vel monachi*: & colli-
gitur ex *cap. peruenit de immunit. Eccles.* quatenus
ibi dicitur, *quod necessitate vrgente defendendæ ciui-* 4
tatis non excusantur cleric à vigiliis murorum. Vnde
consequens est, quod ab aliis muneribus oon ita
vrgentibos excusentur. Vbi tamen nota, quod 5
neque ad vigilias murorum cogi possint clerici,
nisi à proprio Episcopo, seu superiore, sicuti dice-
bamus *lib. de Parlamentis Dubit. 29.* & docet Suarez
lib. de immunit. cap. 22. num. 7. & sequent. & Azor. 2.
par. Institut. moral. lib. 8. c. 10. vers. tertium priuilegium.
Vide etiam Bullæ Cœnæ Canonem 18 (vbi omnia
quæ dixi, videntur etiam excommunicatione Bul-
lari prohiberi.) & quæ *lib. de Parlamentis dubit.* 28.
diffusiùs dicebantur, & quæ *cap 5. dubit 6. 16. & 21.
& cap. per totum* dicentur.
His adde, quod si Gubernator, & Magistratus 6
recusent cōtra solitum ad Ecclesiam Cathedralem
accedere, remediis debitis cogendi sint, vt accedant
sicuti determinauit Sacra Congregatio Rituum
in vna Faoensi die 1. Septembris 1607.

DVBITATIO XI.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica, occasione curæ, vel tutelæ conferendæ?

SVMMARIVM.

1 *Compellens Clericum vel aliam Personam Ecclesiasticam ad curam vel tutelam suscipiendam, violat immunitatem Ecclesiasticam.*

2 *Omnes præter Clericos coguntur suscipere Tutoris, vel Curatoris munus etiam inuiti.*

3 *Munus Tutoris, vel Curatoris est vnum ex publicis muneribus, à quibus lex propter bonum publicum neminem immunem esse vult.*

4 *Allegans iustam, & legitimam causam excusationis apud magistratum dictum munus declinare potest.*

5 *Clerici, si alia Persona non reperiantur, coguntur suscipere tutelam, seu curam miserabilium Personarum.*

6 *Clerici non prohibentur tanquam proximi, suscipere tutelam, seu curam personarum cognatarum.*

7 *Cura, vel tutela officium à Religiosa professione nimis alienum esse videtur, contra Siluestrum.*

8 *Religiosi, cum bona non habeant non possunt satisdare.*

9 *Clericus in sacris, vel Beneficiatus coram Iudice seculari in causis secularibus neque potest esse Procurator, vel Aduocatus, nisi suam, vel suorum, vel miserabilium causam suscipiat.*

10 *Clerici non prohibentur quominus in causis Ecclesiasticis possint esse Aduocati coram Iudice seculari pro defensione tamen rei, & personæ Ecclesiasticæ.*

11 *Clerici coram Iudice Ecclesiastico possunt in omnibus causis simpliciter esse Aduocati, nisi sint sacerdotes, quibus postulare nō permittitur, præterquā in propria causa, vel suorū vel Ecclesiæ, vel personarū miserabilium.*

12 *Clericus si cōtra Ecclesiā, à qua Beneficiū obtinet, pro Extraneo Procurator, vel Aduocatus esse præsumat, tanquā Ecclesiæ ingratus Beneficio illo spoliādus est.*

13 *Exercent officiū Aduocati, vel Procuratoris aduersus eum*

ficum, à quo Beneficium accepit, vitium ingrati animi incurrit.

14 *Munus Aduocati, vel Procuratoris Religiosis (etiam si Regulares Canonici sint) omnino prohibetur, præterquam in causa sui Monasterij, iubente Prælato.*

15 *Religiosus si absit à Monasterio potest cum voluntate præsumpta Prælati in iudicio agere; quamuis agere debeat nomine Monasterij, non suo.*

1 Respondetur, violari, si quis compel-
lat clericum, vel aliam Ecclesiasticã
personam ad curam, vel tutelam su-
scipiendam, & meritò, ne à sacris illa
distrahatur. Vide *l. generaliter, Cod. de*
2 *Episc. & clericis. & c. vlt. dist.* 88. Quapropter, licet alij
tutoris, vel curatoris munus etiam inuiti suscipere
3 cogantur *l. 1. ff. de administrat. tutorũ* (ex eo, quia tale
munus est vnũ ex publicis muneribus, à quibus lex
propter bonũ publicũ neminem immunẽ esse vult,
4 *tit. Cod. de decurionibus lib.* 10. Quamuis, si quis iu-
stum, & legitimam causam excusationis apud Ma-
gistratum allegauerit, dictum munus declinare pos-
sit, *in. Instit. de excusat. tutorum, vel curatorum, & tit.*
ff. eodem tit.) clerici tamen ad curam, vel tutelam
5 suscipiendam propter supra dictam rationem com-
pelli non possunt; præterquam personarum mise-
rabilium, si aliæ personæ ad illam suscipiendam
idoneæ non reperiantur, *iuxta cap. vlt. dist. 86. cap. 1.*
dist. 87. in gl. & c. 1. dist. 88 & præterquam persona-
6 rum cognatarum, quarum etiam legitimam, tan-
quam proximi cognati, curam, vel tutelam clerici
suscipere non prohibentur, sicuti colligitur, ex *cit.*
c. vlt. dist. 86.

Cæterùm quod Silu. *ver. Tutela, q* 3. ait, hæc eadem
locum habere in Religiosis (vt scilicet & hi etiam
in dictis casibus cum Prælati sui licentia curam,
vel tutelam suscipere non prohibeantur) mihi faci-
lè non probatur; quia curæ, vel tutelæ munus à re-
ligiosa professione nimis alienum esse videtur; cùm
curator, vel tutor ex mala administratione Minori,
vel tutori obligetur; quinimmò antequam admini-
strationem suscipiat, per fideiussores, aut pignora
(nisi testamento nominatus, vel à Iudice cum in-
quisitione datus sit; quando hoc ipso, vt idoneus
iudicatus, eligitur, *Instit. de excusat. tutor. vel curator.*
7 *§. sed hoc non est*) satisdare cogatur; quod Religiosi
(cùm bona non habeant) præstare non possunt;
cùm nõ possint pro administratione neque obliga-
tionem vllam contrahere, neque facilè cautionem
vllam præstare, sicuti rectè præter alios notauit
Sanch. *lib. 6. moral. c. 14. num.* 16. & videri poterit Au-
thẽt. *de SS. Episcopis. §. Deo autẽ amabilis*, vbi expressè
curæ & tutelæ officium illis omninò prohibe-
tur.

9 His addo, quod clericus in sacris beneficiatus
coram Iudice seculari in causis secularibus neque
possit esse procurator, vel aduocatus; nisi causam
suam, vel suorum, vel Ecclesiæ, vel personarum mi-
serabilium suscipiat; sicuti statuitur *in cap. 1. de po-*
stulando, & docet ibi Abb. *n.* . Innocent. *c. vn. de ob-*
ligatis ad ratiocinia, n. 1 Silu. *ver. aduocatus, q.* 3. & Ar-
milla *eod. ver. n.* 5. qui per contrarium sensum inde
10 colligunt, quod dicti clerici non prohibeantur,
quo minus in causis Ecclesiasticis possint esse ad-
uocati corã Iudice seculari, si corã tali Iudice perso-
11 na Ecclesiastica, vel res ad Ecclesiã pertinens defen-
datur. Quinimmò coram Iudice Ecclesiastico pos-
sint in omnibus causis simpliciter esse aduocati; ni-
si sint sacerdotes, quibus postulare non permittitur,
præterquam in propria causa, vel suorum, vel Ec-
12 clesiæ, vel personarum misarabilium, *e. cum sacerdo-*
tes eod. tit. vbi etiam subditur, quod, si clericus con-
tra Ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extra-
neo procurator, vel aduocatus esse præsumat, tan-
quam Ecclesiæ ingratus, beneficio illo spoliandus
sit Ex quibus Abb. *ibid.* colligit quod in vniuersum 13
quicumque exercet officium aduocati, vel procura-
toris aduersus eum, à quo beneficium accepit (v. g.
Vassallus contra Dominum, &c.) vitium ingrati-
tudinis incurrat.

Quod autem aduocati, vel procuratoris munus 14
Religiosis (etiamsi Regulares Canonici sint) omni-
nò prohibetur; præterquam in causa sui Monaste-
rij, iubente Prælato, iuxta *Clem. Religiosus, de pro-*
curat. & c. ex parte, de postulan. & docet Abb. *in c. n.* 3.
de officio, Iudicis. Quinimmò *arg. l. si longius, §. filius-*
familias, ff. de Iudic. Si Religiosus à monasterio ab- 15
sit, poterit cum voluntate præsumpta Prælati in iu-
dicio agere; quamuis agere debeat nomine mona-
sterij, non suo; sicuti ex communi notauit Nauar.
Comment. 2. de Regul. n. 29. & 64.

DVBITATIO XII.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica, occasione vexationis eorum, qui commorantur in Curia Romana?

SVMMARIVM.

1 *Is, qui nullam habet iurisdictionem ordinariam, vel delegatam à Papa, vel ab inferioribus eius iudicibus, si temere illam sibi vendicans vexet commorantes in Curia Romana interficiendo, &c. vel per se, vel per alium, violat immunitatem Ecclesiasticam & excommunicatur excommunicatione Bulla Cœnæ ipso facto.*

2 *Faciens vnam ex actionibus recensitis Canone 9. dicta Bulla, non simpliciter, sed respectu iurisdictionis, quam in se nullam habet, contra commorantes in Curia Romana, incidit in dictam excommunicationem.*

3 *Excommunicationem dicti Canonis non contrahit, qui non facit prædicta auctoritatiue, seu vt Iurisdictionem habens, sed vt priuata Persona.*

4 *Exercens actionem iniustam aliquam ex prædictis non solum, sed & mandatarius etiam contrahit dictam excommunicationem nec non & mandans.*

5 & 6 *Vnum & idem est delictum, & pœna mandatarij, qui opus exercet seu exequitur, ac mandantis (effectu tamen secuto) secus est de Consulente, fauente, vel auxilium præstante.*

7 *Exercens vnam ex recensitis actionibus can. 9. in commorantes in Curia Romana formaliter ad negotia, & causas pertinentes ad sedem Apostolicã, etiã si contingat summum Pontificem non Romæ, sed alibi degere, & non contra materialiter tantum commorantes, incidit in dictam excommunicationem.*

8 *Nihil refert ad incurrendam excommunicationem an Commorantes sint Infideles, dummodo habeant causas, vel negotia tractanda cum sede Apostolica.*

9 *Vbi lex non distinguit neque nos distinguere debemus.*

10 *Sancta Mater Ecclesia benigne, & humiliter recipere vult etiã infideles, Iudæos, vel Hæreticos ad se venientes.*

11 *Famuli, & serui Commorantium formaliter in Curia Romana, si Domini sine illis commode esse non possunt, fruuntur priuilegio suorum Dominorum.*

12 *Et exercentes contra illos vnam ex actionibus in dicto Canone recensitis excommunicantur.*

13 *Priuilegium Domino concessum nisi esset extensibile etiam ad seruos, redderetur inutile; & frustratorium.*

14 *Exercẽtes vnã ex recẽsitis actionib. in d. canone cõtra*

seruos sine quibus Domini commodè stare possunt, non
contrahunt d. excommunicationem Bullarem.
15 *Percutientes commorantes in Curia Romana, & eorum*
famulos necessarios etiam cum magna sanguinis effusio-
ne, sed sine mutilatione, vel interfectione, non contra-
hunt excommunicationem d. Canonis.

RESPONDETVR, violari, si quis nullam
1 iurisdictionem ordinariam, vel delega-
tam à Papa, vel ab inferioribus eius iu-
dicibus, habens, illam temerè sibi ven-
dicans vexet eos, qui commorantur io
Curia Romana, interficiendo, mutilando, spolian-
do, capiẽdo, vel detinendo, per se, vel per alium. Vi-
de Bullæ Cœnæ Canonem oonum in fin. (vbi talis
excommunicatut excommunicatiooe Bullari ipso
facto.) Vide etiam, quæ dicentur *cap. & 7.*
2 Hanc excommunicationem Bullarem Cano-
nis noni contrahit, qui iniustam aliquam ex di-
ctis actionibus exercet in commorantes in Curia
Romana, non quidem simpliciter; sed si id faciat
prætextu iurisdictionis, quam in se nullam habet:
vnde si res alicuius in dicta Curia cõmorantis fure-
tur, vel si orta rixa talem interficiat, vel mutilet, &c.
3 hanc excommunicationem Bullarem non contra-
hit; quia non facit auctoritatiuè seu vt iurisdi-
ctionem habens, sed vt priuata persona.
Secundò banc excommunicationem Bullarem
4 cõtrahit, non solum qui exercet actionem iniustam
aliqoam, vt supra, seu mandatarius, sed etiam qui
mandat; quia clausula ly *per se, vel per alium*: initio
Canonis posita, refertur ad omnia sequentia, *c. secun-*
dò requiris de appellat. & docet Decius *ibi*, Suar. *de cē-*
sur. disp. 21. sect. a. n. 66. Alterius *lib. 5. disp. 10. c. 5.* tum
quia proprius modus exercendi dictas actiones in-
iustas auctoritatiuè, & tanquam iurisdictionem ha-
bentis, potius est illas mandare, quàm per seipsum
exercere, seu exequi; quamuis etiam exercens, seu
executor excommunicationem dictam contrahat;
quia exercet, seu exequitur iussa mandãtis (nisi pro-
5 babilis ignorantia ipsum excuset.) ita vt vnum, ac
idem sit delictum, & pœna mandatarij, qui opus e-
6 xercet, seu exequitur, ac mandantis (effectu tamen
secuto) non sic consulentis, fauentis, vel auxilium
præstantis; cùm tales ounc in Bullæ Canone non
exprimantur (vt exprimebãtur olim in Bulla Cœnæ
Gregorij XIII.) qua de re Alterius *cit. l. 3. disp. 10. c. 3.*
7 Tertiò, hanc excommunicationem Bullarem
contrahit, qui iniustam aliquam ex dictis actioni-
bus exercet in commorantes in Curia Romana, for-
maliter, id est, in commorantes (vbi est sedes Apo-
stolica) ad negotia, causas, & res pertioentes ad il-
lam pertractandas, etiamsi contingat, Summum Pō-
tificem, & eius Curiam Romæ non degere; non au-
tem in commorantes in Curia Romana materialiter,
id est, in cõmorantes Romę (etiamsi ibi sit Pontifex,
& Curia illius) ad particularia, & secularia oegotia
peragẽda; quia per talem Canonem Pontifex voluit
prouidere securitati eorum, qui coguntur pro suis
negotiis formaliter cum sede, & Curia Apostolica
agere; sicuti rectè notauit Suarez *loco supra cit. n. 65.*
Alterius *cap 2. dubit. 4. Nauar. cap. 27. num. 65.* Sayr.
de cens. 3. lib. 3. cap. 13. n. 3. & Tolet. *lib. 1. c. 25. n. 2.*
Quartò, hanc excommunicatiooem Bullarẽ con-
8 trahit, qui similiter iniustam aliquã ex dictis actio-
nibus exercet in commorantes in Curia Romana,
modo quo supra dicebatur, formaliter; etiamsi ibi
tali modo commorantes sint iofideles, Iudæi, vel
hæretici; qoa in textu dicitur, in commorantes, &
9 oon additur, ly *Christianos*, vel *Catholicos*: & vbi lex
non distinguit, nec nos distinguere debemos: tum
quia S. Mater Ecclesia benignè, & humaniter reci- 10
pere vult etiam iofideles, Iudæos, vel hæreticos, ad
se venientes.
Cæterum quoad famulos, & seruos commoran-
tium in Curia Romana formaliter, dicendum est, 11
quod si dicto modo in Curia cõmorantes sine illis
commodè in ea commorari non possuot, eodẽ pri-
uilegio fruaotur dicti famuli, & serui, ac fruuntur
principales; ita vt qui io illos etiam iniustam vnam
ex dictis actionibus exercet, excommunicationem 12
eandem Bullarẽ contrahat, *ex cap. licet de priuilegiis*;
& docet gl. *ibi*, & Felin. *c. 2. de treuga, & pace, n. 1.* Et
probatur; quia alioquin priuilegiũ domino cõcessũ,
redderetur inutile, & frustratorium. At secus dicen- 13
dũ est de illis famulis, & seruis, sioe quibus prioci- 14
pales in Curia Romana cõmorari commodè possẽt,
quamuis ibidem comites ipsorũ; ita vt si quis in ta-
les famulos, & seruos vnam iniustam ex dictis a-
ctionibus exerceat, vel exerceri mandet, dictam
excommunicationem Bullarem noo contrahat.
Quintò è cootra haoc excommunicationẽ Bul-
larem non contrahit, qui cõmorantes in Curia Ro- 15
mana, etiam formaliter, & eorũ famulos, ac seruos
ipsis necessarios percutit, vel vulnerat, etiam cum
magna sanguinis effusione, sed sine mutilatione, vel
interfectione; quia Pōtifex solet exprimere percus-
sionem, & vulneratione, quando vult illas include-
re, vt patet ex *Bullæ Cœnæ Canone 10. & 11.* (quod
in Caoone 9. non fit, etsi olim fiebat) & ex alio ca-
pite pœnæ (vt pote odiosæ) non sunt ampliandæ, sed
potius restringeodæ. Idemque propter easdem ra-
tiones cum Alterio *c. 4.* dicas de eo, qui membrom
debilitauit, sed non mutilauit.

DVBITATIO XIII.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica, occasione præceptorum, vel prohibitionum in clericos?

SVMMARIVM.

1 *Prohibentes subditis suis laicis, ne ab Ecclesiasticis Personis quidquam emant, vel iisdem quidquam vendant, molant, panem coquant, vel alia obsequia prestẽt, violant Immunitatem Ecclesiasticam, & eo ipso excommunicationem incurrunt.*
2 *In sententia nõnullorũ talis prohibitio est potius cõtra libertatẽ conuictus, quã cõtra libertatem Ecclesiasticã.*
3 *Huiusmodi prohibitio est saltem contra libertatem Ecclesiasticam indirectè (quod etiam in Canone 15 Bulla Cœna expresse prohibetur) quin etiam forsitan directe.*
4 *Denegare qua Ecclesiasticis iure communi competunt, est contra libertatem Ecclesiasticam & ex alio capite de iure communi potest quilibet prædicta obsequia alteri præstare.*
5 *Preceptum vel prohibitio, quin & lex, vel statutum duobus modis potest libertati Ecclesiastica esse contrariũ 1. directe, si loquatur de rebus, & Personis Ecclesiasticis 2. indirecte, si verbis deponat de Personis laicis, re ipsa autẽ tẽdat, & ordinetur ad Ecclesiasticorũ læsionẽ.*
6 *Priuilegia etiam indirecte violanda non sunt, alioquin competit actio de dolo.*
7 *In legem committit, qui verba legis complectens contra legis nititur voluntatem.*
8 *Quidam Episcopi reprehenduntur, qui cum non possint*

sint sententiis suis Regulares exemptos ligare, id ipsum via indirecta assequi nituntur.

9 *Non tantum verba, sed vim, & potestatem priuilegiorum legis, & Canonis, seruare debemus.*

10 *Fraus legi, & Canoni fieri non debet, quia nihilominus quis incidit in legem.*

11 *Prohibitione facta à laicis, ne asportetur frumentum ad molendinū, Ecclesiæ molendina non cōprehendūtur.*

12 *Obtinens à Iudice laico contra laicos ædificantes, ne prosequantur opus inceptum ad instantiam Regularium in eorundem solo sub pœna, &c. incidit in pœnas violantium immunitatem Ecclesiasticam.*

13 *Item contra prædictos locum habet excommunicatio Bullæ Cœnæ can. 15.*

14 *Simplex mandatum non prohibetur per Canonem prædictum, prohibetur tamen mandatum auctoritatiue ad modum decreti impositum.*

15 *In Canone prædicto prohibentur etiam decreta, quæ sunt contra Immunitatem Ecclesiasticam, & huiusmodi inhibitio facta fuerit auctoritatiue, & per decretum Iudicis.*

16 *Is ad cuius instantiam facta est dicta Inhibitio, incidit etiam in prædictas censuras.*

17 *Inhibitio, vt sit contra libertatem Ecclesiasticā, sufficit vt sit contra exēptionem, quæ conuenit ex vi status Ecclesiastici, qualis est exemptio à Iurisdictione laica.*

18 *Inhibitio licet sit contra specialia iura, & priuilegia particularis Ecclesiæ, dicitur contra libertatem Ecclesiasticam.*

19 *Iura particularis Ecclesiæ sunt iura totius Ecclesiæ, & ipsius summi Pontificis, cui talis Ecclesia subiecta est.*

20 *Qui vnam Ecclesiam offendit, totā Ecclesiā offendit.*

21 *Non minus iura particularia, quam communia spectant Immunitatem Ecclesiasticam.*

1 RESpondetur, violari, si potestas secularis præcipiat, vel prohibeat subditis suis laicis, ne ab Ecclesiasticis personis quidquam emant, vel iisdem quidquam vendant, molant, panem coquant, vel alia obsequia præstent, cap. vlt. de immunit. Eccles. in 6. ibi: *Eos, qui temporale dominium obtinentes subditis suis, ne Prælatis, aut clericis, seu personis Ecclesiasticis quidquam vendant, molant, panem coquant, aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicunt; cùm talia in derogationem libertatis Ecclesiasticæ præsumantur, eo ipso excommunicationem sententiæ incurrere decernimus.* Et docent cōmuniter Doctores, Suar. *de censur. d. 21. sect. 2. num. 93.* Reginaldus *to. 1. lib. 9. cap. 24. num. 358.* Filliuc. *to. 1. tract. 16. cap. 10. num. 271.* Coriolanus *in Bull. Cœna, excommun. 15. fol. 937.* & Gambacurta *de cas. reseru. l. 10. c. 10.*

Quamuis contrarium doceant alij, vt Anguian.
2 *in tract. de legib. to. 1. lib. 2, contr. 15. num. 36. & 40.* Pereira *de manu Regia Pralud. 3. num. 7.* & inclinare videntur Caiet. *verb. Excommunicatio, cap. 31.* Nauarr. *cap. 27. num. 119.* & Fillinc. *loco supra cit.* ex eo, quod id potius sit contra libertatem politici conuictus, quàm contra libertatem Ecclesiasticam.

Sed his non obstantibus, Respondetur, esse con-
3 tra libertatem Ecclesiasticam, saltem indirectè (quod etiam in Canone 15. Bullæ Cœnæ expressè prohibetur) quin & forsan etiam esse contra libertatem Ecclesiasticam, denegare Ecclesiasticis ea,
4 quę de iure cōmuni illis cōpetunt; & ex alio capite de iure communi potest quilibet prædicta obsequia alteri præstare. Vide (præter *cit. cap. vlt. de immunit. Eccles. in 6.* & præter *cit. Canonem 15. Bullæ Cœnæ*) *cap. nouerint de sent. excomm.* & *Authent. Cassa,*
& *irrita, Cod. de SS. Ecclesiis.* Duobus enim modis
potest præceptum, vel prohibitio, quin & lex, vel 5
statutum libertati Ecclesiasticæ esse contrarium;
primò directè, si loquatur de rebus, vel personis
Ecclesiasticis, & sic cum expressa derogatione iuris
Ecclesiastici, vel vsurpatione iurisdictionis super
rebus, vel personis Ecclesiasticis: quod prohibetur *in cap. Ecclesia de constitut.* & *in cap. 2. de iudiciis.*
Secundò indirectè si verbis disponat de personis
laicis, re ipsa autem tendat, & ordinetur ad Ecclesiasticorum læsionem, & sic indirectè, seu implicitè
Ecclesiasticæ immunitati repugnet. Cuius exemplum saltem est Casus *in cit. cap. vlt. de immunit. Eccles. in 6.* supra relatus. Quapropter generalem regulam tradunt gl. *in d. cap. vlt.* Abb. & alij Doctores
communiter *in cap. quanto de priuilegiis*, quod *priui-* 6
legia, etiam indirectè, violanda non sint; alioqnin competat actio de dolo; & meritò; quia certò *committit* 7
in legem, qui verba legis complectens, contra legis nititur voluntatem, regul. vlt. in 6. & facit textus *in cit. c. quanto de priuilegiis*, vbi reprehenditur, quod *quidā Epi-* 8
scopi, cùm non possint sententiis suis Regulares exemptos ligare, id ipsum via indirecta assequi nituntur, quando in subditos suos excommunicationis, vel interdicti sententias proferunt, si in illorum molendinis molant, vel in furnis coquant, vel aliquid vendendo, aut emendo eisdem communicent: & sic Apostolicorū priuilegiorum non vim, & potestatem, sed sola verba seruantes, dicti Ordinis monachos quodāmodo excommunicant, dum eis alios communicare non sinunt. Vbi gl. ait: *Nota, quod non tantum ver-* 9
ba, sed vim, & potestatem priuilegiorum, legis, ac Canonis seruare debemus. Item *fraus legi, vel Canoni fieri non de-* 10
bet; quia nihilominus quis incidit in legem. Facit etiam
cit. Canon 15. Vide, quæ dicentur *c. 8. dub. 2. & 8. & c. 9. dubit. 7. sect. 20.* & quæ dicebantur *lib. de Parlament. dub. 30. sect. 20. & 21.* Hinc, quod Ecclesię mo- 11
lendina non comprehendantur sub prohibitione facta à laicis, ne asportetur frumentum ad molendinū, determinauit Sacra Cōgregatio Immunitatis die 7. Decembris 1632. & tradidit Ancharanus *consil. 115. n. 13.*

Cæterum, an qui contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam operatur alio modo, remotis scilicet statutis, & decretis, contrahat excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini? Vide *infra* loca cit. præcipuè *cit. c. 8. dub. 1.*

Ex dictis sequitur, quod qui obtinuit à Iudice 12
laico contra laicos ædificantes, ne prosequantur opus incœptum ad instantiam Regularium in eorundem solo sub pœna, &c. inciderit in pœnas immunitatem Ecclesiasticam violantibus impositas; & docent præter Suarez, Reginaldum, Fillincium, Coriolanum, & Gambacurtam supra citatos, Archidiaconus Geminianus. Ioan. Andreas, Ancharan. Domin. Munachus, & Franchus *in dict. cap. vlt.* Nauar. *cap. 27 num. 130* Laurr. *de Iubil. par. 2. cap. 23. num. 16.* Reginal. *lib. 9. cap. 24. num. 358* Bonacina *to. 3. disp. 2. de censur. q. 10. punct. 4. num. 2.* Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat. 10. num. 21.* Viuian. *lib. 3. Ration. iur. tit. 49. cap. 5.* & Diana *par. 1. tract. 2. resol. 54.* Et ratio breuiter ex dictis est; quia, licet prohibitio laico fiat, redundat tamen indirectè in præiudicium Ecclesiasticæ personæ; cùm ipsi indirectè prohibeatur, ne possit vti iure suo quoad fabricam; & sic fit fraus legi, quæ prohibet personas Ecclesiasticas subiici Iudici laico; siquidem committit in legem, qui verba legis complectens, nititur contra voluntatem legis, *cap. fin. de regul. iuris*; & facit etiam *cap. nouerit, de sentent. excommunicat.* Vnde non est dubium, quod

in caſu noſtro locum habeāt pœnæ immunitatem
Eccleſiaſticam violantibus impoſitæ.

An autem etiam locum habeat excommunica-
tio Canonis 15. Bullæ Cœnæ, in quo imponitur
excommunicatio eis, *qui ſtatuta, ordinationes, conſti-
tutiones, pragmaticas, ſeu quauis alia decreta in genere,
vel in ſpecie ex quauis cauſa, & quouis quæſito colore,
ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, aut priuile-
gij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, &
publicauerint, vel factis, & ordinatis vſi fuerint, vn-
de libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læ-
ditur, vel deprimitur, vel alias quomodolibet re-
ſtringitur, ſeu noſtris, & dictæ Sedis ac qua-
rumcunque Eccleſiarum iuribus quomodolibet, dire-
ctè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè præiudi-
catur?*

Reſpondetur etiam affirmatiuè; atque ita do-
cent Vgolin. *de cenſur. in Bull. Cœn. in explicat. dicti
Canonis 15. ver. Nec non qui ſtatuta*, Filliucius *tr.
16. cap. 10 quæſt. 7. num. 267.* Alter. *de cenſur. circa di-
ctum Canonem 15. diſp. 16. cap. 3.* Duard. *in Bullam
Cœnæ. Can. 15. quæſt. 10. & 22. in fin.* & Bonacina *de*
14 *cenſur. 10. 3. diſp. 1. q. 16. punct. 1. num. 2.* (vbi licet, ve-
lit, quod per dictum Canonem non prohibeatur
ſimplex mandatum, ſentit tamen, quod prohibea-
tur mandatum auctoritatiuè ad modum decreti
impoſitū) & ratio eſt; quia in hoc Canone prohibē-
tur etiam decreta, quæ ſunt cōtra immunitatem Ec-
15 cleſiaſticam; & huiuſmodi inhibitio facta fuit au-
ctoritatiuè, & per decretum Iudicis: vnde cùm ſic
tendat contra immunitatem Eccleſiaſticam, vti
conſtat ex dictis, eſt illud ipſum, quod in cit. Ca-
none 15. prohibetur.

16 Ex quibus ſequitur, quod is quoque, ad cuius
ioſtantiam facta eſt dicta inhibitio, inciderit etiam
in prædictas cenſuras; quia in cit. Canone dicitur:
Vel factis, & ordinatis vſi fuerint; is autem, ad cuius
inſtantiam fit inhibitio, vtitur decreto Iudicis in-
hibitio; quia inhibitiuo fit laicis ædificantibus, at-
que ita docent Sayr. *lib. 3. Theſaur. cap. 19. numer. 10.
&* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 3. can. 15. quæſt. 24.
num. 1.*

Obiicies: huiuſmodi inhibitio fit contra parti-
culares perſonas, non contra libertatem Ec-
cleſiaſticam, ergo non pertinet ad hunc Ca-
nonem.

17 Reſpondetur, nego conſequentiam; quia vt in-
hibitio ſit contra libertatem Eccleſiaſticam, ſuffi-
cit, ſi ſit contra exemptionem, quæ conuenit ex vi
ſtatus Eccleſiaſtici, qualis eſt exemptio à iuriſdi-
18 ctione laica. Accedit, quod adhuc eſſet contra li-
bertatem Eccleſiaſticam, etiamſi eſſet contra ſpe-
cialia iura, & priuilegia particularis Eccleſiæ, ſicuti
docent Vgolin. *de cenſur. circa dictum Canonem 15.
§. 6. num. 1.* Sayr. *lib. 3. Theſaur. cap. 19. num. 9.* Regi-
naldus *lib. 9. n. 358.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib. 2. Can.
15. q. 26. verſ. hæc tamen*, Carolus de Graſſis *de effect.
clericat. effect. 2. num. 71.* Bonacina *de cenſur. 10. 3. diſp.
1. q. 16. punct. 2. num. 40.* & Coriolanus *in præſentem
Can. 15. ver. nunc autem.* Et probatur; quia militat ea-
dem ratiu; cum iura particularis Eccleſiæ ſint iura
19 totius Eccleſiæ, & ipſius Summi Pontificis, cui ta-
lis Eccleſin ſubiecta eſt; vt proinde qui vnam Ec-
20 cleſiam offendit, totam Eccleſiam offendat, *l. 1. Cod.
de ſumm. Trinit. & fide Cathol.* vbi Bal. Alban. *in rubri-
cat. ad Bart. in cit. l. 1. num. 10.* quapropter non minus
iura particularia, quàm communia ſpectant ad im-
21 munitatem Eccleſiaſticam.

DVBITATIO XIV.

An, & quomodo violetur Immunitas Ec-
cleſiaſtica occaſione legum, vel ſta-
tutorum.

RESPONDETVR, de hac re dicam *cap. 8.
per totum.*

DVBITATIO XV.

An, & quomodo violetur Immunitas Ec-
cleſiaſtica occaſione conſuetudinum.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo etiam immemorabilis, vel mixta Clerico-
rum & laicorum etiam particularis, & in ſuma pri-
uilegij à ſede Apoſtolica conceſſi non abrogat Im-
munitatem Eccleſiaſticam.*

2 *Facientes ſeruare conſuetudinem introductam contra
Eccleſiæ immunitatem, excommunicantur excommu-
nicatione non reſeruata.*

3 *Poteſtates, Conſules, Rectores, vel Conſiliarij lo-
corum in quibus hæ conſuetudines ſeruatæ fuerint ex-
communicantur.*

4 *Item excommunicantur qui ſecundum illas iudicare,
vel iudicata in publicam formam ſcribere præſump-
ſerint.*

5 *Item excommunicantur etiam qui prætextu cuiuſuis
Conſuetudinis contra libertatem Eccleſiaſticam etiam
indirectè ſtatuta, ordinationes, & decreta in ge-
nere, vel in ſpecie fecerint, vel factis vſi fuerint.*

6 *Ad hoc vt quis quomodolibet ſe in cauſis crimina-
libus Eccleſiaſticorum interponere poſſit, requiritur
ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa licentia ſedis Apo-
ſtolicæ.*

7 *Omnis contraria conſuetudo, quæ poſſit induci etiam
per ſcientiam, & patientiam, ſeu tolerantiam ſummi
Pontificis per quantumcumque temporis ſpatium con-
tinua, damnatur in Bulla Cœnæ.*

8 *Vrbanus VIII. etiam damnat, & improbat omnia
præiudicialia facta, & facienda contra immunitatem
& libertatem eccleſiaſticam.*

9 *Conſuetudo, quæ eſt lex non ſcripta, vt poſſit obtinere
contra legem ſcriptam, debet eſſe inducta à multitu-
dine, penes quam ſit poteſtas condendi, & abro-
gandi legem.*

10 *Laici non habent poteſtatem condendi legem contra
ius Canonicum de immunitate & libertate Eccleſia-
ſtica ſcriptum.*

11 *Summus Pontifex non permittit neque tolerat Con-
ſuetudinem contra immunitatem, & libertatem
Eccleſiaſticam.*

RESPONDETVR, de hac re vide, quæ di-
cebantur *ſupra dubit. 13. & cap. 1. dubit. 5.
per totam*; & quæ dicentur *cap. 4. dubit. 31.
cap. 5. dubit. 14. & cap. 8. dubit. 1.* Item, quæ diceban-
tur *lib. de Parlamentis dubit. 4. ſect. 19. ſubſect. 3. & 4.
dubit. 15. ſect. 1. & dubit. 27. ſect. 5. 6. & ſeqq.* vbi
probabam, quod immunitatem Eccleſiaſticam non 1
abroget conſuetudo, etiam immemorabilis, etiam
mixta clericorum, & laicorum, etiam particula-
ris

ris, scilicet in certis materiis, vel causis, personis, vel prouinciis, etiam cum scientia, & tolerantia Summi Pontificis, etiam cum fama priuilegij à Se-
2 de Apostolica concessi, sed incerta, & vaga. Vide etiam *cap. nouerit, de sentent. excommunicat.* vbi excommunicantur (excommunicatione tamen non
3 reseruata) qui seruari fecerint consuetudines introductas contra libertatem Ecclesiæ: item excommunicantur Potestates, Consules, Rectores, vel Consiliarij locorum, in quibus hæ consuetudines seruatæ fuerint: item excommunicantur, qui se-
4 cundùm illas iudicare, vel iudicata in publicam formam scribere præsumpserint: quin in Bullæ Ca-
5 none 15. excommunicantur etiam, qui prætextu cuiusuis consuetudinis contra libertatem Ecclesiasticam, etiam indirectè, statuta, ordinationes, & decreta in genere, vel in specie fecerint; vel factis
6 vsi fuerint: & *Can.* 19. subditur, quod ad hoc, vt quis quomodolibet se in causis criminalibus Ecclesiasticorum interponere possit, requiratur specialis, specifica, & expressa licentia Sedis Apostolicæ: ac tandem in fine dictæ Bullæ dicitur, quod in omnibus, & singulis, quæ in illa præmissa fuerint, nullatenus possit, aut debeat in posterum præiudicari per quoscumque actus contrarios, tacitos, vel expressos, neque etiam per patientiam, & tolerantiam Summi Pontificis, quantocumque tempore conti-
7 nuatam; quibus verbis excluditur omnis contraria consuetudo, quæ possit induci, etiam per scientiam, & patientiam, seu tolerantiam Summi Pontificis, per quantumcumque temporis spatium
8 continuatam. Vide etiam Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex*, vbi damnat, & improbat omnia præiudicialia facta, & facienda contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam, etiam sub prætextu, quod Bullæ, seu Constitutiones Pontificiæ non fuerint publicatæ, vel vsu receptæ, vel contrario vsu, etiam decennali, &
9 quantumlibet longissimo, vt prætenditur, abrogatæ. Vide denique *lib. de Parlamentis cit. dubit. 27. sect. 6.* vbi probabam, quod ad hoc, vt consuetudo, quæ est lex non scripta, possit obtinere contra legem scriptam, debeat consuetudo esse inducta à multitudine, penes quam sit potestas condendi legem, & abrogandi (cùm lex non scripta non possit habere plus virium, quàm lex scripta) vel saltem debeat esse permissa, & tolerata à Principe talem potestatem habente: sed certum est, quod laici non habeant potestatem condendi le-
10 gem contra ius Canonicum de immunitate, & libertate Ecclesiastica scriptum, cùm illud sit extra sphæram ipsorum, quin in superiori ordine ad ipsos; ergo certum est, quod non possint laici contra illud inducere consuetudinem. Item certum est, Summum Pontificem talem consuetudinem non permittere, & tolerare; cùm opposi-
11 tum pateat ex dictis, & quotannis in Bulla Cœnæ illam damnet, & reprobet; ergo certum est etiam ex isto capite; quod non possit induci consuetudo contra ius Canonicum de immunitate, & libertate Ecclesiastica scriptum. Cæterum, an qui consuetudinem contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam inducit, vel ea inducta vtitur, contrahat excommunicationem in Bulla Cœnæ Domini? vide *cit. cap. 8. dubit. 2. in fine.*

DVBITATIO XVI.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per alienationem bonorum Ecclesiasticorum?

RESPONDETVR, de hac re dicam cap. 17. *per totum.*

DVBITATIO XVII.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per locationem bonorum Ecclesiasticorum?

RESPONDETVR, de hac re dicam cap. 18. *per totum.*

CAPVT QVARTVM.

De personis, quæ, & quando gaudeant, vel non gaudeant Immunitate Ecclesiastica.

DVBITATIO I.

Quosnam Ecclesiasticos cognoscendo, seu ad suum Forum laicalem trahendo, laica potestas violet Immunitatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Laica Potestas cognoscens causas eorum qui gaudent priuilegio fori prout sunt Clerici non solum in minoribus & sacris constituti, sed etiam prima tonsura initiati, violat Immunitatem.*

2 *Laica Potestas cognoscens causas Clerici coniugati habentis requisita Concilij Tridentini violat immunitatem.*

3 *Laica Potestas cognoscens causas Religiosi, siue eorum qui veniunt nomine Religiosi; violat Immunitatem.*

RESPONDETVR, si cognoscat quemcumque ex iis, qui priuilegio fori gaudet; qualis est præter eos, qui sunt in sacris, prima tonsura, vel minoribus ordinibus initiatus, siue beneficium habeat, siue non habeat, sed seruet certas conditiones infra explicandas; quinimmò siue sit coniugatus, siue etiam nec prima tonsura initiatus, si tamen Religiosus sit, vel nomine Religiosi veniat; quia omnes hi, cùm sint Deo dicati, priuilegio fori gaudent, vt clarè habetur ex *c. 2. de foro compet. cap. vn. de cleric. coniug. in 6. cap. clerici, & cap. cum non ab homine, de iudiciis,* & clarè habetur ex iis, quæ dicebam *c. 1. dubit. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. & c. 2. dubit. 4. & cap. 5. 6. & 7. per tot.* 1 2 3

DVBITATIO II.

An violetur immunitas Eccleſiaſtica, ſi laica poteſtas cognoſcat clericum prima tonſura, vel minoribus Ordinibus initiatum?

SVMMARIVM.

1 *Laica Poteſtas violat Immunitatem cognoſcendo Clericum prima tonſura, vel minoribus ordinibus initiatum.*

2 *Clericus initiatus prima tonſura gaudet priuilegio fori ſpectato iure communi.*

3 *Initiatus prima tonſura dicitur in ſortem Dei, in eiuſque miniſterium, & ſeruitium deputatus.*

4 *Clericum eſſe aliud non eſt, quam in ſortem Dei vocari.*

5. & 6 *Nullus Clericus ſpectato iure nouo Concilij Tridentini, in minoribus conſtitutus priuilegio fori gaudet, niſi Beneficium Eccleſiaſticum habeat, vel clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario, ſeu aliqua ſchola, vel vniuerſitate ſit in via ad ſacros ordines ſuſcipiendos.*

7 *Clericus in minoribus conſtitutus, non tenetur in Clericatu perſeuerare, & ideo à Concilio requiruntur qualitates, denotantes perſeuerantiam, ad hoc, vt gaudeat.*

8 *Clericus in ſacris ſine Apoſtaſia Clericatum deſerere non poteſt, & ad geſtandum habitum clericalem cogitur.*

9 *Clericus prima tonſura, vel minoribus ordinibus initiatus, ſi ſe immiſceat negotiationi, ſeu Mercatura, quod non retineat priuilegium fori, docent multi Doctores.*

10 *Negotiatio eſt prohibita Clericis, & cedit in opprobrium ſtatus clericalis.*

11 *Par non eſt quod Clericus fruatur priuilegio ſtatus, quem offendit.*

12 *Opinio probabilior eſt quod d. Clericus gaudeat priuilegio fori, præſertim Clericus Coniugatus, à cuius ſtatu aliena non eſt decens quædam negotiatio.*

13 *Clericus coniugatus ſi exceſſum non committit in negotiatione, neque per ſententiam priuilegio fori priuari poterit.*

14 *Non omnis negotiatio, quæ aliis Clericis prohibita eſt, etiam Coniugatis prohibita cenſeri debet.*

15 *Textus in cap fori de vita & honeſt. Clericorum non loquitur de Clericis coniugatis.*

16 *Clericus negotiationi vacans, vt pote rei illicitæ, debet ſoluere tributa, quia tributorum ſolutioni bona negotiantium ſubiecta ſunt.*

17 *Clericus etiam non coniugatus ob negotiationem non caret priuilegio fori; niſi per ſententiam priuetur.*

18 *Clericus deferens arma in ſententia nonnullorum non gaudet priuilegio fori.*

19 *Armorum delatio quibuſuis Clericis prohibita eſt, & cedit in opprobrium ſtatus clericalis.*

20 *Ob armorum delationem efficitur vt qui illa portat, Clericus non appareat.*

21 *Clericus deferens arma in probabiliori opinione retinet priuilegium fori.*

22 *Nullibi ſtatutum reperitur Clericus prima tonſura, vel minoribus ordinibus initiatus ob armorum delationem, ipſo iure priuilegio clericali ſpoliari; niſi arma portando ex habitu potius ſecularis, quam Clericus appareat.*

RESPONDETVR affirmatiuè, ſequitur 1
ex dictis *dubit. præcedenti*, quia talis (ſi- 2
cuti ibi dicebam) gaudet priuilegio
fori, vt patet ex iuribus ſupra citatis,
& ex iis, quæ in dictis locis diffusè di-
cebantur. Et quidem ſpectato iure communi, pri-
uilegio fori gaudet quilibet prima tonſura, vel mi-
noribus ordinibus initiatus, vt patet ex dictis iuri-
bus ſupra citatis, & ex communi tradit Couar.
pract. 99. cap. 31. num. 5. in fin. Lopez *pract. cap. 62.*
num. 9. Farinac. *lib. 1. tit. de Inquiſit. q. 8. num. 5.* Suar.
de immunit. lib. 4. cap. 27. num. 3. & Barboſa *de poteſt.*
Epiſc. 2. p. Allegat. 12. num. 1. Et ſuadet ratio, quia 3
hoc ipſo, quod quis etiam prima tonſura initia-
tur, in ſortem Dei, in eiuſque miniſterium, & ſer- 4
uitium deputatur; cum eſſe clericum non ſit aliud,
quàm, in ſortem Dei vocari. *c. clericos. c. perlectos, 21.*
diſt. & cap. cum ſecundum de præbendis. Quamuis ſpe- 5
ctato iure nouo Concilij Tridentini *ſeſſ. 21. cap. 6. de*
reformat. nullus clericus in minoribus conſtitutus
priuilegio fori gaudeat, niſi beneficium Eccleſiaſti-
cum habeat, vel clericalem habitum, & tonſuram
deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi in-
ſeruiat; vel in ſeminario clericorum, vel in aliqua 6
ſchola, vel vniuerſitate, quaſi in via ad ordines ma-
iores ſuſcipiendos verſetur; quia cùm clericus in
minoribus conſtitutus non teneatur in clericatu 7
perſeuerare, *cap. Ioannes de cleric. coniugat.* ſed poſſit
illum deſerere; non ſic clericus in ſacris, qui ſi- 8
ne apoſtaſia clericatum deſerere non poteſt, & ad
geſtandum habitum clericalem cogitur. *cap. tua*
de Apoſt. iuncta gl. conuenienter &c. Concilium Tri-
dentinum in dictis clericis minoribus dictas qua-
litates perſeuerantiam in ſtatu clericali denotan-
tes expoſtulauit.

An autem clericus prima tonſura, vel minori-
bus Ordinibus initiatus, ſi ſe immiſceat negotia-
tioni, ſeu mercaturæ, priuilegium fori retineat?

Reſpondetur, quod (quamuis Clarus §. *fin. quæſt.* 9
36. num. 12. & alij Doctores, quos refert Sanchez
de matrim. lib. 7. diſp 46. num. 25. & Barboſa *de po-*
teſt. Epiſc. part. 2. allegat. 12. num. 30. probabiliter 10
negent ex eo, quia negotiatio clericis prohibita
eſt. *cap. fin. de vita, & honeſt. cleric.* tum ex eo, quia,
cùm illa cedat in opprobrium ſtatus clericalis, par 11
non eſt, quod dictus clericus fruatur priuilegio
talis ſtatus, quem offendit. *cap. quia fruſtra, de vſu-*
ris) tamen probabilius affirmandum ſit, præſertim 12
de clerico coniugato; quia ab ipſius ſtatu aliena
non eſt decens quædam, & moderata negotiatio; &
conſequenter ſi exceſſum quoad hanc partem non 13
committit, vt ſcilicet indecens negotiatio eſſe vi-
deatur, neque per ſententiam priuilegio fori pri- 14
uari poterit; quia non omnis negotiatio, quæ aliis
clericis prohibita eſt, etiam coniugatis prohibita cē-
ſeri debet. *argum. cap. Ioannes, in fin. de clericis coniugat.*
iuncta gl. verb. non poteſt, & docent Silu. *verb. clericus,*
5. q. 3. Sanchez *loc. ſupra cit. num. 26.* Barboſa *num.*
30. Couar. *c. 31. num. 8.* & Suarez *de immunit. Eccle-*
ſiaſt. lib. 4. cap. 28. num. 9. Vide, quæ dicentur *cap. 5.*
dub. 3. & 4. & lib. de parlamentis dubit. 16. per totam.

Quapropter ad oppoſitum reſpondetur, quod nō 15
omnis negotiatio interdicta ſit clericis coniugatis,
de quibus non loquitur textus *in cit. c. fin.* ſed ſolum 16
ibi dicitur, quod clericus negotiationi, vtpote rei 17
illicitæ, vacans debeat ſoluere tributa, quia tribu-
torum ſolutioni bona negotiantium ſubiecta ſunt.

Quini

17 Quinimmò, etiamsi de clerico non coniugato loquamur, affirmandum etiam est, quod priuilegio fori non careat ob negotiationem, nisi per sententiam priuetur; quia etiam nullibi statutum repetitur, ob negotiationem dicto priuilegio talem clericum carere. Sic Suarez *num.* 10.

An idem dicendum sit, si portet arma?

18 Respondetur, quod (quamuis Sanchez *cit. disp.* 46. *num.* 26. *ad fin.* Suar. *num.* 5. Clar. *lib.* 5. *prax.* §. *fin.* *q.* 36. *num.* 12. probabiliter etiam negent, quod clericus prima tonsura, vel minoribus Ordinibus initiatus, si arma portet, retineat priuilegium clerica-

19 le, ex eo, quia armorum portatio quibusuis clericis prohibita est. *cap. cleric. de vita, & honest. cleric.* tum ex eo, quia cùm id cedat in opprobrium status clericalis, neque par est, quod fruatur priuilegio talis status, quem offendit. *cit. cap. quia frustra de vsuris:* tum tandem ex eo, quia ob armorum portationem

20 efficitur, vt qui illa portat, clericus non appareat)

21 tamen probabilius etiam affirmandum sit, quod

22 retineat; quia similiter nullibi statutum reperitur, clericum prima tonsura, vel minoribus ordinibus initiatum, ob portationem armorum, ipso iure priuilegio clericali spoliari. Excipe, nisi arma portando, ex habitu potius secularis quàm clericus appareat; quia tunc concedo, quod dicto priuilegio spolietur, ob non seruatam conditionem ad illud obtinendum requisitam, scilicet incedendi in habitu, & tonsura clericali; vt mox inf. à dicetur, & docet ex communi Azor. 1. *p. lib.* 3. *c. vlt. q. vlt.*

An idem dicendum sit, si sit malè promotus?

Respondetur, de hac re, sicut & de multis aliis ad clericum prima tonsura, vel minoribus ordinibus initiatum spectantibus, vide *inf. dub.* 8. *& seqq.*

DVBITATIO III.

An violetur immunitas Ecclesiastica, si laica potestas cognoscat clericum beneficium Ecclesiasticum habentem?

SVMMARIVM.

1. *Laica Potestas cognoscens causas Clerici beneficiati, violat immunitatem.*
2. *Beneficij nomine venit quodcumque ius perpetuum percipiendi fructus; quamuis per accidens non percipiantur.*
3. *Possidens Beneficium omnino sine fructibus gaudet etiam fori priuilegio; cum & is habeat etiam titulum Beneficij.*
4. *Episcopus titularis facit omnia, quæ facere solent ceteri Episcopi, licet ex suo Episcopatu nullos fructus percipiat.*
5. *Idem dicendum est de habente pensimonium, seu fratransiam in titulum perpetuum, ita vt aliquid spirituale annexum habeat.*
6. *Idem dicendum etiam est de habente Capellaniam Collatinam à Pontifice, vel Episcopo; quia & talis etiam dicitur propriè beneficiū Ecclesiasticum habere; secus si habeat Capellaniam, seu beneficium amouibile.*
7. *Idem denique dicas de Coadiutore Canonicatus, quia & talis etiam proprie dicitur beneficium Ecclesiasticum habere.*

1 Respondetur affirmatiuè. Sequitur etiam ex dictis dubitat. prima; quia & talis (sicuti etiam ibidem dicebam) gaudet priuilegio fori.

Cæterum hîc nomine beneficij venit quodcunque ius perpetuum percipiendi fructus quamuis per accidens, vt ob penuriam tem porum, vel ob 2 aliam causam non percipiantur. Sicuti docent ex communi Garsias *de benefi.* 1. *par. cap.* 6. *n.* 37. *&* 2. *p. cap.* 2. *num.* 9. & Barbosa *de potest. Episc.* 2. *part. alleg.* 12. *num.* 7. *& in remission. ad Trid. loc. supra cit. num.* 16. vide etiam Carolum de Graffis *de effectib. cleric.* §. 1. *num.* 1224. Cutellium *de immunit. Eccles. lib.* 2. *q.* 30. *num.* 16. & Antoninum Dianam, qui subdunt, quod & gaudeat etiam fori priuilegio, qui possidet beneficium omnino sine fructibus; cum & 3 talis etiam habeat titulum beneficij; & hoc solum requirat Concilium Tridentinum; & beneficium sine fructibus assignetur in fauorem alterius, & 4 Episcopus titularis faciat omnia, quæ facere solent cæteri Episcopi, licet ex suis Episcopatibus nullos fructus percipiat. Ex dictis

Sequitur primò, quod idem dicendum sit de eo, 5 qui habet patrimonium, seu fratransiam in titulum perpetuum, ita vt aliquid spirituale annexum habeat, quia & talis cum istis conditionibus dicitur propriè habere beneficium Ecclesiasticum Sic Garsias 1. *par c.* 2. *n.* 17. Salsed *pract. c.* 61. *n.* 11. Riccius *prax. resol.* 3. 7. Menochius *consil.* 21. *n.* 56. Paris. *de resignat. benef. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 124. *& seqq.* Cutellius *de immunit. Eccles. lib.* 2. *q.* 32. Azeuedus *tom.* 1. *lib.* 1. *leg.* 1. *tit.* 4. *n.* 7. *Recopil.* Bonacina *de legibus, disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 11. Diana *par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 31. Gonzalez *ad Regul. Cancell. gl.* 15. §. 2. *num.* 11. & Barbosa *cit. Allegat.* 12. *num.* 11.

Sequitur secundò, quod idem etiam dicendum 6 sit de eo, qui habet Capellaniam collatinam à Pontifice, vel Episcopo; quia & talis etiam dicitur propriè beneficium Ecclesiasticum habere. Sic glossa *in Clem. fin. in gl.* 1. *de decimis*, & in Extrauag Execrabilis, ver. quæ alias, de præbendis inter communes, Nauar. *de hor. Canonic. c.* 20. *num.* 17. Cutellius *cit. q.* 32. Azor. *part.* 2. *lib.* 10. *c.* 3. *q.* 5. Salsed. *loc. cit. n.* 12. & Barbosa *num.* 20. Secùs, si habeat Capellaniam, seu beneficium vulgariter dictum Missarum seruitium; cùm huiusmodi Capellania non detur in titulum, nec detur in perpetuum, sed sit amonibilis, & sic non veniat propriè nomine beneficij, vt rectè notauit præter alios Azeuedus *tom.* 1. *lib.* 1. *leg.* 1. *tit.* 4. *n.* 7. *Recopil.*

Sequitur tertiò, quod idem etiam dicendum sit 7 de eo, qui habet Coadiutoriam Canonicatus à Pontifice, &c. quia & talis etiam dicitur propriè beneficium Ecclesiasticum habere; quia cùm dicta Coadiutoria obsequium spirituale annexū habeat, perpetuum beneficium (saltem ad hunc effectum iudicatur. Sic Garsias 2. *part. c.* 5. *num.* 98. Diana *part.* 3. *tractat.* 1. *resolut.* 62. & Barbosa *cit. alleg.* 12. *num.* 1.

DVBITATIO IV.

An idem dicendum sit de eo, qui pensionem (scilicet clericalem) habet?

SVMMARIVM.

1. *Nomine beneficij in fauorabilibus Ecclesiæ, venit pensio.*
2. *Pensio data in titulum est ius perpetuum percipiendi fructus, cum, donec durat vita, non finiatur.*
3. *Quæ pro tota vita dantur perpetua dicuntur.*

4 *Pensio,*

4 *Pensio, quod non veniat nomine beneficij est etiam probabilis opinio.*

5 *Cui reseruata fuit persio vt Clerico, si non incedit in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio fori.*

6 *Pensio non dicitur proprie beneficium, cum non sit ius perpetuum percipiendi fructus ob spirituale obsequium.*

7 *Pensionarius non tenetur horas Canonicas recitare, sed tantum officium B. M. Virginis.*

8 *Mandato prouideri de beneficiis, non potest ex vi talis mandati prouideri de pensionibus.*

9 *Nullus permittitur sacris initiari ad titulum pensionis, nisi necessitas, vel commoditas Ecclesia arbitrio Episcopi aliud suadeat,*

10 *Resolutio allata Sac. Congregationis Concilij non est authentica. & facit solummodo contrariam opinionem probabilem.*

11 *Adducta in contrarium vera sunt, quatenus probant pensionem sub nomine Beneficij non venire in iis, qua Ecclesia, vel alteri sunt odiosa, non sic in iis, que sunt fauorabilia.*

12 *Item nomine Beneficij venit pensio, casu, quo excedat summam sexaginta Ducatorum auri de Camera.*

13 *Et quod non veniat Pensio nomine benefi. ij, si non excedat.*

14 *Nomine beneficij venit pensio, si Clericus habeat pensionem loco tituli beneficij, alias secus.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; quia in
fauorabilibus Ecclesiæ sub nomine
beneficij venit pensio Accedit, quod
2 pensio datata in titulum est ius perpetuum
percipiēdi fructus, cùm, donec
durat vita, non finiatur; & ex alio capite quæ
3 pro tota vita dantur perpetua dicuntur; Atque ita
docent Abb. *in cap. conquerente de Cler. non resid. & in cap. dudum, de præsumpt.* Felin. *in cap. postulasti, in princip. num. 8. in 3 declarat. de rescript.* Cardin. & Imol *in Clement. 2. de vit. & honest. Cleric.* Suar. *de cens. disp. 13 sect. 1. n 11. & de relig. tom. lib. 4. c. 22. n. 4.* Sanchez *consil. moral. lib. 2. c. 2. dubit. 63. n. 4.* Sebastian. Cæsar. *de Eccles. Hier. 3. part. disp. 14. n. 14.* Salzed. *pract. cap. 62. num.* 10. Rodrig. *tom. 1. Sum. cap. 155. num. 11.* Lasarte *cap. 17. num.* 24. Crescent. *decis. 14. de sentent. & re iudicata*, Diaz *cap. 64. num.* 10. (vbi sic fuisse iudicatum in supremo Regis consilio testatur) Zerola *in prax. Episc. verb. Clericus, §. 2.* Armendariz *in addit. ad Recopil. leg. Nauar. lib. 2. tract. 19. de foro compet. num. 5. & seqq.* Diana *part 1. tract. 2. resol.* 30. & Barbosa *cit. allegat. 52. num. 8. & in remiss. Concilij sess. 23. cap. 6.* vbi refert, sic decisum fuisse à sacra Congregatione 18. Decembris, 1595. vide etiam Suarez *lib. 4. de Immunit. Eccles. cap. 27 num. 11.*

4 Quamuis non improbabiliter contrarium sentiant Garsias *de benefic. 1. part cap. 5. num.* 70. Gigas *de pension. q. 18.* Hoieda *de incompat. benef. 1. part. in præfat. num. 3. & part. 2. cap. 7. num.* 4. Marescot. *lib. 2. cap 18. var* Genuens. *cap. 7. num.* 7. Cenedus *lib. 1. q. 4. num 32. & seqq.* Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 11. num 70. & lib. 2. q. 15. num.* 15. Azened. *lib. 1. num. 5. tit. 4. lib. 1 noua compilat.* Gonzalez. *regul. 8. Cancellaria, gl. 5. §. 5. num.* 6. Riccius *in Decis. Curia Archiepisc. 2. part. decis. 71. num. 11. & decis. 192. num.* 10. Bonacina *de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. num.* 11. Carolus de Grassis *de effectib. Cleric. effect. 1. num. 1199. & seqq.* & Zened. *pract 99. lib. 1. q. 4. num. 32. & seqq.* ex eo,
5 quod ita à S. Congregatione Concilij die 19. Iu-
6 nij 1589. decisum sit, in his verbis: *Cui reseruata fuit pensio vt clerico, si non incedit in habitu & tonsura, non gaudet priuilegio fori.* Tum ex eo, quod
pensio non sit propriè beneficium, cùm non sit
ius perpetuum percipiendi fructus ob spirituale 7
obsequium; siquidem pensionario moriente expirat; & præterea pensionarius non tenetur horas Canonicas recitare, sed tantum officium par-
uum B. Virginis. 8

Accedit, quod *in cap. quamuis, 1 de præbendis in 6.* mandato quis prouideri de beneficiis, non potest ex vi talis mandati prouideri de pensionibus. & *in cap. ad audientiam. 2. de rescriptis*, pensio, à benefi-
cio distingui videtur; & in Tridentino Concilio 9
sess. 21. de reformat. cap. 2. nullus permittitur sacris initiari ad titulum pensionis (nisi necessitas, vel commoditas Ecclesiæ arbitrio Episcopi aliud suadeat) non sic ad titulum beneficij.

Accedit secundò, quod pensionis, non sic beneficij, capaces sunt Minores septennes, Gigas *q. 13. & Gratian. discept. 397. num. 18.* (vbi refert, ita Concilij Congregationem declarasse) Narbon *annal. casus, ann. 1. q. 15* Riccius *in prax. decis. 430* Gonzal. *cit gloss. 5. §. 3. num. 26.* & Nauar. *in singul. Can. concl. 15. num. 10. & seqq.* Item quod pensio obtineri potest ab illegitimis Sacerdotum filiis super beneficio paterno; Garsias *de benef. part. 7. cap. 3. num. 35.* Armend. *ad l. 1. num. 9. de fil. presbyt.* Nauarr. & Barbosa, *sess. 25. cap. 15. de reformat. n.* 33. Item quod priuatus, & incapax beneficij (citra hæresis causam) effectus, restat capax quoad pensionem, etiãsi generaliter, scilicet quocumque beneficio priuatus, & incapax effectus sit, Nauar. *cons. 12. in fin. num. 15. de rescript.* Crescent. *cit. decis. 14. num. 2.* & Gratian. *discept. 197. num.* 14 Item quod pensio laico conferri potest, vt quid aliud temporale, Vasq. *in opusc. de benef. cap. 2. §. 4. dub. 2 num. 167.* Selua *de benef. q. 3. num. 4. & part. 3. q. 5. num 27 cas. 17.* Sarn. *de expect. num. 42.* & Martha *part. 2. cap. 32. num. 47.* Item quod pensionis, non sic beneficij, capax sit illegitimus, Rota & Gratian. *cit cap. 397. num 11.*

Sed facilè ad hæc ex dictis responderi potest ad 10
primum, quod dicta decisio non sit authentica, & sic ad summum reddat opinionem Aduersariorum probabilem; præsertim cùm adsit decisio altera, & posterior in contrarium pro nostra opinione, vt supra dicebam.

Ad secundum respondetur, quod adducta in con- 11
trarium omnia vera sint, quatenus probant, pensionem sub nomine beneficij non venire in iis, quæ Ecclesiæ, vel alteri sunt odiosa, non sic in iis, quæ sunt fauorabilia. Vide Bellettum *in Disquis. Cler. part. 1. tit. 3. §. 8. num* 11. qui cum multis conatur concordare prædictas sententias, dicendo, quod
prior procedat in casu, quo pensio excedat sum- 12
mam sexaginta Ducatorum auri de Camera; po- 13
sterior autem in casu, quo non excedat, vt in Bulla Sixti V. quæ incipit *Pastoralis* sub anno 1589. vide etiam Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. part. 2. q. 62. num.* 31. & Marcum Antonium Cuchum *lib. 5. tit. 8. num.* 17. qui aliter conatur concordare dictas sententias, dicendo, quod prior procedat, si clericus habeat pensionem loco tituli be- 14
neficij, quia tunc reputatur vt beneficiarius; & sic non mirum, si tunc gaudeat priuilegio fori; posterior autem procedat, si secus. Quæ omnia sunt probabilia, & præcipuè quod dicit Cuchus.

DVBITA

DVBITATIO V.

An, vt, qui beneficium Ecclesiasticum habet, gaudeat priuilegio fori, & sic Laica potestas illum cognoscendo, violet immunitatem Ecclesiasticam, requiratur, quod is beneficii possessionem habeat, vel sufficiat, quod habeat titulum?

SVMMARIVM.

1 *Potestas laica cognoscens causas eius qui habet titulum beneficii validum, licet non sit in eiusdem possessione, violat Immunitatem.*

2 *Titulus, seu collatio beneficii verum ius in Beneficium confert, ita vt is, cui collatio beneficij facta est, beneficiatus dicatur.*

3 *Beneficiatus licet non sit in possessione beneficij, tenetur ex communiori sententia Doctorum recitare horas canonicas.*

4 *Beneficiatus habet verum ius in Benficium, & qui ius, seu actionem habet in rem, rem ipsam habere videtur.*

5 *In impetratione Beneficij facienda est mentio de iure, quod quis habet in alio beneficio, licet illud non possideat.*

6 *Titulus, seu collatio Beneficij verum ius in beneficium confert, non tamen firmum ius sine possessione; cum multis modis possit illud impediri.*

7 *Promotus ad ordines cum collatione vnius Beneficij redditus duorum scutorum annuorum, fori priuilegio gaudet.*

1 RESPONDETVR, sufficere, quod habeat titulum, dummodo de eius nullitate non constet, sed potius validus reputetur;
2 quia titulus, seu collatio beneficij verum
ius in beneficium confert, ita vt is, cui collatio beneficij facta est, beneficiatus dicatur (sicuti ex communi docent Couar. *lib. 3. variar. cap.* 16. & Romanus *consil.* 350.) maximè in iis, quæ priuilegium statui clericali fauorabile respiciunt (vt omittam,
3 quod ex communiori sententia Doctorum horas
Canonicas recitare teneatur) & beneficiatus habet
verum ius in beneficium, & qui ius, seu actionem
4 habet in rem, rem ipsam habere videtur, ex *cap. qui actionem de reg. iur. in* 6. & id, ad quod quis actionem habet, in bonis suis esse dicitur, *l. rem in bonis, ff. de acquirendo rerum Dominio.* Quapropter extat decisio Rotæ 572 in Antiquis, quæ incipit: *Quidam Cardinalis*, vbi dicitur, faciendam esse mentionem in impetratione beneficij de iure, quod quis habet
5 in alio beneficio, licet illud non possideat. Atque ita tenent Parisius *de resignat benefic. lib. 7. cap. 1. n.* 47. Cenedus *in qq. Canon. q. 4. num.* 23. *in fin.* Squillanec *de priuileg. Cleric. cap. 1. num.* 16. Portoles *in schol. ad Medin. in tit. de competent per totum* (vbi *num.* 9. refert ita fuisse decisum in Prætorio Regni Aragoniæ die 13 Maij 1586. Couar *lib. 3. variar. c.* 16. *in princip.* Gigas *de pensionibus q.* 94 *num.* 12. Rebuff. *prax.* 3. *part. tit. de simonia in resignat. num.* 25. *& seqq.* Flaminius *de resignat. lib. 7. q. 1. num.* 47. Malleus *in Repert. ver. dicitur quis obtinere beneficium.* Germonius *lib. 3. cap.* 15 *num.* 59. Bonacina *de legibus, disp.* 10. *q. 2. punct. 1. §. 1. num.* 12. Diana *part. 1. tract. 2. resol.* 29 & Barbosa *de iurisdict. Ecclesi. lib. 1. cap.* 39. *§.* 2. *num.* 14. *& in remission. Concilij sess.* 23. *cap. 6. de reformat.* vbi subdit, sic decisum fuisse à S. Congregatione die 16. Iulij, anno 1587. in his verbis *Clericum prima tonsura præsignatum ad Cappellam Sacerdotalem, qui super talem præsentationem obtinuit à Papa nouam prouisionem, etiam in vim motus proprij, posse in suis causis ciuilibus gaudere priuilegio fori; quamuis possessionem beneficij non habeat propter alium intrusum, contra quem litem mouit.* Vnde fit, quod etiam Officiales Tribunalis Inquisitionis ante adeptam possessionem officij sibi collati priuilegio fori gaudeant.

Quamuis non improbabiliter contrarium sentiant Clarus *in §. fin. q.* 36. *num.* 21. *vers. hæc autem in fin & vers. regulariter autem*, vbi Baiardus *num.* 14. Mastrillus *de. d.* 113. Baiardus *in Iul. Clar. q.* 36 *num.* 14. Curtellius *de immun. Ecclesi. lib. 2. q.* 30. Mascardus *de probat. concl.* 30. *num.* 16. & 17. Menoch *consil.* 6
150. *num. 6. & seqq.* Farinac *lib 1. prax. q. 8. num.* 45. & 70. Tusch *pract. concl. lit. B. concl.* 78. *num.* 8. Scaccia *de iudic. caus. ciuil lib. 1. c.* 11. *num.* 81. Carolus de Grassis *de effect. cleric. effect. 1. num.* 118. Lopez *part. 1. cap.* 88. Riccius *in prax resol.* 427. *num.* 1. & alij ex eo, quod licet titulus, seu collatio beneficij verum ius in beneficium conferat, non tamen sine possessione firmum ius confert; cùm multis modis possit illud impediri; tum quia alioquin, si solus titulus ad tale priuilegium obtinendum sufficeret pluribus (instituto scilicet, & possidenti) ratione vnius beneficii illud competeret. At ad hæc ex dictis facilè patet responsio.

Quantum autem reddere debeat beneficium Ec- 7
clesiasticum, vt beneficiarius priuilegio fori gaudeat. Respondit Sacra Congregatio Concilii in vna Ianuensi die 18. Martii 1628. quod promotus ad Ordines cum collatione vnius beneficii redditus duorum scutorum annuorum, fori priuilegio gaudeat.

DVBITATIO VI.

An, si quis obtinet beneficium, quod non potest obtinere, puta, quia illegitimus, vel irregularis, & de facto reperitur in possessione illius, adhuc gaudeat Priuilegio fori?

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus, vel irregularis, seu alius incapax beneficii Ecclesiastici, si illud obtineat, gaudet fori priuilegio.*

2 *Clericus in minoribus constitutus ab alieno Episcopo ordinatus sine literis dimissorijs vel cum falsis olim gaudebat priuilegio fori, at secus est hodie ex Vrbani constitutione.*

3 *Ordinatus ab Episcopo, qui ordines conferre aliquo Iuris impedimento inhibitus erat, vel ordinatus ante septimam ætatem, vel per simoniam, vel extra tempora, gaudet priuilegio fori.*

4 *Ordinatus per simoniam, vel extra tempora, est vere ordinatus & characterem recepit.*

RESPONDETVR affirmatiuè; atque ita 1
fuisse decisam in M. C. vicariæ Neapolis testatur Franchus *decis.* 189. & docent Doctores quos citat Thorus *in compend. decis. Neapol. ver. Clericus, fol.* 94.

Ad

Aduerte tamen hîc quod licet olim clericus in
2 Minoribus constitutus à non suo Episcopo sine literis dimissoriis, vel cum falsis, gauderet priuilegio fori (vti notant Doctores quos citat Paulus Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub. 2. numer. 29*) hodie tamen ex vi Constitutionis Vrbani VIII. datæ 11. Decembris, 1624. taliter Ordinatus dicto fori priuilegio non gaudet (ita vt sententia affirmatiua, quam tenet ex multis Barbosa *de potest. Episc. par. 2. allegat. 8. numer. 18.* probabilis fuerit ante dictã Constitutionem Vrbani VIII. nũc autem
3 locum amplius non habeat) quamuis eo gaudeat ordinatus ab Episcopo, qui Ordines conferre aliquo iuris impedimento, vt excommunicatione, suspensione, aut interdicto, &c impeditus erat, vel ordinatus ante legitimam ætatem, vel per Simoniam, vel extra tempora, sicuti docent Carolus de Grassis *de effectib. cler. eff. 1. num. 666.* & alij multi, quos citat, & sequitur Paulus Squillante *de priuil. cler. c. 7. dub. 3. n. 19* & Diana *par. 4. tract. 1. resol. 26.* cõtra Bernardum Diaz, Rolandum, & Cassaneum, penes Pereiram *de Manu Regia par. 2. cap. 29. n. 18.* & Vasq.
4 *alleg 45. num. 20* Et ratio est, quia taliter ordinatus est verè ordinatus, ita vt verè characterem receperit: & ex alio capite de ipso vsque adhuc non extitit constitutio vlla Pontificis in contrarium, sicuti extitit iam de ordinato à non suo Episcopo sine literis dimissoriis, vel cum falsis (vt supra dicebamus) quæ vtpotè odiosa, debet restringi, non ampliari, iuxta regul. odia sunt restringenda; fauores autem ampliandi.

DVBITATIO VII.

An, vt, qui beneficium Ecclesiasticum habet, gaudeat priuilegio fori, & sic laica potestas illum cognoscendo violet immunitatem Ecclesiasticam, requiratur vt is incedat in habitu & tonsura?

SVMMARIVM.

1 *Non requiritur ad hoc, vt Clericus gaudeat priuilegio fori, vt incedat in habitu, atque tonsura quando est beneficiatus.*

2 *Particul. (aut) est disiunctiua, & facit sensum requirẽ vnum ex duobus.*

3 *Clericus beneficiatus si habitum, & tonsuram nunquam deferat, non propterea amittit priuilegium fori, donec ab Episcopo ter monitus incorrigibilem se ostenderit.*

1 Responderur negatiuè; atque ita clarè habetur ex Tridentino Concilio *dict. sess. 23. cap. 6* vbi disiunctiuè per ly *aut* (quæ est particula disiungens) vnum ex duobus requirit ad hoc, vt clericus in Minoribus constitutus
2 dicto priuilegio gaudeat, nempe vel quod beneficium Ecclesiasticum habeat, vel quod in habitu, & tonsura incedat. Ita etiam docent ex communi Rodrig. *in summ. to. 1. cap. 155. concl. 2.* Gutierez *pract. q. ... 1. quæst. 7* Regens de Ponte *lib. 1. conf. 4.* Marius Antonius *lib. 3. resol. 48. num. 22.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam viol. in procem. cap. 8. num. 14. & part. 2 quæst. 45. num. 3* Riccius *part. 4. decis. 357. num. 1.* Bonac. *de legib. disp. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 4. num. 10.* Azeuedus *lib. 1. leg. 1. tit. 4 num. 9.* Garsias *de benef. 2. par. cap. 2. num. 4. & 5.* Gonzalez *reg. 8. Cancell. gl. 5. ... 5* Farinac. *quæst. 8. num. 70* Salzed *in pract. crimin. Bernardi Diaz cap. 62. num. 9.* Heuia *in Curia Philip. par. 7. §. 1. num. 3.* Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 102.* Cened. *in qq Canon. quæst. 4. num. 29.* Nouarius *in nouo Iure Pontificio concl. 17. num. 6.* Squillante *de priuileg. cler. cap. 7. dub. 1. num. 23.* Diana *par. 4. tract. 1. resol. 89.* & Barbosa *in supra cit. loc. Concilij, in remissionibus num. 11. vers. nisi beneficium, & 2. par. de potest. Episcop. allegat. 12. num. 6.* quidquid in contrarium dixerit Maurus Burgius *de modo procedendi ex abrupto, centur. 1. quæst. 65. num. 23.* Curtellius *de im-* 5
munit. Eccles. lib. 2. quæst. 29. & sentire videatur Suar. *de censur. disp. 22. sect. 1. num. 11.* & Ambrosius *de immunit. cap. 13.* Quapropter contra hos, si clericus beneficiatus habitum, & tonsuram nunquam deferat, non propterea amittit priuilegium fori, donec ab Episcopo ter monitus, incorrigibilem se ostenderit, & in hoc modo Tridentinum Concilium intendit reformationem, iuxta *cap. in audientia, & c. contingit. de sent. excommun.*

DVBITATIO VIII.

An, & quid dicendum sit de Clerico in Minoribus, qui beneficium, Ecclesiasticum non habet?

SVMMARIVM.

1 & 2 *Clericus in minoribus constitutus beneficium non habens ad hoc vt fori priuilegio gaudeat, necesse est vt habitum & tonsuram deferat, & præterea de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inseruiat; vel in Clericorum seminario, aut schola, aut vniuersitate, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur.*

3 *Clericus licet scholam, & Ecclesiam frequentare recusset, si tamen probabilis spes sit profectus, gaudet priuilegio fori.*

4 *Clericus simplex sc. sine beneficio vt fori priuilegio gaudeat debet coniunctiuè habitum, & tonsuram deferre, & vnum sine altero non sufficit ad dictum effectũ, cum Conciliũ loquatur per dictionem copulatiuã.*

5 *Tonsuræ dimissio non est tanta solemnitatis, si cætera concurrant, in casu saltem, quo Clericus non possit eam deferre, ex eo, quod habeat caput caluũ ex morbo &c.*

6 *Ad impossibile Nemo tenetur.*

7 *Clerici non coniugati in sententia nonnullorum gaudent fori priuilegio si deferant habitum, aut tonsuram.*

8 *Particula (&) in Decreto Concilij licet sit coniunctiua, facit tamen sensum disiunctiuum.*

9 *Textus in c. si Iudex de sent. excomm. in 6. loquitur etiã circa dictã delationẽ coniunctiuè, & tamen de iure communi sufficit delatio alterutrius.*

10 *Concilium Tridentinum in loco citato videtur quod noluerit inducere correctionem Iuris communis.*

11 *Correctio Iuris in dubio vtpotè odiosa non est inducenda, sed potius euitanda.*

12 *Clericus non deferens habitum, & tonsuram continuè secundũ probabiliorem priuatur fori priuilegio.*

13 *Cardinalium proprium est Canones, & Concilia interpretari.*

14 *Clericus vt gaudeat fori priuilegio, debet habitũ & tõsurã deferre frequẽter, & cõtinue, alioquin absque vlla monitione tali priuilegio spoliatur.*

Clericus

15 *Clericus si per accidens aliquando non deferat non propterea d. priuilegio priuatur;sed ad hanc pœnam incurrendam in dimissione habitus,tanta perseuerantia requiritur,vt publicè laicus existimetur.*

16 *Denominatio ab vsu frequenti desumenda est.*

17 *Clericus qui dimisso habitu committit homicidium, non amittit fori priuilegium etiam captus à laica Potestate,quia præsumitur non dimisisse animo dimittendi;sed vt commodius homicidium perpetraret, dummodo tamen habeat ceteras Concilij conditiones,contra Pereiram,& alios.*

18 *Clerici in sacris constituti beneficiarij , Pensionarij, Protonotarij,& alij similia officia habentes,etiamsi per modicum tempus habitum dimiserint, temporeque capturæ reperti fuerint in habitu seculari gaudent fori priuilegio.*

19 *Item Clerici in minoribus constituti non habentes qualitates Concilij Tridentini , quando Iudex Ecclesiasticus præuenit.*

20 *Clericus in minoribus constitutus vt fori priuilegium amittat,non sufficit quod semel,bis,aut ter habitum,& tonsuram deferre intermiserit;sed requiritur, quod non deferendi consuetudinem habuerit , ita vt laicus communiter existimetur.*

21 *Clericus reassumens iam dimissum habitum sine fraude,recuperat priuilegium fori.*

22 *Clericus qui de tempore commissi delicti reassumpserat habitum dimissum,licet de tempore capturæ de nouo habitum dimittat,gaudet fori priuilegio.*

23 *Clericus in minoribus constitutus si de mandato Episcopi non inseruiat alicui Ecclesiæ, licet incedat in habitu,& tonsura non gaudet fori priuilegio.*

24 *Clericus in prima tonsura,& in minoribus constitutus gaudet fori priuilegio si incedat in habitu, & tonsura & inseruiat alicui Ecclesiæ , etiam si non inseruiat de mandato Episc.vel ab eo adscriptus Eccles.non fuerit.*

25 *Clericus incedens in habitu,& tonsura,ac descriptus in Catalogo Clericorum ; qui in synodo Diœcesana obedientiam Ordinario præstitit , & per paucas vices in Choro, & Processionibus interfuit, dicitur gaudere fori priuilegio ex resolutione S. Congregationis , quod non credit Auctor.*

26 *Clericus vt fori priuilegio gaudeat debet inseruire frequenter,& continue.*

27 *Verbum(inseruire)importat frequentiam in seruitio.*

28 *Interpolatio aliquorum dierum non obstat cũ simus in moralibus, dummodo inseruiat pro maiori parte.*

29 *Opinio eorum , qui asserunt quod Clericus ad hoc vt fori priuilegio gaudeat singulis diebus Dominicis ,& festiuis inseruire debeat cum superpellicco, reprobatur.*

30 *Clericus ligari non potest Pragmatica Potestatis laicalis.Vide alias rationes contra d. Pragmaticam.*

31 *Clericus vt gaudeat fori priuilegio debet inseruire de præsenti.*

32 *Item debet inseruire non in temporalibus;sed spiritualibus,id est in exercitio sui ordinis.*

33 *Inseruiens Ecclesiæ solũ in accendendis lãpadibus,vel in aperiendis Portis Ecclesiæ,nõ gaudet fori priuilegio.*

34 *Item inseruire debet Ecclesiæ saltem ab Episcopo in genere assignatæ,quin & Capellæ existenti in Ecclesia, quæ ab Episcopo Confraternitati laicorum pro Oratorio esset assignata , secus si ab Episcopo fuerit assignatus alicui Ecclesiæ particulari.*

35 *Clericus in prima tonsura, vel minoribus constitutus vt gaudeat priuilegio fori,sufficit si incedat in habitu, & tonsura,& inseruiat Ecclesiæ etiam alteri,quam ei, cui inseruire fuit mandatum Episcopi. sed Auctori non arridet d. opinio.*

36 *Mandatum Episcopi in praxi non est necesse, quod sit in scriptis;sed sufficit.quod sit oretenus.*

37 *Mandatũ Episcopi requiritur quod sit expressum,neque sufficit,quod sit implicitũ in Ordinis S.susceptione.*

38 *Non solum verba de mandato Episcopi,sed etiam de licentia Episcopi explicanda sunt.*

39 *Clericus casu,quo non habeat conditiones requisitas à Concilio non solum à Iudice laico, verum etiam ab Ecclesiastico puniri potest.*

40 *Protonotarij non participantes ob seruitium actuale fori, gaudent fori priuilegio,etiamsi Ecclesiæ non inseruiant,si in habitu clericali incedant.*

RESPONDETVR ad hoc vt clericus in mi- 1
noribus constitutus beneficium non ha-
bens,priuilegio fori gaudeat,necesse est,
vt habitum,& tonsuram deferat, & præ-
terea de mãdato Episcopi alicui Ecclesiæ deseruiat, 2
vel de licentia eius in clericorum seminario , aut 3
Schola,aut vniuersitate,quasi in via ad maiores or-
dines suscipiendos versetur(sicuti *supra sect.* 2. di-
cebatur)quamuis,quod talis,licet Scholas,& Eccle-
siam frequentare recusauerit , si spes probabilis sit
profectus,priuilegio fori priuari non possit, Sacra
Congregatio Concilij in vna Maieranensi die 12.
Augusti 1631.determinauerit.

Aduerte tamen hic primò,quod,vt talis clericus 4
simplex(scilicet sine beneficio)priuilegio fori gau-
deat,debet coniunctiuè habitum, & tonsuram de-
ferre,ita vt alterutrũ ad dictum effectum obtinendũ
minimè sit sufficiens,sed alterutro deficiente defi-
ciat priuilegiũ,cùm Cõcilium loquatur per dictio-
nem copulatiuã. Atque ita ex *l. hæc verba.ff de verbor.
significat.* docent Doctores,quos citat , & sequitur
Barbosa *de potestat. Episc.* 2.*part.allegat.* 12. *num.* 14.
Item ita docent Gauantus *in Enchirid. Episc.ver.fori
priuilegium num.*8.Cuttellius *de immun Eccles.lib.* 2.
q. 33.Bellettus *in Disquisit.Cleric part.*1.*tit.*3.§.8.*n.*7.
& Riccius *part* 4.*decis.*154.*num.* 8. qui notant , ita
etiam declarasse S.Cardinalium Congregationem.

Quamuis contrarium dixerint aliqui,vt Marius
Antonius Maceratensis *lib.* 3.*resol.* 48.*num.*5. & alij,
& Capiblancus *de off. Baron prag.*8.*c.*3.*n.*28.& Dan- 5
za *c.*1.*de clericis n.*15.quatenus aiunt,quod tonsuræ
dimissio non sit tantæ solemnitatis , si cætera con-
currant;quorum opinio vera est in casu,quo cleri-
cus non potest tonsuram deferre, ex eo quod ha-
beat caput caluum ex morbo(vt rectè notauit Sã-
chez *de matrim.lib.*7.*disp.*46)quia ad impossibile ne- 6
mo tenetur. Vide etiam Farinacium *q.*8.*n.*65.Scac-
ciam *de iudiciis tom.*1.*lib.*1.*c.*11.*num.*9.& Antonium
Dianam *part.*4.*tract.*1.*resol.* 93.asserentes in clericis 7
non coniugatis,vt gaudeant priuilegio fori , suffi-
cere alterutrum , scilicet vt deferant habitum , vel
tonsuram,

Ad Concilium autem Tridentinum responderi 8
potest,quod licet loquatur coniunctiuè per parti-
culam *&*,faciat tamen sensum disiunctiuum, iuxta
illud: *Natura est principiũ motus,& quietis:& accidens
potest adesse,& abesse præter subiecti corruptionem.* Idque
ex eo,quia cap. *si Iudex , de sent excomm. in* 6. lo- 9
quitur etiam circa dictam delationem coniunctiuè
per particulam *&*,sicuti loquitur Tridentinum, &
tamen de iure communi sufficit delatio alteru-
trius,quapropter videtur,quod dictum Concilium
Tridentinum in cit. loco non voluerit inducere
correctionem iuris communis;præsertim cùm cor- 10
rectio iuris in dubio,vtpote odiosa,non inducen-
da,sed vitanda potius sit.

At his nõ obstantibus,quod dixi,est multò pro- 11
babilius;cùm sic,vt supra dicebã,declarauerint Cardi-
nales,quorum proprium est Canones , & Concilia 12
interpretari,& cùm in aliquibus locis,& Romæ,&
in aliquibus temporibus,vt tempore luctus, vestis 13

longa,& talaris cõmunis sit etiam clericis cum laicis;& sic solum per tonsuram differant illi ab istis.

Debet prætereca habitum, & tonsuram deferre
14 frequenter,& continuè, ita vt alioquin absque vlla monitione tali priuilegio spolietur; quia tunc deficit conditio à Concilio Tridentino ad dictum effectum obtinendum requisita. Sic Marc. Anton. *var. resol.* 48. *num.* 7. Bellettus *in disquisit. Cleric. p.* 1. *tit.* 3. §. 8. *num.* 6. Riccius *part.* 4. *decis.* 154. *n.* 4. (vbi sic S. Cardinalium Congregationem declarasse testatur) & *in prax. resol.* 130. 2. *edit. n.* 4. Suarez *de immun. Eccles. lib* 4. *c.* 27. *n.* 12. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 33. Curtell *de immun. Eccles. lib.* 2. *q.* 34. & Barbosa *cit. allegat.* 12. *n.* 19. & meritò, quia Tridentinũ Concilium super habitus, & tonsuræ clericorum in minoribus existentium delatione iura antiqua (quibus vel trina monitio, vel continua per annum habitus, & tõsuræ dimissio ad amittendum fori priuilegiũ opus erat, ex *cap. fin. de vita & honest. cleric. & cap. vnic. eod. tit. in* 6. *vers. si per annum*) corrigit; quod inde patet, quia, cum non nisi cum hac conditione, si scilicet *habitum, tonsuramque deferant*, dictum priuilegium Tridentinum illis concedat, consequens est, quod nisi de impleta conditione constet, dicto priuilegio non fruantur: conditio enim in forma specifica implẽda est, maximè suspensiua, sine qua non, *l. cum ab eo. ff. ad contrahẽd. empt. & l. Thais.* 41. §. *Stichum. ff. de fideicomm. liber.* & docent Bart. *in l. quibus*, §. *Titius*, *ff. de condit. & demonstr.* Castr. & Soccin. *ibid.* & Canonistæ communiter *in c.* 4. *de condit. appos.* Et quando dispositio est facta in materia, quæ de sui natura tractum successiuum, ac statum perennem inducit, requirit ad sui essentiam perpetuum implementũ, nec sufficit interpolatum, & momentaneum, ex tex. *in l. si quis ita legauerit ff. de condit. & demonstr.* & docent Doctores ibi, & *in l. si quis hæredem.* vbi Iason *n.* 14. *in* 4. *limit. C. de instit. & substit.* Bald. Paul Imol. *in l. substitutione, ff. de vulg.* quos cum aliis refert Mol. *de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 29.

Itaque clerici in minoribus constituti nisi priùs Tridentini Concilij dispositioni obedisse doceant, non poterunt dicti Concilij dispositione frui, cum illa dictio *Nisi* adeo tales clericos à fori priuilegio sine illis requisitis arcere videatur, vt negatiuæ vim habeat, & regulam contra ipsos statuat, Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *ad glos. in l. si quis Titio, nisi dumtaxat, ff de legat.* 2. quapropter monitione quoad hunc opus non est, sicuti opus est quoad alios actus clericatui cõtrarios, habitu retento (cũ quoad hos non sit similiter correctio iurium in Tridentino Concilio) iuxta *cit. c. vnic.* ibi: *Clerici, qui clericalis ordinis dignitati non modicum detrahentes, se ioculatores, seu goliardos faciunt, aut bufones; si per annum artem illam ignominiosam exercuerint, ipso iure, si autem tẽpore breuiori, & tertiò moniti non resipuerint careant omni priuilegio clericali.* Et de ebriis est *cap. à crapula, vers. ab officio, & beneficio*; de exercẽtibus cauponam, vel tabernam est *cap. clerici officia, de vit. & honest. cleric. & cap. nulli dist.* 44. (vbi extenditur ad clericos ergasteriam exercentes) de exercentibus negotiationem est *c. fin. vers. mandamus eod. tit.* & tradit latè Diaz *in pract. crimin. c.* 62. de clericis tabernariis, carnificibus, macellariis, cauponibus, & tabulariis, Diaz *ibid. c.* 63. Lambert. *de iurepatron. lib.* 2. *art.* 26. *q.* 9. *p.* 1. & Martha *de iurisdict. p.* 2. *c.* 31. *n.* 59. vbi ex Geminiano *in c.* 1. *col.* 2. *vers. Nota istam glossam de vita & honest. cleric. in* 6. & Rodoano *de spol. Eccles. q.* 2. *n.* 42. & 47. subdit, quod non possint Clerici per se vinum propriæ possessionis, vel Ecclesiæ vendere sub hac eadem pœna, possint tamen per alium. De clericis vsuram exercentibus est, *cap. Episcopus, & c. seq. dist.* 47. de scurris, & proditoribus est, *cap. clericus, dist.* 46. & tandem de maledicis est *cap.* 5. *dist* 46.

Ex dictis itaque quoad exercentes officia clericatui contraria, habitu retento, requiritur monitio trina, vel vnius anni lapsus, nisi forsan generalis monitio ab Episcopo ad trinam monitionem supplendam fiat; de qua Doctores, quos refert Martha *dict. part.* 2. *cap.* 31. vbi de Clementis VII. constitutione quoad Regnum Neapolis, vt vnica generalis sufficiat, quę ex dictis hodie post Tridentinum non quoad habitus delationem, nec tonsuræ signum, sed quoad exercitia clericatui opposita, seruanda est. Idem de Hispaniæ Regnis Couar. *practicar. cap.* 32. ad terminos Alexandrinæ Constitutionis, qua cautum est, vt quatuor mensium omissionis habitus, & tonsuræ spatium ad fori exclusionem sufficiat, de qua Auend. *de exeq. mand. cap.* 22. & de Leonina consimili pro Regno Franciæ, Boër. *decis.* 69. & Carolus de Grassal. *iur.* 17. *Reg. Franciæ lib.* 2. quæ, sicut & illa Regni Neapolis, publicanda est (ad quod Episcopi tenentur) singulis annis, quo facto hæc publicatio vicem personalis monitionis, quod hodie post Tridentinum quoad secundam hanc causam practicari potest, non quoad habitus, & tonsuræ dimissionem, cùm ad hanc sicuti ex Tridentino Concilio dicebam, monitio necessaria non sit, sed sufficiat ipsa dimissio.

Quamuis, si per accidens aliquando non deferat, non propterea dicto priuilegio priuetur, sed ad hanc pœnam incurrendam in dimissione habitus tanta perseuerantia requiratur, vt publicè laicus existimetur; quia attendi debet id, quod est per se, non autem quod est per accidens; cùm denominatio ab vsu frequenti desumenda sit.

Itaque quamuis non omni momento cum habitu, & tonsura, vt fori priuilegio gaudeat, clericus incedere teneatur, tenetur tamen præstare, quod per ipsum non stet, quin eo perpetuò vtatur, argum. *l. si quis ita, ff. de condit. & demonstr.* ibi: *Quia non omne momentum exigendum est, vt cum liberis sit, si eam mentem, & id propositum habeat, ne filium à semet dimittat, neuè per eam stet, quo minus cum ea filius educetur.* Sicut enim quis per momentaneam habitus (verbi gratiâ iter faciens, vel in domo, vel in adiacentibus existens) depositionem fori priuilegio priuandus non est, cùm ea mente illum deponat, vt statim recepturus sit; ita qui per aliquod tempus, ac continuò in omni loco eum dimittit, ac sine tonsura incedit, cum per ipsum stet, ne Tridentini Concilij conditioni pareat, dum nulla necessitate, vel commoditate compulsus illum à se deiicit, pro clerico habendus non est. Sic Marcus Antonius *cit. resol.* 48. *num.* 7. Suarez *num.* 13. *de censur. dispat.* 22. *sect.* 1. *num.* 11. Barbosa *num.* 20 Farinacius *in prax. lib.* 1. *tit. de quæst.* 8. *num.* 66. & *seqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disput.* 46. *num.* 8. Prosper de Augustino *in Addit. ad Summam Quarantæ, verb. Habitus clericalis*, Laymann *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6. *num.* 2. & Bonacina *de legibus disp.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 14. vbi ad talem sententiam confirmandam
subdit, quod S. Cardinalium Congregatio de- 20
clarauerit, clericum, qui dimisso habitu clericali homicidium commiserat, & sine clericali habito à laica potestate captus fuerat, si Tridentini Concilii requisita seruare consueuerit, remittendum esse ad forum Ecclesiasticum; quia

non

non præsumitur in tali casu dimisisse habitum animo illum deserendi, sed potius vt commodiùs delictum perpetraret; quod & docent etiam Capiblancus *de officio Baron.prag.8.part.3.num.14.* Tapia *in Constit. Regni de personis n.57.* Riccius *in prax. 1. tom.1.resol.530.num.6.* Genuensis *in prax.cap.38. n. 6.in fin.* Paulus Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub.1. num.10.* (vbi sic in S. Concilio Neapolitano decisum fuisse testatur) Grassus *de effectibus cleric. eff. 1.num. 910.* Diana *part.4 tract. 1.resol. 18.* & Antonius de Marinis *resol. quotid. cap. 50. num. 3.* contra Pereiram *de manu Regia,part.1.c.26.num. 5.* & alios existimantes , quod ad hoc vt clericus in prima tonsura,vel minoribus constitutus priuilegio fori gaudeat,requiratur, vt tẽpore delicti (quia ad gaudendum priuilegio fori tempus delicti inspicitur,vt colligitur ex *l.1 ff.de pœnis*) vel saltem,vt tempore capturæ in habitu,& tonsura , cæterisque Tridentini Concilij requisitis fuerit.

21 Vide etiam ad nostram sententiam confirmandã S.Congregationem Cõcilij in vna Leodiensi, quæ die 9.Nouembr.1630.determinauit,quod fori priuilegio gaudeant clerici in sacris constituti,beneficiarij,& pensionarij; Item protonotarij, & alij similia officia habentes, etiamsi per modicũ tempus habitũ dimiserint,temporeque capturę reperti fue-

22 rint in habitu seculari; Item & clerici in Minoribus constituti non habentes simpliciter qualitates Cõcilij Tridentini *cap.6.sess. 23. de reformat.* Si Iudex Ecclesiasticus præuenit.

23 Ex dictis itaque,vt clericus in prima tonsura,vel in Minoribus constitutus fori priuilegiũ amittat, nõ sufficit,quod semel,bis,vel ter habitũ,& tonsurã deferre intermiserit,sed requiritur,quod non deferendi consuetudinẽ habuerit,ita vt laicus cõmuniter existimetur: sicut è contra,quamuis semel dimi-

24 serit,si postea sine fraude reassumpserit (etiam sine licentia Episcopi; & etiamsi id fieri , clericis prohibitum esset in Synodo (vti rectè dixerit Riccius *part.2.decis.167* & Squillante *de priuileg.cleri .cap.6. dub.1. n.19.*) recuperat priuilegium fori, adeò vt si tempore criminis commissi, vel aliquot mensibus antecedentibus prius habitum,& tonsuram gestasse,& reliqua Concilij Tridentini requisita seruasse comperiatur , à Iudice laico cognosci non possit. Sic præter Doctores supra citatos Silu. *verb. Excommunicatio,6.num.4.* Couar. *in pract.qq. cap.31. n. 8.* Suarez *cit.lib.4.de immunit. Eccles.cap.27.num. 17.* & nos dicemus *infra dubit. 25.& seqq.*

25 Quinimo si tempore delicti habitum, & tonsuram gestare,& cætera Concilij Tridentini requisita seruare consueuerit, quamuis postea simpliciter illa dimiserit, & sine illis etiam tempore capturæ fuerit, priuilegio fori gaudebit; quia ad gaudendum priuilegio fori,sic attenditur tẽpus cõmissi delicti, vt parum referat,si postea simpliciter,etiam tempore capturæ,sine habitu,& tonsura,& cæteris concilij Tridentini requisitis fuerit. Sicuti contra Gutierez *qq.Canon.lib.1 c.12.num.9.* Mexiam *in pragm. taxa panis concl.1.num.51.* & alios docent Sanchez *de matrim.lib.7.disp.46.num.10* Marcus Antonius Maceratensis *lib.3.resol.48.num.7.* & nos dicemus *infra cit. dubitat.25.& seqq.* & declarauit S. Cardinalium Congregatio,sicuti videre est apud Maceratensem *loc.supra cit.*

Hæc autem,quæ dixi, intelligo iuxta cap. si Index laicus , de foro compet. ibi : *Idem censemus*,scilicet quod fori priuilegio non gaudeat , *si reus ipse ante deprehensionem pro laico publicè se non gerens , deprehensus fuit in habitu clericali, tonsuram videlicet , &* *vestes deferens clericales*: vbi tempus deprehensionis non consideratur, si ante illud pro laico publicè se gerebat,ac pro tali communiter habebatur, vt nempe actus deprehensionis solus attendi non debeat, nec tempus delicti , sed status aliquis , qui constet ex cursu alicuius temporis , per quod habitum dimisisse animo se ad laicalem statum iterum conferendi eliciatur: nam momentanea habitus dimissio, sicut & reassumptio, attendenda non est: quamuis, alio non probato,qui sine habitu est inuentus,habitũ de præterito dimisisse præsumitur,ex *cit.cap si Index,vers.idem censemus,& vers.instum est enim, & c. semel, de regul.iur.in 6.* Nec enim quia clericus ad committendum delictum procedens , eo instanti habitum assumit,si tamen illum gestare non consueuerat,& gestare postea omittit,per hoc fori priuilegio gaudebit; quia hæc omnia in fraudem gesta præsumuntur, Archidiac.& Gemin. *in cap vnic.§.& cum de cleric.coniug.* Bellug. *Rubr.11.§.videamus,n.3.* & Marthà *part.2.cap 32.num. 41.* in qualibet enim possessione probanda non vltimus actus,sed status attendi debet, Rota, Farinac. *decis.477.part.1.tom.1.* per Caualer. *decis 589.num 5.*& Seraphin. *decis.582. num 5.& decis.1471.num.7.*

Aduerte secundò, quod debet etiam de mandato Episcopi alicui Ecclesię inseruire, ita vt licet incedat in habitu , & tonsura; si tamen de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ non inseruiat , priuilegio fori adhuc non gaudeat; quia quoad hoc etiam Tridentinum Conciliũ loquitur copulariuè, scilicet vt clericus deferat habitum,& tonsurã, & de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inseruiat. Sic Menochius *tom.10.Consil.912.num.17.* Ambrosinus *de immunit. Eccles.cap.17 num.13.* Barbosa *de potest.Episc.part. 2. allegat. 12. num.14* Pereira *de manu Regia part. 2. cap.26.num. 7.* Carolus de Grassis *de effectibus clerie. eff. 1.num.1170.* Bonacina *de legib.disp.10.q.2.punct. 1.§.4.num.10.*& 15.& io Bull.Cœnæ *disp. 1. q. 16. sect.1.punct.6.num.34.*& alij passim. 26

Quamuis contrarium (quod scilicet vt clericus in prima tonsura,vel in Minoribus constitutus priuilegio fori gaudeat, sufficiat, si incedat in habitu, & tonsura,& inseruiat Ecclesiæ,etiamsi non inseruiat de mandato Episcopi,seu etiamsi ab Episcopo ascriptus Ecclesiæ non fuerit.) dixerit Riccius *part. 4. decis. 111. num. 5.* vbi ait , sic declarasse S. Cardinalium Congregationem , Prosper de Augustino *in Addit. ad Summam Quaranta, verb. Habitus Clericalis* (vbi notat , sic consuluisse Regentem de Ponte) Capiblancus *in tract.de offi io Baron. pragm 8. part. 3. num. 32.* Nouarius *in iure Pontificio, tit. de foro compet. concl. 6.* (vbi teste Riccio ait , sic fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana sicque fuisse obtentum in magna Curia vicariæ in fauorem cuiusdam clerici , qui fuit remissus ad Curiam Archiepiscopalem , probato seruitio Ecclesiæ in diuinis , licet non fuerit assignatus à suo Episcopo) Marius Antonius *var. resol. lib.3.resol.48.* Ricciullus *de iure pers. lib. 7.cap. 6 num.15.* Antonius de Marinis *quotid.resol.cap. 58. num.1.* Barbosa *de iure Pontificio lib.1.cap.39.§. 2. n. 35.*(vbi videtur mutasse sententiam)Paulus Squillante *de priuileg.clericor.cap.7.dub.1.num.13.*& videri etiam potest Quaranta *in summa Bullar.verb. Habitus Clericalis*, Sellius *in select. Can. cap. 18 n. 22.* & Diana *part.1.tract. 2.resol. 34.& part 4.tract. 1. resol. 18* vbi ad talẽ sententiã confirmandã subdit, Concilij Cõgregationẽ die 28.Martij 1628.determinasse, quod fori priuilegio gaudeat clericus incedens in habitu,& tõsura, descriptus in catalogo clericorũ, 27 28

qui in Synodo Diœcesana obedientiam ordinario præstitit,& per paucas vices io choro,& processiooibus ioterficit,attentis eircomstantiis, quamuis alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi non inseruiat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat, quod tamen mihi verisimile esse non videtur, cùm id sit contra verba Trideotini Concilij reqoirenris expressè, quod clericus in prima tonsura, vel in minoribus constitutus, vt fori prioilegio gaudeat, Ecclesiæ inseroiat de mandato Episcopi, & quod Inseruiat frequeorer,vt mox infra dicetur.

29 Debet præterea inseruire frequenter, & conti-
30 nuè, ita vt non sufficiat bis,vel ter inseruire; quia
ly *inseruire* frequeotiam significat.Sic.Zened *pract.*
*qq.lib.*1 *q.*4 *num.* 25. Carolus de Grassis *de effectibus*
*cleric.eff.*1.*num.*1183.& Barbosa *in remission Consil.*
*sess.*23.*cap.*6.*ad fin.& de potest.Episc.* 2. *part. allegat.*
31 12.*num.*14.Quamuis,cùm simos in moralibus,non
obstet aliquorum dierum interpolatio (dummodò
inseruiat pro maiori parte temporis)& post talem
interpolatiooem ad inseruiendum reuertatur. Sic
Barbosa *loc.supra cit. num.* 13. Gratianus *in discepti.*
*tom.*3.*cap.*440.*num.*6.Capiblancus *in tract. de officio*
*Baron.pragm.*8.*part.*3.*num.*30. Mastrillus *tom.*1. *de-*
*cis.*113.*num.*13.Diana *part.*1.*tract.*2.*resol.* 34. Cor-
tellios *de immun.Eccles.lib.*2.*q.*35.*num.*5 *&* & Ric-
cius *part.*4.*decis.* 154 *num.* 5. qui sic etiam sacram
Cardinalium Congregatioorm declarasse testatur,
Vnde quod dicit Maurus Burgius *de modo proce-*
*dendi ex abrupto.cent.*1.*q.*65.*num.*29.(nempe debere
32 clericum in prima tonsura,vel in Minoribus con-
stitutum,ad hoc vt gaudeat prioilegio clericali,cō-
tinuè singulis quibuscunque diebus Dominicis,&
festiuis cum superpelliceo diuinis interesse) ioihi
non probatur.

33 Neque obstat,quod quædam pragmatica Regni Siciliæ,quam ipse affert,sic dispooat;quia Respondetur,qood clericus,pragmatica potestatis laicalis ligari ooo possit, cùm potestati laicali non sit subditus,sed exemptus.

Neque obstat secundò, si dicas,qood talis pragmatica, tanquam coadiotiua dispositionis ioris cōmunis,sustineri possit,& debeat;quia Respondetur,quod(quidquid sit de boc)cum clericis imponat onus, quod ius commune illis non impooit, defectu iurisdictioois non liget,sed oulla sit: qua de re,in ordine ad talem pragmaticam, in terminis contra Maurum Burgiom *loc.supra cit.* Vide Guazzinum *de defension.reorum tom.*2.*defens.*10.*c.*9.*n.* 35. Alexàndrum Trentacinquum *consil.*1a *num.*75. *volum.* 2.*&* Antonium de Ballis *in tract.variar. lib.* 5. *pragm.*1 *tit.*10 *num.*5.

34 Debet etiam inseruire de præsenti, quia alioquio oō est inseruire,sed inseruisse.Sie Carolus de Grassis *n.*1177.& Barbosa *n.*14.quāuis aliqui apod Dianam *loco supra cit.* satis probabiliter id intelligane de præsentia temporis morali;ita vt sufficiat, si v.g.ante mensem,quo fuit commissum delictum, iooeniatur seruitium præstitisse.

35 Item debet inseroire non in temporalibus, sed
in spiritoalibus,id est,in exercitio sui Ordinis. Sic
36 Doctores *in locis supra cit.*Quapropter, quod si solū
in accendendis lampadibus, & aperieodis portis
Ecclesiæ deseroiat, prioilegio Clericali non gau-
deat,sacra Congregatio Episcop. die 28. Ianuarij
1603.determinauit.Noo tameo reqoiritur, vt in-
seruiat Ecclesię ad certū ministeriū ex speciali Epis-
copi assixatione ad illud obeūdū, vt dixit Pereira *de*
*Manu Regia part.*2.*c* 26.*n.*7.quia cùm id nollo pa-
cto colligātor ex verbis Concilij Tridentini,gratis
dicitur,vt omittā,quod est contra praxim,& vsum.

Item debet inseruire Ecclesiæ ab Episcopo, sal- 37
tem in genere,assignatæ,vt si v g.ab Episcopo assi-
gnatus,vt inseruiat Ecclesiæ,inseruiat etiam ei,cui
inseruire non debet; quin & cappellæ existenti in
Ecclesia, quæ ab Episcopo Confraternitati laico-
tum pro oratorio esset assignata; quia adhuc in-
seruit Ecclesiæ de mandato Episcopi. Sic S. Cardi-
naliom Congregationem respondisse, testātur Bar-
bosa *in remission. Concilij,vers.vtrum Clericus.*Riccius
*part.*4.*decis.*154.*num.* 2.& Prosper de Augustino *in*
Addit.ad summam Quarantæ ver. Habitus clericorum:
secus si ab Episcopo fuerit assignatus, vt inseruiat
vni determinatæ Ecclesię,præsertim cui debet,& is
inseruiat alteri,cui nō debet;quia tunc nō inseruie
Ecclesiæ de mādato Episcopi,sed potius ex propria
voluntate,& contra mandatum Episcopi.Sic Gras-
sis, *n.* 1170.Barbosa *num.*13. Menochius 10. *consil.*
912.*num.*27 Ambrosinus *de immunit. Eccles.cap.*17.
*num.*13.Pereira *de Manu Regia part.*2.*c.* 26. *num.*7.
Curtellius *de immunit. Eccles.lib.*2.*q.*35.*n.*6. *& seqq.*
& Bonacina *de legibus disp.*10.*q.*2.*punct.*1.§.4.*n.* 10.
& 15.*& in Bull.Cœn.disp.*1.*q.*16.*sect.*1.

Quamuis contrarium(quod scilicet, vt clericus 38
in prima tonsura,vel in Minoribus constitutus pri-
uilegio fori gaudeat,sufficiat, si incedat in habitu,
& tonsura,& inseruiat Ecclesiæ,etiam alteri,quàm
ei,coi inseruire fuit mandatum Episcopi, seu cui
inseruire fuit ascriptus ab Episcopo)dixerit Sel. *c.*
18 *num.*22. referens decisionem quamdam Valen-
tinam,Barbosa *in Collectan.ad sess.* 23.*cap.*6.*num.* 12.
Riccius.Prosper de Augustino,Capiblancus,Nona-
tius,Marius Antonius, Ricciullus, Aotonius de
Marinis,Paulus Squillante, & Diana *in locis supra*
cit qui sic etiam pluries decisum,& à Cardinalibus
declaratum esse,testantur.

Quod tamen,sicuti dicebam,verisimile mihi nō 39
videtur,cum sit contra verba Concilij requirentis
expresse,quod, vt clericus in prima tonsura,vel in
Minoribus constitutus,fori priuilegio gaudeat,Ec-
clesiæ inseruire debeat de mandato Episcopi: qua-
propter ad vnguem hoc,vt de forma inductū,serua-
te debet;nec sufficit actus æquipollēs,Bald.*in l.*1.*de*
*liber.& posth.*Decius *cons.*468.Beceius *cons.*12.*n.* 27.
& Surd *cons.*371.*num.*71.sed debet omnes qualita-
tes Trid.Concilii seruare,si dicti Concilij priuile-
gio frui velit,ex doctrina Bart.*in l. quod constitutum,*
ff. de testam.mil. & in l. 1. §. *quod autem ait,ff. nè quid*
in flum.publ.ex l.Prætor.§.hac autem, ff. de vi bon.rapt.
Beccij *cit. cons.* 12. *num.* 24.*& cons.* 250 *num.* 11.
& Tiraquelli *de retract. part.* 1. §.36. *gl.*2. *num.* 19.
quia forma legis est de substaotia, consequenter
debet com omni circumstantia seruari.

Ad oppositas decisiones, & declarationes Res- 40
pondetur(vt omittam,quod de ipsis nō constet au-
thenticè)procedere in casu,quo Episcopus sine ra-
tionabili causa Ecclesiam assignare noluerit: tunc
enim,cùm per clericum non steterit, ei imputandū
noo est.At extra hunc casum,iis standum oon est,
qoia verba textus repugnant.*c.examinata,vers. vnde*
non obstante,de confirm.vtil.vel inutil declaratio enim,
quæ verbis contradicit,noua dispositio est, quæ in
Concilij dispositione à Papa solum(si id agere in-
tendant)procedere potest, à quocomque verò alio
facta nihil iuris inducit;Doctores,*in l.heredes palā.ff.*
*qui testā fac.poss.*Pontifex enim interpretandi tātùm,
nō autē legis oouæ promulgādæ facoltatē cōcessit.

Cæterùm mandatom Episcopi ex praxi oon reqoiritur, quod sit io scriptis, sed sofficit, quod sit oretonus. Sic Barbosa *loco supra cit.* Diana *cit.* *resol.*

resol. 34. Squill. *de priuil.cler.c.7.n.5.vers. qua licentia*, & Riccius *in prax.resol.525.edit.2.* Quamuis in puncto iuris probabilius esse videatur, quod sit in scriptis, ad hoc, vt possit (vbi controuertatur) illud probari, atque via fraudibus noo aperiatur: nam in cap. *significauit, de testib.* praxis redigendi ad acta, quæ verbo disposita sunt, à Pontifice inducta est, ne veritas varietur, neue falsis probationibus via aperiatur: vt in simili de redigenda ad acta doatione verbo facta, licet verbo fieri possit, adnotauit Rebuff. *in tract. de insinuanda donat. in princip.n.5.*& Gratian. *discept.* 887.*num.*12. Quapropter licet à principio non opos esset scriptura (de quo etiam quis dubitare posset, cùm Concilium id ad fraudes vitãdas induxisse videatur, quo casu scriptura interuenire deberet, sicut io iosiouatinne tradunt Doctores) tamen hæc assigoatio Ecclesiæ, cùm sit actus, in quo probatio clericatus fundatur, debet esse in scriptis, *argum.l.siue apud acta, Cod.de testib.l.curent, ff. de fide instrum.& l.emancipatione, de fide instrum.*& ducet Bald. *ver text.in l.2.num.15.vers. deinde nota, Cod. de edendo*, & facit Boër. *decis.*171. *n.* 25. Salzed. *in prax. cap.62.num.16.vers.nec per indicia*, Farinacius q. 8. *num.* 44.& Regens Vico *tit.7.cap.13.num.2. & 6.& to.1.ad pragm.Sardinia ex glos.in c.inter quatuor, ver.argumenta, de cleric. peregr.*

At quidqoid sit de hoc, illud saltem dicendom videtur, quod mandatum debet esse expressum, nec sufficit, quod sit implicitum, io ordinis scilicet susceptione, alioquin frustra Concilium expressisset tale requisitum: Sic Barbosa *cit. allegat.*12.*num.*13.*& in remission.Concilij sess.23.c.6. in fin.* Menoch. *de præsumpt. lib.6.q.76.num.*41.& Zeued. *in pract.lib.1.q. 4.num.24. & seqq.*

41 Aduerte tertiò, quod eo modo, quo dixi explicanda esse verba *de mandato Episcopi*, explicanda sunt etiam verba de licentia Episcopi in aliqua schola, vel vni-
42 uersitate &c. Vbi tamen aduerte, quod (si clericus in aliqua ex dictis conditione à Concilio Tridentino, vt fori priuilegio gaudeat, requisita defecerit, propter quod fori priuilegio non gaudet, sed foro laicali subiicitur) non solum à Iudice laico, sed etiam à iudice Ecclesiastico iudicari, & puniri poterit, sicuti teste Bonacina *de legib. disp.10.quæst. 2. punct. 1. §.4. numer.*19 S. Cardinalium Congregatio declarauit.

43 Aduerte quarto, quod Protonotarij non participantes ob seruitium actuale fori priuilegio gaudent, etiam si Ecclesiæ non inseruiant, si in habitu Clericali incedant, sicuti declarauit sacra Congregatio Concilij in vna Tolet. die 27. Martij 1632. & die 9. Iulij 1626.

DVBITATIO IX.

An, vt clericus in prima tonsura, vel in Minoribus Ordinibus constitutus, gaudeat priuilegio Canonis, & exemptionis gabellarum, debeat seruare easdem Conditiones, quæ à Concilio Trid. requiruntur ad hoc, vt gaudeat priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens, vel gabellis grauans Clericum non seruantem conditiones requisitas à Concilio Tridentino excommunicationem non contrahit, & ita exigens ab ipso gabellas.*

2 *Priuilegium fori maiori difficultate deperditur, quam priuilegium Canonis.*

3 *Priuilegium Canonis prouenit ex humano iure, priuilegium autem fori ex Diuino.*

4 *Opinio Nauarri, & cæterorum in contrarium est etiam satis probabilis, & cur.*

5 *Priuilegium contentum in corpore Iuris, nunquam nisi de ipso fiat mentio expressa, censetur derogatum.*

6 *Cardinales licet iurisdictionem nullam habeant in Ecclesiam vniuersalem, etiam vacante Sede Papali, in Ecclesia tamen sui tituli iurisdictionem ordinariam, & quasi episcopalem habent.*

7 *Cardinales ex consuetudine præscripta ordinariam iurisdictionem exercent etiam in suos familiares.*

8 *Familiares Cardinalium de licentia ipsorum possunt confiteri cuique sacerdoti exposito.*

9 *Cardinales mortuo Papa (ex Clem.) post decem dies exactos, quamprimum omni conatu, & solicitudine Ecclesia Pastorem eligere debent, & se in alio negotio non intromittere, nisi incidat vrgens necessitas.*

10 *Cardinales ex commissione Papæ emergentibus dubiis circa morum reformationem, & in Iudicialibus litibus, Concilia, & Pontificum iura interpretantur.*

11 *Declarationes Cardinalium in dubio præsumuntur vim legis non habere, præsertim cum authentice non promulgentur, & interdum inter se pugnent, tamen magnæ auctoritatis sunt, & ab ipsis non facile recedendum est.*

12 *Declarationes Cardinalium in sententia multorum vim legis habent, tanquam si à summo Pontifice editæ essent, & obligãt in vtroque foro; & à singulari extenduntur ad casus vniuersales & pro quolibet loco etiam extra statum Ecclesiæ temporalem.*

13 *Congregationes Cardinalium fundatæ sunt à summo Põtifice pro explicãdis difficultatibus vniuersæ Reipublicæ Christianæ, & non tantum status solius Ecclesiæ.*

14 *Leges, quæ nouum ius condunt non obligant nisi promulgentur, secus est de legibus, quæ ius antiquum declarant.*

15 *Declarationes in dubiis sunt veluti nouæ leges, & sic vt obligent, non noua indigent promulgatione.*

RESPONDETVR ex probabili sententia Bannez 2.2.q.12. *art.1.circa fin.* 1
Suar. *de censur.disp.22.sect.1.num.*11. *& de immunit.lib.4.c.27.num.*14. Coninch *disp.14.dub.15.num.*163. Azorij *par.3.lib. 5.cap.19. q.* 6 Reginaldi *to.1.lib 9.cap.25.n.*376. Filliucij *to.1. tract. 16.c.11. num.*298. Coriolani *in Exposit. Bullæ Cœnæ, excomm.* 18.*fol.*949. Curtellij *de immunit. Eccles. lib.2.q.* 24. *num.*1. (qui extendit, sed minus rectè, vt patet ex Tridentino, etiam ad Constitutos in Sacris) Alterij *de censur.to.1.disp.19.lib.5.cap.6.dub.* 10. Molfesii *in summa to.1.tract.6.cap.10.num.65.& to.2. tract.* 12. *cap.22.num.*161. Graff. *par.1.lib.2.cap.*125. *num.*21. Layman *lib.4.tract.9.cap.6.numer.* 3. Homobooi *in Exam.Eccles.par.1.tract.7.cap.29. q.*120. Menochii *de præsumpt.lib.6.præsump.76.num.*12. Barbosæ *in collect.to.1.lib.3.tit.49.cap. 7. num.* 7. Ceuallos *tract.de cognit.per viam violent.in proœm.c.27.num.*12.& aliorum affirmatiuè (ita vt percutiens, vel gabellis grauaos clericum oon seruantem conditiones requisitas à Concilio Tridentino, excommunicationem non contrahat) quia licet Concilium Tridentioum loqui solum videatur de priuilegio fori, inde tamen colligi videtur, idem sensisse de priuilegio Canonis, & gabellarum exemptionis, quia illud
primum priuilegium maiore difficultate deper- 2

ditur, quàm priuilegium Canonis, vt ait Abbas
in cap.1.de ap̄ostatis num. 6. & in cap. perpendimus,
de sent. excommun. Angel. *verb. excommunicatio, 5.*
num. 23. Siln. *eod. verb. 6. num.* 4.Suar.*cit.lib.2.de*
3 *immunit.cap.27.num.* 24. vbi etiam reddunt ratio-
nem; quia priuileginm Canonis pronenit ex hu-
mano iure, priuilegium autem fori ex diuino.
Accedit, quod Concilium allegat *cap. vn. de cler.*
coniugat. in 6. vbi manifesta mentio fit de priui-
legio Canonis ab Innocentio II.editi in fauorem
Ordinis Clericalis,ergo,&c.
4 Quamuis contrarium,quod docent Nauar.*lib.5.*
consil. 24. *de priuil. edit.* 2.Mol. *tract.3.de inst.disp.*
54. *num.* 9. Auila *de censur.par.2.cap.* 1 *disp.2.dub.*
9.*concl.* 3. Clar. *lib.* 5.*sentent.* §. *fin.q.* 36.*num.*19.
(vbi tamen testatur dinersas esse in hac re con-
suetudines) Less.*de iust. & iur.lib.2.cap.33. dub.5.*
num. 38. Malderus *in 2. 2. tract. 5. cap.6. dub.* 8.
Garsias *de benefic.to.1.cap.3.par. 2.num.5 in fin.*Co-
mitolus *in Respons.moral.lib.6.q.*20. Gonzalez *in re-*
*gul.8.Cancellar.gl.5.§.5.num.7.*Bellertus *in Disqui-*
sit. cleric. par. 1.*tit.3.§.8.num.* 59.Diana *par 1.tract.*
2.*resol.* 34. & Torreblanca *in defens.libr.de Magia.*
cap.6.num. 69. probabile etiam satis sit;quia, cùm
Concilium Tridentinum loquatur tantum de pri-
uilegio fori,non est cur ita faciiè extendatur etiam
ad priuilegium Canonis, & gabellarum e-
xemptionis, cùm simus in odiosis, præsertim cùm
priuilegium gabellarum exemptionis non pendeat
à priuilegio fori,& habere possit rationem omni-
no diuersam; quia & laicis quibusdam sinè priui-
5 legio fori conceditur;præsertim etiam,cùm priui-
legium contentum in corpore iuris(quale est pri-
uileginm Canonis, & gabellatum exemptionis)
nunquam nisi de ipso fiat expressa mentio, cen-
seatur derogatum. Sic Doctores, quos citat, &
sequitur Diana 3.*par. tract.2. resol.* 1. Suar.*de legi-*
bus lib. 8. *cap.* 38. *num.*1.Salas *disp* 17.*sect.*14.*num.*
73. Sanchez *in Opusc. to. 2. lib. 7.dub.* 19.*num.*20.
Pontius *de matrim.lib.8.cap.* 19. *num.* 16.Palans *to.*
1.*tract.5.disp.4.punct.*21 §.4. & Portell. *verb. Priui-*
legium, num. 7. & 67. Præsertim tandem,cùm tam
quoad priuilegium Canonis, quàm quoad priui-
legium exemptionis gabellarnm, teste Gonzalez,
6 Comitolo, & Diana in locis supra cit.ita declara-
uerint Cardinales qui,licet iurisdictionem nullam
habeant in Ecclesiam vniuersalem, etiam va-
cante sede Papali (in Ecclesiam enim sui tituli,
iurisdictionem ordinariam, & quasi Episco-
palem habent. *cap. querelam de elect.& cap. his,quæ,*
7 *de maior.& obed.*& ibid. Abb.*num.*1.Et ex præscripta
consuetudine ordinariam iurisdictionem etiam
8 exerceant in suos familiares, vt proinde hi cum
licentia Cardinalis sui cuicunque confessario
exposito confiteri possint. Caiet.*verb. Absolutio cap.*
2. *in fin.* & Henriq. *libro.* 10. *cap.* 27. *numero* 3.
lit. y.) sicuti habetur *in clem. ne Romani de elect.*
9 *& cap. vbi periculum de elect. in 6.* in quo præci-
pitur, vt Cardinales, mortuo Papa, post de-
cem dies exactos quamprimum omni conatu, &
solitudine Ecclesiæ Pastorem eligant, & se in alio
negotio non intromittant, nisi incidat vrgens
necessitas, ob quam ab imminenti magno peri-
10 culo Ecclesiam defendere necesse sit; Ex Papæ
tamen commissione emergentibus dubiis circa
motum reformationem, & in iudicialibus litibus
Concilia, & Pontificum iura interpretantur;
11 quorum interpretationes, seu declarationes,
quamuis, vtrum vim legis, an solum sententiæ
doctrinalis, vel iudicialis habeant, pendeat ex
mente Summi Pontificis; & sic in dubio præsu-
mendum, vim legis non habere; præsertim cùm
authenticè non promulgentur, & interdum in-
ter se pugnent; tamen magnæ auctoritatis iu-
dicandæ sunt,& sic non facilè ab ipsis receden-
dum est sicuti docent Sanchez *de matrim. lib.* 8.
disp. 2. *num.* 10. Rodrig. *to.* 1.*qq. regul.q.* 11.*art.*2.
Petrus de Ledesma *in Summa to.1. de sacram. Pœnit.*
cap. 13. *diffic.* 7. Ioannes Valerns *verb. Absolutio,*
diff. 1. *num.* 20. *& verb. Nullitas, differ.* 5.
num. 2. Villalob. *in Sum. to. 1.tract.2.dub. 7.num.*5.
Vegh. *in Sum. to.* 1. *cap.* 61. *cas.* 41. Pontius *de*
*matrim. lib. 5.cap.13.§.2.num.7.*Zipæus *in nouo Iure*
Pontificio lib. 5. tit. de Pœnit. & remiss. num. 9. Se-
rarius *in Prolegom. Bibl. cap.19 .q.* 11 *& in disquis.*
Mag. par. 3. lib. 6. cap. 1. sect. 3. Portell *verb.*
Cardinalium declarationes. Moscosus *in allegat. num.*
84. & Bonacina *de legibus disp. 1. q.1. punct.* 8.
*num.*4.

Vt omittam Garsiam *de benefic. to. 1. in præfat.*
Mirandam *in Man. Prælat. to. 2. quæst. 26. art.*11.
Lazarium *tract. de blasphem. quæst.* 10. *num.* 39.
Cochier. *tract. de permutat. benefic. par. 2.cap.* 30.
Salas *de legibus tract* 14. *disp.*12.*sect.* 21. Zipæum
in anal.iur.Can.Epist.ad Lector. Alfonsum de Leone
*tract de iubil par.*1.*quæst.*5. *num.* 207. Gambarup-
tam *de casib. reseru. cap. 3. num.* 6. Homobonum *de* 12
*Exam. Eccles. par.1.tract. 1.cap.6.q.*29.Narbonam
*de appellat.à Vic.ad Episc.par.*1.*num.*189.Merollam
*to. 2. disp. 4. cap.4 dub.*12.*num.*173. Bellochium *de*
casib. reseru par.1.q 2.num. 82.Antoninum Dianam
par. 6. tract. 2.resol. 6. & complures alios, qui
tenent, quod Cardinalium interpretationes, seu
declarationes vim legis habeant, tanquam si à Sũ-
mo Pontifice editæ; & sic quod obligent,non so-
lum in foro externo, sed etiam in interno; item
non solum in particulari pro illo casu,& pro illa
persona, ad cuius instantiam fiunt, sed etiam in v- 13
niuersali pro omni simili casu,& pro omni persona
item non solum in Statu Ecclesiæ, in quo Ponti-
fex temporale dominiũ habet, sed etiam pro omni
loco (cùm congregationes Cardinalium fundatæ
sint à summo Pontifice pro explicandis difficul- 14
tatibus vniuersæ Reipublicæ Christianæ, & non
tantum Status solius Ecclesiæ; vt patet ex se,& ex
diuersis ipsorum Cardinalium declarationum
literis, quæ ad omnem locum extra Statum Ec-
clesiæ diriguntur) moti ex eo,quod licet leges non
obligent, nisi promulgentur, id tamen solum
locum habeat in legibus, quæ nouum ius con-
dunt;non item in legibus, quæ ius antiquum
declarant; quia declarationes cum ipsa lege à
principio insunt, & sic non indigent, vt obli- 15
gent, promulgatione. Ad quod tamen facilè
respondetur, si dicatur, in manifestis solum de-
clarationes cum ipsa lege à principio inesse, &
tunc non indigere, vt obligent, promulgatione,
non item in dubiis; quia tunc declarationes
sunt veluti nouæ leges, & sic, vt obligent, noua
indigent, promulgatione.

Cæterum, quando nam, amittatur, vel non
amittatur, priuilegium Canonis, vide *cap.2.dubit.*
4.per totam

DVBI

DVBITATIO X.

An violetur immunitas Ecclesiastica, si laica potestas cognoscat clericum coniugatum seruantem quasdam conditiones?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica violatur, si laica potestas cognoscat clericum coniugatum seruantem quasdam conditiones.*

2 *Clericus coniugatus gaudet fori priuilegio (saltem in criminalibus) si habitum clericalem, & tonsuram deferat, & alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat, & vnicam & Virginem duxerit.*

3 *Clericus coniugatus non habens vnam ex recensitis conditionibus priuilegio fori in criminalibus denudatur.*

4 *Clericus coniugatus dicitur habitum clericalem deferre, si viso habitu iuxta consuetudinem locorum Clericus iudicetur, secus si iudicetur laicus.*

5 *Clericus coniugatus vt fori priuilegio gaudeat, non sufficit quod habitum clericalem deferat solum, cum seruit Ecclesiæ, sed requiritur quod in communi cum tali habitu incedat.*

6 *Clericus coniugatus dicitur cum Virgine contraxisse, si illa tempore contracti matrimonij erat talis, vel vt talis reputabatur.*

7 *Amplia id procedere etiamsi ante matrimonium à solo contrahente Virgo fuerit cognita.*

8 *Copula, quæ matrimonium antecedit, matrimonio subsequenti probatur.*

9 *Amplia id procedere, si matrimonium fuerit cum duabus Virginibus contractum, sed cum vna sola consummatum.*

10 *Clericus coniugatus captus à laica potestate ob aliquod crimen non est prius remittendus ad iudicem Ecclesiasticum, quam docuerit se duxisse vnicam, & Virginem, & portasse habitum, & tonsuram clericalem.*

11 *Cognitio dictarum rerum spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, & non secularem.*

12 *Subdiaconus, qui Apostolica Sedis dispensatione etiam cum vidua matrimonium contraxit, & pensionem Ecclesiasticam obtinet, gaudet fori priuilegio.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè. Sequitur etiam ex dictis dubit. prima; quia & talis (vt ibidem etiam dicebam) gaudet, præter priuilegium canonis, pri-
2 uilegio fori (saltem in criminalibus) si habitum clericalem, & tonsuram deferat, & alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi seruiat, & insuper cum vnica, eaque virgine (non vidua, vel antea ab aliquo alio corrupta) contraxerit; ita vt si vna ex his conditionibus deficiat, dicto priuilegio fori in
3 criminalibus denudetur. Sic Trident. Concilium *sess.* 23. *cap.* 6. renouans Decretum Bonifacij VIII. *in cap.* 1. *de cler. coniugat. in* 6. & docent ex communi Couarr. *pract. qq. cap.* 31. *num.* 6. *& seqq.* Carolus de Graffis *de eff. cler. eff.* 1. *num.* 84. Farinac. *lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 8. *n.* 6. *& seqq.* & Barbosa *de potest. Episc.* 1. *p. alleg.* 12. *num.* 25. *& seqq.*

Dicitur, habitum clericalem deferre, si viso ha-
4 bitu, iuxta consuetudinem locorum Clericus iudicetur; secus si iudicetur laicus. Sic Doctores, quos citat, & sequitur Couarr. *n.* 7. Farinac. *n.* 69. Clar. *q.* 36. *vers. dixit clericum*, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 46. *num.* 6. & Suar. *de immunit. Eccles. c.* 18. *n.* 4. vbi 5
subdit, non sufficere, quod habitum clericalem deferat solum, cùm seruit Ecclesiæ, sed requiri etiam, quod deferat alibi, & in communi cum tali habitu incedat.

Dicitur, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi seruire, si seruet ea, quæ *suprà dubit.* 8. dicebantur.

Dicitur tandem, cum virgine contraxisse, si tem- 6
pore contracti matrimonij mulier, cum qua contraxit, virgo fuerit, vel talis fuerit reputata, esto postea illa adulterium commiserit; quia non attenditur (præcipuè in fauorabilibus) euentus futurus, sed præsens, & in dicto casu absolutè cum virgine dicitur contraxisse. Sic Doctores, quos citat, & sequitur Farinac. *loc. supra cit. num.* 4. Sanchez *num.* 5. Suarez *c.* 28. *n.* 7. & Barbosa *num.* 26.

Adde, quod si à solo contrahente virgo ante 7
matrimonium fuerit cognita, adhuc ad dictum fori priuilegium obtinendum reputatur cum virgine contraxisse; quia copula, quæ matrimonium ante- 8
cedit, matrimonio subsequenti purgatur. Sic Farinac. *loc. cit. q.* 8. *n.* 8. Suarez *num.* 6. Clar. *in prax.* §. *fin. q.* 36. *vers. Quæri, an clericus, & vers. Sed an ille.* Gomez *var. resol. tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 4. *& seqq.* & alij passim.

Item, si matrimonium fuerit cum duabus virgi- 9
nibus contractum, sed cum vna sola consummatum, adhuc ad idem fori priuilegium obtinendum censetur cum virgine contraxisse, & non censetur bigamus. Sic gl. *in cap. vnic. de cler. coniug. in* 6. & Suar. *cit. cap.* 28. *num.* 6.

Cæterùm, si Clericus coniugatus à Iudice sæ- 10
culari propter aliquod crimen captus, & detentus alleget se esse clericum, & doceat de clericatu per literas ordinatoris, & propterea petat, se remitti ad forum Ecclesiasticum, non est statim remittendus, nisi doceat, se contraxisse cum vnica, & virgine, & portasse habitum, & tonsuram clericalem; quia aliàs non gaudet priuilegio fori Ecclesiastici, vt habetur *in cap. vnic. de clerico coniug. in* 6. & de his cognoscit 11
Iudex Ecclesiasticus, & non secularis, *argum. eorum, quæ habentur in cap. si Iudex, de sent. excomm. in* 6. Vide Rotam Romanam *decis.* 3. *in nouis tit. de sentent. excommun.*

An autem Subdiaconus, qui Apostolicæ Sedis 12
dispensatione, etiam cum vidua, matrimonium contraxit, & pensionem Ecclesiasticam obtinet, fori priuilegio gaudeat?

Respondetur affirmatiuè, atque ita determinauit S. Congregatio Concilii die 24. Martii, & 17. Septembr. 1618.

DVBITATIO XI.

An Clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori, solum in criminalibus, an etiam in ciuilibus?

SVMMARIVM.

1 *Clerici omnes etiam in prima tonsura, vel in minoribus constituti, si seruent conditiones ab ipso Concilio Tridentino præscriptas, gaudent priuilegio fori, tam in criminalibus quam in ciuilibus.*

2 *Item gaudent priuilegio Canonis, & exemptionis gabellarum.*

3 *Exemptus quoad Personam, censetur etiam exemptus quoad bona.*

4 *Necessarium sequitur naturam sui Principalis.*

5 *Soluere tributum est signum subiectionis, & ideo solutus à subiectione censetur solutus à tributo.*

6 *Clericus non habens requisita Concilij Tridentini non gaudet fori priuilegio, neque exemptionis gabellarum neque Canonis.*

7 *Priuilegium Canonis vtpotè de iure positiuo facilius amittitur quam priuilegium fori, quod est de iure Diuino.*

8 *In pœnis, & odiis fieri non debet illatio à paritate quin neque à maioritate rationis, præsertim in praeiudiciam Ecclesia, & correctionis iuris communis.*

9 *Clerici coniugati si seruent conditiones ab eodem Concilio statutas gaudent solum priuilegio Canonis & fori, in cæteris autem reputantur laici.*

10 *Clericus coniugatus subest tributis, exactionibus, indictionibus, aliisque muneribus publicis; nisi speciali lege, consuetudine, vel priuilegio, etiā ex his eximatur.*

11 *Clericus coniugatus ex non improbabili Doctorum sententia gaudet priuilegio fori solum in criminalibus, non item in ciuilibus.*

12 *Clericus coniugatus non gaudet priuilegio fori in ciuilibus, nisi quando de crimine etiam ciuiliter ageretur.*

13 *Clericus coniugatus vbi adest consuetudo gaudet priuilegio fori etiam in ciuilibus prout in Regno Neapolis, vide ibi diffusias resolutionem sac. Congregat.*

1 SVPPONO, quod attento iure nouo Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 6.* omnes, clerici, etiam in prima tonsura, vel in Minoribus constituti (si seruent conditiones ab ipso Concilio Tridentino præscriptas) gaudeant priuilegio fori, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus, iuxta *cap. 2. de foro compet, & cap. cum non ab*
2 *homine, de iudic.* Item quod gaudeant priuilegio Canonis, & exemptionis à tributis, iuxta Canon. *Si quis suadente Diabol.* & iuxta totum tit. *de immu-*
3 *nit. Eccles.* quia cùm simpliciter eximantur à laicali iurisdictione quoad personas, consequens est, quod
4 eximantur etiam quoad bona; quandoquidem accessorium sequitur naturam sui principalis: tum quia, cùm tributum soluere sit signum subiectio-
5 nis, consequens est, quod, si quis à secularium iurisdictione solutus est, solutus etiam sit ab exa-
6 ctione tributorum: sicut è contra, si quis (v.g. clericus in Minoribus, qui habitum quidem, & tonsuram defert, sed ex mandato Episcopi Ecclesiæ non inseruit, neque in studiis versatur) ex Tridentino *loc. supra ci.* fori priuilegio non gaudet; neque etiam ex eodem Tridentino exemptionis gabellarum, & Canonis priuilegio gaudebit (præsertim,
7 cùm priuilegium Canonis, vtpotè de iure positiuo, facilius amittatur, quàm priuilegium fori, quod est de iure diuino) vt ex non improbabili sententia Doctorum docet Suarez *lib. 4. de immunit. Eccles. c. 27. num. 14.* & consuetudine ita obseruari ait Couar. *in pract. qq. cap. 31. in fin.* Less. *de iur lib. 2. cap. 33. dub. 5.* Gutierrez *lib. 1. pract. qq. q. 7.* & nos dicebamus *supra cap. 2. dub. tit. 4. sect. 3.* Quamuis, vt ibidem etiam dicebamus, declaratio Cardinalium sit in oppositum, quæ ex eo, quod Tridentinum loquatur solum de priuilegio fori, non item de priuilegio
8 Canonis, gabellarum exemptionis; & ex alio capite in pœnis, & odiis fieri non debet illatio à paritate, quia neque à maioritate rationis, præsertim in præiudicium Ecclesiæ, & correctionem iuris communis, reddit sententiam oppositam probabiliorem (quod priuilegium exemptionis à tributis an alicubi, vt in Regnis vtriusque Siciliæ, & Hispaniarum clericis in Minoribus constitutis consuetudine derogatum sit, dixi ibidem.) Clerici verò coniugati (si seruent conditiones ab eodem Concilio Tridentino statutas) gaudeant solum priuilegio Canonis, & fori, in cæteris autem reputentur laici, iuxta *cap. vnic. de cleric. coniugat. in 6.* iunct. Trid. Concil. *sess. 23. cap. 6. de reformat.* & iuxta doctrinam communem, quam tradunt præter alios Couarr. *pract. qq. cap. 31. n. 9.* Lambertin. *de iure patron. lib. 2.*
par. 1. q. 7. art. 3. n. 4. Flamin. *de resignat. benef. lib. 4.* 10
q. 2. n. 100. ita vt propterea subdantur tributis, exactionibus, indictionibus, aliisque muneribus publicis (nisi speciali lege, consuetudine, vel priuilegio etiam in his eximantur) cùm hæc non spectent ad priuilegium Canonis, neque fori, vt ex communi tradit etiam gl. *in cit. cap. vnic.* Couar. *vbi supra,* Azor. *lib. 13. cap. vlt. q. vlt.* & Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 16.* His suppositis

Respondetur ex non improbabili sententia Doctorum, clericum coniugatum gaudere priuilegio fori, solùm in criminalibus, non item in ciuilibus. 11
Et probatur, quia *in d. cap. vnic. de cler. coniugat. in 6.* conceditur tali clerico aliquod priuilegium fori, aliquod autem aliud negatur; conceditur quidem, vt pro commissis ab eo excessibus, & delictis non possit ad iudicium seculare trahi, neque à iudice seculari personaliter, vel pecuniariter vllatenus condemnari: negatur autem in cæteris hoc idem priuilegium fori, vt patet ex verbis illis finalibus: *In cæteris autem eam gaudere nolumus priuilegio,* &c. Ergo necessariò dicendum est, quod negatum sit ei priuilegium fori in causis merè ciuilibus.

Atque ita docent Ioan. Andreas *in cap. Ioannes, post princip. in cap. ex parte, de cler. coniug. & in c. vnic. eod. tit. in 6.* Abb. *in prædictis locis,* Couar. *cit. cap. 31. num. 6. & 7.* Azor. *cit. q. vlt.* Sanch. *num. 22.* Guttier. *1. par. de iuram. cap. 17. n. 11. & 12. & pract. lib. 1. q. 5. n. 3.* Farinac. *tit. de inquisit. q. 8. num. 7.* Barbosa *de potest. Episc. 2. part. allegat. 12. n. 25.* & ad Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 6. num. 44.* Azeued. *l. 2. tit. 4. lib. 1. noua Recopil.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 8. num. 5.* Tapia *lib. 1. de iure Regni, fol. 34.* Cened. *lib. 1. q. 4. n. 18. & 19.* Correa *in c. inter alia, de immunit. Eccles. part. 2. n. 33.* Felicianus à Vega *in relect. ad cap. 2. de foro compet.* Sel *cap. 18. n. 27.* (vbi ait, sic fuisse decisum sub die 13. Febr. 1610. dum ibi fuit dictum, clericos coniugatos prædictos qualitatibus requisitis, tam ex dicta Constitutione Bonifacij, quàm ex dicto decreto Tridentino Concilij non gaudere priuilegio fori in ciuilibus, nisi vbi de crimine etiam ciuiliter ageretur; sed illos ob tales causas ciuiles à crimine non descendentes posse à Iudicibus laicis in carcerem coniici, aut personaliter astringi; quod vltimum mihi non probatur, cùm ex Tridentino *loco cit.* multis Cardinalium declarationibus priuilegio Canonis gaudeant, & sic non possit à Iudicibus laicis contra ipsos in persona, sed solum in bonis procedi) Donatus Anton. de Mariuis *quotidian. resol. cap. 58.* Megalius *in 3. p. lib. 5. cap. 10. num. 40.* Coriol. *in Bull. Cœn. excomm. 16. fol. 945.* & Curtellius *de immunit. Eccl. lib. 2. q. 51.* contra Angelum, Francum, & Lapum penes Sanchez & Farinacium *in locis supra cit.* & contra Martham *cas. 153. num. 6. centur. 2.* Riccium *part. 4. decis. 320. num. 5. & collect. 308.* Grassum *de effectib. cler. eff. 2. num. 118.* Ceuallos *de cognit. per viam violent. part. 2.*

par. 2. q. 73. num. 4. Duardum *in Bullam Cœnæ lib. 2. can* 15. *q.* 4. *concl.* 3. *num.* 12. Zanardum *par.* 5. *de Sacram. Matrim. cap.* 23. *quæst.* 24. Dianam *part. 1. tract.* 2. *resol.* 51. & Ciarlinium *in controuerf. forenf. cap.* 53. *num.* 34. & 35. Ita etiam contra hos posteriores Doctores declarauit S. Congregatio Concilij die
12 1; Februarij 1610. & S. Congregatio Episcop. die 10. Februar. 1618. fori scilicet priuilegio, sicuti dicebam, non gaudere in ciuilibus clericum coniugatum, nisi quando de crimine ciuiliter ageretur: quamuis eum fori priuilegio etiam in ciuilibus gaudere in Regno Neapolis, vbi adest consuetudo, censuerit S. Congregatio Immunit. die 27. Febr. 1603.

13 Vide etiam S. Congregationem negotiis Regni Neapolis præpositam, quæ die 10. Kal. Iunij 1623. decreuit, quod Diaconi Saluatici in Regno Neapolis ad summum quatuor possint dari Ecclesiæ Cathedrali, seu superiori Collegiatæ, & Parochiali, duo aliis Ecclesiis, in quibus diuina celebrantur, & si Episcopo videbitur, vnus; qui gratis, & per seipsos seruiant, non criminosi, neque malæ famæ; & non gaudeant priuilegio Canonis, gaudeant tamen priuilegio fori in criminalibus omninò, in ciuilibus verò quoad districtionem corporis tantum, & gaudeant immunitate ab oneribus personalibus, non item ab aliis, durante seruitio: sine præiudicio tamen maioris priuilegij, & immunitatis, si alicubi habent: in quibus omnibus Ordinarij sint Iudices, præterquam si agatur de maiori priuilegio dubio: hoc enim Papæ reseruatur.

SECTIO II.

Difficultates, earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Verbum (ciuiliter) in cap. vnico de Cleric. coniugat. in 6. significat non posse Clericum coniugatum pro excessibus, & delictis ab eo commissis à Iudice laico actione Ciuiliter attentata iudicari.*

2 *In causa criminali dupliciter contra Reum procedi potest, sc. criminaliter si ad instantiam Accusatoris procedatur, & ciuiliter, si nullus hoc onus subire velit.*

3 *Qui præfixo tempore non soluit, neque stat promissis, excessum, & delictum committit; sed alter intentat tantum actionem de solutione.*

4 *Clericus coniugatus vigore cap. 2 de foro compet. gaudebat fori priuilegio, at id restrictum fuit per iura subsequentia.*

5 *Lex declarans recipit omnes interpretationes legis declaratæ, qua parte illius est declaratio, non autem qua parte illius est restrictio.*

Obiicies; *in dict. cap. vnic. de cleric. coniugat. in 6. dicitur*, quod clericus coniugatus non possit à Iudice laico, nec criminaliter, nec ciuiliter iudicari; ergo gaudet priuilegio fori, etiam in ciuilibus.

Respondetur, concedo antecedens, at nego
1 consequentiam; quia ly *ciuiliter* ibi solùm significat, non posse clericum coniugatum pro excessibus, &
2 delictis ab eo commissis, à Iudice laico actione ciuiliter attentata iudicari: cùm enim in causa criminali dupliciter contra reum procedi possit, scilicet criminaliter (si ad instantiam accusatoris procedatur) & ciuiliter (si nullus hoc onus subire velit) dicitur *in dict. cap. vnic* quod clericus coniugatus non possit pro excessibus, & delictis ab eo commissis ad iudicium seculare trahi, & ab ipso seculari Iudice, neque personaliter, seu corporaliter, neque pecunialiter, seu pecuniis, vel bonis condemnari, siue criminaliter, siue ciuiliter actio contra ipsum intentata fuerit.

Instabis: qui præfixo tempore non soluit, nec stat promissis, excessum, & delictum committit; 3
ergo non potest clericus coniugatus coram iudice seculari, vt soluat, vel stet promissis, conueniri; quia iam conueniretur pro excessu, & delicto ab ipso commisso, quod prohibetur expressè *in dict. cap. vnic. de cleric. coniugat. in 6.*

Respondetur, concedo antecedens, quod scilicet qui præfixo tempore non soluit, nec stat promissis, excessum & delictum committat: at nego consequentiam; quia inde non sequitur, quod, cùm quis petit sibi solui debitū, vel seruari promissum, procedat in causa criminali, actione etiam ciuiliter intentata, cùm non curet, nec intentet actionem de excessu & delicto commisso, sed solum intentet actionem de solutione sibi facienda; quæ non est excessus, & delictum.

Vrgebis, *in cap. 2. de foro compet.* concedebatur clerico coniugato priuilegium fori, etiam in ciuili- 4
bus; ergo etiam conceditur *in dict. cap. vn. de cler. coniugat. in 6.* Antecedens patet. Consequentia probatur; qui dictum cap. vnic. conditum est in declaratione dicti *cap. 2. de foro. compet.* & ex alio capite 5
lex declarans recipit omnes interpretationes legis declaratæ, ex textu cum glossa *Clement. statutum, ver. consuetudine. de elect.*

Respondetur, concedo antecedens; at nego consequentiam; & ad probationem respondeo, concedo priorem partem illius; at distinguo posteriorem, dicendo, quod lex declarans recipiat quidem omnes interpretationes legis declaratæ, qua parte illius est declaratio, non autem qua parte eiusdem est restrictio; & sic contingit in casu nostro; quia restrinxit primò ad coniungatum contrahentem cum vna, & virgine. Secundò ad deferentem habitum, & tonsuram. Tertiò ad inseruientem alicui Ecclesiæ ex deputatione Episcopi. Et quartò in criminalibus. Quapropter ex textu *in dicto cap. 2. de foro compet.* non fit bona illatio ad textum *in dict. cap. vnic. de cler. coniugat. in 6.*

DVBITATIO XII.

An in causis ciuilibus possit Iudex Laicus Clericum coniugatum capere, & in carcerem detrudere, & pœnis impositis compellere, vt sententiam contra dictum clericum datam, vel dandam executioni mandare possit?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus ex non improbabili sententia Doctorum potest decidere causam ciuilem Clerici coniugati, & consequenter vti potest mediis solitis ad illius executionem necessariis.*

2 *Opinio in contrarium est etiam satis probabilis, & cur.*

Respondetur ex dictis non improbabiliter 1
etiam affirmatiuè; quia, cùm Iudex laicus (vti supra

(supra ex non improbabili sententia Doctorum dicebam) possit decidere causam ciuilem clerici coniugati. consequens est, quod possit etiam vti medijs solitis ad illius executionem necessarijs, alioquin frustratoria esset potestas ei concessa decidendi causam ciuilem clerici coniugati, si ad executionem decisionis non posset dictum clericum coniugatum condemnatum compellere: vnde fit, quod hæc non sit vsurpatio iurisdictionis sibi concessæ. Atque ita docent Couar. *pract. qq. cap. 31. num. 7. in princip.* Gutier. *de iuram. 1. par. 17. num. 12.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 23.* & Moutalu. *l. 25. post princip. tit. 9. par. 1.* contra Ceuallos *pract. q.*
a *593. num. vnic.* Farinacium *q. 8. num. 7.* & alios apud Sanchez *loc. supra cit.* qui contrarium, & satis quidem probabiliter, docent ex eo, quia sic clericus coniugatus iudicaretur, & puniretur personaliter, seu corporaliter, & pecunialiter, seu in bonis, quod prohibetur *in dict. cap. vnic. de cleric. coniugat. in 6.* atque adeò contraheretur excommunicatio Can. *Si quis suadente Diabolo.* Sed ad hoc responderi potest ex dictis, id esse, si Iudex laicus iudicet, vel puniat clericum coniugatum corporaliter, vel pecunialiter per modum punitionis delicti inobedientiæ cõmissi; at secus si per modum conatus ad executionem sententiæ quam iuridicè, & legitimè potuit dare.

Cæterum an clericus coniugatus, si se immisceat negotiationi, vel deferat arma, priuetur priuilegio Canonis, & fori in criminalibus, quo gaudet, si seruet conditiones, quas supra requisitas à Tridentino, dixi *dub. 2.*

DVBITATIO XIII.

An violetur immunitas Ecclesiastica, si laica potestas cognoscat Religiosum, & quinam veniat nomine Religiosi?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica violatur si laica Potestas cognoscat Religiosum, & eum, qui venit nomine Religiosi.*

2 *Religiosus verè, & propriè est, qui emisit tria vota solemnia in Religione approbata, siue sit mas, siue fœmina, & siue sit conuersus, siue conuersa.*

3 *Nomine Ecclesiasticæ Personæ comprehenduntur Regulares vtriusque sexus, etiam Conuersi, & Nouitij.*

4 *Quibus Personis ex vi status sui competit priuilegium Canonis, iisdem etiam competit priuilegium fori, seu exemptionis à Potestate laica, & è contra.*

5 *Nouitius in Religione approbata, licet non sit propriè Religiosus, quia tamen est in via ad Religionem gaudet fori priuilegio.*

6 *Familiaris Religionis, seu oblatus, qui se, & sua in Religionis approbatæ seruitium transtulit, quia Religiosam vitam imitatur, gaudet fori priuilegio.*

7 *Oblatus vt fori priuilegio gaudeat, requiritur quod se, & sua in Religionis approbatæ seruitium transtulerit per oblationem, & dicationem legitimam & expressam, vt nihil sibi reseruauerit. Vide diffusius alias conditiones.*

8 *Equites S. Ioannis, de quibus non est dubium, S. Iacobi, S. Benedicti, Augustini, Lazari, Stephani, &c. non iudicantur ab alio Iudice, quam à superiore cuiusque dicti Ordinis.*

9 *Fratres, & sorores tertij Ordinis S. Francisci gaudent similiter fori priuilegio, si in communi viuant. Secus si priuatim in proprijs Domibus degant, & eur.*

10 *Fratres, & sorores tertij Ordinis S. Francisci, qui non continenter viuunt non possunt admitti à fratribus minoribus ad Diuina officia de tempore interdicti.*

11 *Opinio Cenallos asserentis fratres, & sorores tertij, Ordinis, non gaudere fori priuilegio si collegialiter viuant, reijcitur, & curè vide ibi diffusius.*

12 *Sorores tertij ordinis S. Francisci, licet non viuant, collegialiter, sed in proprijs Domibus gaudent tamen fori priuilegio, si vitam virginalem, & cœlibem, & castam vidualem in manu superioris Religionis vouerint. Vide ibi diffusius declarationem S. Congregationis.*

13 *Sorores tertij Ordinis, si seruent requisita dicta Cardinalium declarationis, consequi possunt, quamuis collegialiter viuant, legatum relictum pro Monachatu.*

14 *Bartolus in l. commodissimè ff. de lib. & posthum. loquitur de ingressu Monasterij, non autem de simplici Monachatu.*

15 *Heremita si in communi, seu in Communitate Religionis approbatæ viuant, gaudent fori priuilegio, secus si viuant extra Religionem sub nullius superioris obedientia.*

16 *Heremita, emisso voto paupertatis, vel suscepta alia obligatione apud Prælatum Ecclesiasticum, vel apud Episcopum, gaudent fori priuilegio.*

RESPONDETVR affirmatiuè Sequitur etiam ex dictis *dubit. prima*, quia & talis (vt etiam ibidem dicebam) gaudet fori priuilegio. 1

Talis primò est, qui verè & propriè est Religiosus, id est, emisit tria vota solemnia in Religione approbata, siue sit mas, siue fœmina, & siue sit conuersus, siue conuersa. Sic sumitur ex *lib. 16. Cod. Theodos. de Episc. & cler. lib. 36.* Auth. Iustiniani Imperat. *Nouell. 123. §. si quis contra, allegat. 9.* quæ allegatur, & confirmatur *in cap. de persona 11. quæst. 1.* Item ex *cap. Clericis, de immunit. Eccles. in 6.* in quibus iuribus expressa mentio fit exemptionis personarum regularium. Item ex *cap. non minus, cap. aduersus extra eod. tit. ex constit. Friderici Imperat. statuimus, Cod. de Episc. & Cler.* in quibus Iuribus generatim eximuntur Ecclesiasticæ personæ, quo nomine comprehenduntur etiam Regulares vtriusque sexus, etiam conuersi laici, & Nouitij *arg. cap. duo sunt, 12. q. 1. & cap. si quis suadente, 17. q. 3.* & meritò; quia (vt rectè notauit Suar. *lib. 4. cap. 29. num. 7.*) quibus personis ex vi status sui competit priuilegium Canonis, iisdem etiam competit priuilegium fori, seu exemptionis à potestate laica; & è contra, quia sunt sacræ, Deo dicatæ, ideoque Ecclesiasticæ, ergo & propter eandem rationem iisdem personis competere debet priuilegium fori, vt scilicet seculari potestati non subiiciantur, sed ad Eccles. Tribunal pertineant. Item ex *cap. fin. de religiosis domibus, & cap. 3. de foro compet.* docent ex communi Decianus *tract. crimin. to. 1. lib. 4. cap. 9. num. 28.* Garsias *de benef. 1. par. cap. 4. num. 11.* Farinac. *cit. quæst. 8. num. 46. ampliat. 20.* Barbosa *cit. allegat. 12. n. 38.* & Carolus de Graffis *de effect. lib. cler. eff. 1. n. 97.*

Item secundò Nouitius in Religione approbata, qui, licet propriè Religiosus non sit (cùm professionem nondum emiserit,) tamen est in via ad Religionem, quod sufficit, vt fori priuilegio gaudeat. 5

Sic

Sic sumitur ex iuribus *supra cit.* & etiam docent ex communi Farinac. *cit. num. 46. amplrat.* 16. Barbosa *num. 37.* Azor. 1. *par. lib.* 11. *cap.* 2. *q.* 2. & Gutier. de gabellis, *q. 95. num.* 21. Idemque dicas de hospite in nostra Religione Clericorum Regularium Theatinorum, qua de re dicebam *c.* 1. *dub.* 9.

6 Item tertiò familiaris Religionis, seu Oblatus, qui se, & sua in Religionis approbatæ seruitium transtulit; quia saltem religiosam vitam imitatur, quod sufficit etiam, vt fori priuilegio gaudeat. Sic determinauit S. Cardinalium Congregatio die 26. Ianuarij 1606. teste Martha *de iurisd. eccl. p. 4. cent. 2. cas.* 113. *num.* 37. & docent Barbosa, *num.* 39 Tuchus *lit. O. concl.* 16. Peregrin. *var. lib.* 6. *n.* 71. Riccius *par. 2. decis.* 88. Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 15. q. 7. concl.* 3. Grassus *de effectibus cleric. eff.* 1. *num.* 96.
7 Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub.* 1. *num.* 43. & Antonius de Marinis, *resol. quotid.* 114. *num.* 6. qui tamen obseruant, ad hoc, vt talis priuilegio fori gaudeat, requiri, quod se, & sua in Religionis approbatæ seruitium transtulerit per oblationem & dicationem legitimam, & expressam, & ita vt nihil bonorum, & nihil vsus fructus ex iis sibi reseruauerit, sed in instanti oblationis totum in Religionem transtulerit: Item quod in sua domo, & cum vxore non commoretur: item quod perpetuò stet, & seruiat Religioni, & deferat habitum à secularium habitu distinctum: quibus seruatis fori priuilegio gaudebit, etiam quoad delicta ante oblationem commissa, si se, & sua modo, quo supra dicebatur, in Religionis approbatæ seruitium sine fraude transtulerit: nam si in fraudem id fecerit, poterit à Iudice seculari pœna pecuniaria, & si non corporali puniri; sicuti S. Cardinalium Congregatio determinauit, teste Aldano *in compend. Canon. resol. tit.* 10. *num.* 15. Qua de re tamen vide, quæ diffusè dicebantur *cap. 1. dubit. 6 & 10. & cap* 2. & quæ dicentur *infra dub. 25. & seqq.*

8 Item quartò, Miles S. Ioannis (de quo non est dubium, cùm sit propriè, & verè Religiosus) & etiam ex satis probabili sententia Doctorum, Miles S. Iacobi, S. Benedicti, Augustini, Lazari, Stephani, &c cùm satis probabile sit, tales etiam esse verè & propriè Religiosos: quapropter videtur, quod ex consuetudine iam recepta non iudicentur ab alio Iudice, quàm à Superioribus suis cuiusque dicti Ordinis Sic Barbosa, *num.* 45. Nauar. *cons.* 12. & 13. *de Regularib.* & Carolus de Grassis *cit. effect.* 1. *num.* 105 Sed de hac re vide, quæ diffusè dicebantur *cap. 1. Dubitat. 11. & cap. 2. dubita. 4 sect.* 3. & 4.

9 Item quintò, Fratres, & Sorores tertij Ordinis S. Francisci, si in communi viuant; quia tunc (esto Religiosi propriè non sint) saltem Religiosam vitam imitantur Sic Barbosa, *num.* 41. Mol. *de iust. to. 4. tract. 3. disp.* 50. *num.* 4. Suarez *de censur. disp. 12. sect. 1. n.* 20. & Graff. *lib. 2. decis. cap.* 49. *n.* 17.

Dixi, si in communi viuant; quia si viuant priuatim in propriis domibus; esto quod complures Doctores (quos citat, & sequitur Tuschus *lit. F. concl.* 470 Gratianus *in d scept. o. 3. cap.* 413. *num.* 38. Rodriguez *to. 2. qq. regular. q. 65. ar.* 1. Diana *par. 1. tract. 2. resol.* 84 & alii, quos infra referam) ex satis probabili sententia putent, quod adhuc priuilegio fori, (sicut & Canonis, & gabellarum exemptionis) gaudeant ex eo quod propriè, & verè Religiosi sint; tamen probabilius est, quod non gaudeant, & sic quod tanquam laici iudicari & puniri possint à Iudice seculari, quia probabilius verè Religiosi non sunt (cùm non emittant tria vota substantialia secundùm Regulam à Sede Apostolica approbatam) neque religiosam vitam imitantur, sed secularem degunt. Sic Barbosa, *num.* 41. Carolus de Grassis *cit. effect. 1. num.* 92. Mol. *to. 3. tract. 3. disp. 50. num. 4. & seqq.* & Mascard *de probat. concl.* 957. *nu.* 6. & fauet Clement III. *de excommuni.* quatenus dicit, quod tempore interdicti tales non possint ad- 10
mitti à Fratribus Minoribus ad diuina officia; quod non diceret, si quo modo Religiosi essent.

Cæterùm quod dicit Ceuallos *in tract. de cognit.* 11
per viam violent. par. 2. q. 61. num. 24. & Curtellius *de Eccles. libert. lib. 2. q.* 85. nempe dictos Fratres & Sorores tertii Ordinis non gaudere priuilegio fori, (sicut nec alius) etiamsi collegialiter viuant, mihi non probatur ex dictis.

Neque obstat, quod sic determinauerit Leo X. nam postea idem Pontifex per aliam suam Constitutionem in specie talem determinationem derogauit, & deinde Paulus IV. Greg. XIV & Sixtus V. etiam in suis literis dictorum priuilegiorum confirmatoriis eiusdem Concilii Lateranensis decreta derogarunt, vt videre est Pontium de impedimentis *matrim. caus. 27. c. 19. §.* 5 & Confectum *in Collectan. Priuileg. tr. 23. t. 14. in fin.*

Neque obstat secundò, quod dicti Fratres, & So- 12
rores tertii Ordinis possint matrimonium contrahere: nam clerici in Minoribus, & Nouitii possunt similiter matrimonium contrahere, & tamen gaudent priuilegio fori, Canonis, & gabellarum exemptionis, ergo iisdem priuilegiis gaudere possunt dicti Fratres, & Sorores, donec religiosè vixerint, licet pro tunc possint matrimonium contrahere.

Quod adeò verum est, vt nonnulli Doctores satis probabiliter (sicuti supra dicebam) putent quod licet viri reuera dictis priuilegiis non gaudeant, nisi collegialiter viuant, gaudeant tamen mulieres, si vitam virginalem, vel cœlibem, & castam vidualem in manu Superioris Religionis vouerint, etiamsi in propriis domibus, & non collegialiter habitent. Sic Tuschus, Gratianus, Rodriguez, Diana, & Pontius *in locis supra cit.* item Portell. *verb. Tertiarij num.* 7. Piasecius *in prax. Episc. par. 2. cap. 3. art. 7. num.* 11. Paulus Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub. 1. num.* 42. Antonius de Marinis *Resol. quotidian.* 114. *num.* 11 Nouarius *de elect. fori, sect. 1. q. 66. num. 13. & 16* & Cherubinus *in Compend. Bullar. tomo* 1. Constit. 12. Leonis X *schol.* 2. ex quadam Cardinalium declaratione, quæ sic habet: Fratres Tertiarii, Mantellati, Corrigiati, aliique similes, & demum Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum assumpserunt, priuilegiis potiuntur, & ab Ordinarii iurisdictione exempti sunt, si viri collegialiter viuant, seu cum Claustralibus habitent; & mulieres virginalem, seu cœlibem, aut castam vidualem, expresso voto, & sub dicto habitu vitam traduxerint; sicuti cauetur Constitutione Concilii Lateranensis sub Leone X. quæ habetur *sess. 11. in fin.* (quo tamen voto mulierum, alia duo, scilicet Paupertatis, & obedientiæ vota, non includuntur) Quinimmo huiusmodi mulieres, si vitam virginalem, aut cœlibem simpliciter, & expressè vouerint, etiam in consanguineorum, & affinium suorum, aut propriis domibus, vel seorsum habitantes, supradictis priuilegiis Ordinis, cuius tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneque ab Ordinarii iurisdictione frui debebũt (quemadmodum idem Leo X. postea declarauit Constitutione edita die primo Martii 1518.) Et, si Fratres, Sororesque tertii Ordinis quid amplius prætendant vigore consuetudinis, poterunt ius suum prosequi in iudicio Ordinario.

Vnde

Vndè salis probabiliter etiam contra Riecium
13 *par.4.collect.* 1051. Curtelium *cit. q.* 85. & Castil-
lum *lib.1.decis.*88.*num.*2.inferunt prædicti Docto-
res, dictas Sorores tertij Ordinis, si seruent requi-
sita dictæ Cardinaliom declaratioois, consequi
posse (quamuis non colligialiter viuant) legatum
relictum pro Monachatu, & facit §. *sed hoc præsens*
Auth. de sanctis. Episc. collat. 9. Et non obstat Bartol.
14 *in l. commodissimè ff. de lib. & posthum* quia loquitur de
ingressu mooasterij, non autem de simplici Mo-
nacharu. Quamuis oppositum etiam quoad hoc
videatur ex dictis mihi probabilius, in casu, quod
dictæ Sorores non collegialiter viuant; Secus, si
collegialiter.

Item sextò Eremitæ, si similiter in communi,
15 seu in coromunitate Religionis approbatæ viuant;
secus si viuant extra Religionem sub nullius Su-
perioris obedienria; quia tunc verè laici sunt, &
consequenter tanquam laici à Iudice laico iudi-
cari, & puniri poterunt. Sic Mol. *citat. disp.* 50. *num.*
4. *in fin.* Carolus de Grassis *cit. effect.* 1. *num.* 102 Bar-
bosa, *num.* 42. Rodrig. *to.* 2. *q.* 62. *art.* 2. & Sanchez
lib.4. moral. cap. 16. *n.* 10. Quamuis aliqui (inter quos
Martha *de iurisdict. par.* 4. *cent.* 2. *cas.* 213. *num* 4. *&*
seqq. Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 7. *dub.* 1. *num.*
44. Duardus *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *q.* 6. *num.* 2.
Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 5. *num.* 4 Antonius
de Marinis *in Resol. quotid. cap.* 114. *num.* 8. Coninch.
de Sacram. disp. 14 *dub.* 15. *n.* 164. Bonacina *in Bullã*
Cœnæ d. p. 1. *quæst.* 16. *sect.* 1. *punct.* 5. *num.* 18 & Diana
par. 4. *tract.* 1. *resol.* 35.) priuilegium fori, sicut & alia,
concedant noo solum Eremitis, qui in communi-
tate viuuot in aliqua Congregatione sub aliquo
16 Prælato, licet professionem oon emittant, vti *suprà*
dicebam, sed etiam Eremitis, qui facto voto pauper-
tatis, vel suscepta obligatione apud Prælatum Ec-
clesiasticũ, vel apud Episcopũ, Ordini, vel Ecclesiæ
alicui, habitum religiosum deferentes, ex obliga-
tione deseruiunt sub obedientia Episcopi, vel al-
terius Prælati; secus si profugi sint, & nulli Supe-
riori Ecclesiastico subsint. Sed quod dixi, videtur
ex dictis mihi probabilius.

DVBITATIO XIV.

An fori priuilegium extendi debeat ad familiam laicam Inquisitorum, in delictis scilicet ab hæresi diuersis?

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores quoad delicta ab Hæresi diuersa cognoscere possunt familiares suos laicos per iurisdictionem, quæ in sui origine, & conseruatione sit secularis, vt potet ex diuersis concordatis pro Regno Valentiæ, Arogoniæ, Castellæ, & Siciliæ.*

2 *Rex, qui concessit Inquisitoribus d. Iurisdictionem potest illam pro sua voluntate, suspendere, limitare, vel extendere.*

3 *Inquisitores per iurisdictionem Ecclesiasticam secundum aliòs possunt cognoscere familiares suos laicos.*

4 *Inquisitores ex priuilegio Ioannis XXII. possunt tenere familiam laicam armatam.*

5 *Nomine familiæ Inquisitorum veniunt Notarij, Actuarij; Scribæ, Commissarij, Iurisdictionis Ecclesiasticæ officij Procuratores, Aduocati, Consultores, Fiscales, Carcerarij, Birruarij, & similes.*

6 *Iurisdictio Inquisitorum in dictam suam familiam laicam est Ecclesiastica, qualis est Iurisdictio Episcoporum in suos familiares.*

7 *Iurisdictio temporalis spirituali, & Ecclesiasticæ coniuncta, Ecclesiastica censeri debet.*

8 *Vnitum, & annexum sequitur naturam illius cui fit annexio.*

9 *Concordata Regia potius limitant Iurisdictionem Inquisitoribus, quam concedant de nouo.*

10 *In concordatis Regni Siciliæ adimitur Inquisitoribus facultas cognoscendi de quinque casibus ibidem expressis; reseruata iisdem Inquisitoribus facultate procedendi per excommunicationem, & censuras Ecclesiasticas in ceteris.*

11 *Inquisitores iurisdictionem habent respectu suorum Familiarium, & Officialium priuatiuè non solum in causis fidei, sed etiam in causis criminalibus.*

12 *Iudices laici non possunt se intromittere in iudicandis Inquisitorũ familiaribus, possunt tamè solum capere Delinquentes, & illos captos remittere Inquisitoribus.*

13 *Limita in Criminibus læsæ maiestatis, & ceteris, prout ibi diffusius.*

RESPONDETVR affirmatiuè, ita
vt etiam quoad dicta delicta Inqui-
sitores solum familiares suos laicos 1
cognoscere possint; siue (vti sentit
Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 12. *n.*
15. *& seqq.*) per Iurisdictionem, quæ
in sui origine, & conseruatiooe sit secularis, vt pro-
bari posset ex diuersis Concordatis pro Regno Va-
lentiæ, Aragoniæ, Castellæ, & Siciliæ apud eundem
Pontium *in loc. cit.* & Simancam *tit.* 41. *n.* 16. in qui-
bus Rex limitat prout sibi æquum videtur, huius-
modi Inquisitorom iurisdictionem; quod quidem
Rex facere non posset, nisi dicta Inquisitorum iu-
risdictio esset in sui origine, & conseruatione secu-
laris; quia si esset Ecclesiastica, non esset illius do-
minus, vt pro sua libertate posset illam limitare, &
suspendere, sicuti defacto pro sua libertate limitat,
& suspendit: nam quotiescunque inter Consiliarios
Regios, & inquisitores controuersia aliqoa de iu-
risdictione exoritur, fit recursus ad Regem, & pro-
vt ei placuerit, executiooi mandatur: quod signum
euidens est, dictam Inquisitorum iurisdictionem
esse in sui origine, & conseruatione secularem, vt
propterea Rex, qui illã à principio concessit, possit
eandem pro soa voluntate suspeodere, limitare, vel 2
exteodere.

Siue potius (vti sentit Narbona *to.* 2. *in* 3. *par. Re-* 3
copil. lib. 4 *ti.* 1. *leg.* 20. *gl.* 22.) per iurisdictiooem Ec-
clesiasticam; qoia (sicut aduertunt Farioacius *de hæ-*
resi, q. 128. *n.* 9. Zanardus *in direct. Confess. par.* 2. *præ-*
cept. 1. *cap.* 6. *q.* 31. Grassus *de effectibus cleric. eff.* 1. *num.*
130. Maceraten. *lib.* 3 *resol.* 14 *num.* 1. & Barbosa *de*
potest. Episc. par 3. *alleg.* 107. *num.* 6.) ex priuilegio Io- 4
annis XXII. Inquisitores teoere possunt familiam
laicam armatam (appellatione cuius veniunt Nota- 5
rij, Actuarij, Scribæ, Comissarij, iurisdictionis Ec-
clesiasticæ officij, Procuratores, Aduocati, Consul-
tores, Fiscales, Carcerarij, Birruarii, & similes, vt sub-
dunt Doctores *in loci supra cit. &* oos dicemus *infra*
dubit. sequenti.) & coosequenter dicendum, quod 6
Inquisitorum Iurisdictio in dictam suam familiam
laicam sit Ecclesiastica, qualis est iurisdictio Epis-
coporum in suos familiares laicos, qui fori priuile-
gio gaudent, vt *in cit dubit. sequenti* dicemus.

Accedit, quod iurisdictio temporalis spirituali 7
& Ecclesiasticæ coniuncta, Ecclesiastica censeri
debet, quia voitum, & aooexum sequitur oaturam
illius, cui fit annexio; Quapropter dicendum, quod
Inqui-

Inquisitores io examinandis, & cognoscendis causis suorum familiarium, & cæterorum officialium procedant ex vi,& potestate Ecclesiastica, vel quidem ex vi, & potestate Regia per incorporationem in Inquisitores traoslata,& sic reddita etiam Ecclesiastica,præsertim quia excommuoicandi potestatem habent.

Ad argumentum autem de Concordatis respondetur cum Narbona *loc. supra cit. num.* 2 t qood tantum abest, quod Inquisitores Regiam iurisdictionem ad dictas suorum familiarium causas cognoscendas ex Concordatis solum habeant, vt immò
9 Concordata hæc oon contradicente Supremo Inquisitionis Senato facta fueriot, potius ad generalem de omnibus,& quibuscunq; familiariũ suorum delictis cognoscendi iurisdictionem Ecclesiasticam Inquisitoribus competentem limitandam, quàm ad aliquã illis de uouo iurisdictiooẽ conferendã; quod
10 inde probari potest; quia in Concordatis Regni Siciliæ adimitur Inquisitoribos facultas cognoscendi de quinque casibus ibidem expressis, relicta, & reseruata iisdem Inquisitoribus facultate procedendi per excommunicationem, & censuras Ecclesiasticas io cæteris; quod signum euidens est, Inquisitores in suos familiares laicos iurisdictionem Ecclesiasticam habere; quia si in illos solũ iurisdictionẽ Regiam,& secularem haberẽt, Rex noo posset Inquisitoribus permittere, aut tribuere facultatẽ cngoo scendi per ceosuras Ecclesiasticas in ceteris casibus præter expressos, vt de facto permittitur, aut tribuitur in supradictis Concordatis Regni Siciliæ.

11 At quidquid sit de hoc, illud tamen interim dicendum est, quod Inquisitores iurisdictionem habeãt respectu suorũ familiarium, & officialiũ priuatiuè, noo solum io causis fidei (in quo coouenerunt Doctores) sed etiam in causis criminalibus, ita vt a-
12 lij Iudices non possint se intromittere in illis iudicandis: solum enim poterunt capere deliquentes, at illos captos tenentur remittere Inquisitoribus. Sic Simãca *Cathol. Institut. tit. 41. rubr. de Ministris n. 19. & seqq.* Paramus *de orig. S. Inquisit lib. 3. q. 6. n.* 27.
13 Rozas *singul.* 101. & Farinac. *q.* 186. Excipuntur tameo cõmittentes crimẽ læsæ Maiestatis, rebellionis, seditionis publicę, proditionis, raptus, mandatorum regalium despectus, Regis iudicibus resistẽtię, eff: actionis, vel violationis Ecclesię, aut Monasterij Rei, incendiarij, vel denique cõmittentes crimen ocfandũ & his similia, idque ex eo. quia expediebat hæc à Iudicẽ seculari, qui mortis pœoã imponere potest, iudicari, ne prætextu exemptionis tales auderent hæc committere. Sic Simaocas, Paramus, Royas, & Farinac. *in locis supra cit.* In causis autem ciuilibus probabilius est, Inquisitores habere etiã iurisdictionem, sed solum respectu officialiũ, qui suot à secretis, ita vt hi solum conueniri, & conuenire debitores possint coram Inquisitoribus non item alij officiales externi. Vide *cap. 14. dubit. 9. sect. 1. & seqq.*

DVBITATIO XV.

An fori priuilegium extendi debeat ad famulos laicos clericorum in delictis extra officium commissis?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Officialis dum delinquit in officio suo non sortitur forum ratione loci in quo reperitur, sed ratione officij & iurisdictionis.*

2 *Officialis licet laicus deliquens in exercitio officij Ecclesiastici puniri potest à solo Iudice Ecclesiastico, & excommunicatur Iudex laicus si velit dictum delictum cognoscere. Contra Crauetam, Paponium.*

3 *Laici, eum subordinentur Ecclesiasticis, ipsis debent deseruire.*

4 *Priuilegium fori non extenditur ad famulos laicos cuiuscunque Clerici, sed solum Episcopi; nec ad quoscumque famulos laicos Episcopi sed solum ad eos, qui proprie famuli, & serui sunt: & quales sint vide diffusius.*

5 *Extensio priuilegij fori ad famulos laicos Episcopi nõ est de iure communi, sed tãtum spectata consuetudine.*

6 *Serui Episcoporũ, & Clericorũ ab onerib. eximũtur.*

7 *Serui inter bona Domini computantur, & Pars patrimonij, seu substantia Domini habentur.*

8 *Priuilegium fori ad famulos Episcopi etiam in delictis extra officium commissis saltem de consuetudine extenditur.*

9 *Episcopus est ordinarius Inquisitor, & concessa Inquisitori, videntur concessa etiam Episcopo.*

10 *Barisellus Episcopi est de familia armata eiusdem, & sic non potest, neque de iure debet per laicum Iudicem capi.*

11 *Iudex Camerarius, Notarius, & fiscalis Episcopi tanquam ipsius familiares non tenentur ad personalia Ciuitatis munera. Vide plures declarationes S. Congregationis ibi diffusius.*

12 *Textus in l. in sacris C. de proxim. sacr. scrin. declaratur, & eidem priuilegium familiarium Episcopi conforme demonstratur & aquiparatur per omnia vt ibi diffusius.*

13 *Familiaribus Episcoporum ex vi prerogatiua, & in fauorem Persona cui seruitur, priuilegium fori tam in criminalibus, quam in ciuilibus indistinctè conceditur.*

14 *Famuli, & familiares se habent, vt quid accessorium ad Episcopos, & ideo sinè iis Episcopus stare nõ potest.*

15 *Priuilegium fori concessum Scholasticis extenditur ad illorum seruos, qui etiam ad tempus seruiunt.*

16 *Priuilegium concessum Domino extenditur ad eius famulos.*

17 *Exempta ab alicuius foro Persona, exempta ab eiusdem foro videtur illius familia.*

18 *Priuilegium stricti Iuris est, & vt personale personam non egreditur primo & per se, secus tamen est secundario & per accidens, nam extenditur ad Personas Priuilegiato connexas.*

19 *Priuilegium alicui concessum audiendi Missam in Oratorio priuato, vel audiendi missã, & celebrandi tẽpore Interdicti, extẽditur ad Domesticos, & familiares*

20 *Priuilegium alicui concessum dicendi horas canonicas ante tempus, vel in Breuiario diuerso à Romano extenditur ad socium secum recitantem.*

21 *Episcopus Religiosus potest dicere horas canonicas in Breuiario sua Religionis cum socio secum recitante & è contra.*

22 *Priuilegium concessum Emptori extenditur ad Venditorem, & è contra.*

23 *Priuilegium concessum Marito extenditur ad Vxorẽ*

24 *Priuilegium Immunitatis Ecclesiastica est fauorabile, & sic extendendum.*

25 *Ratione Dignitatis Epifcopalis par eſt, quod fori priuilegium Epifcopo conceſſum, licet per ſe, & principaliter ſit perſonale quoad Epiſcopũ; acceſſorie tamen propter eius Dignitatis fauorem extendatur ad eius familiares.*

26 *Multa conceduntur Epiſcopis, quæ non conceduntur aliis.*

27 *Priuilegium fori non extenditur ad famulos ceterorum Clericorum, neque etiam ad laicos famulos Epiſcoporum temporales, & Conductorios, ſeu mercenarios.*

28 *Conductores, & famuli Epiſcoporum durante Colonia gaudere fori priuilegio non improbabiliter tenent quãplures Doctores.*

29 *Priuilegium fori conceditur famulis non propter ipſos; ſed propter Dominos; & ideo quilibet famulus de tempore ſeruitij gaudet.*

30 *Contraria tamen ſententia dicitur probabilior non ſolum attento iure; ſed etiam attenta conſuetudine.*

31 *Coloni partiarij Epiſcoporum durante colonia gaudent fori priuilegio.*

D E T x t, *in delictis extra officium commiſſis;*
1 quia in delictis commiſſis in officio
minor eſt difficultas: quandoquidem
dum officialis delinquit in exercitio
ſui, non ſortitur forum ratione loci, in
quod reperitur, ſed ratione officij, & iuriſdictionis,
ita vt tunc non conſideretur ille, vt vaſallus
ſed vt officialis; ſicut dixit Carauita *reſol*. 49
num. 13.

Quare non mirum, quod tunc officialis, licet laicus, delinquẽs in exercitio officij Eccleſiaſtici, puni-
2 iri poſſit à ſolo iudice Eccleſiaſtico, & excõmunicari
Iudex laicus, ſi velit hic ad dictũ delictũ cognoſcendũ, ſeu puniendũ ſe intromittere: quamuis & quoad
delicta commiſſa in officio etiam, fori priuilegium
ad familiam laicam Iudicis Eccleſiaſtici non extẽdi
ſentiant Carauita, & Paponius *infra* aſſerens, ſic in
Curia Pariſienſi bis iudicatum fuiſſe, ex eo quod Iudex Eccleſiaſticus cauere debet, ne laicorum officialium opera vtatur, & aliter agendo, iuriſdictionem
in illos ſibi acquirere non poteſt. Sed contrarium ex
dictis, & dicendis eſt multò probabilius. Neque obſtat id quod Carauita, & Paponius dicunt; quia laici,
3 cùm ſubordinentur Eccleſiaſticis, ſicut ſubordinatur
corpus animæ, ſeu ſpiritui, deſeruire, cùm opus fuerit, Eccleſiaſticis debent iuxta ea, quæ diffusè dicentur *cap* 10. *dubit*. 1 *ſect*. 2. quapropter

Reſpondetur ad dubitationem poſitam, fori
priuilegium, etiam in delictis extra officium com-
4 miſſis, extendi ad laicos famulos, non quidem ad
famulos laicos, cuiuſcunque Clerici, ſed ſolum
Epiſcopi, nec ad quoſcunque famulos laicos Epiſcopi, ſed ſolum ad eos, qui propriè famuli, & ſerui
ſint, non mercede conducti (quales ſunt mancipia, &
ſerui perpetui, vt *infra*) & qui propriè familiares ſint
(quales ſunt Notarij, Actuarij, ſcribæ, Commiſſarij,
iuriſdictionis Eccleſiaſticæ officij Procuratores; Aduocati, Conſultores, Fiſcales, carceris cuſtodes, lictores, & ſimiles) Sic Decianus *to*. 1. *lib*. 4. *c*. 9. *n*. 47. &
57. Farinacius *prax q*. 8. *num*. 46. & fauent textus *in*
5 *cap. fin. de officio Archidiac*. Quamuis (vt fateat, id
non tam dici debeat, ſpectato iure communi, cùm
nullus appareat textus, qui (vt bene aduertit Suar.
lib. 4. *de immunit. Eccleſiaſt. cap*. 29. *num*. 10. & *ſequent*.)
hanc exemptionem conuincat; & cùm Concilium
Tridentinũm *ſeſſ*. 23. *cap*. 6. à priuilegio fori excludat etiam clericos ipſos in Minoribus conſtitutos,
niſi habeant beneficium, vel niſi incedant in habitu, & tonſura, & deſeruiant Eccleſiæ, &c. ſed
potius dici debeat, ſpectata conſuetudine, quæ, cùm
foueat, & meritò, iuriſdictionem, & auctoritatem Epiſcopalem, ſatis rationabilis videtur, atque adeò
in praxi ſeruanda; ita vt ſi Iudex laicus velit cognoſcere delicta talium famulorũ, poſſit Epiſcopus,
ſaltem de conſuetudine; ſi non de iure, illum excommunicare.

Neque obſtat, quod *in cap. Eccleſiarum ſeruos*, 12. 6
q. 2. & ſic de iure, ſerui Epiſcoporum, & clericorum
ab oneribus eximuntur.

Reſpondetur enim id eſſe; quia tales ſerui inter 7
bona domini computantur, & pars patrimonij, ſeu
ſubſtãtiæ domini habentur. Quapropter non mirũ,
ſi tales de iure ab oneribus eximantur, etiamſi ſint
Mauri, Turcæ, vel alio modo à Chriſtiana fide alieni
quin neque mirum, ſi & tales, etiamſi ſimiliter ſint
Mauri, Turcæ, vel alio modo à fide Chriſtiana alieni
(ſi ſcilicet ſint ſerui Epiſcopi, nõ autẽ alterius clerici, vti ſupra dicebam) priuilegio fori etiam, ſaltem de
conſuetudine gaudeãt; vti docent Menochius *de arbitr. cent. vlt*. 562. *num*. 3. Carolus de Graſſis *de effectib. cler. eff*. 1. *num*. 149. Belletrus *in diſquiſit. cleric. par*.
1. *tit. de fauore clericorum reali* §. 2. *num*. 12. Paramus
in defenſ. iuriſdict. S. Officij cap. 14. *num* 47. Narbona *in* 3. *par. Recopil. lib*. 4 *tit*. 1. *leg*. 20. *gloſ*. 1. *num*. 34.
Videri etiam poterit Angelus *in l. vtimur. ff. de
ſepulchro violato*, & *in l*. 1. *ff. ad Iuliam Maieſt*. & Crotus *lib*. 3. *conſil*. 363. *num*. 19.

Atque ita vt ſupra in Reſponſione ad dubitatio- 8
nem poſitam dicebam) nempe fori priuilegium ad
quot dicebam famulos Epiſcopi, etiam in delictis
extra officium commiſſis, ſaltem de conſuetudine,
extendi, contra Peteitam *de manu Regia par*. 1. *cap*.
19. *num*. 13. Ceuallos *tract. de cognit. per. viam violent. par*. 2. *q*. 58. *num*. 10. Carauitam *ritu* 45. *num*. 24.
& Curtellium *in Codice legum Sicularum Martini
Regis poſt cap*. 21. *in Concord. Inquiſ. cap*. 2. *num*. 10 &
ſeqq. & *in Patrocinio Regia iuriſdict. num*. 101. & *de
Eccleſ. libertate lib*. 2. *q*. 98. Moſcoſum *in allegat.
num*. 15. & *ſeqq*. & alios docent communiter tam
Theologiæ quàm Iuris Doctores, Hoſtienſ. *num*. 14.
Ioannes Andreas *num*. 15. Butrius *num*. 1. *in cit. cap.
fin. de offic*. Archidiac. Abb. *in cap*. 2. *num*. 6. *de foro
compet*. Imola *ibi*. Capycius *deciſ*. 12. *num*. 2.
Malderus *in* 2. 2. *S. Th. de iuſt. & iur. tract*. 6. *cap*. 1.
dub. 8. *diſ*. 6. *in fin*. Zipæus *in Iure Pontificio lib*. 2.
tit. de foro compet. num. 47. Clarus *in prax. crim*.
§. *fin. quæſt*. 35. *num*. 18. Ioannes de Monte Spe-
rello penes Calcaneum *conſil*. 71. Tuſchus *to*. 3. *lit*.
E. concl 27. *num*. 21. Farinac. *q*. 8. *num*. 40. Alzedus
in prax. Epiſc. par. 1. *cap*. 11. *num*. 77. Barboſa *de
poteſt. Epiſc. par*. 3. *allegat*. 107. *n*. 1. & 9. *n*. 1. Hermannus
Stamm. *de ſeruitute perſonali lib*. 1. *cap*. 7. *num*. 6. Squillante *de priuileg. cleric. cap*. 7. *num*. 54. Bonacina *in
Bull. Cœn. diſp*. 1. *quæſt*. 16. *punct*. 3. *num*. 7. Antonius de Marinis *reſol. quotidian. cap*. 117. *num*. 2. Gratianus *deciſ*. 133. & *diſcept. forenſ. lib*. 2. *cap*. 340.
Gauantus *in Enchirid. ver. forum Epiſcopale*, *num*.
31. Diana *par*. 1. *tract*. 2. *reſol*. 97. *par*. 3. *tract*. 1.
reſol. 12. & *par*. 6. *tract*. 2. *reſol*. 1. & *ſeqq*. Sellius
in ſelect. Canon. cap. 18. *num*. 15. & 26. Riccius *in
prax. par*. 1. *reſol*. 473. *num*. 2. Regẽs de Ponte *deciſ*. 36.
Aurelius Auguſtinus in conſil. quod ponit Barboſa
in iure Eccleſiaſtico *lib*. 1. *c*. 39. §. 14. & *ſeq*. Guazzinus
to. 1. *defenſ*. 20 *c*. 9. *n*. 24. Martha *de iuriſdict. par*. 4. *cent*.
20. *caſ*. 3 *nu*. 2. Genuenſis *in prax. c*. 9. *n*. 4. Maceraten.
lib. 1. *reſol*. 75. Raus *in dubiis de immunitate Eccleſiaſtica
fol*. 94. Narbona *in recopilat lib*. 4. *tit*. 1 *leg*. 20. *gloſ*. 22.
num. 9. Giurba *conſil*. 70. *num*. 20. Burgius *de modo procedendi ex abrupto, cent*. 1. *q*. 65. *n*. 81. (vbi ſic in M.C.V.

Regni Neapolis seruari testatur) Bellettus *in disq. si. Cler. par. 1. tit. de fauore cler. realè 91. num. 21. & 22.* Torreblanca *in tract. Spir. lib. 15. cap. 6. n. 56.* Cenedus *in q. Can. on. q. 4. n. 26.* & Cialinius *in contr. fore. si c. 20. n. 34 & seq.*

9 Accedit, quod priuilegio fori gaudeat familia laica Inquisitoris, vti dicebam supra *dub.* 14. ergo & gaudebit familia laica Episcopi; cum & Episcopus sit Ordinarius Inquisitor, *Clem. 1. & 2. de haereticis.*

Accedit secundò, quod ita determinauit S. Cardioalium Congregatio, facto verbo cum Sanctissimo in vna Regiensi die 14. Febr. 1581. & in vna Turritana die 18. Maij, 1603. & apud Raum *loc. supra cit.* & iterum apud Gauaotum *in Enchirid. E-*
10 *pisc. ver. familiaris Episcopi, n.* 2. Et iterom in specie de Barisello Episcopi (ex eo, quod sit de illius familia armata; & sic non possit, neque de iure debeat per laicum Iudicem captari) apud Sellium *n.* 25. & iterum in specie de Iudice Camerario, de
11 Notario, & Fiscali Episcopi (tanquam de ipsius familiaribus; & sic quod neque teneantur ad personalia ciuitatis munia) apud eundem Sellium *num.* 20. & iterum tandem in commoni ita etiam determioauit Paulus V. & Vrbanus VIII. apud Dianam *citat. par. 6. tract. 2. resol. 4. & seqq.* Quapropter S. Congregatio Episcop. die 25. April. 1614. cùm fuisset processum ad nonnullos actos in causa capitanei, vel barisello Episcopi carceribus per Regios mancipari, de mandato Pauli V. attento quod Barisellus sit de faoilia armata Episcopi, & proptereà oon possit, nec debeat de iure per laicum capturari, ordioauit Auditori Cameræ qood capturã, & acta nulla declararet. Item petente Episcopo, an Iudex Camerarios, & Fiscalis, tanquam eios familiares, deberent gaudere prioilegio fori, & immunitate ab oneribus personalibus, S. eadem Congregatio die 11. Decembr. 1614. respondit, quod prædicti officiales, vti familiares Episcopi, fori priuilegio gaudeant. & ad personalia ciuitatis munia subeunda oon teneantur. Item mandauit Episcopo die 6. Augusti 1602. ne suspenderet censuras latas contra Gubernatorem, nisi prius relaxato è carceribos eius Notario, Regiis hortatoriis, ac aliis quibuscũque nun obstantibus. Item respondit Episcopo die 18. Maij 1603. quod priuilegia per sacros Canones concessa ministris, officialibos, vel familiaribus Episcopi sint ita clara, vt io dubium reuocari non possiot, ioiongendo ei strictè, vt prædicta faciat obseruari. Item die 11. Decembris 1615. declarauit, quod Fiscalis, quem habet Episcopus in aliqua ciuitate, in qua temporalem, & spiritualem iurisdictionem exercet, tanquam ipsius Episcopi familiaris, priuilegio fori gaudeat, & ad personalia cioitatis munia non teneatur. Item tandem determinaoit, quod satellites, magister, notarios, Fiscalis, & cæteri ministri Curiæ Episcopalis priuilegio fori gaudeant, etiam in delictis extra officium cõmissis.

12 Accedit tertiò, quod ita etiam est conforme textui *in l. sacris Cod. de proxim. sacr. scrin.* quatenus ibi decernitor, quod Secretarij, vel Archiuarij, cæterique, qui in scriniis militaot, & io epistolarom, libellorum, sacratúmque Imperatoris dispositioonum memoriam & custodiam inseruiunt, prioilegio fori Imperialis, tamio criminalibus, quàm in ciuilibus, noo solum ipsi, sed etiam ipsorum familiæ gaodeãt, ita vt non possint cognosci ab ordinariis locorom, sed debeant cooneoiri coram Magistro officiorum ipsiusmet sacri Palatij.

Vnde liqoet primò, quod officiales scrioiarij gaudeant prioilegio, vt familiares sacri Palatij. Secundò, quod officiales sint verè familiares. Tertiò, quod gaudeant priuilegio fori, tam in criminalibus, quã in ciuilibus, iodistinctè, sine vlla limitatiooe; quia textus, non dicit, quod gaudeant in delictis sub prætextu officij, & noo in delictis cõmuoibus, sed dicit indistinctè in omnibus causis, etiã ciuilibus: quinimmò voluit Imperator, vt constat ex textu *supra cit. Cod. de prox. sacr. scrin.* quod eodem priuilegio fori gaudeant etiam substituti scriniorum; & sic multò magis familia, & officiales Episcopi, non solum in criminalibus, sed etiam in ciuilibos. Sicuti docent Acugna *in Decretum Grat. ani par. 1. dist. 32. c. 10. n. 11.* & Diana *par. 6. tract. 2. resol. 2. & seqq.* vbi dicunt esse communem opiniooem.

Accedit quartò, quod si familiaris io delictis in officio commissis tantum fori priuilegium haberet, sequeretur quod familiares, in quibus ooo potest cadere delictum, ex eo quod officium non habeãt, excluderentur à priuilegio fori; & sic familiares viri nobiles essẽt minos priuilegiati, quã famliares, mercenarij, & ignobiles ad certum seruitium deputati quod non videtur dicendum; maximè quia ex vi prærogatiuæ, & io fauorem personæ, cui seruitur, 13
priuilegium fori familiaribus, tam in crimioalibus, quàm in ciuilibus, indistinctè conceditur.

Accedit quintò, quod cùm (sicuti obseruat Gratianus loco inf. a citando) famuli, & familiares E- 14
piscoporum se habeant. vt quid accessoriõ ad Episcopos; & ita, vt sine talibus Episcopus stare oõ possit, par est, quod priuilegiũ, quod habet Episcopus, tanquam principalis, & caput, exteodi debeat ad famulos, & familiares, tanquam ad ipsius membra & accessoria, præsertim necessaria, sioe quibus ipse Episcopus stare non potest. Ex *c. quanto. & c. licet, de priuilegiis in 6.* Præsertim quia priuilegium fori coo- 15
cessum scholasticis extenditur ad illorum seruos, qui etiam ad tempus seruiunt, *Authen. habita, Cod. ne* 16
filius pro patre, & *ibi* Baldus, & Salicetus: & prioilegium concessum Domino extenditur ad eius famu- 17
los. Albericos *in l. 1. Cod. de Episc. & cleric. num.* 4. ex eo, quia exempta ab alicuins foro persona, exeopta ab eiusdem foro videtur illius familia. *c. 1. de priuilegiis in 6. l. non aliter, ff. de iudic. & l. 2. Cod. de Episc. & cleric.* quod magis locum habet, quando aliter redderetur Dominis valde incommodus vsus famolorum & familiarium. Oldradus *consil. 293. num.* 5. & nos dicemus *infra*.

Non obstat, si dicas, quod prioilegium, vtpotè stricti iuris, extendi non debeat. *c. priuilegia de regul.*
iuris in 6. & vtpote persooale, personã oon egrediatur, *l. sordidorum, Cod. de excusat. mun.* & sic priuilegiũ 18
concessum personæ Episcopi, ad famolos, & familiares non extendatur.

Respondetur enim, qood licet. vtpotè stricti iuris, extendi non debeat; & vtpote personale, personam oon egrediatur; id tamen intelligendum sic primò, & per se; at secundariò, & per accidens extẽdatur ad persooas priuilegiato connexas Sic priui-
legium alicoi concessom aodiendi Missam in Ora- 19
torio prioato, vel audiendi Missam, & celebrandi tempore interdicti, extenditur ad domesticos, & familiares *cap. licet, de priuileg. in* 6. Item priuilegium
alicoi concessum dicendi horas Canonicas ante 20
tempus, vel io Breuiario diuerso à Romano exteoditur ad socium secum recitantem. Henriq. *lib. 7. c. 30. num. 4.* & Portell. *ver. Hora Canonica, numer.* 8.
Vnde Episcopus Religiosus potest dicere horas 21
Canonicas in Breuiario suæ Religionis cum socio secũ recitaote; & è cootra. Portell. *loc. supra cit. n.* 24.

22 & Rodrig. *in sum. to. 4. cap. 68. num.* 10. Item priuile-
gium concessum emptori extenditur ad vendito-
rem, & è contra. Iason *in l. non tantum ff de re indic.*
num. 12. & Roman, *Consil.* 180. *num.* 4. Item tandem
23 priuilegium concessum marito extenditur ad vxo-
rem. Baldus *in sua Margarita, ver. Priuilegium*; &
nos dicemus infra.

Quapropter multò magis par est, quod priuile-
gium fori concessum Episcopo extendatur ad eius
24 seruos, & familiares; præsertim quia priuilegium
immunitatis Ecclesiasticæ est fauorabile, & si extē-
dendum; Decianus *cons.* 80. *num.* 19. *&* 21. *lib.* 3. Fa-
rinac. *in append. de immunit. cap.* 2. *num.* 21. Gratian. *to.*
2. *disp.* 340. *num.* 21. Ambrosin. *de immunit. cap.* 10.
num. 7. Gambarcurta *de immunit. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 7.
& Sperellus *decis.* 63. *num.* 10. Præsertim secundò;
quia in dubio, etiam positiuo, sequenda est opinio
quæ fauet Ecclesiæ *cap fin. de re indic. l. sunt persona*
ff de relig. & sumpt. funer. l. Titia §. Seia. ff. de aur. & ar-
gent. legat. & l. Iulia ff. de manumiss. & docent Felin.
in cap. 1. *de constitut. num.* 104. Iason *in l. filius familias*
§. diui, num. 82. *& in repet. num.* 110. *ff de legat.* 1. De-
cian. *cit. consil.* 80. *num.* 22. Maynard. *de priuileg. Eccles.*
par. 2. *art.* 22 *num* 61. Hondodeus *lib.* 1. *consil.* 3. *num.*
24. Bellertus *in Disquisit. cleric. par.* 1. *tit.* 6. §. 4. *num.*
13. Natta *consil.* 249. *num.* 7. *lib.* 2. Gail. *pract obseru.*
lib. 2. *obseru.* 94. *num.* 19. Velasquez *de Monit. Pauli*
V. par. 1. *num.* 43. Boërius *lib.* 3. *ad textum in cap.*
non minus de immunit. Ecclesiast. num. 59. Gouuara *in*
propugnat. immunit. Eccles. assert. 2. §. 2 *num.* 55. Solor-
sanus *de Indiarum iure lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 39. & Sousa
in Bull. Cœna cap. 14. *dis.* 176. *nu.* 5. subdens id esse ve-
rum, etiamsi contraria opinio communis sit; & sic
multò magis in casu nostro, vbi potius opinio pro
Ecclesia communis, quin & probabilior, & consue-
tudini, declarationibus Cardinalium, Responsio-
nibusque summorum Pontificum (quorum propriū
est in dubiis opinionibus, quæ sit probabilior, & se-
quenda, declarare; qua de re *cap. Cappellanus, de feriis,*
& Solorsan. *cit. cap.* 24. *num.* 40. conformis est. Præser-
25 tim tertiò, quia ratione dignitatis Episcopalis par
est, quod fori priuilegium Episcopo concessum,
licet per se, & principaliter sit personale quoad
Episcopum, accessoriè tamen propter eius digni-
tatis fauorem extendatur ad seruos, & familiares.
Baldus *in l.* 2. *not* 3. *Cod. de Episc. & cleric.* Grammati-
cus *voto crimin.* 33. *num.* 20. Menochius *de arbitr.* 2.
cent. 4. *cas.* 562. *num.* 13. & Megalius *variar. resol. to.* 2.
resol. 112. *num.* 8.

Neque obstat secundò, si dicas, quod sic priuile-
gium fori extenderetur etiam, ad famulos cleri-
corum.

Responderur enim (vt omittam, quod id non-
nulli concedunt. Sic Narbona *in* 3. *par. Recopil. lib.*
4. *tit.* 1. *leg.* 20. *gl.* 1. *num.* 27. & alij, quos citat Me-
nochius *de arbitr. cent. vlt. cas.* 562. *num.* 7. & se-
quitur Diana *par.* 3. *tract* 1. *resol* 47.) nego sequelam;
26 quia id solum locum habet in famulis Episcopo-
rum, vti supra dicebam; & meritò, quia multa
conceduntur Episcopis, quæ non conceduntur
alliis, vti patet ex *cap. fin. de sentent. & re indic. in* 6.
cap. fin. de priuilegiis eod. & cap. quia periculosum de
sent. excomm. eodem; & docent Calcaneus *consil.* 72.
Capycius *decis.* 12. *num.* 1. Thesaurus *decis.* 22. Gra-
tian. *decis.* 133. *num.* 2. Tuschus *to.* 3. *lit. E. concl.* 27.
num. 31. Guazzinus *to.* 1. *defens.* 20. *c.* 9. *num.* 23. & Au-
fferius *tractatu de potest. secul. in Eccles. reg.* 2.
num. 36.

Ex dictis itaque sequitur, quod priuilegium
fori non extendatur ad laicos famulos aliorum cle- 27
ricorum; neque etiam ad laicos famulos Episcopo-
rum temporales; & conductorios, seu mercenarios;
sicuti quoad vtrosque famulos præter Decianum, &
Farinacium *in locis supra cit.* docent Clarus *in pract.*
crimin. lib. 5. §. *fin cap.* 31. *num* 18. Octau. Vulp. *tract.*
de libert. Eccles. par 3. *n.* 24. Capycius *decis.* 12. *num.* 2.
in fin. Gutierez *pract. qq. lib.* 1. *q.* 4. *n.* 2. Couar *pract.*
qq. cap. 35. *num.* 2 Gratianus *decis.* 233. *num.* 3 Borel-
lus *in summa de(?) tit.* 43. *de foro compet. n.* 143. *c.* Me-
nochius *de arbitr. cent vlt.* 552. *num.* 3. Bellertus *in dis-*
quisit cleric. par. 1. *tit. de fauore clericorum reali* §. 1. *n.* 12.
Carolus de Grassis *de effectib. cler eff.* 1. *num.* 149.

Quamuis contrarium quoad vtrosque etiam fa- 28
mulos, præsertim Episcoporum durante Colonia,
non omninò improbabiliter doceant complures
Doctores quos refert Menochius *loc. supra cit. de ar-*
bit. cas. 562. *num.* 7. & sequitur Diana, & Narbona
in 3 *par. Recopil. lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 20. *gl.* 1 *num* 27. Ex eo,
quia cùm priuilegium fori famulis concedatur non 29
propter ipsos, sed propter dominos, consequens est,
quod dictum priuilegium fori competat, tum
seruis perpetuis, tum seruis temporalibus, & con-
ductoriis, seu mercenariis, cùm pro eo tempore, quo
seruiunt dominis, se habeant tanquam accessorium
ad dominos, ita vt sine illis stare non possint domini
& sic non mirum, si ad tales famulos etiam fori
priuilegium extendi debeat, ex *cit. cap. quamò*; &
cit cap licet de priuilegiis. Quod multo magis locū
haberet, si ex eo, quod dicti famuli non fruātur pri-
uilegio fori seruitium, vel obsequium dominis ad
domesticam curam, vel bonorum administrationem
ab ipsis præstandum, impediretur cum magno in-
commodo, & detrimento dominorum; quia tunc
magis redundaret in personam Episcoporum &
clericorum; quapropter quod in tali casu famuli,
etiam temporales, Episcoporum, & clericorum
fori priuilegio gaudeant, consentiūt cum Narbona,
& alii, apud Menochium *in locis supra cit.* Gratianus
discep. forens. to. 2. *cap.* 340. *num.* 4. & 5. Squillante
de priuileg. cleric. cap. 7. *dub.* 2. *num.* 57. Carolus de
Grassis *num* 150. & Menochius *num.* 12. Sed quod 30
dixi. est probabilius, non solum attento iure, sed
etiam attenta consuetudine, quæ quoad hos famu-
los (vt fatear) potius est in contrarium, quam nobis
fauens; etsi pro colonis partiariis Episcoporum, 31
quod durante Colonia gaudeant ipsi priuilegio
fori, extet determinatio S. Congregationis die 6.
Decembr. 1627. Vide *cap.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 17. 18.
& 19.

SECTIO II.

Difficultates, earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest ex dictis habere familiam ar-*
matam.

2 *Iudex laicus, etiam Princeps, non potest sine*
censurarū incursione determinare numerum satellitum
Curia Episcopalis.

3 *Ad Iudicem Ecclesiasticum spectat definire contro-*
uersiam de Iurisdictione inter ipsum, & Iudicem se-
cularem ortam.

4 *Maior preferri debet minori.*

5 *Numerus satellitum Curia Episcopalis si excessiuus*
sit

sit, potest Iudex secularis instare, vt moderetur, & ad iustum numerum reducatur.

6 *Instantia prædicta Iudicis secularis debet Episcopus acquiescere.*

7 *Episcopus augere potest familiam suam armatam, dummodo tamen circa numerum, & qualitatem eorum, quos sibi duxerit assumendos, prudenter, & moderate se gerat.*

8 *Papa non potest eximere laicos à Iurisdictione seculari ex quacumque causa, secus est ex causa iusta, & rationabili, vt si id exigat finis spiritualis.*

9 *Papa est Dominus etiam temporalium saltem indirecte, cum temporalia ordinentur ad finem spiritualem.*

10 *Papa ex iusta, & rationabili causa potest præiudicare Principibus secularibus, & iurisdictionem eorum diminuere.*

11 *Exemptio laicorum à iurisdictione seculari videtur facta consentientibus saltem implicite, ipsis Principibus, & curi*

12 *Episcopus quod sit Iudex in delictis sua familia non est absurdum, quia id fit ex priuilegio superioris iusta causa existente.*

13 *Inquisitores cognoscant de facto delicta suorum familiarum, qui simili modo eximuntur à iurisdictione secularis Principum.*

14 *Multi in iure eximuntur à Iurisdictione Iudicis ordinarij, & subsunt superiori sui officii.*

15 *Familia laica Episcopi gaudet fori priuilegio, non tam attento iure, quam attenta consuetudine.*

16 *Concilium Tridentinum loquitur de priuilegio fori, quod competit Clerico vt Clerico, non autem quod competit alteri ex alio capite.*

17 *Familiaris laicus Episcopi gaudet fori priuilegio, donec in seruitio Episcopi perseuerat.*

18 *Non bene inferunt Aduersarij Priuilegium fori familia laicalis Episcoporum abrogatum fuisse per Concilium Tridentinum.*

19 *Familia laica Episcopi gaudet priuilegio fori saltem attenta consuetudine, si non attento iure.*

20 *In Cedula Regis Ferdinandi & Isabella, statuitur quod familiares Prælatorum sint subiecti Potestati laicali, sed huic cedulæ si non obstant Canones obstat saltem consuetudo in summorum Pontificum Responsionibus confirmata.*

21 *Falsum est in Regno Siciliæ familiarem Episcopi non gaudere fori priuilegio nisi sit Clericus.*

22 *Romæ ob reuerentiam summo Pontifici debitam non obseruatur quod Episcopus habeat familiam armatam*

23 *Palatia Cardinalium vbique gaudent Immunitatis priuilegio, ac secus est Romæ.*

24 *Multa delicta vbique gaudent Immunitate Ecclesiæ, et non gaudent Romæ.*

25 *Episcopi licet habeant priuilegium, vt in suo Palatio singulis diebus celebretur, tamen tali priuilegio non gaudent donec Romæ morantur.*

26 *Familiares Cardinalium vbique gaudent fori priuilegio, tamen eo non gaudent Romæ.*

27 *Familia laica Episcopi gaudet fori priuilegio in delictis communi, non in officio commissis tantum.*

28 *Ecclesiastici remissius puniunt delicta quam laici, sed per accidens, quia recte munus suum obire nolunt.*

OBiicies, Episcopus non potest habere familiam armatam; Ergo.

Respondetur, nego antecedens; qua de re dicam
1 *cap. 10. dubitat. 8. & 11.* immò quod possit Episcopus illam habere, colligitur etiam ex dictis.

Obiicies secundò, si Episcopus posset habere familiam armatam, posset tenere Satellites, & ministros quotquot voluerit, sed hoc videtur absurdum, & posse cedere in fraudem iurisdictionis laicalis; ergo.

Respondetur, concedo sequelam maioris; atque
sic, teste Barbosa *de iure Pontif. in lib. 1. cap. 11. num.* 2
73. & Gauanto *in Enchirid. Episc. ver. forum Episcopale, num. 36.* decreuit S. Cardinalium Congregatio
die 14. Aprilis 1615. ita vt numerum dictorum satellitum, & ministrorum non possit sine incursione censurarum determinare Iudex laicus (etiam
Princeps) sed solum ipsemet Episcopus; quia quotiescunque controuersia est inter Iudicem secularem, & Ecclesiasticum, ad quemnam spectet iurisdi- 3
ctio, definire spectat ad Iudicem Ecclesiasticum,
non ad Iudicem secularem, ex *cap. si Iudex de sent.*
excomm. in 6. Et ratio est; quia maior præferri debet 4
minori, vt pluries alibi dictum est, & docet ex communi Felinus *in cap. pastoralis de rescrip. num.* 4. Decius *ibid.* Iason *in l. quacunque, ff. si quis in ius vocat, num. 19.* Ripa *in cap. decernimus de iudic. num.* 4. Alexander *consil. 8. col. 3. lib. 1.* Couar. qui testatur sic in Hispania seruari, *c. 33. pract. qq. n. 1.* Gutierez *pract. qq. lib. 1. quæst. 6. numer. 2.* Fagnanus *in respons. pro censuris Pauli V. par. 4. fol.* 121. Laymam. *lib. 4. tract. 9. cap. 7. numer. 6.* Bossius *tit. de foro compet. numer.* 135. Aurelius Augustinus *in consil.* penes Barbosam *de iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 39.* Narbona *in recopil. leg. 20. gl. 23. numer.* 17. Sanchez *in opusc. to. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 32. numer. 2. & dub. 55. num. 31.* Paramus *in respons. 1. pro iurisdict. S. Officii. cap. 4. num. 1.* Sperellus *decis. 8. num. 23.* &
alii passim. Quamuis si numerus dictorum satel- 5
lium, & ministrorum Episcopi sit ad numerum iustum, & conuenientem superexcedens, possit Iudex secularis instare, quod talis numerus mode- 6
retur, & ad iustum, & conuenientem numerum reducatur; & tali instantiæ debeat Episcopus acquiescere, sicuti rectè notauit præter alios Venerus *in Exam. Episcop. lib. 4. cap. 11. num. 5.* Quapropter Sacra Congregatio Concilii in vna Agrigentinen. die 4. Decembris 1627. declarauit, familiam suam 7
armatam licere Episcopis augere, dum tamen circa numerum, & qualitatem eorum, quos sibi duxerint assumendos, prudenter, & moderatè se gerant.

Obiicies tertiò, Papa non potest eximere lai- 8
cos à iurisdictione seculari, inuitis Principibus; ergo.

Respondetur, distinguo antecedens: non potest ex quacunque causa, concedo: non potest ex causa iusta, & rationabili (si scilicet sic exigat finis spiritualis, vt in casu nostro; quia sic exigit honor debitus dignitati Episcopali, & recta administratio causarum fori Ecclesiastici) nego; quia cùm temporalia ordinentur ad finem spiritualem, Papa est Dominus, etiam temporalium, saltem indire-
ctè sicuti dicebam *lib. de parlamentis dubit. 4. sect. 2.* 9
& dicam *cap. 10. dub. 1. section. 2.* & videri poterit Innocentius, Hostiensis, Ioan. Andreas, Felinus, Decius *in cap. nouit de iudic. cap. causam, q. 2. cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi, cap. solitæ de maior. & obed. cap. quod super his de vot. & cap. quoniam, dist. 10.* Item Martha *de iurisdict. par. 1. cap. 18. & seq.* Solorzanus *de Indiarum iure lib. 2. cap. 22.* Merolla *to. 3. disp. 6. cap. 3. dub. 1.* Mancinus *disquisit. general. cent. 3. cap. 142.* & Valboa *in cap. 1. de foro compet. numer. 6.*

Quare non mirum, si possit Papa in tali casu, 10
quando scilicet adest iusta causa, præiudicare Principibus secularibus, & iurisdictionem eorum diminuere.

Accedit, quod cùm, Episcopi familia laica pri-
uilegio fori gaudeat, non tam attento iure, quàm
11 attenta consuetudine, vt supra dicebam, exemptio
talium laicorum à iurisdictione seculari, videtur
facta, etiam consentientibus, saltem implicitè, ipsis
Principibus.

12 Vnde si dicas, absurdum esse, quod Episcopus sit
Iudex in delictis suæ familiæ, ex *l. qui iurisdictioni*
ff. de iudic. vbi dicitur, quod qui iurisdictioni præ-
est, neque sibi ius dicere debet, neque vxori, neque
liberis suis, neque libertis, neque cæteris, quos se-
cum habet.

Respondetur intelligi, si non fiat ex priuilegio
Superioris, iusta causa existente; at secus si fiat ex
priuilegio superioris, iusta causa existente (vt est in
13 casu nostro ex dictis) quod inde patet; quia propte-
rea de facto Inquisitores cognoscunt delicta suo-
rum famulorum, qui simili modo eximuntur à iu-
14 risdictione seculari Principũ; & in iure simili modo
non pauci eximuntur à iurisdictione Iudicis ordi-
narii, & subduntur superiori sui officii; vt patet *in*
cit. l. in sacris, Cod. de sacr. s. rin. & in l. fin. Cod. de iuris-
dict. ord. Iudic. l. in officiales, Cod. de offic. Rect. Prouin. l.
ex eo, Cod. de Agent. in rebus, l. eos, Cod. de apparit. Mag.
l. viros, Cod. de de diuers. offic. l. viros, Cod. de Palatinis. l.
fin. Cod. de veterans. & l. hac. lege. Cod. de priuileg. lib. 12.

Obiicies quartò, post Concilium Tridentinum
sess. 13. cap. 6. nemo gaudet priuilegio fori, nisi sit in
sacris, vel si est in Minoribus, nisi sit beneficiatus;
vel saltem nisi incedat in habitu, & tonsura, & ser-
uet cæteras conditiones à dicto Concilio requisi-
tas; ergo. sic Suarez *cit. lib. 4 de immunit. Eccles. cap.*
29. num. 10. & seqq Currellos *tract. de cogn. per viam*
violent. par. 2. quæst. 58. n. 101 Pereira *de manu Regia*
par. 1. cap. 19. num. 13. Cerullius *in patrocin. Reg. iuris-*
dict. cap. num. 21. & Vega, quem citat, & sequitur
15 Moscosus *in allegat. num. 47. & seqq.*

Respondetur, propterea dixi, familiam laicam
Episcopi gaudere priuilegio fori, non tam attento
16 iure, ex *cap. fin. de offic. Archidiaconi*, quàm attenta cõ-
suetudine. Adde dici posse, & satis probabiliter,
Concilium loqui de priuilegio fori, quod compe-
tit clerico, vt clerico, non autem quod competit al-
teri ex alio capite, verbi gratia, ex intuitu, & fauo-
17 re Episcopi; & consequenter quod priuilegio fori
gaudeat etiam familiaris Episcopi laicus, donec in
seruitio Episcopi perseuerat; Atque ita docent in-
numeri Doctores, quos citat, & sequitur Diana *par.*
1. tract. 2. resol. 97. par. 4. tract. 1. resol. 50. par. 5. tract. 1.
resol. 1. & par. 6. tract. 1 resol. 2. Item Megalius *to. 2.*
var. resol. 122. n. 7. Ambrosius Machin *in allegat. pro*
iurisdict. ordinat. Militar. art. 6. num 58. & Stepha-
18 nus Bauny *in Theol. Moral. tract. 11. q. 37.* videri et-
iam poterit Gambarcurta *de immuni. lib. 4. cap. 3. n 7.*
Vnde minus rectè ex verbis dicti Concilij inferũt
Aduersarij, priuilegium fori familiæ laicalis Epis-
coporum abrogatum fuisse à Concilio Tridentino
vt omittam, priuilegium inclusum in corpore iuris
nunquam censeri derogatum nisi fiat de ipso spe-
cifica mentio; sicuti ex communi docent 19. Docto-
res, quos citat, & sequitur Diana *3. par. tract. 2. resol.*
1. item Suar. *de legibus lib. 8. cap. 38. num. 1.* Salas *disp.*
17. sect. 14 num 73. Sãchez *in opusc. to. 2. lib. 7. dub. 9.*
num. 20. Pontius *de matrim. lib. 8. cap 19. num. 16.* Ca-
strus Palaus *to. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 21. §. 4. num. 5.*
& Portel. *verb. Priuilegium, num. 7. & 67.* Quapropter
clausula non obstantibus priuilegiis, non derogat
priuilegia in corpore iuris inclusa, vt notauit Bar-
tolus *in l. 2. §. legatus de iudic.* quem sequuntur Mo-
ditius *lib. 2. §. fin. Principum placita dub. 140. num. 6.* &
alij passim. At quidquid sit de hoc, familia laica E- 19
piscopi gaudet priuilegio fori, saltem attenta con-
suetudine; si nũ attento iure, sicuti supra dicebam.

Quare non obstat, si dicas, esse in oppositum Ce-
dulam Regis Ferdinandi. & Isabellæ, in qua statui- 20
tur, familiares Prælatorum subiectos esse potestati
laicali; quia tali Cedulæ si non obstant Canones,
obstat saltem consuetudo, & consuetudo quamplu-
rimis congruentiis stabilita, & quamplurimis Car-
dinalium declarationibus, & summorum Pontificũ
responsionibus confirmata.

Neque obstat secundò, si dicas in Regno Siciliæ 21
familiam Episcopi de consuetudine non gaudere
priuilegio fori, nisi sit clericali charactere insigni-
tus; quia id falsum est. teste Diana in Sicilia orto, &
educato, qui præterea id ipsum per literas quasdam
Viceregias rectè confirmat.

Neque obstat tertiò, si dicas id saltem Romæ non
obseruari; quia ex hoc non rectè infertur, familiam 22
Episcopi laicam nec alibi priuilegio fori gaudere;
cùm hoc Romæ forsan introductum sit ob reue-
rentiam Pontifici debitam, vel ob aliquam aliam
iustam causam Pontifici visam sicuti licet Palatia
Cardinalium vbique gaudeant priuilegio immu- 23
nitatis, vti docent Barbosa *de iure Eccles. lib. 1. cap.*
4. num. 80 Peregrinus *de immunit. Eccles. cap. 4. num.*
75. Sanchez *in opusc. to. 2. lib 6. c. 1. dub. 7. n. 2.* & Diana
par. 1. tract. 1. resol. 37. & par. 5. tract. 2. resol. 34. Iaco-
batius *de concilis lib. 1. fol. 38.* Tuschus *to. 1. concl. 100.*
num. 53. Cucchus *Instit. Canon. lib 2. tit. 4. num. 91.* &
Manfredus *tract. de Cardinalib. decis. 147. & cap. 8.*
priuileg. 14. tamen tali priuilegio non gaudent Ro-
mæ, vti docent Duardus *in Bull. Cœna lib. 2. can 15.*
q. 16. num. 12. Zechius *de Repub. Christ. tit. 3. de Cardi-*
nalib. num. 9. priuileg. 9. & alij, quos referam *cap. 16.*
dubitat. 9. sect. 15. Item licet multa delicta vbique
gaudeant immunitate Ecclesiæ, non tamen gaudẽt 24
Romæ; sicuti videre est *cap. 16. dubit. 24. sect. 4.* Item
licet Episcopi habeant priuilegiũ, vt in suo Palatio
singulis diebus celebretur, tamen tali priuilegio 25
non gaudent, donec Romæ morantur. Item tandem
magis in terminis, licet familiares Cardinalium v- 26
bique gaudeant priuilegio fori, vt docent Barbosa
de iure Ecclesiast. lib. 4. num. 85. Pereira *de manu Re-*
gia, to. 1. c. 10. n. 13. & Carleualius *de iudiciis lib 1. tit.*
1. disp. 2. q. 6. sect. 6. n. 509. tamen tali priuilegio non
gaudent Romæ, teste Scaccia *de iudic. to. 1. lib. 1. c 11.*
n. 22. Bonacina *to. 3. disp. 1. q. 16. punct. 3. num. 7.*

Obiicies quintò, saltem familia Episcopi laica 27
gaudet priuilegio fori solum in delictis in officio
commissis, non item extra, seu in delictis etiam
communibus; ergo.

Respondetur; nego antecedens; quia oppositum
est probabilius, ex congruentiis, Cardinalium de-
clarationibus, & Summorum Pontificum respon-
sionibus, quas *supra* adducebam; vt omittam hanc
esse communem sententiam Doctorum. Quod si
dicas, id cedere contra bonum, & pacem publicam,
ex eo, quia Ecclesiastici crimina remissius puniunt. 28
Respondetur id esse valde per accidens, defectu eo-
rum Ecclesiasticorum, qui rectè munus suum obire
non volunt; quod impedire non debet, quin minus
locum habeat dictum priuilegium, iam satis ex di-
ctis fundamentum; alioquin nec Inquisitorum fa-
milia laica deberet habere priuilegium fori; nec
Ecclesia deberet habere priuilegium immunitatis
localis, nec vllus Ecclesiasticus deberet habere vl-
lam iurisdictionem in laicos, quod dicere nec ad-
uersarij audebunt.

DVBI

DVBITATIO XVI.

An extendi debeat ad familiam laicam Vicarij Generalis?

SVMMARIVM.

1 *Familia laica Vicarij Generalis gaudet fori priuilegio, sicut gaudet familia laica Episcopi, attenta saltem consuetudine, si non attento iure; si tamen sit sermo de familia Vicarij Generalis pro vt Vicarij.*
2 *Vicarius facit vnum tribunal, vnam Iurisdictionem, & est veluti vna Persona cum Episcopo.*
3 *A Vicario non datur appellatio ad Episcopum*
4 *Familia Vicarij est familia Episcopi*

1 RESPONDETVR etiam affirmatiuè
(modo quo supra dicebatur, attenta
scilicet consuetudine, si non attento
iure) si tamen sermo sit de familia vi-
carij generalis, prout Vicarij; quia
2 cum, vt vicarius, sit vnum tribonal, vna Iurisdictio,
& veluti vna persona cum Episcopo (vt apertè col-
ligitur ex *cap. 2. de consuetudine in 6.* quapropter ab
3 ipso non datur ad Episcopum appellatio) familia
4 Vicarij, est familia Episcopi; Atque sic (quio & in-
distinctè, quod ex dictis *dubitat.* 15. mihi non pro-
batur) docent Diana *part 3. tract. 1. resol. 46* Riccius
in prax. tom. 1. resol. 471. num. 6. Antonius de Nigris
in Clement. vnic. de vita, & honest. cleric. Squillante *de
priuileg. cler. cap. 7. dub. 2. num. 55.* & Nouarius *de elect.
fori q. 36. sect. 2*

DVBITATIO XVII.

An extendi debeat ad familiam laicam Episcopi Titularis?

SVMMARIVM.

1 *Familia laica Episcopi titularis gaudet fori priuilegio.*
2 *Episcopus titularis reuera habet, sicut & alij Dignitatem Episcopalem, ex cuius dignitatis prærogatiua familia Episcopi laica gaudet fori priuilegio.*

1 RESPONDETVR etiam affirmatiuè
(modo quo supra dicebatur de fami-
2 lia Episcopi ordinarij) quia Episco-
pus titularis reuerà habet, sicut &
alij, dignitatem Episcopalem, ex cu-
ius dignitatis prærogatiua familia Episcopi laica
gaudet fori priuilegio; ergo, &c. Atque ita præ-
ter alios docet Ciarlinius *controuers. forens. cap. 20.
num. 19.* & apud ipsum declarauit S. Cardina-
lium Congregatio die 7. Ianuarij, 1628. io his
verbis: *S. Cougregatio Cardinalium censuit, fami-
liares etiam Episcopi titularis gaudere debere priuile-
gis fori, ita tamen, vt conueniri debeant, & puniendi sint
ab ordinario loci, vbi degunt; non autem ab ipso Episcope
vel Archiepiscope titulari.*

DVBITATIO XVIII.

An extendi debeat ad familiam laicam Nuncij Apostolici?

SVMMARIVM.

1 *Familiares laici Nuncij Apostolici gaudent fori priuilegio sicut familiares Episcopi.*
2 *Nuncius Apostolicus habet in sua Prouincia iurisdictionem ordinariam, quam habet Episcopus in sua Diœcesi.*
3 *Nuncius Apostolicus exercet in sua Prouincia omnia, quæ per Ordinarios ratione ordinaria Potestatis, seu Iurisdictionis, exercentur in suis Diœcesibus.*
4 *Nuncius Apostolicus est supra omnes Ordinarios, quia summi Pontificis vices gerit.*

RESPONDETVR etiá affirmatiuè
(modo eodem, quo supra dicebatur 1
de familia Episcopi ordinarii) quia 2
Nuncius Apostolicus habet in sua
prouincia iurisdictionem ordinatiá,
quam habet Episcopus in sua diœcesi. Abb. *in cap. 1.
de offic. legat. num. 2. & 3.* Ancharan. *cap. 1. de transact.
num. 5* Barbatius *de Cardinal. legat. q. 5. num. 18.* Mol.
de iustit. tract. 5. disp 9. num. 7. Gutierez *in Canon. qq.
lib. 1. c. 11. numero 5.* Azor. *part. 2. lib. 2. c. 27. q. 5.* Gra-
tian. *in discept. forens. cap. 216. num. 2. & 3.* Sanchez
*de matrim. lib. 1. disp. 28. num. 27. & lib. 8. disp. 28.
num. 4.* Suar. *de relig. tom. 2. lib. 6. de voto, cap. 10. num.
10* Fagundez *in decal. tom. 1. lib. 2. cap. 41. num. 22.*
Gomez *in Bullam Cruciata clausul. 10. num. 61.* Merol-
la *tom. 3. disp. 7. cap. 5. difficul. 8. dub. 21. num. 491.* Pas-
qualigus *in decis. tom. 1. decis. 508. num. 17.* Gunzalez
in reg. 8. cancellar. glos. 21. num. 36. & alii passim. Qua-
propter exercet in sua prouincia omnia, quæ per 3
ordinarios ratiooe ordinariæ potestatis, seu iuris-
dictionis exercentur in suis diœcesibus; Doctores,
quos citat, & sequitur Fragosus *part. 1. lib. 5. disp. 13.
num. 67.* & Abb. *in cap. quod translationem de offic. le- 4
gat. num. 9.* Quinimò est supra omnes Ordinarios;
quia summi Pontificis vices gerit, *c. 2. de legat. in 6.
& ibi* Doctores; ex quibus diceodum, quod, si laica
familia Episcopi gaudet priuilegio fori, gaudeat
similiter, quin multò magis, familia Nuncij Apo-
stolici.

DVBITATIO XIX.

An extendi debeat ad familiam laicam Prlæati habentis territorium, & iura Episcopalia cum Iurisdictionis potestate, qualis est in Regno Siciliæ Archimandrita?

SVMMARIVM.

1 *Familia laica Prolati habentis territorium, & Iurisdictionem quasi Episcopalem gaudet fori priuilegio.*
2 *Prolatus habens territorium differt ab Episcopo ratione consecrationis.*

3 *Prælatus habens Territorium venit nomine Diœceſani, & Ordinarius vocatur.*

ESPONDETVR ex probabili etiam 1 affirmatiuè; quia cùm talis Prælatus in ſua diœceſi plenam habeat iuriſdi- 2 ctionem Epiſcopi, à quo ſolum conſecratione differt; & veniat nomine 5 diœceſani, & expediat, quæ propria Epiſcopi ſunt circa iuriſdictionem (vnde Ordinarius vocatur) par eſt, quod eodem priuilegio, quo gaudet Epiſcopus in ordine ad ſuam familiam laicam, gaudeat & ipſe; cum tale priuilegium non in poteſtate Ordinis, ſed in poteſtate dignitatis fundetur. Vide Ciarlinium *loc. ſupra cit. n. 26. & ſeqq.*

DVBITATIO XX.

An extendi debeat ad Rectores Xenodochiorum auctoritate Epiſcopi?

SVMMARIVM.

1 *Rectores Xenodochiorum auctoritate Epiſcopi erectorum ex probabili ſententia gaudent fori priuilegio.*

2 *Xenodochium auctoritate Epiſcopi erectum eſt locus ſacer, & à laicali Iuriſdictione exemptus, quin etiam Rector ipſius.*

3 *Limita in nonnullorum ſententia ſi dicti Rectores in manibus Epiſcopi promittant caſtè viuere, & portent ſuper veſtibus ſignum aliquod.*

4 *Priuilegium fori non extenditur ad Rectores Xenodochiorum auctoritate Epiſcopi non erectorum neque ad Rectores confraternitatum laicalium.*

5 *Bona dictorum locorum quæ non propriè pia, ſed ſecularia loca reputantur, alienari poſſunt ſine ſedis Apoſtolicæ aſſenſu.*

6 *Idem dicendum in alienatione bonorum Capellæ, quæ non fuit erecta auctoritate Epiſcopi, cum huiuſmodi capella non cenſeatur Beneficium.*

7 *In dubio an locus erectus fuerit cum auctoritate Epiſcopi, præſumitur affirmatiuè, ſi ibi ſint ſepulturæ, vel Cœmeterium, vel ſi ibi adminiſtretur Baptiſmus, vel recipiat Decimas, vel ſi ſit immunis à ſolutione collectarum vel ſi habeat Campanile.*

8 *Loca non erecta Epiſcopi auctoritate ſi in contractu læſa fuerint, non habent reſtitutionem in integrum; ſecus ſi opera pietatis ibi exerceantur, & quæ, vide ibi diffuſius.*

1 ESPONDETVR ex probabili etiam affirmatiuè; quia cùm Xenodochium au- 2 ctoritate Epiſcopi erectum, ſit locus ſacer, & à laicali iuriſdictione exemptus, par eſt, quod talis Xenodochii Rector etiam exemptus ſit; Atque ita docent Barboſa, *n. 40.* Carolus de Graſſis *dict. eff. 1. n. 1 17.* Valaſcus *conſil. 105. n. 3.* Diana *par. 3. tract. 1. reſol. 66.* & videri etiam poteſt Decianus *in tract. crimin. to. 1. lib. 4. c. 9. n. 39.* & Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 15. q. 4.* quorum tamen aliqui limitant, & mihi pro- 3 batur, ſi dicti Xenodochiorum Rectores promittãt in manibus Epiſcopi, ſe caſtè viuere, & portent ſuper veſtibus ſignum aliquod; ſecus ſi vtantur coniugio, & retineant proprium, & ſic prorſus ſe præſeferant laicos; Ita Abb. *c. 2. n. 11. de foro compet.*

4 Dixi, *extendi ex probabili ad Rectores Xenodochiorum auctoritate Epiſcopi erectorum*; quia ad Rectores Xenodochiorum, & multò magis Confraternitatum, & Collegiorum laicorum ſine auctoritate Epiſcopi erectorum, certum eſt, quod dictum fori priuilegium non extẽdatur; adeo vt neque ipſa talis generis loca priuilegio fori gaudeant, vt ſcilicet Epiſcopo, & non Magiſtratui ſeculari ſubiecta ſint; quia hoc ipſo, quod ſine auctoritate Epiſcopi ſunt erecta (licet ſub nomine alicuius Sancti, vel Eccleſiæ denominentur) non propriè pia, ſed potius ſecularia loca deputantur; ita vt eorum bona poſſint 5 alienari ſine aſſenſu Apoſtolico (ſicuti ex communi docent Cardinalis Pariſius *conſil. 34. to. 3.* Quaranta *ver. alienatio n. 28. & 41.* Riccius *ver. alienatio, deciſ. 48.* Rodoanus *de alienatione q. 28.* & Sopranus *de alienatione* apud Filliucium *3. par. tract. 44. c. 4. n. 19.* idemque dicendum, cum Riccio *deciſ. 82.* de alienatione bonorum Capellæ, quæ non fuit erecta 6 auctoritate Epiſcopi; cum huiuſmodi Capella non cenſeatur beneficium. In dubio autem, an locus erectus fuerit cum auctoritate Epiſcopi, præſumi- 7 tur affirmatiuè, ſi ibi ſint ſepulturæ, vel cœmeteriũ; vel ſi ibi adminiſtretur baptiſmus; vel ſi recipiat decimas; vel ſi ſit immunis à ſolutione collectarum; vel tandem ſi habeat campanile erectum cum campana ibique diuina celebrentur, vti dicebam *cap. 2. dub. 2. ſect. 7.* & dicam *c. 17. dub. 1. n. 6. & ſeqq.* & docẽt Quaranta *loc. ſupra cit.* Riccius *deciſ. 40.* Sopranus apud Filliucium *tract. 44. c. 4. q. 18.* Maſcardus *de probat. to. 1. concl. 869 fol. mihi 389.* & Rota *dec. 725. diuerſ 1. par.*) Item vt ſi dicta loca in contractu læſa 8 fuerint, non habeant priuilegium Eccleſiæ reſtitutionis in integrum; Sic Regens de Ponte *volum. 1. conſil. 18.* Viuius *in Addit. ad deciſ. 517. n. 40.* & Gabriel *in comm. opin. concl. 1.*

Quamuis, ſi in dictis locis opera charitatis, & pietatis, & exercitia ſpiritualia exerceantur (v. g. ſi in ipſis deſtinata ſint aliqua bona ad alendos pauperes, ad curandos infirmos, ad redimendos captiuos, ad matrimonio collocandas orphanas, &c.) tũc ex exercitio ipſo talium operum, licet non cum auctoritate Epiſcopi erecta ſint, verè loca pia dici poſſint, non quidem ratione loci, ſed ratione cauſarum; ita vt ratione cauſarum priuilegio fori gaudeant; & ſic ratione cauſarum, Epiſcopo, non autẽ Magiſtratui ſeculari ſubiecta ſint; Item ipſorum bona non poſſint ſine aſſenſu Apoſtolico alienari; & ſi dicta loca in contractu læſa fuerint, habeant (ſicuti habent Eccleſiæ, & omnia loca pia) beneficiũ reſtitutionis in integrum; ſicuti ex ſatis probabili ſententia Doctorum docet Riccius *in prax. to. 3. reſol. 142.* Peregrinus *de immun. c. 4. n. 64.* Nouarius *de elect. fori, ſect. 2. q. 56. n. 8. & ſeqq. & c. 54. per totum,* & videri etiam poteſt Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 71. n. 38.*

DVBITATIO XXI.

An extendi debeat ad eos, qui aſſumpto habitu religioſo adhibentur ad ſeruitia, & obſequia Monialium, v. g. ad petendas pro ipſis eleemoſynas?

SVMMARIVM.

1 *Famuli Monialium deferentes habitum peculiarem gaudent fori priuilegio.*

Reſpondetur

1 ESPONDETVR ex probabili etiam affirmatiuè; Atque ità colligitur ex dictis *dubitat.* 13. & docet etiam præter alios Bonac. *in Bull. Cœn. disp.* 1. *quæst.* 16. *sect.* 1. *punct.* 3. *num.* 18.

DVBITATIO XXII.

An extendi debeat ad seruientes Ecclesiæ ex deputatione ipsorum ad seruitium illius,& sic ad eos, qui volentes promoueri ad Ordines, prius adscribuntur Ecclesiæ, & per annum gestant habitum clericalem inseruiendo Ecclesiæ prout inseruiunt ipsimet clerici iam ordinati?

SVMMARIVM.

1 *Supradicti gaudent fori priuilegio cum inseruiant in habitu,& tonsura,& sint in via ad ordines.*
2 *Textus in c. 2. de foro compet. declaratur.*
3 *Supradicti seruientes probabile est quod gaudeant fori priuilegio, non quidem intuitu propria Persona sed intuitu Ecclesia.*
4 *Militat eadem ratio de famulis prædictis laicis Ecclesia ac de famulis Episcoporum, quia sicut ij gaudent,ita etiam illi gaudere debent fori priuilegio, non obstante quod non gaudeant priuilegio Canonis. Vide diffusius.*
5 *Clerici,qui dicuntur Saluatici neque gaudent priuilegio Canonis,gabellarumque exemptionis, & tamen gaudent fori priuilegio.*
6 *Non obstat Concilium,quia si non gaudent attento iure,gaudent attenta consuetudine.*

1 ESPONDETVR ex probabili etiam affirmatiuè,præsertim cùm tales inseruiant in habitu,& tonsura,& sint in via, vt ad Ordines promoueantur; Sic Decianus *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 2.& alij Doctores, quos citat,& sequitur Farinacius *in prax. crimin. q.* 8. *num.* 5. Ambrosinus *de immunit. cap.* 22. *num.* 6. Barbosa *de iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. *§.* 3. *num.* 52. Bellettus *in disquisit. cleric. tit. de fauore clericor. personali*, §. 2. *num.* 2. Diana *part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 69. & Barbatia *in cap.* 2. *de foro compet. num.* 29. contra Suarez *de immunit. lib.* 4. *c.* 29. *num.* 9. Reginaldum *tom.... lib.* 9. *c.* 23. *num.* 354. Gambacurtam *de immunit. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 7. & Bonacinam *tom.* 2. *disp.* 10 *q.* 2. *§.* 2. *num.* 2. *& in Bull. Cœna tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 16 *punct.* 3. *num.* 6. & fauet textus *in cit. cap.* 2. *de foro compet.* quatenus ibi
2 dicitur: *Nullus Iudicum neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut Minores Ecclesia sine permissu Pontificis per se distringere, aut condemnare præsumat.* vbi glossa per Minores Ecclesiæ intelligit seruientes deputatos ad eius obsequium, Quamuis (vt fatear) talis textus,& omnis alius (vti dicebam *dubit.* 15) non conuincit; quia per Minores Ecclesiæ intelligi possunt, qui sunt perpetuò adstricti seruitio Ecclesiæ; non item qui ad tempus, iuxta ea, quæ dicebantur *loc. supra cit.* vide etiam Reginaldum, & Gambacurtam; vel intelligi possunt, qui habent primam tonsuram. Vide Suar. *loc. cit. num.*
3 51. Est tamen,quod dixi,probabile,non quidem intuitu,& fauore propriæ personæ,sed intuitu, & fauore Ecclesiæ, cui seruiunt, præsertim si incedant in habitu clericali,& sint in via,vt ad ordines promoueantur.

Obiicies, tales non sunt Ecclesiastici, sed laici; ergo non est,cur fori priuilegio gaudeant.

Respondetur, concedo antecedens; at distinguo consequens: non est cur fori priuilegio gaudeant ratione sui,concedo; ratione alterius, scilicet Ecclesiæ,cui seruiunt,nego: & do instantiam de famulis laicis Inquisitoris, Episcopi, Nuncij, &c. item in opinione multorum de vxoribus,& filiis clerici coniugati,clerici Græci, & Equitis S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & similium; qui omnes non sunt Ecclesiastici,sed laici,& tamen gaudent priuilegio fori,ratione alterius, cui seruiunt, vel cuius aliquid sunt.

Obiicies secundò, tales non gaudent priuilegio 4 Canonis,ergo neque gaudent priuilegio fori.

Respondetur, concedo etiam antecedens, at nego consequentiam; & do instantiam de iisdem famulis laicis Inquisitoris, Episcopi, Nuncij, &c. item etiam in opinione multorum de vxoribus, & filiis clerici coniugati, clerici Græci, & Equitis S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & similium, qui omnes etiam non gaudent priuilegio Canonis, & tamen gaudēt priuilegio fori; cùm priuilegium fori competat illis,non ratione sui,seu propriæ personæ,sed ratione, & fauore alterius, cui seruiunt, vel cuius aliquid sunt. Quapropter quamuis qui gaudet priuilegio Canonis,gaudeat priuilegio fori, cùm priuilegiū Canonis personæ,cui competit, competat ratione sui; non tamen è contra, qui gaudet priuilegio fori,gaudet etiam priuilegio Canonis,cùm priuilegium fori personæ, cui competit, competere etiam possit (vti dicebam) ratione alterius. Vide Suar. *cit. cap.* 29. *num.* 7. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 7. *num.* 1. & Ambrosium Machinum *in allegat. pro iurisdictione Ordinum Militarium art.* 4. *num.* 37.

Accedit, quod clerici, qui dicuntur Saluatici, 5 neque gaudent priuilegio Canonis,gabellarumque exemptionis,& tamen gaudent priuilegio fori; sicuti declarauit S. Cardinalium Congregatio, 10. Kalendas Iunij 1632. apud Paulum Squillante *de priuileg cleric. cap.* 7. *dub.* 2. *num.* 4. Nouarium *de elect. fori, quæst.* 5 2. *num.* 1 2. & Ricciom *in prax. tomo* 2. *resolut.* 223. *& seqq.* vbi circa dictos clericos Saluaticos multas monet quæstiones.

Obiicies tertiò, ex Tridentino Concilio nullus 6 priuilegio fori gaudet, nisi præterquam incedat in habitu clericali,& inseruiat Ecclesiæ, sit etiam ad minus initiatus prima tonsura,ergo.

Respondetur, propterea tales de quibus loquimur,fori priuilegio gaudent,non tam attento iure, quàm attenta quadam laudabili; & obseruanda in praxi consuetudine,iuxta ea,quæ dicebantur *dubit.* 15. vt omittam (vt supra etiam dicebam) dici posse Tridentinum Concilium loqui de fori priuilegio, quod competit clerico,tanquam clerico, seu ratione sui; non autem de fori priuilegio,quod competit aliis,ex alio capite,id est, intuitu, contemplatione,seu fauore alterius,vt est in casu nostro.

DVBITATIO XXIII.

An extendi debeat ad vxores clericorum,vt coniugatorum vel Græcorum,vel Equitum S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, & similium?

SVM

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori ex probabili sententia Doctorum non est extendibile ad dictas Vxores Clericorum Coniugatorum vel dictorum Equitum.*

2 *Priuilegium fori concessum est in reuerentiam Clericalis ordinis, quæ reuerentia non competit, nisi Ordinatis.*

3 *Priuilegium fori est personale, sicut priuilegium Canonis.*

4 *Priuilegium exemptionis à tributis concessum Clericis communicatur etiam eorum Uxoribus ex Iuris dispositione, hoc est spectato iure antiquo non autem nouo.*

5 *Clericis Coniugatis solum fori priuilegium, & solum in criminalibus conceditur, non autem in ciuilibus.*

6 *Opinio Tiraquelli est in oppositum.*

7 *Priuilegium Domino concessum, conceditur etiam omnibus qui sunt de familia.*

8 *Vxor est de Familia Viri.*

9 *Vxor sequitur forum Viri.*

10 *Concessa Viri in quacunque stricta dispositione censentur concessa etiam Vxori*

11 *Priuilegium concessum Domino, competit etiam omnibus de familia, quando ratio concedendi aliis conuenire potest.*

12 *Priuilegium fori multo minus competit Vxori, quando Clericus ad sacros ordines ascendit, & ipsa manet in seculo.*

13 *Priuilegium fori multo minus competit Uxori, mortuo Marito etiamsi statum vidualem seruauerit.*

14 *Dicta de vxore, eadem dici possunt de filiis Clericorum, quamuis de ipsis oppositum sentiat Decianus, & alij.*

15 *Filij Clericorum gaudent priuilegio Gabellarum.*

16 *Pater, & Filius reputatur vna, & eadem Persona, & dicitur Pars corporis Patris.*

17 *Exclusa Persona Patris censetur exclusa Persona filij, & in æstimatione communi Pater, & filius reputantur pro vno capite.*

18 *Limita id procedere si filij sunt legitimi, & Pater viuat.*

1 RESPONDETVR ex probabiliori senten-
2 Doctorum negatiuè; quia cùm dictum
fori priuilegium concessum sit in reuerentiam clericalis Ordinis (quæ reue-
rentia non competit nisi ordinatis) consequens
est, quod tale priuilegium (sicut & priuile-
3 gium Canonis) sit personale; & sic non compe-
4 tat, nisi ordinatis (quod, si priuilegium exemptio-
nis à tributis concessum clericis, communicetur
etiam eorum vxoribus. *l. 2. Cod. de Episcopis, & clericis*; id est ex speciali dispositione iuris, & specta-
to solum iure antiquo, non autem nouo Bonifacij
VIII. *de clericis coniugatis in 6.* & Tridentini *sess.* 23.
5 *cap. 6. de reformat.* vbi clericis coniugatis solum
fori priuilegium, & solum in criminalibus, conce-
ditur, vt infra ex probabiliori sententia dicemus)
Atque ita docent Doctores, quos refert, & sequitur
Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 47. n. 3.*
6 Quamuis oppositum etiam probabiliter quidem
sentiant Tiraquellus post leges connubiales glos. 1.
num. 54. Merolla *tom. 3. disp. 6. cap. 3. num.* 52. Amaia
in Cod. lib. 10 tit. 39 n. 11. & seq. Diana *part. 6. tract. 1.
resol.* 36 Auiles *in Capitib. prætorum proœmio glos.* 1.
7 *num.* 18. Anton, Cucus *lib. 3. institut. maiorat.* & alij
apud Sanchez *in loc. infra citando, num. 2.* & nos di-
cebamus suprà *cap. 1. dubit. 11. sect. 4.* ex eo quod
priuilegium domino concessum, conceditur etiam
omnibus, qui sunt de familia, *cap. fin. de officio Ar-
chidiac.* atque adeò & vxori; cùm vxor sit de familia 8
viri, *l. mulieres, Cod. de dignitatibus lib. 12. & l. fin. ff. ad* 9
municipalem; tum quia vxor sequitur forum viri *l.
cùm quædam puella. ff. de iurisd. iudi. omnium Iud.* tum 10
quia in quauis stricta dispositione, quæ conceduntur viro, conceduntur etiam vxori, glos *in cap. ad-
monere, verb. partem. 33 q. 2.*
Sed ad hæc ex dictis responderi potest, quod 11
conuincat solum priuilegium concessum domino,
competere etiam omnibus ex eius familia, quando
ratio concedendi priuilegium aliis, præter priuile-
giatum, conuenire potest; quod non est in casu no-
stro, vt patet ex dictis.
Ex dictis sequitur primò, quod priuilegium fo- 12
ri multò minus competat vxori, quando clericus
ad sacros ordines ascendit, & ipsa manet in seculo;
quia tunc dissolutum est matrimonium quoad thorum, & quoad mutuam cohabitationem, quæ poterat esse occasio quidem probabilis (vti dicebam)
participandi priuilegium mariti; Sic Alexander de
Neuo *in cap. 2. de foro compet. num. 22.* & Sanchez *loc.
supra cit. num. 7.*
Sequitur secundò, quod etiam multò minus 13
competat vxori, mortuo marito, etiamsi statum vidualem seruauerit; quia cùm priuilegium dictum
participet (quod ipsam participare, est quidem probabile, vti dicebam) in consequentiam mariti priuilegiati, consequens est, quod cessante priuilegiato principali, cessare debet accessorium; Sic glossa
loquens de filiis, *in l. 2. Cod. de Episc. & cleric.* & ibi
Baldus *n. 5.* Alexander de Neuo *loc. supra ci.* & Sanchez *dict. disp. 47. num. 4.*
Sequitur tertiò, quod quæ dixi de vxore, eadem 14
dici debeant de filiis clericorum. Quamuis & de
filiis oppositum etiam probabiliter doceant Decianus *in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num.* 49. Carolus de
Grassis *de eff. cler. lib. cleric. eff.* 1. *num.* 189. Nouarius *in
qq. forens. part. 1. q. 98. num.* 2. Paulus Squillante *de
priuileg. cleric. cap. 7. dub. 1. num.* 35. (qui etiam *cap. 8.
dub 1. num.* 13. docet filios clericorum gaudere pri- 15
uilegio exemptionis gabellarum) Barbosa *in loco infra citando.* Diana *part. 3. tract. 1. resol.* 7. & nos dice-
bamus *supra cit. dubit. 11. sect. 4.* ex eo, quia pater, & 16
filius reputantur vna, & eadem persona *l. fin. Cod. de
impub.* & filius dicitur pars corporis patris. *l. cùm
scimus, §. fin. Cod. de agric. & cens. lib.* 10 Vnde exclusa 17
persona patris, censetur exclusa persona filij, & in
æstimatione communi pater, & filius reputantur
pro vno capite; & sic sufficit, vt alteruter ipsorum
registret bona; quare non mirum (inquiunt ipsi) si
fori priuilegium clerici extendatur ad filios eius
laicos, dummodo filij sint legitimi, & viuus sit pa- 18
ter; quia si sint illegitimi, vel etiam sint legitimi,
sed mortuus sit pater, fatendum est, tunc, quod filii
clericorum iurisdictioni Iudicis laici subdantur,
& fori priuilegio non gaudeant Vide Barbosam
de Iure Pontificio *lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 62.* vbi
refert, sacram Cardinalium Congregationem die
18. Martij 1631. declarasse, clerici filium legitimum ante clericatum susceptum gaudere priuile-
gio fori, durante vita patris. Vide etiam,
quæ dicebantur *cit. cap. 1. dubit. 5. 6. 7.
8. q. 10. 11. & 12. & cap. 2. dubit. 4.*
& quæ dicentur cap *5. 6. & 7.*

DVBI

DVBITATIO XXIV.

An extendi debeat ad pœnitentes pœnitentiis solemnibus?

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium fori non extenditur ad Pœnitentes pœnitentiis solemnibus.*
2 *Pœnitentia solemnes exceptis impositis delinquentibus à S. Officio inquisitionis, non sunt amplius in vsu.*
3 *Qui per accidens ratione fidei Inquisitoribus subiecti sunt, priuilegio fori non gaudent.*
4 *Pœnitentes S. Officij reconciliati dum habitum gestant pœnitentia an gaudeant priuilegio fori, est opinio pro vtraque parte.*
5 *Pœnitens si habeat causam, quam negligere forte non debet, melius expedit ecclesiasticum, quam forense iudicium.*
6 *Opinio Auctoris est in contrarium, quia Inquisitoribus prohibita est cognitio aliarum causarum ab hæresi, seu quæ hæresim non concernunt.*
7 *Cognitio aliarum causarum præter hæresim spectare Inquisitoribus ex priuilegio, non conuincitur.*
8 *Textus in cap. aliud de Iud. diffusius explicatur, & eius sensus demonstratur. Vide diffusius multas rationes.*

1 RESPONDETVR negatiuè; quia tales pœnitentiæ, præter eas, quas S. Officiũ delinquentibus imponit, amplius in vsu non sunt; & consequenter alij pœnitentes, præter dictos, qui per acci-
2 dens ratiõne fidei Inquisitoribus subiecti sunt, priuilegio fori non gaudent; Sic Couar. *pract. qq. cap.* 34. *n.* 4. Carolus de Graffis *de effectib. cleric. eff.* 1. *num.*
3 127. Barbosa *cit. alleg. n.* 12. *n.* 44. & Zenedus *ad Decret. collect.* 34.

Itaque de pœnitentibus S. Officij reconcilia-
4 tis, dum habitum pœnitentiæ gestant, & generaliter de quibuscomque aliis similibus pœnitentibus dum pœnitentiam exequuntur, maior difficultas est, an hi in causis criminalibus, & ciuilibus subdantur iudicio, & iorisdictioni Inquisitorum?

Affirmant enim Hostiensis *in summ. tit. de foro compet.* §. *ex præmissis*, Buttius *in cap.* 2. *eodem tit. col.* 2. & Barbatia, *ibidem, n.* 61. *ex textu in cap. aliud* 11. *q.* 1. & *cap. aliud de pœnit. dist.* 1. vbi Pontifex, postquã reprehenderat eos, qui ob segnitiem differunt pœnitentiam impositam facere, concludit in his verbis: *Aliud quidem est, debita iusta reposcere, aliud propria ob perfectionis amorem contemnere; sed illicitorum veniam postulantes oportet nullis etiam à licitis absti-*
5 *nere, iuxta illud Apostoli; multa mihi licent, sed nõ omnia expediunt. Vnde si quis pœnitens habeat causam, quam negligere fortè non debet, melius expedit Ecclesiasticum, quàm forense iudicium.* Ex quo texto infert Gratian. ibi, non propter criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet causam, tam ciuilem, quàm criminalem, pœnitentem subdi Ecclesiastico iudicio, & non seculari.

Negant autem Roins *singul.* 98. Couar. *pract.* 99. *cap.* 34. *num.* 1. & *seqq.* Pegna *par.* 3. *q.* 97. *Comment.*
6 146. Simanca *tit.* 47. *rubr. de pœnitent. & conuersis, n.* 18. & *seqq.* & Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 23. *num.* 18. & *seqq.* & Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 23. *num.* 15. & mihi placet ex eo, quia Inquisitoribus prohibita est cognitio aliarum causarum ab hæresi, seu quæ hæresim non concernunt *cap. accusatus*, §. *sanè de hæret. in* 6. sed ex eo, quod sint agitandæ causæ 7
pœnitentium, non efficitur, quod sint causæ hæresis, seu quæ hæresim concernant, ergo ad Inquisitores spectare non possunt: nisi fortiàn dicas, ad eos illas spectare, si non de iure communi, saltem ex priuilegio, quod gratis dicitur; cùm reuera nullibi appareat: tum ex eo; quia si tales pœnitentes Inquisitorum iudicio, & non suis Iudicibus secularibus subderentur, reportarent commodum ex delicto; quandoquidem cõsequerentur priuilegium exemptionis à propriis Iudicibus, quod familiares, & officiales Inquisitorum ob seruitia præstita, & præstanda consequuntur. Item sumerent occasionem delinquendi; siquidem viderent, pro suis excessibus ab Inquisitoribus non esse ita seuerè puniendos, ac si propriis Iudicibus secularibus subderentur.

Ad oppositum respondetur cum glossa *in cit. c.* 8
aliud, Caldcrino *cons.* 7. *tit. de iudic.* & Repert. Inquisit. *ver. pœnitentiam pecuniariam*, textum illum intelligi, non de quolibet publico pœnitente, sed de pœnitenti solemniter, iuxta textum *in cap. fin.* 50. *dist.* qui pœnitens differt à pœnitenti publico, & priuato ob certas ceremonias, quas exercere debet (vt videre est apud Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 10. *numer.* 3.) & modò, vt suprà dicebam, non est amplius in vsu.

Respondetur secundò, dato, textum illum intelligi de quolibet publico pœnitenti, adhuc inde non colligi pœnitentem publicum laicum subdi in criminalibus, & ciuilibus iudicio Ecclesiastico, & multò minus subdi iudicio Inquisitorum.

Primò, quia, vt ex cit. verbis textus constat, datur consilium pœnitẽti, vt potius adeat Ecclesiasticum iudicium, quàm forense; ac tale consilium pœnitenti conuenire non potest; ergo, &c Minor probatur; quia pœnitens, vel est actor, vel Reus. Si primum, debet vocare Reum apud Iudicem ipsius Rei, vt omnes ferè ibi Doctores fatentur. Si secundum, conueniri debet apud suum Iudicem, & sic conuentus non poterit subterfugere iudicium; atque adeò non poterit de ipso verificari, quod possit eligere iudicium Ecclesiasticum potius, quàm forense. Dices verificari posse; quia pœnitens est subditus iudicio seculari, & Ecclesiastico; eo quod, dum est in pœnitentia, videtur esse pauper, & miserabilis persona, ob quod sub protectione Ecclesiæ videtur esse constitutus, iuxta textum *in cap.* 1. *seq.* 87. *dist.* Respondetur, esto ita sit, adhuc non poterit ex probabiliori sententia Doctorum coram Iudice Ecclesiastico laicum conuenire, nisi prius probauerit Iudicem secularem negligentem esse in administratione iustitiæ, iuxta textum *in cap. nouit de iudiciis, cap. ex tenore, de foro compet. cap. significantibus*, vbi gloss. *de offic. delegat.* & tradit præter alios Couar. *pract. qq. cap.* 6. *num.* 1. & nos dicemus *cap.* 6. *dub.* 10. *cap.* 7. *dub.* 8. & *cap.* 9. *dub.* 5. & 6. & dicebamus *c.* 1. *dub.* 15. *sect.* 5.

Secundò, quia multi Doctores intelligunt textum illum de pœnitente religioso, qui pœnitentiæ habitum assumpsit. Sic Simanca *tit.* 47. *num.* 21. & Pegna 3. *par. q.* 97. *Comment.* 146. & de tali dicunt, quod si habeat causam, quam fortè negligere non debeat, possit Reum laicum vocare coram Iudice Ecclesiastico, si tamen ipse vocatus consentiat; secus, si renuat; cùm non possit ratione pœnitentiæ

maius

maius priuilegium obtinere, quàm obtineat sacerdos, qui non potest Reum laicum ad iudicium Ecclesiasticum vocare, si ille renuat: At ex hoc intellectu approbato etiam à glossa, Dominico, Præposito, & Turrecremata, non sequitur, pœnitentem laicum Ecclesiæ reconciliatum, & pœnitentiæ iudicialis habitum gestantem posse conuenire, vel conueniri coram Iudice Ecclesiastico; quia laicus reconciliatus non est persona religiosa, neque talis habitus illum religiosum, vel Ecclesiasticum constituit: ergo ex cit. textu non sequitur, talem pœnitentem iudicio Inquisitorum subdi; quin si is sit persona Ecclesiastica, non est cur Inquisitoribus, & non potius Episcopo suo Ordinario, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus subdatur. Quapropter si vtramque textus expositionem tenere velimus, dicendum est, Pontificem loqui de pœnitente actore; quia ibi datur libertas eligendi iudicium, & datur consilium eligendi potius Ecclesiasticum, quàm forense iudicium. At actori datur libertas eligendi iudicium, aut illud omittendi; non autem Reo datur optio declinandi iudicium seculare, si ad illud pertineat; quia Reus vel laicus est, vel Ecclesiasticus: si laicus, nullo textu, vel ratione eximitur à Iudice seculari: si Ecclesiasticus, necessariò subditur Iudici Ecclesiastico. Quapropter dicendum, quod Pontifex loquatur de pœnitente actore; qui pœnitens actor optimè potest debita iusta repetere: at quia peccatorum veniam postular, melius faciet, si ab hac repetitione abstineat. Nam esto, habeat causam, quam fortè non debet negligere, expedit tamen adhuc illum, vt Ecclesiasticum iudicium adeat, & non forense; id est iudicio forensi, seu exactioni, & petioni iudiciali, siue illa per Iudicem Ecclesiasticum, siue secularem facienda sit, non se immisceat, quousque tempus pœnitentiæ, quod hic iudicium Ecclesiasticum vocatur, adimpleat. Vide Couar. *pract. qq. cap. 34. num. 4.*

DVBITATIO XXV.

An violetur immunitas Ecclesiastica, si laica potestas cognoscat clericum in minoribus constitutum cum habitu clericali, quamuis dimisso, sed reassumpto, incedentem?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica violatur si laica Potestas cognoscat Clericum, qui dimissum habitum, reassumpsit.*

2 *Clericus potest reassumere habitum, quem semel dimisit.*

3 *Quod semel placuit amplius displicere non potest.*

4 *Priuilegium Clericali statuì competens nemini licet renunciare.*

5 *Habitus spontanea dimissio non est priuatio pœnalis; sed solum est priuatio legalis ob non seruatam conditionem.*

6 *Priuilegij priuatio ob Habitus dimissionem, non est perpetua, sed temporalis, seu conditionalis.*

7 *Priuilegium Clericale quandiu præmissis institerint, eo ipso amittunt.*

8 *Clericus, qui Vxorem duxit dimissa tonsura, præcipitur, vt iterum tondeatur, si velit.*

9 *Dimittens habitum clericalem, potest illum vt fori priuilegio gaudeat reassumere, non obstante irregularitate, & Episcopi prohibitione superueniente.*

10 *Clericus, qui ante Carcerationem habitum reassumpsit gaudet fori priuilegio.*

11 *Clericus prima consura, qui post dimissum habitum, & tonsuram clericalem deliquit, & pro delicto in Curia seculari citatur, deinde reassumpto habitu Ecclesiæ deseruire cœpit, non potest à Iudice seculari quoad Personam puniri.*

12 *Clericus, qui characterem, & habitum clericalem assumpsit post delictum, processum, & fideiussionem de se præsentando coram Iudice laico, gaudet forò priuilegio.*

13 *Clericus, qui duxit vnicam, & Virginem, ea mortua, recuperat omnia priuilegia clericalia, quæ competunt alijs Clericis solutis, si seruet debitas conditiones, quas quidem seruant.*

14 *Clericus, qui dimisit habitum delinquens, si post delictum commissum illum reassumat, gaudet fori priuilegio, etiam quoad delictum commissum.*

15 *Iura non limitant tempus, quo Clericus gaudere debet fori priuilegio, sed indistinctè, & indefinitè loquuntur.*

16 *Legatus Prouinciæ non est accusandus de crimine commisso ante legationem.*

17 *Clericus non est accusandus coram Iudice laico de delicto commisso ante Clericatum contra quamplures Doctores; quorum argumentum bene soluitur ibi.*

ESPONDETVR, affirmatiuè. Sequi- 1
tur etiam ex dictis *d. b. 1.* quia &
talis priuilegio fori, gaudet; cùm nō 2
sit, cur clericus habitum clerica-
lem, quem semel dimisit, non possit
iterum reassumere, vt fori priuile-
gio gaudeat; Atque ita docent Couar. *pract. qq. cap.*
31. num. 8. vers. 5. Petr. Barbosa *in l. filia, ff. soluto ma-*
trim. num. 33. Clar. *lib. 5. pract. §. fin. q. 36. num. 15.*
Suar. *lib. 4. de immunit. Eccles. cap. 7. num. 18.* August.
Barbosa *in remission. Concilij sess. 23. cap. 6. de reformat.*
& Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 46. num. 29.* contra
Afflictum *lib. 1. Constitut. Rubr. 3. num. 22.* Auenda-
num *de exequend. mandat. Regum lib. 1. cap. 22. num.*
15. & alios apud Io. Andr. *in cap. Ioannes de cleric.*
coniugatis q. 4. num. 19. & ibidem Ancharanum, *num.*
10. q. 4. & probatur; quia si qua ratio est, quare cle-
ricus dimittens habitum clericalem, illo reassum-
pto, fori priuilegio non gaudeat, illa est; quia per
dimissionem habitus illud renunciauit, & illam re-
nunciationem superior acceptauit (quapropter nō
datur locus pœnitentiæ, vt ad illud idem redire
possit, iuxta illud: *Quod semel placuit, amplius displi-* 3
cere non potest. & iuxta illud *in cap. vt quis duas de*
elect. in 6. & in cap. vnic. de postulat. Prælatorum in 6.
vbi redeundi ad aliam Ecclesiam, postquam vnam
elegerit, sibi licentia penitus interdicitur) vel quia
in perpetuum ob illam habitus dimissionem dicto
fori priuilegio priuatur; sed neutrum dici potest;
ergo. Non prius, quia priuilegium clericali statui 4
competens nemini licet renunciare, *cap. si diligen-*
ti, de foro compet. & decreuit S. Congregatio 11.
Iunij 1587. apud Suar. & August. Barbosam *in lo-*
cis supra cit. in his verbis: *Quidam clericus beneficium*
obtinuit, cui postea animo vxorem ducendi vnà cum cle-
ricatu renunciauit. Deinde non secuto matrimonio cleri-
calem habitum reassumpsit, & alterum beneficium exigui
reditus adeptus est, dubitatur, an gaudeat priuilegio fori?
Congregatio censuit, gaudere; quia priuilegium clerica-
le renunciari non potest. Neque potest dici posterius; 5
quia

quia illa non est priuatio pœnalis, quæ delictum supponat (cùm clericus licitè potuerit habitum clericalem dimittere) sed solum est priuatio legalis, ob non seruatam conditionem; quæ conditio, cùm non sit perpetua, sed semel assumpta dimitti possit, & iterum reassumi, consequens est, quod dicta priuilegij priuatio non sit perpetua, seu absoluta, sed temporanea, seu conditionalis, donec scilicet conditio ad illud retinendum non seruatur; Facitque textus *in Clement. 1. de vita, & honest. clericorum*, iuncta glossa ibi. *Priuilegium clericale quamdiu præ-*
7 *missis institerint, eo ipso amittant.* & textus in cap. clericus 2. de vita, & honest. clericorum, ibi: *Clericus, qui vxorem duxit dimissa tonsura, præcipitur, vt iterum tondeatur, si velit*, id est (vt explicat Abbas *ibi num.*
8 4.) priuilegio gaudeat. Et textus *in cap. vnic. de clericis coniugat. in 6* & in Concilio Tridentino *sess. 23 cap. 6.* quatenus ibi dicitur: *Clericum in minoribus constitutum gaudere nolumus priuilegio clericali, nisi habitum*, &c. præsertim, quia illa limitatio, *nisi habitum*, &c. est restrictiua iuris communis, & sic solum intelligi debet restringere ius commune, quamdiu est, & non alio tempore. Quapropter S. Congrega-
9 tio Concilij in vna Mazarien. die 17. Iunij 1630. apertè determinauit, quod dimittens habitum clericalem possit illum, vt fori priuilegio gaudeat, reassumere, non obstante irregularitate, & Episcopi prohibitione superueniente: & in vna Bossanensi
10 die 18. Mart 1631. determinauit, quod fori priuilegio gaudeat clericus, qui ante carcerationem habitum reassumpsit. Et S. Congregatio Concilij die
11 10. Decembr. 1599. censuit, quod clericus primæ tonsuræ, qui post dimissum habitum, & tonsuram clericalem deliquit, & pro delicto in Curia seculari citatus fuit, deinde reassumpto habitu cũ tonsura Ecclesiæ deseruire cœpit, non possit à Iudice seculari quoad personam puniri, nec processui finis imponi. Et eadẽ S. Congreg Cõcil. in vna Papiensi die 23. Maij 1626. & S. Cõgreg. Immun. in vna Ciuitatis Castellæ die 18 Febr. 1631. declarauit quod
12 clericus, qui characterem, & habitum clericalem assumpsit post delictum, processum, & fideiussionem de se præsentando coram Iudice laico, priuilegio fori gaudeat, & à iurisdictione Iudicis laici quoad personam sit liberatus: quod si fraus adsit (quam Iudex Ecclesiasticus inspicere debet) possit Iudex laicus processui finem imponere contra illum procedendo quoad bona Vide quæ dicentur *infra dubit. seqq.* Vnde

13 Sequitur primò, quod clericus ducens vnam & virginem, ea mortua, recuperet omnia priuilegia clericalia, quæ competunt aliis clericis solutis, si seruet conditiones, quas alij clerici soluti ad gaudendum dictis priuilegiis seruare tenentur; quia ob matrimonium tale contractum dicta priuilegia clericalia non fuerunt in perpetuum extincta, sed solum durante tali matrimonio suspensa, seu sopita. Sic Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 46. n. 30.*

Sequitur secundò, quod clericus interim, dum
14 dimisit habitum clericalem delinquens, & delicto commisso illum reassumẽs priuilegio fori gaudeat, etiam quoad hoc delictum commissum; quia clerico in Minoribus constituto conceditur priuilegiũ fori, donec beneficium Ecclesiasticum habet, vel habitum, & tonsuram defert; ergo, quamdiu beneficium habet, vel habitum clericalem defert, priuilegio fori gaudet, iuxta textum *in cit. Clement. 1. de vita, & honest. cleric.* iuncta glossa *verb. Quamdiu*, & iuxta textum in aliis iuribus supra cit.

Confirmatur, quia dictum priuilegium iura non
limitant ad delicta commissa tempore clericatus, 15
sed indefinitè, & absolutè clerico concedunt per tempus, quo clericus seruat requisita ad eo gaudendum, ergo.

16 Confirmatur secundò, quia *in l. hoc accusare, ff. de accusator.* dicitur accusandum nõ esse Legatum prouinciæ de crimine commisso ante legationem, ergo nec accusandus erit clericus coram Iudice laico de
crimine commisso ante clericatum. 17

Atque ita penes Barbosam *in loc. supra citando*, etiam de Clerico coniugato (quidquid in contrarium de tali dixerit Cuttellius *de Eccles. libert. lib. 2. q. 80.*) decreuit S Congregatio in his verbis: *Censuit Congregatio clericum coniugatum, qui post dimissum habitum, & tonsuram clericalem pro delicto aliquo in Curia laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit; si deinde assumpto habitu, & tonsura (modò non in fraudem) Ecclesiæ inseruiat, iuxta hoc decretum non posse à Iudice laico propter hoc delictum in carcerem conijci, aut personaliter astringi.* Et facit textus *in cap. si Iudex laicus de sentent. excommun. in 6.* & docent Couar. *cap. 31. num. 7.* Suar. *lib. 4. de immunit. Ecclesiast. c. 15. numer. 16. & cap. 27. numer. 18.* Farinac. *q. 8. num. 66.* Barbosa *alleg. 12. numer. 28.* & Carolus de Grassis *de effect. cleric. effect. 1. num. 84* contra Doctores complures apud Sanchez *de matrimon. lib. 7. disp. 46. numer. 4. & 10* qui contrarium tenent ex eo, quia delicta commissa tunc temporis, quando habitus clericalis est dimissus, commissa sunt à laico; & sic videntur esse de iurisdictione laicali; atque adeò propter nouam habitus reassumptionem non posse conuenire iurisdictioni Ecclesiasticæ; quia tempus delicti semper videtur inspiciendum. *arg. l. 1 ff. de pœnis*; præsertim si delinquens fuerit per citationem, vel capturam à Iudice laico præuentus; sed ad hoc respondetur, quod delicta tempore, quo quis habitum clericalem dimisit, sint quidem de iurisdictione laicali; & reassumpto habitu euadant de iurisdictione Ecclesiastica; sicut & euadit personas præsertim si delinquens non fuerit per citationem, vel capturam à Iudice laico præuentus.

DVBITATIO XXVI.

An idem dicendum sit, si habitus post delictum commissum assumatur in fraudem?

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui post delictum habitum reassumpsit in fraudem, non gaudet fori priuilegio.*
2 *Fraus nemini debet patrocinari.*
3 *Clericatus, vel etiam beneficium in fraudem assumitur, si assumatur vt medium tantum ad vitandam Iurisdictionem laicam, secus si assumatur animo perseuerandi in illo.*
4 *Promotus ad ordinem sacrum, vel ad professionem post delictum commissum, non præsumitur assumere statum Ecclesiasticum in fraudem, quapropter gaudet fori priuilegio, quia potius censetur vti iure suo.*
5 *Promotus ad minores Ordines post delictum, censetur in fraudem promotus.*

RESPONDETVR ex cit. Sacra Cardinalium Congregatione negatiuè, quia generaliter quotiescunque clericatus, vel etiã beneficium,

assumitur in fraudem, scilicet Iurisdictionis laicalis, locum noo habet clericale priuilegium; quia fraus nemini debet patrocinari; alioquio immunitas Ecclesiastica fomenrum esset delictorum; quod non est permittendum. Atque ita iuxta cit. Sacram Cardinalium Congregationem docent Menoch. *de præsump. ien. lib. 6. q. 76. num.* 35. Molina *de iust. & iur. tom 4. tract. 3. disp.* 49. *n.* 21. Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 19. *n.* 5. Curtellius *lib.* 2. *q.* 27. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 36. *num.* 43. Zened. *ad decr. collect.* 23. *num.* 1. Farinac. *q.* 8. *num.* 66. & 104. Gutier. *pract. qq. lib.* 1. *q.* 5. & Barbosa *in remission. Concil. ad fin. decri.* 6. *sess.* 25. Contra Genuensem *in prax. Archiep. cap.* 8. *num.* 15. & Booacinam *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. *num.* 16. quorum opinio non est omninò improbabilis, sicuti dicam *cap.* 6. *dub.* 14.

3 a Assumitur autem Clericatus vel etiam beneficium in fraudem, si assumatur vt medium tantum ad vitandam iurisdictionem laicam, scilicet non ex animo perseoerandi in tali statu, sed recedendi ab illo, quotiescúque timor iurisdictioois laicalis cessauerit, secus si assumatur aoimo perseuerandi in illo, & nunquam recedendi à tali statu, etiãsi dictum statũ clericalem assumeodi causa impulsiua fuerit timor iurisdictionis laicalis; vt si ex intentione declinaodi forum laicale Ordiuem sacrum assumas, vel professiooẽ emittas; quia tunc fraus noo est, sed iure proprio vteris, & assumis medium ab Ecclesia ordinatũ ad vitandam iurisdictionem laicalem, tametsi ex iotentiooe vitandi illam assumpseris: sicuti fraus noo est, si post delictum commissum ex eadẽ intentione ad locum sacrum, tanqoam ad asylum confugias; quia hoc est etiam medium ad talem finem simpliciter, in fragiliratem delinquentium, ab Ecclesia ordinatum, Vide Suarez *cit. lib.* 4. *de immunit. Eccles. c.* 15. *num.* 17.

4 Hinc est, quod si post delictum commissum assumas Ordinem sacrum, vel emittas professionem, non præsumeris assumere statum Ecclesiasticum In fraudem (quapropter priuilegio fori gaudes, quia vteris iure tuo) etiamsi talem statum assumas statim post delictum commissum; vel statim post diffamationem delicti commissi; vel etiam statim post citationem, & capturam Iudicis secularis.

5 Econtrà autem in fraodem præsumeris statum Ecclesiasticum assumere, si solum Ordines minores, aut etiam beneficium assumas, aut habitum clericalem prius dimissum reassumas post delictum cõmissum, & mulrò magis post diffamatiooem delicti, vel post citationem, aut capturam Iudicis laicalis. Sic Doctores communiter, qoos citat, & sequitor Farinac. *lib.* 1. *prax. tit. de inquisit. q.* 8. *num.* 66. & 110. & Barbosa 2. *part. allegat.* 12. *num.* 29. & *in remiss. Concily, decret.* 6. *sess.* 23. *de reformat. ad fin.*

DVBITATIO XXVII.

An status Clericalis in fraudem assumptus relinquat clericum in delictis antea commissis, ita subditum iurisdictioni laicali, ac si statum Clericalem nunquam assumpsisset, vel illum reassumpsisset?

SVMMARIVM.

1 *Clericus qui in fraudem clericatum assumpsit non potest à Iudice laico alia pœna puniri pro delictis commissis ante Clericatum, quam pecuniaria.*

2 *Punitio pecuniaria indicat solum Iudicem laicum esse Iudicem causæ non autem Personæ.*

RESPONDETVR ex probabiliori sententia Doctorũ, quod relinquat æquè subditum, quoad iodicium delicti, & punitionem pecuoiariam, seu in bonis; non tamen quoad iudicium persooæ, & punitionem corporalem, seu in persona cùm iam per statum clericalem, etiam in fraudem, de nouo assumptum, vel reassumptum persona Deo, & Dei cultui actu dicata sit: quapropter iodecens videtur, quod à Iudice laico corporaliter puniatur, mulrò magis, ac qui post delictum commissum confugit ad Ecclesiam; cùm locus sacer non intrinsecè afficiat personã, sicut intrinsecè afficit status sacer, coosecrando personam; puniri tamen posse videtur in pecunia (præsertim si Iudex laicus per citationem, vel capturam præueniendo ius acquisiuerit) quia talis punitio indicat solum, Iudicem laicum esse 1
Iudicem causæ, oon item personæ. Sic Doctores 2
quos cirat, & sequitur Farinac. *lib.* 1. *tit. de Inquisit. q.* 8. *num.* 107. Sed de hac re vide, quæ pro vtraqoe parte, tanquam probabilia, diffusè dicebam suprà, & *cap.* 1. *dubis.* 6. & *cap.* 2. *dubit.* 4. & dicebam *infrà dubit.* 30. & *cap.* 5. 6. & 7. *per tot.*

DVBITATIO XXVIII.

An in dubio, vtrum delinquens priuilegio fori gaudeat, debeat cognoscere Iudex Ecclesiasticus?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus si dubium sit Iuris debet cognoscere an delinquens gaudeat fori priuilegio.*

2 *Iudex laicus, quod possit cognoscere an Delinquens gaudeat fori priuilegio quando dubium est facti tenent multi Doctores.*

3 *Iudex Ecclesiasticus, quod possit cognoscere an Delinquens gaudeat fori priuilegio etiam quando dubium est facti quamplures Doctores affirmant.*

4 *Controuersia, seu dubium de facto spirituali spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem ad laicum.*

5 *Ad Iudicem Ecclesiasticum pertinet habitum deferendum Clericis præscribere.*

6 *Iudex laicus facta declaratione per Iudicem Ecclesiasticum quod Delinquens gaudeat fori priuilegio petita remissione debet illum remittere sine Clerici dedecore.*

7 *Pereira reprehenditur.*

8 *In aliquibus Regnis Iudex laicus cognoscit in dubio de clericatu etiam ex capite vestium qualitatis sed tamen de facto, non de iure.*

9 *Vestes censenda sunt clericales, quando ex illarum delatione quisque Clericus à Populo reputatur.*

10 *Quis vt Clericus iudicetur ad effectum gaudendi priuilegio debet attenta loci consuetudine, si ibi ea sit, deferre vtramque vestem talarem, secus vnam tantum, si ex vna à Populo Clericus reputetur.*

RESpondetur, si dubium sit iuris v.g. non constet in iure, ao delinquens nomine clerici 1
priui

priuilegio clericali gaudentis veniat) certum est, quod debeat cognoscere Iudex Ecclesiasticus;quia causas spirituales(qualis est omnis causa, seu controuersia iuris Canonici)cognoscere debet solum Iudex Ecclesiasticus *cap.quanto,cap.decernimus de iudic.cap.lator,cap.causam,qui filij sint legitimi, & cap. tuam de ordine cognit.*

2 Si autem dubium sit facti(v.g.an delinquens habeat Ordines,beneficium,habitum,&tonsuram,seu vestes suæ professioni conuenientes, vel aduersas, &c.) quamuis nonnulli non improbabiliter doceant quod tunc possit cognoscere Iudex laicus; quia talis cognitio non est cognitio rei spiritualis,sed temporalis, & contingentis. Sic inter alios Guido Papa *decis.*138.*& concl.* 110. *num.*2.Io.Gullus *q.*38. Clarus *q.* 36. *vers. dixi clericum.* Mascard. *concl.*961.*num.*4.Borellus *de protect.Reg. cap.* 76.*n.* 308. Salgad.*de protect. Regia tom.* 2. *part.*4.*cap.*14. *num.*81.& *seqq.*Francus *decis.* 319. *num.* 9. Rupelanus *lib.*4.*Institut.forens.*Ceuallos *tract.de cognit. per viam violent.in proœm.cap.*8.*num.*29.Pereira *de manu Regia part.*2.*c.*44.*num.*3. Cuttellius *de immunit. Eccles.lib.*2.*q.*28.Io.Honorius *in compend. Iuris Canonici lib.*3.*tit.*1.*num.*15.Paponius *lib.*1.*tit.*5.*arrest.* 4. (vbi sic fuisse iudicatum attestatur)& ex parte Scaccia *lib.*1.*de iudic.cap.*11.*n.*89.& Farinacius *q.*8.*num.* 34.*in fin.*quatenus affirmant, Iudicem laicum cognoscere posse de clericatu delinquentis non ad effectum declarandi illum priuilegio fori gaudere, vel non gaudere;sed ad effectum remittendi illum Iudici Ecclesiastico,si facta informatione summaria cognouerit.

3 Tamen cum Couar.*cap.* 33. *num.* 1. Gratiano *in discept.forens.cap.*190.*num.*14. *& seqq.* Salzedo *cap.* 62.*n.*14.Germonio *lib.*3.*cap.*15.*num.*55.*& seq.* Barbosa *allegat.*12.*num.*33.*& in collect.tom.* 3. *lib.* 5. *tit.* 11.*cap.*12.*num.*2.Menochio *de præsumpt.lib.*6.*q.* 76. *num.*341.Genuensi *in prax.cap.*38.*num.*6.*in fin.*Ambrosino *de immunit. Eccles.cap.*23.*num.* 15. Suarez de Paz *in prax. tom.* 2. *prel.*2. *num.*9. Molina *de iust. tom.*4.*tract.*3. *disp.* 49. *num.*11. Nauarro *in cap nouit. de iudic. notab.* 66. *num.* 44. Duardo *in Bull. Cœn.lib.*2.*Can.*19. *q.*8.*num.*19. Sanch. *in opusc. tom.* 2.*lib.* 6. *cap.*1.*dub.*1.*num.* 16.Rolando à Valle *lib.* 1.*consil.*4.*num.*33.Bonacina *in Bull.Cœn.disp.*1.*q.*16. *sect.* 1. *punct.*6.*num.*31. Gauanto *in Enchirid. Episc. ver.fori priuilegium.num.*32. Lotherio *de re beneficiaria lib.* 3. *q.* 36.*num.*69. Diana *part.* 1.*tract.* 2. *resol.* 27.*part.*3.*tract.*1.*resol.*63.*& prat.* 4. *tract.*1. *resol.* 5. (vbi Cardinalium Congregationem die 11. Iulij 1595.sic determinasse testatur)Paramo *in Respons. pro iurisdict. S. Officij, cap.*4. *num.* 1. (vbi alteram sententiam appellat falsam , & sacris Canonibus contrariam.Belletto *in disquis. cler. tit.* 3.§.14 *n.* 4. Zerola *in prax.Episc. part.*1. *verb. Clericus, num.*3. Diaz. *cap.*62.*num.*14. M. Antonino *lib.* 3.*resol.* 48. Io.dela Cruz *in director. Conscient. part.* 2. *de Sacram. Ordinis, q.* 5. *dub.* 8. *concl.* 1. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 7. *num.* 6. Cenedo *in qq. Canon. q.* 4. *num.* 32. Carolo de Graffis *de effect. Cler. eff.* 1. *num.* 1162. Mastrillo *part.* 2. *decis.* 113. *num.* 16. Bobadilla *in Polit. tom.* 1. *lib.*2. *cap.* 18. *num.* 106. Martha *de iurisdict. part.* 2.*cap.*31.*num.* 16. Narbona *in* 3. *part. Recopil. lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 20. *glos.* 23. *num.*16. & Rota Romana *decis.* 202. *de sentent. excommun.in nouis* dicendum est , quod solùm etiam cognoscere possit , & debeat Iudex Ecclesiasticus, tum ex textu *in cap. si iudex laicus de sent. excommun.in 6. & in cap.* 1.*de cleric. coniugatis in* 6.tum ex ratione,quia licet dubium, seu controuersia sit de facto, est tamen de facto spirituali, scilicet Ordinis, & eorum , quæ ad Ordinem spectant : tum quia,cùm à Iure Canonico statutum sit, clericum in tonsura, vel Minoribus Ordinibus constitutum (si beneficium habeat , vel habitum , & tonsuram deferat) priuilegio fori gaudere,consequens est , quod ad Iudicem Ecclesiasticum solùm etiam pertineat cognoscere ,quisnam beneficium habeat, vel habitum,& tonsuram deferat;tum tandem quia cùm ad Iudicem Ecclesiasticum pertineat habitum 5 à clericis deferendum præscribere , ad eundem etiã pertinebit cognoscere, an habitus sit talis;cum citatione tamen Iudicis laici,& fiscalis(vt potè quorum interest)*cit.cap.si Iudex laicus de sent. excommun. in 6.* & communiter Doctores , quos citat , & sequitur Farinacius *num.* 37. & Barbosa *num.* 34. 6 Ita vt postquam Iudex Ecclesiasticus delinquentem clericali priuilegio gaudere declarauerit, peteoda sit iuxta *cit. cap. si Iudex* cum intimatione dictæ declarationis clerici delinquentis remissio , quam Iudex secularis debet facere sine clerici dedecore (sicut ex communi docet Marius Antoninus *loco supra cit.num.*2. & infra terminum 20 horarum,aliàs ex cit.cap.Iudex excommunicationem incurret.

Ex his sequitur contra Pereiram *cit. part.*2.*c.*24. 7 *num.* 1. quod neque possit Iudex laicus cognoscere de bigamia (an scilicet clericus sit bigamus)& de cæteris conditionibus requisitis à Concilio Tridentino *sess.* 23. *cap.* 6 Vide , quæ dicebam supra , & *cit. cap.si Iudex laicus, de sentent.excommun. in 6. & cit. cap.* 1.*de cleric. coniug. in* 6. Vide etiam Alexandrum *consil.*149.*vol.*6. Lotherium *de re beneficiaria lib.*3.*q.*36.*num.*74.& Antoninum Diana.*par.* 4.*tract.*1.*resol.*71.

Obiicies,in aliquibus Regnis(v. g. in Hispania 8 teste Couar.*cit.cap.* 33. *num.* 1. in Gallia teste Rebuffo ad leg Galliæ *tom.* 1 *tit. de literis obligat. art.* 11.*gloss.*3.*num.*15.in Lusitania teste Valasco *tom.* 1. *allegat.*44 *num.* 10. & *seqq.* & in Regno Neapolis teste Borello *in summa omnium decis. tit.*44. *de cit. num.*425)ex consuetudine obseruatur contrarium, nempe quod in dubio de clericatu , etiam ex capite vestium qualitatis , Iudex laicus cognocat, an delinquens priuilegio clericali gaudeat; ergo.

Respondetur,distinguo antecedens:de facto, & minus rectè,concedo:de iure,& rectè,nego;nisi forsan talis consuetudo fundata in aliquo Sedis Apostolicæ priuilegio , quod an vnquam fuerit concessum,& si quando fuit,modò non sit reuocatum per Bullam Cœnæ Domini , & per Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ,& inferiorum Ecclesiarũ, à quibuscunque præiudicialibus , quæ incipit *Romanus Pontifex*, videant , qui sic obseruant , & multò magis qui sic consulunt.Vide Barbosam *cit.cap.*12 *num.*1.

Cæterùm , quæ *supra num.* 2. *& seqq.*dicta sunt, intellige,si simus in dubio facti per rei euidentiã, Bald.*in l.contra negantem,in fin.Cod.ad leg. Aquiliam. & in Rubr. Cod. de probat.* vbi quod *probatio huiusmodi sit superlatiua omnium probationum; quia illi sunt verissimi sermones , qui concordant rebus sensatis testibus,* Valenzuela *cons.* 96. *num.* 140. Salzed. *de lega polit.cap.*7.§.1.*num.*15.*lib.*1.Oldr. *cons.* 106. Anchar. *cons.*112. Roman.*cons.* 104. Seraph. *de priuileg. iuram.cap.* 4. *num.*50 Alciat. *cons.*100. *vol.*5 Ludouic. *decis. Rota Roman.*575. *n.* 6. & facit text. *in cap.* 24. *cùm olim , vers. aut euidentia rei , de verbor. signif.* nunquam scilicet prohiberi,nec effugi posse hanc

probationem,& coram quocumque in qualibet iudicij parte,vel extra iudicium admitti, & efficaciorem ſententia,confeſſione,& actis cenſcri;ita vt ſicut ex ſententia excluſio clericatus probaretur,ſic etiá ex rei,id eſt,habitus indecentis, euidentia, vt quis non habeatur pro clerico,dicendú ſit;vbi eiuſdem clericatus ſubſtantia in habitus delatione cóſiſtit,prout in clerico minorũ ordinũ poſt Tridentinum Conciliũ contingit. Quam etiam rei euidentiam Bonifacius VIII. *in cit. c. ſi Iudex laicus*, non ſolum non excluſit,ſed ſummopere amplexus eſt,ibi: *Iuſtum eſt enim vt ipſe talis, quem geſtat ex habitu, quouſque appareat, aliud præſumatur,quam is eſſe,cuius fert habitum, comprobatur.* Et poſt aliquot exempla concludit: *Iſque ſtatus alicuius eſſe videtur,in quo ipſi deprehenditur, niſi contrarium prebeatur*: quæ probatio in minorum ordinum clericis poſt Tridentinum inutilis eſt,cùm per illud habitus geſtario de ſubſtantia clericatus effecta ſit.

9 Quænam autem veſtes cenſendæ ſint clericales, ſeu conuenientes clericis primæ tonſuræ, vel minorum ordinum vt priuilegio clericali gaudeant.& quænam veſtes conuenientes ſint clericis exiſtentibus in ſacris? Vide Couarruuiam *pract. qq. cap.* 31. *num.* 7. Clatum *lib* 5. *ſent.* 25. *vlt. q.* 36. *num.* 13. Ambroſinum *de immunit. Eccleſ. c.* 23. & Bonacinam *de legibus diſp.* 10. *q* 1. *punct.* 1. §. 4. *num.* 17. vide etiam *ſupra c.* 2. *dub* 1. 4. *ſoll.* 3. &alibi,vbi dicebam,tunc veſtes cenſendas eſſe clericales,ſeu conuenientes clericis primæ tonſuræ,vel Minorum Ordinum,vt priuilegio clericali gaudeant,quando illæ ſunt tales, vt ex ipſarum qualitate deferens communiter à

10 à populo iudicetur clericus.

Item,An,vt deferens communiter à populo iudicetur clericus,& ſatisfaciat diſpoſitioni Concilij Tridentini *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. requirentis (clericum in prima tonſura,vel in minoribus exiſtentem,ſi velit gaudere priuilegio fori,incedere debere in habitu,& tonſura) & ſic gaudeat priuilegio fori, opus ſit,quod deferat vſque ad talos,non ſolum pallium, ſed etiam togam?

Affirmant ex Bulla Sixti V. nonnulli: item Cæpolla *conſil.* 11. *num.* 30. Venerus *in exam. Epiſc. lib.* 5. *c.* 5. *num.* 2. & Moſcouius *de maieſt. milit. lib.* 1. *part.* 2. *cap.* 2.

Negant autem Nouarius *in nouo iure Pontificio conc.* 117. *num.* 6. (vbi ait, ſufficere, ſi deferat vſque ad talos ſolum pallium, & ſi toga non tangat genu) Garſias *de benefic. tom.* 2. *p.* 7. *cap.* 1. *num.* 25. & videri etiam poterit Antonius de Ballis *tract. var. lib.* 5. *pragmat.* 1. *tit.* 10. *num.* 53. Farinacius *q.* 8. *num.* 69. Scaccia *de iudiciis tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 84. & alij, quos refert idem Garſias *loc. ſupra cit.* qui tenent, ſufficere, ſi deferat vſque ad talos alterutram veſtem, ſcilicet pallium, vel togam;& ſic non opus eſſe, quod deferat vſque ad talos vtramque veſtem.

At ex dictis videtur mihi diſtinguendum, attenta conſuetudine loci, ſufficere, quod deferat vſque ad talos alterutram veſtem, vbi attenta conſuetudine loci, ex alterutra veſte talari communiter iudicatur clericus; non ſufficere verò, vbi, attenta conſuetudine loci, ex alterutra veſte talari communiter non iudicatur clericus ſed ſolum ex vtraque.

DVBITATIO XXIX.

An in dubio, vtrum delinquens ſit clericus, Clericatus ſufficienter probetur per publicam famam?

SVMMARIVM.

1 *Clericus quis non præſumitur, niſi probetur.*

2 *Clericum eſſe, eſt quid facti, & factum non præſumitur niſi demonſtretur.*

3 *Poſſeſſio Clericatus quod probet Clericatum, & ſit ſufficiens ad declinandum forum laicalem Auctori non probatur, & cur.*

4 *Clericatus ſufficienter probatur per literas tituli ordinum, quas ſolet Epiſcopus ordinatis dare in teſtimonium ordinis recepti.*

5 *Clericatus ſufficienter probatur per literas commendatitias facientes mensionem de Clericatu, & illum teſtantes; dummodo tales literæ ſint ſigno Ordinarij ſignatæ.*

6 *Clericatus ſufficienter probatur per teſtes, præſertim in caſu, quod tituli fuerint deperditi.*

7 *Vnus Teſtis non ſufficit ad ſufficienter probandum, niſi in caſu, quod de nullius præiudicio agatur.*

8 *Clericatus per vnum Teſtem ſufficienter non probatur, ſi lis agatur de Beneficio, & Aduerſarius ob aliquod ius ſibi competens prætendat collationem nullam, vt pote non Clerico factam.*

9 *Clericatus per vnum Teſtem non ſufficienter probatur ad effectum quod Iudex ſecularis ſe abſtineat à Delinquentis cognitione.*

10 *Prima tonſura ſufficienter probatur per vnum Teſtem, quia licet obſit ſeculari, prodeſt tamen Eccleſiaſticæ iuriſdictioni.*

11 *Clericatus probatur per publicam famam, & publicam quaſi poſſeſſionem Clericatus, ſi tamen incedat in habitu, & tonſura.*

12 *Delinquens captus in habitu, & tonſura ſi alleget ſe eſſe Clericum ex publica fama, eſt remittendus ad Iudicem ſuum Eccleſiaſticum.*

13 *Delatio habitus, & Tonſuræ, præſertim per longum tempus præſtat quaſi poſſeſſionem Clericatus, & transfert in Aduerſarium onus probationis in contrarium.*

14 *Conſuetudo in contrarium non eſt attendenda vt pote contra Immunitatem.*

15 *Delinquens ſi fuerit captus ſine habitu, & tonſura, quamuis alleget ſe Clericum eſſe ex publica fama, non eſt audiendus à Iudice laico neque remittendus niſi probauerit manifeſte ſe eſſe Clericum.*

16 *Iudex laicus pendente cauſa Clericatus ex quocumcumque capite, non poteſt in cauſa principali procedere.*

SVPPONO neminem clericum præſumi, 1
niſi probetur;quia eſſe clericum eſt quid 2
facti,& factum non præſumitur, niſi demonſtretur (vt habetur *in l. in bello, §. facta, ff. de captiuis, ff. de poſtliminio reuerſis, & l. 2. ff. de probat.*) tum quia ita clarè colligitur ex *cit. c. ſi Iudex laicus*, & *c. legem* 2. *q.* 1 & ita docent Salzedus *pract. cap.* 62. *num.* 20. & alij multi, quos citat, & ſequitur Farinacius *lib.* 1. *prax. q.* 8. *n.* 38. Vnde quod docent Maſcardus *de probat. vol.* 1. *concl.* 302. *n.* 14. Boetius *deciſ.* 171. *n.* 13. Maſullus *in Addit. ad Capyciũ deciſ.* 117. Bellettus *in Diſquiſ. cleric. p.* 1. *tit. de fauore cleric. per-* 3
ſonali

3 *foro* 5 14. *num.* 13. & Diana *par.* 3. *tract.* 1. *decis.* 48. nempe possessionem clericatum probare clericatum, & sufficientem esse ad declinandum forum Iudicis laicalis mihi non probatur; quia ad summū prestat, quod onus probādi contrariū trāsferatur in iudicē laicalē, iuxta ea, quæ dicentur infrà *n.*.... & docent Salzedus *loc. supra cit. num.* 18. Carolus de Grassis *de effectib. Cleric. in preludiis num* 226.

4 Secundò, clericatum sufficienter probari per literas clericatus, id est, per literas tituli ordinum, quas solet Episcopus ordinatis dare in testimonium ordinis recepti Sic Couar. *pract. qq. cap.* 33. *num.* 3. Mascardus *concl.* 302. *& seqq.* Lopez *loc. supra cit. num.* 16. *& seqq.* Decian. *tract. crimin. lib* 4. *cap.* 9. *num.* 16. *& num.* 12. *& seq.* Bellettus *loc. supra* & Farinac. *cit q.* 8. *num.* 40.

5 Item sufficienter probari per literas commendatitias facientes mentionem de clericatu, & illum testantes (secus, si solùm referant esse clericum) quia tales literæ sunt quasi tituli ordinum, & ex certa recepti ordinis scientia datæ. Sic Salzedus, Mascardus, Decianus, & Farinac. *in locis supra cit.* Quod tamen intellige, dummodo dictæ literæ sint authēticæ, id est, signo ordinarij consueto signatæ. Sic Mascardus *concl.* 303. *num.* 2. & Farinacius *cit. num.* 40.

6 Item sufficienter probari per testes, præsertim in casu, quo tituli fuerint deperditi. 2. *&* 3. *Cod. de cler. peregrinis. l. testium, Cod. de test. lib. l. si solemnibus. Cod. de fide instrumentor.* & docet glossa *in cap. si Iudex laicus de sent. excomm in* 6. *verb. defecerit*, Mascardus *de probat. concl.* 303. *num.* 1. *& seqq* Salzed. *cap.* 62. *num.* 16. Couar. *cap.* 33. *num.* 3. Decian. *num.* 114. Farinac. *num.* 41. & alij passim.

7 Dixi sufficienter probari per testes, scilicet in plurali, quia vnus testis ad sufficienter probandum non sufficit, nisi in casu, quod de nullius præiudicio agatur, vt v. g. ad prædicandum, ad Missam dicendam, &c. hæc enim cùm solum ipsi petenti nocere possint, extraiudicialiter per vnum testem sufficienter expediuntur, *argum. cap. cum ita que, & cap. paruulis de conse. rat. dist.* 4. & docent ex communi Mascardus *de probat. concl.* 303. *num.* 4. *& seqq.* & Farinac. *q.* 8. *num.* 41. *& q.* 63. *num.* 16 At secus dicendum, si de alicuius præiudicio, & sic in iudicio, tractetur; vt colligitur ex *cap. tuæ de clericis peregrin.* quatenus ibi dicitur, clericatum probari per scripturam, vel per testes, scilicet in plurali. Et probatur; quia cùm quilibet ius habeat, ne sibi damnum inferatur, consequens est, quod si ex tuo clericatu alteri damnum sequitur, id is admittere non teneatur, nisi manifestè constet te clericum esse, quod per vnum testem (qui tamen non manifestam sed ad summum probabilem facit) manifestè, & sufficienter non obtinetur: vnde dici consueuit, quod vnus testis, nullus sit testis. Sic ex communi Mascardus, & Farinacius *in locis supra cit.*

8 Hinc sequitur primò, quod clericatus sufficienter per vnum testem non probetur, si lis agatur de beneficio, & Titius ab aliquo ius sibi competens prætendat collationem tibi (vt potè non clerico) factam, nullam esse; quia agitur de alterius præiudicio, nempe de repellendo Titio à iure prætenso in beneficium. Et non solùm, si agatur de petitorio, sed etiam si agatur de possessorio; quia possessionem vni, altero excluso, abiudicare, etiam præiudicium, & magnum, est. Sic Farinacius *q.* 63. *num.* 32. *&* 33. quidquid in contrarium scotice videantur alij, inter quos Salzedus *cap.* 62. *num.* 16. vide etiam Mascardum *loc. supra cit.*

Sequitur secundò, quod clericatus neque sufficienter per vnum testem probetur, ad effectum, quod 9 Index secularis se abstineat à delinquentis cognitione, quia impedire vsum iurisdictionis fundatæ, etiam præiudicium similiter, & magnum, est *cap. tuæ fraternitati, de cleric. peregrinis*, & tradunt Couar. *cap.* 33. *num.* 3. Salzed. *cit. cap.* 62. *num.* 17. & Farinac. *q.* 8. *num.* 43. Et etiamsi agatur de prima tonsura; quia & de hac est eadem ratio. Sic Couar. *loc. supra cit.* & alij passim: quidquid in contrarium dixerint Afflictus *in constit. Neapol. tit.* 3. *num.* 12. Petrus Rebuffus *tit de forma literarum tonsuræ, num.* 24. & Diana *par.* 3 *tract.* 1 *resol.* 48. putantes, quod prima 10 tonsura sufficienter per vnum testem probetur. Quāmuis si ad vnum testem addatur fama, non sit improbabile, sufficienter tunc clericatum probari per vnum testem Ratio, quia licet talis probatio præiudicium afferat iurisdictioni seculari, fauet tamen Ecclesiasticæ immunitati, quæ, vt pote fauorabilis, non videtur tam exactam, & plenam probationem requirere. His suppositis.

Respondetur ad Dubitationem in principio positam clericatum sufficienter probari per publi- 11 cam famam, & publicam quasi possessionem clericatus, si tamen incedat in habitu, & tonsura; ita vt si prima tonsura, vel in Minoribus constitutus (habitum, & tonsuram deferens, & alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiens, vel de eius licentia in Schola vel vniuersitate degens, vel beneficium habens (clericus, vel beneficiatus communiter deputeris, clericatus intentionem fundatam habeas; ac proinde qui te ab hac possessione clericatus intendit deturbare, & iuri tuo clericatus præiudicare probare debet plenè, te non esse clericum, ita vt, quoad vsque id is plenè non probauerit, pro te stet possessio, & pro te iudicandum sit. Sic colligitur ex *cap. si Iudex laicus, de sent. excomm. in* 6. *& cap. inter quatuor. de clericis peregrinis*; & docet *ibi* glossa.

Hinc sequitur primò, quod si delinquens cap- 12 tus fueris in habitu, & tonsura, & alleges, te esse clericum ex publica fama, & quasi possessione clericatus, remittendus sis à Iudice seculari Iudici Ecclesiastico, etiam ante cognitionem causæ iurisdictionalis. *cap. si Index laicus de sent. excomm. in* 6. Et probatur, quia in tali casu Iudex secularis nō habet intentionem fundatam, quàm potius fundatā habeatu, & Ecclesia; cùm delatio habitus, & tonsuræ præ- 13 sertim per longum tempus, præstet quasi possessionem clericatus, & transferat in aduersarium onus probationis in contrarium; sicuti supra dicebam ex *cap. si Iudex laicus. de sentent. excommun. in* 6. *& cap. inter quatuor de clericis peregrin.* & docent Mascardus *concl.* 302. *& seqq.* Farinacius *q.* 8. *num.* 33. & Barbosa *allegat.* 12. *num.* 34. Quamuis contrarium sentiant Couar. *cap.* 33. *num.* 14 5. *vers. fortassis*, & Salzed *pract.* . *cap.* 62. *num.* 19. ex cōsuetudine recepta (vt inquiunt ipsi) quod delinquēs non remittatur Ecclesiastico Iudici, donec pronūcietur sententia definitiua de clericatu ipsius in habitu, & tonsura capti clerici delinquentis. Sed de hac & simili omni alia cōsuetudine plurica alibi dictum est, & etiam dicetur *infra dubit.* 31. *& cap.* 5. *dubit.* 14.

Sequitur secundò, quod è contra, si delinqueus captus fueris sine habitu, & tonsura (quam- 15 uis alleges te esse clericum ex publica fama) Iudex

Iudex secularis non tenebitur te Iudici Ecclesiastico remittere, nisi probaueris manifestè te esse clericum, & communitet habitum, & tonsuram deferte, & Ecclesiæ alicui ex mandato Episcopi, vel in schola, aut Vniuersitate, &c. de licentia illius degere consueuisse; quia Iudex laicus capiendo reum seculariter incedentem, quasi possessionem illins acquisiuit; & sic non debet is ab hac sua possessione ob solam famam clericatus Rei deturbari. Sic Salzed. *pract. cap.* 62. *num.* 16. *& seqq.* & Farinacius *q.* 8. *num.* 33. *&* 44. *ad fin.*) vbi subdit, sic pluries à Rota fuisse decisum) quidquid in contrarium sentire videatur Diana *part.* 1 *tract.* 2. *resol.* 27.

Interim tamen, dum causa clericatus ex quocunque capite, etiam ex capite vestium qualitatis, à Iudice Ecclesiastico cognoscitur, non potest Iudex laicus in causa principali procedere; quia exponeret se periculo vsurpandi iurisdictionem in præiudicium Ecclesiæ; & redderet præterea Elusoriam cognitionem Iudicis Ecclesiastici, quapropter procedendo læderet immunitatem Ecclesiasticam. Sic habetur expresè *in cit. cap. si Iudex laicus*; ibi: *Contra eam tamen interim quiuis processus Iudicis penitus conquiescat* Et sic etiam contra nonnullos apud Carolum de Grassis *de effect. ib. cler. eff.* 1. *num.* 1257. *& seq.* docent ex communi Salzed. *num.* 21. Farinac. *num.* 35. Bonacina *in Bull. Cœn. tom.* 3. *disp* 1. *q.* 16. *sect.* 1. *punct.* 6. *num.* 30. *& seqq.* Diana *part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 63. & Scaccia *de iudiciis, lib.* 1 *cap.* 11. *num.* 30.

DVBITATIO XXX.

An, & quando clericum cognoscere debeat Iudex Ecclesiasticus, & quandonam Iudex secularis?

SVMMARIVM.

1 *Captus à Iudice laico quandocumque excipiat se esse Clericum siue post, siue ante latam sententiam, talis causa à Iudice Ecclesiastico & non à laico debet cognosci.*

2 *Iudex laicus si manifeste cognoscat exceptionem Clericatus esse friuolam, & nullo modo probari posse, potest in causa principali ad vlteriora procedere.*

3 *Persona Ecclesiastica, qua non possunt suum statum Ecclesiasticum mutare, vt sunt Clerici in Sacris, & Religiosi professi, regulariter non amittant fori priuilegium, nisi per sententiam in criminis pœnam.*

4 *Persona aliqua Ecclesiastica possunt suum statum Ecclesiasticum mutare, quales sunt Clerici in minoribus, & nouitij Religionum, & eo abiecto clericalibus priuilegiis priuari possunt, sed etiam ob delicta ante abiectionem commissa à Iudice Ecclesiastico, & non seculari puniri debent.*

5 *Clericus qui per transitum ad secularia vota priuilegium deperdit, puta, quia duxit Vxorem de crimine commisso in Clericatu à Iudice Ecclesiastico puniri debet; non valet tamen argumentum à contrario, & cur vide ibi diffusè.*

6 *Clericus vel Religiosus approbata Religionis quis effectus post crimen commissum, à Iudice laico iudicari, & puniri non potest.*

7 *Limita nisi in fraudem habitum sumpserit, quia tunc à Iudice laico puniri poterit quoad pœnam pecuniariam.*

8 *Vide casus, ob quos talis Clericus à Iudice laico puniri poterit etiam quoad pœnas corporales.*

9 *Iudex laicus praeuenta tantum causa, & non persona potest, punire talem Clericum, qui in fraudem habitum assumpsit.*

10 *Iudex laicus, si non fuerit praeuenta neque Persona, neque causa talis Clerici, sed solum antecesserit infamatio aliqua postquam Reus statum clericalem assumpsit non potest vllo pacto eum cognoscere.*

11 *Clericus praedictas remanet subiectus Iudici seculari ratione bonorum, per se, non autem per accidens.*

RESPONDETVR, & dico primò, si captus à 1
Iudice laico excipiat, se esse clericum, vel priuilegio clericali gaudere (qualis exceptio etiam post latam sententiam fieri potest; quia nec expressè, nec tacitè in secularē Iudicē renunciando clericali priuilegio, consentire poterat) talem causam non à Iudice laico, sed ab Ecclesiastico cognosci debere, vti supra dicebam & habetur expressè *in cap. si Iudex de sent. excomm. in* 6. quia vt *in cit. cap.* dicitur, talis quæstio, vt potè de clericatu, est de re spirituali, seu Ecclesiastica, hoc adiecto, quod si de qualitate notoriè constet, idemque si non constet, sed deprehensus fuerit cum habitu, & tonsura (nisi fortè prius quàm fuerit deprehensus, pro laico publicè se gerebat) statim fiat remissio; qua de re Menoch. *consil.* 711 *num.* 31. Mascard. *consil.* 687. *num.* 7. *&* 8. Farinac. *q* 8. *num.* 37. Zerola *in sum. ver. Clericus*, Burg. *de modo proced. ex abrupt. q.* 65 Mastrill. *decis.* 113. & Carol. de Grassis *eff.* 1. *limit.* 63. *num.* 1106. *& seqq.* tum quia (vt rectè dixit Couar. *in pract. qq. cap.* 33. *num.* 1.) si moueatur quæstio super iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, illius decisio ad Iudicem Ecclesiasticum, vtpote in superiori ordine, spectat; quamuis, si notorium sit, exceptionem esse friuo-
lam, & solum fallendi causa esse oppositam (sicut & 2
si reus, vt supra dicebam, fuerit captus sine habitu, & tonsura, & sic possessio stet pro iudice seculari; & interim manifestè non probetur clericatus cum conditionibus ad priuilegio clericali gaudendum requisitis) possit Iudex secularis, oppositione reiecta procedere in causa principali; sicuti rectè dixit Clarus *cit. q.* 36. *num.* 21. & nos etiam dicebamus *suprà*.

Dico secundò, aliquas personas Ecclesiasticas 3
non posse suum statum Ecclesiasticum mutare (vt sunt clerici in sacris, & Religiosi professi) & his commune esse, vt priuilegium fori regulariter non amittant, nisi per sententiam in criminis pœnam, eo priuentur sicuti ex communi docet Suar. *cit. lib.* 4 *cap.* 19 *num.* 8 Aliquas autem alias Ecclesiasticas
personas posse suum statum Ecclesiasticum muta- 4
re, vt pro arbitrio suo possint illum abiicere (vt sunt clerici in Minoribus, & Religionum Nouitij) & eo abiecto clericalibus priuilegiis priuari, ita tamen, vt ob crimina in statu Ecclesiastico commissa, post eius abiectionem, non à seculari, sed ab Ecclesiastico Iudice iudicari, & puniri debeant; quia delicti tempus inspiciendum, est. Sicuti colligitur *ex l.* 1. *de pœnis*, & ex communi docent Couar. *in pract. qq. cap.* 31. *num.* 8. & Clar. *lib.* 5. *sent.* §. *fin. q.* 36. *num.* 11.

Dices, si quis, dum clericali priuilegio gaudet, crimen committat, ac postea ducta vxore, priuilegium deperdat, de crimine commisso, à Iudice Ecclesiastico, & non à laico iudicari debet, ergò, ita è contra si quis, dum laicus est delinquat, ac postea clericus, vel Religionis approbatæ Nouitius fiat, à

Iudice

Iudice feculari,& non Ecclesiastico ob eandem rationem iudicari debebit. Antecedens est commune, quapropter S. Congregatio Immunit. die 9. Septembr. 16; 1. apertè declarauit, quod fori priuilegio gaudeat de præsenti laicus pro delicto temporis, quo fuit clericus.

5 Respondetur, disparitatem esse; quia transiens è statu clericali ad statum laicalem, non tam mutat forum, quàm cumulat forum cum foro, vt nihil obstet, quo minus etiam à Iudice Ecclesiastico iudicari possit. At verò transiens quis è statu laicali ad clericalem, non tātū mutat forum, sed etiam mutat statum personæ, secundùm quem incapax est, vt à Iudice laico iudicetur. Et ratio dictæ disparitatis est, quia nihil obstat, quominus quis in statu laicali positus à Iudice Ecclesiastico iudicari possit: obstat verò ratione immunitatis clericatus, quo minus quis in statu clericali existens à Iudice laico iudicari queat. Qua de re vide etiam, quæ *cap. 9. dub. 5.* dicentur.

6 Atque ita, quod scilicet si quis post crimen commissum clericus, vel Religionis approbatæ Nouitius fiat, à Iudice laico iudicari, & puniri non possit, docent ex communi Abbas *in cap. de obligatis ad r. t. ocinia*, Couar. *in pract. qq. cap.* 32. *n.* 4. Clar. *cit. q.* 36. *n.* 43. Nauar. *in Comment. 2. de Regular. n.* 60. Martha *de iurisdict. par. 4. cas.* 21. *n.* 20. Rodrig. *to. 2. qq. Regul. q. 2. art.* 3. Gutierez *lib. 1. pract. qq. q.* 5. Farinac. *in prax. crim. in tit. de inquisit. q.* 8. *n.* 107. Sà *ver. Clericus, n.* 9. & Suar. *lib. 4. de immunit. Eccles. cap.* 15. *n.* 16. *arg. l. hos accusare ff. de accusat.* & probatur; quia priuilegium exemptionis introductum est ob honorem status clericalis, ergo eo gaudebit, quicunque talem statum assumpserit; præsertim cum dictum priuilegium (vtpote fauorabile) potius extendi, quā restringi debeat. Accedit, quod si quis post delictum commissum confugiat ad Ecclesiam, seu locum sacrum inde non potest extrahi, neque à Iudice laico puniri, ergo multo minus si confugerit ad statum Ecclesiasticum, seu statum sacrum, ita vt ipsemet in persona intrinsecè sacer fiat.

Excipe tamen (vti docent ex communi etiam iidem Doctores in locis supra cit. & nos supra dicebamus *dub.* 16. *&* 27.) nisi in fraudem clericus, vel Religionis approbatæ Nouitius factus fuerit; quia tunc quidem à Iudice laico cognosci, & puniri po-
7 terit, quoad pœnam pecuniariam; & etiam quoad pœnam corporalem, si Iudex Ecclesiasticus illum degradatū tradat; ad quod tamen faciendum nullo iure cogi potest: Item ex non improbabili sententia Doctorum, si à Iudice laico præuenta fuerit persona, scilicet fuerit is in custodiam coniectus, atque inde illegitimè, vel contra fidem datam eruperit. Sicuti docet Abb. *in cit. c.* 1. *n.* 5. Quod tamen ex supradictis *cit. subsect.* 1. *&* 2. limita, nisi iam in sacris constitutus, vel professus factus fuerit; quia tunc opus erit Iudicis Ecclesiastici sententia, atque traditio.

8 Si autem non fuerit præuenta persona, sed fuerit præuenta solum causa (videlicet per citationem, vel litis contestationem) à Iudice laico cognosci, & puniri similiter is poterit, saltem quoad pœnam pecuniariam. Sic Doctores citati; & sumitur ex *c. proposuisti, de foro compet. iunct. glos. ver. citatus*, quod scilicet *per solam citationem perpetuatur iurisdictio quoad causam illam.*

Quod si tandem non fuerit præuenta, neque
9 persona, neque causa, sed solum antecesserit infamatio aliqua, postquam reos statum clericalem, vel in Religione approbata Nouitiatum assumpserit, non potest à Iudice laico cognosci, vel puniri, nec etiam quoad pœnam pecuniariam. Sic Suar. *cit. lib.* 4. *c.* 15. *n.* 17. & alij complures contra Couarruuiam Clarum, & Rodriguez, qui contrarium docent ex eo, quia tunc videtur, quod in fraudem statum Ecclesiasticum assumpserit. Sed quod dixi, probabilius mihi videtur, quia non videtur in fraudem facere, cùm vtatur iure suo; quandoquidem reus (licet de crimine sit infamatus) iure potest post actam pœnitentiam clericatum, vel habitum religiosum assumere. Quamuis (vt verum fatear) interdum fraudis suspicio, & præsumptio esse potest (si scilicet, vt *supra cit. subsect.* 1. dicebatur minores Ordines vel beneficium Ecclesiasticum tantum assumat) quod id faciat, non ex animo dicandi se Deo, sed vt solum, vel vt saltem principaliter forum laicale deuitet, & postea, cessante periculo, ad statum secularem regrediatur; quæ fraus non debet criminoso patrocinari, vel prodesse, vt ibidem dicebam, & videri etiam poterit Suar. *loc. supra cit.* At, fraude remota, non est cur reus, licet infamatus factus postea clericus, vel Religiosus, à Iudice laico pœna pecuniaria puniri possit; cùm non possit potestas laica (præcipuè criminaliter) iudicare, & condemnare personas, super quibus iurisdictionem non habet, & forum eius laicale, & statum secularem cum Ecclesiastico commutarunt.

Dices cum Couar. Claro, & Rodrig. *vbi supra*, reum infamatum, assumpto post delictum commissum statu Ecclesiastico, restare subiectum Iudici seculari ratione bonorum, & si non restet subiectus ratione personæ; ergo non mirum, si adhuc in tali casu à Iudice laico puniri possit pœna pecuniaria.

Respondetur, restare quidem subiectum, seu obligatum Iudici seculari ratione bonorum, si loquamur de bonis, quæ ipso iure per crimen commissum fisco obligata, vel commissa sunt; & tunc concedo, quod Iudex de iure proprio cognoscat, & illud exequatur. At secus si loquamur de obligatione, quæ est per accidens, atque dependens ab obligatione personæ, seu si loquamur de bonis, quæ non sunt ipso iure confiscationi subiecta, sed solum indirectè, & remotè obligata, quatenus persona propter crimen commissum in bonis suis puniri possit, & tunc nego, quia cessante obligatione, seu subiectione personæ, cessare etiam consequenter debet obligatio bonorum.

An autem, si clericus relegatus à Iudice Ecclesiastico, durante relegatione fiat laicus, & frangat relegationem, possit pro dicta fractura à Iudice Ecclesiastico puniri, & duplicari pœna?

Respondetur, videndum esse an pœna fractæ relegationis, vel exilij sit vetus condemnatio ex priori sententia descendens, an verò sit noua ob nouum delictum pœna: nam si noua foret, & is, in quem exequenda esset, laicos inueniretur, cùm iam ex hoc Ecclesiastico Iudici non amplius subesset, nec processus formari, nec sententia in ipsum ferri posset; quomodo tenet Vincentius de Franchis *decis.* 395. & in simili tenere videntur Gama *decis.* 362. ac Martha apud Cortellium *de Eccles. libert. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 16. Sin verò vetus executio esset, sine dubio Iudex Ecclesiasticus ad executionem procedere deberet; quomodo tenere videtur Barbosa *in remission. ad ordinat. Regn. Lusitan. lib.* 5. *tit.* 139. *numer.* 153. & clarè tenent Madius *in tract. de sacr. ordin. cap.* 13. *n.* 44. Diana *par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 118. & Genuens. *in prax. Archiepisc. Neapol. cap.* 8. *num.* 3. qui sic testatur de obseruantia talis Curiæ; *&* *num.* 2. subdit, quod

si tamen clericus, qui dum esset laicus, fuit relegatus à Iudice laico, & pendente relegatione assumsit clericatum (dummodo non in fraudem) nō possit puniri ob fracturam prædictam à Iudice laico, sed solum ab Ecclesiastico: idemque dicendum, si clericus committat delictum tempore clericatus, & post delictum ducat vxorem; quæ omnia patent ex dictis.

DVBITATIO XXXI.

De quonam iure sit Immunitas Ecclesiastica Clericorum, & an possit renunciari ab ipsis, & tolli, vel minui per consuetudinem contrariam?

SVMMARIVM.

1 *Exemptio fori, & Immunitas est de iure Diuino saltem fundamentaliter.*

2 *Exemptio fori, & immunitas non potest renunciari à Clericis, neque cum iuramento etiam de consensu Episcopi.*

3 *Immunitas Ecclesiastica non est ob particularem aliquorum, sed ob communem Ecclesiasticæ hierarchiæ fauorem constituta.*

4 *Immunitatis Ecclesiasticæ nomine non veniunt particularis alicuius Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ Personæ exemptiones, & priuilegia, quæ à Priuilegiato renunciari possunt.*

5 *Immunitas Ecclesiastica non potest tolli, vel minui per solam contrariam, quamuis immemorabilem consuetudinem.*

6 *Immunitas Ecclesiastica, licet per consuetudinem contrariam non possit tolli totaliter, & in vniuersum, potest tamen tolli ex parte, & in particulari, & quomodo.*

7 *Summus Pontifex consuetudini contrariæ Immunitati non prabet consensum approbatiuum, quin potius reprobari eam expresse.*

8 *Consuetudo, quæ contra neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem tendit, est irrationabilis, neque potest via præscriptionis legem abrogare.*

Laici sicut sunt incapaces iurium spiritualium, ita etiam Iurisdictionis Ecclesiasticæ.

10 *Omnis legitima præscriptio legis auctoritate, & adminiculo niti debet, cum sit beneficium à lege concessum.*

11 *Summus Pontifex per speciale priuilegium ex causa rationabili magistratui seculari concessum, potest ex parte Immunitati Ecclesiasticæ derogare.*

12 *Præscriptio cū fama priuilegij, & bona fide darí potest contra Immunitatem Ecclesiasticam dummodo prabetur per tempus, cuius initij memoria non sit.*

13 *Consuetudo immemorabilis & legitime præscripta contra Immunitatem Ecclesiasticam à summo Pontifice tolli, & reuocari potest.*

14 *Summus Pontifex sicut potest reuocare Priuilegium ab ipso concessum, ita etiam reuocare potest consuetudinem præsumptam cum fama priuilegij.*

15 *Ad Clauem supremæ spiritualis potestatis à Christo Petro eiusque successoribus tradita spectat conseruare libertatem Ecclesiasticam, eamque diminutam restringere.*

16 *Summus Pontifex potest reuocare concordata habita inter Prælatos Ecclesiasticos, & Principes seculares ab ipso etiam confirmata ex causa graui ratione publici boni.*

17 *Concordia in gratuito priuilegio fundata ex causa rationabili potest reuocari; etiam si transierit in pactum onerosum, ob publicum tamen bonum legitima causa existente.*

18 *Summus Pontifex cum ei non sit data potestas in destructionem, sed solum in ædificationem non potest sine iusta, & rationabili causa Immunitati Ecclesiasticæ aliquatenus renunciare.*

19 *Summus Pontifex potest reuocare concessionem iuste olim factam laicis Iurisdictionis Ecclesiasticæ exercendæ, si modo ob rerum, & temporum mutationem iniqua euadere potest.*

20 *Summus Pontifex ad euitandum maius damnum rationabiliter tolerare potest consuetudinem contra immunitatem, donec melior apparuerit occasio.*

21 *Summus Pontifex sine causa iusta ad libitum non potest reuocare immemorabilem, & legitimam cum constanti fama semper, & traditione de concesso priuilegio præscriptam consuetudinem & priuilegium, præsertim per modum contractus, vel concordiæ concessum.*

22 *Principis priuilegium decet esse permansurum.*

23 *Princeps secularis sine iusta causa non reuocat priuilegia ab ipso concessa.*

24 *Indecorum est, Pontificem à Principibus seculi æquitate, & constantia superari.*

ESPONDETVR. De his omnibus, quæ dixi in præsenti *Dub. vide infrà cap.5.6.& 7.per tot.* Vide etiam *supra cap.1.Dubit.5.6.7.8.9.10.11. 12.14. & 15.cap.2.Dubit.4.cap.3.8.& lib.de Parlament.Dubit.4.sect.19.subsect.3. & 4. Dubit.27.* vbi rationibus, & auctoribus multis adductis, dicebamus quod exemptio fori, & immunitas, seu libertas Ecclesiastica sit de iure diuino, saltem fundamentaliter.

Item secundo dicebam, quod non possit renun- 1
ciari à clericis, neque cum iuramento, neque cum
consensu Episcopi. *cap.si diligenti, de foro compet.* Et 2
ratio pro nunc breuiter sit; quia non est ob particularem aliquorum, sed ob communem Ecclesia- 3
sticæ hierarchiæ fauorem constituta. Sicuti præter alios adnotarunt Innoc.& Abb. *in c. nouerit, de sentent.excommun.* Caietan. *ver.Immunitas Ecclesiastica,* & Suar.*lib.de immunit.Eccles.cap.1.num.11.de censur. disp.21.sect.2.num.89.* qui propterà dixerunt, & recte, quod nomine immunitatis Ecclesiasticæ non
veniant particularis alicuius Ecclesiæ, vel Ecclesia- 4
sticæ personæ exemptiones, & priuilegia, quæ à priuilegiato renunciari possunt.

Item tertiò dicebam, quod non possit tolli, vel 5
minui per solam contrariam, quamuis immemorabilem, consuetudinem; sicuti etiam ex communi docent Doctores *in cap.clerici;* vbi Abb.*num.5. & 6. de iud.* gl.*in cap.vlt.ver.rationabilis, de consuet.* Abb. *ibid.num.5.* Bald.*in rubr.Authent.Cassa, Cod.de SS. Eccles.* Ioan.Lupus *de libert.Eccles. par.1.q. 6.* Marcha *de iurisdict.par.4.cas.63.& seq.* Azor. *to. 1.lib.5. cap.13.q.8.* Suar.*de immunit.lib.4.cap. 34. numer. 10.* Tannerus *lib.2.defens.Eccles.libertatis cap. 16.* & alij multi, quos ibi citabam contra Couarruuiam *in pract.qq.cap.31.num.5.& cap.35.* & Clarum *lib. 5. sent.§.practica criminalis,q.36. num. 3.* qui tenent,
quod immunitas Ecclesiastica, licet non possit per 6
consuetudinem tolli totaliter, & in vniuersum, possit tamen tolli ex parte, & in particulari, vt scilicet Magistratus secularis in certis causis, quæ alioquin ad Magistratum Ecclesiasticum pertinerent,

rent, iurisdictionem exerceat.

Sed, quod contra Couartuuiam, & Clarum di-
cebam, probatur; quia si immunitas Ecclesiastica
per consuetudinem derogari posset, vel id esset per
modum reuocationis, interueniente scientia, & sic
tacito consensu Summi Pontificis; vel per modum
legitimæ præscriptionis, quæ etiã ignorante Prin-
cipe aduersus legem fieri potest, sed neutrum dici
potest, ergo. non enim dici potest prius, quia satis
constat, quod Summus Pontifex huiusmodi con-
7 suetudini non præbeat tacitum consensum appro-
batiuum, quin potius eam expressè reprobet, &
damnet per generalia edicta, & Bullam Cœnæ
quotannis; quamuis interdum prudenter toleret
ad euitandum damnum maius. Nec potest dici po-
sterius; quia consuetudo, quę vt irrationabilis dam-
nata est (qualis est consuetudo, aduersus libertatem
Ecclesiasticam, *Authen. Cassa de SS. Eccles. cap. 1. c. ap. ad nostram. cap. inter de consuet. cap. cum terra de elect. cap. clerici de iudic. & cap. nouerit de sentent. excomm.* quapropter glossa *in cit. cap. clerici, ver. consuetudine*, & altera glossa *in cap. vlt. de consuet. ver. rationabili*, & Abbas *ibidem num* 5. expressè pro regula tradunt
8 quod consuetudo, quæ contra neruum Ecclesiasti-
cæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem tendit, irra-
tionabilis sit) non potest via præscriptionis legem
abrogare: sicuti constat ex *cit. cap. vlt. de consuetud. & ex dictis in cit. Dubit. 27. per totam, & supra cit. cap. 1. dubit.* 15 & ex dicendis *cap. 5. 1. dub.* 14.

Accedit, quod laici, sicuti iurium spiritualium
9 v. g. iuris decimarum Ecclesiastici beneficij, &c. ita
etiam iurisdictionis super Ecclesiasticas personas
incapaces sunt, ergo non possunt eam præscribere;
quia vbi est incapacitas ex parte præscribentis, non
potest procedere præscriptio.

10 Accedit secundò, quod omnis legitima præscri-
ptio legis auctoritate, & adminiculo niti debet (cũ
sit beneficium à lege impertitum) At præscriptio
aduersus Ecclesiæ libertatem à nulla lege admini-
culum habere potest, ergo: non enim habere po-
test à lege ciuili, cum ea limites suæ potestatis ex-
cedere non possit nec debeat; neque à lege Canoni-
ca, cùm lex Canonica, eiusque custos Summus Põ-
tifex huic præscriptioni semper resistant; vt *supra cit. cap. 1. dub. 15. & cit. Dub. 27. per totam* diffusè di-
cebam, *& in c. 5. dub* 14. dicam.

Subdebam tamen ibi, quod Sommus Pontifex
11 per speciale priuilegium ex causa rationabili Magi-
stratui seculari cõcessũ, possit ex parte Ecclesiasticę
exemptioni derogare, vt proinde virtute talis pri-
uilegij laici capaces sint ioristictionis in Ecclesia-
sticas personas in aliquibus causis exercendæ, se-
cundùm limites priuilegij concessi; Quapropter
quamuis accidat, quod titulus priuilegij concessi
modò exhiberi non possit, si tamen constans sem-
per fama ac traditio fuerit de concesso priuilegio,
ideoque laici in Ecclesiasticas personas iurisdictio
12 nem aliquam exercuerint, fundantes se non in me-
ra consuetudine (cùm ea iuribus reprobata sit) sed
in titulo rationabiliter ac bona fide præscripto,
tunc præscriptioni locus esse possit per tempus,
cuius initij memoria non sit; sicuti *ibidem* dicebam,
videri etiam poterit Suarez *cit. cap. 34. num.* 17. Na-
uar. *cap. 27. num.* 11. Vasq. 1. 2. *disput.* 197. *cap.* 4. *num.* 32. *to.* 2. Azor. *to.* 2. *lib.* 10. *cap.* 7. *quæst.* 5. Becanus *in sum.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *quæst.* 1 c. *num.* 2. Bonacina *de censur. disp.* 1. *q.* 15. *punct.* 4. Bannez 2. 2. *q.* 67. *art.* 2. *dub.* 2. *concl.* 2. Ioan. de la Cruz *par. 1. præcept. 8. ar. 1. dub. 1. concl.* 3. Filliucius *to. 1. tract.* 16. *cap.* 10. *num.* 258.
Pesantius, Zauardus, Salgadus in vtroque tractatu
de priuilegiis, & Curtellius *de immunit. Eccles. lib.* 1. *q. 2. n. 7. & seqq. & q. 6. & lib. 2. q. 6. n.* 8.

Et subdebam secundò, quod talis immemora-
bilis, & legitimè præscripta consuetudo à Summo
Pontifice ex causa rationabili tolli, & reuocari pos- 13
sit; quia, cùm præscriptio aduersus Ecclesiasticam
libertatem, vt legitima sit, fundari debeat in priui-
legio Pontificis, consequens est, quod sicut priui-
legium à Pontifice ex causa rationabili reuocari 14
potest, vt infrà, ita etiam præscriptio ex præsump-
tione priuilegij vim habens reuocari possit, sicuti
in cit. dub. 27. & cit. cap. 1. dubit. 15. dicebam, *& cit. cap. 5. dubit. 14. sect. 8. & seqq.* dicam; & dixit Suarez
in loco supra cit. numer. 18. & Baldellus *lib.* 5. *disp.* 40. *n.* 7.

Confirmatur, quia libertatem Ecclesiasticam
conseruare, eandemque diminutam redintegrare 15
spectat ad Clauem supremæ spiritualis potestatis à
Christo Petro, eiusque successoribus traditæ, con-
tra quam supremam spiritualem potestatem præs-
criptio dari non potest; sicuti rectè dixit Inno-
cent. *in cap. 2. de postul. Prælat.* & admittunt om-
nes Doctores teste Crauetta *de antiq. tempor. to. 2. tract. ar.* 170.

Neque obstat, quod super ea re inter Ecclesiæ
Prælatos, & Principem secularem concordia facta 16
sit, & à Summo Pontifice confirmata; quia adhuc
tamen ex causa graui ad bonum publicum spectã-
te reuocari poterit; quod inde probatur; quia con-
cordia, vel ideò tantum facta est, vt intelligatur,
quousque priuilegium gratuitò concessum se ex-
tendere debeat; & tunc clarum est, quod concordia 17
in gratuito priuilegio fundata, ex causa rationabi-
li possit reuocari: vel concordia transiit in pactum
onerosum, atque reciprocum; & tunc quoque ob
causam rationabilem grauissimam ad bonum pu-
blicum spectantem à Summo Pontifice reuocari
poterit, vt ibidem cum Suarez, & aliis dicebam; &
patet ex doctrina generali de priuilegiis quæ licet
à Principe ob merita, vel cũ imposito onere alicui
concessa fuerint, tamen adhuc ex plenitudine pote-
statis reuocari possunt, ob publicam grauissimam
causam ad bonum publicum spectantem, cùm hu-
iusmodi casus semper in concessione, & concordia
ipsa exceptus censeatur, ex eo, quod semper bo-
num publicum præferri debet priuato; dummodo
tamen parti priuilegiatæ damnum, si quod inde
ipsi sequatur, compensetur; sicuti ibidem dicebam,
& docet Suarez *de legibus lib. 8. cap. 37. num. 5. & de immunit. lib. 4. cap. 34. num.* 24. Baldellus *cit. disp.* 40. & Curtellius *de Eccles. libert. lib.* 2. *q.* 96.

Confirmatur, quia cùm immunitas Ecclesiastica
sit in maximum bonum Ecclesiæ, & forsan etiam
de iure diuino, vt *suprà cit. cap* 1. *dubit.* 2. *& lib. de parlamentis cit. dubitat. 17. sect.* 4 dicebam, *& cit. cap. 5. dubitat.* 8. dicam, non potest Summus Pontifex
(cùm ei non sit data potestas in destructionem, sed 18
solum in ædificationem) sine iusta, & rationabili
causa dictæ immunitati aliquatenus renunciare;
alioquin irrita, & nulla erit renunciatio; & si fa-
cta fuerit, reuocari debebit; Quin & si ab initio iu-
sta, & rationabili causa existente, iustè facta fuerit
renũciatio, seu iustè impertita fuerit iurisdictionis 19
in materia Ecclesiastica per laicos exercendæ con-
cessio, tamen ob rerum, & temporum mutationem
iniqua euadere potest (si scilicet in contemptum 20
Ecclesiastici status, atque Ecclesiæ detrimentum
tendere incipiat) quo casu ad Summum Pontifi-
cem pertinebit reuocare renunciationem factam,
seu

seu priuilegium concessum; præsertim quia etiam priuatorum pacta ob dolum, magnam læsionem, vel iniquitatem partim annullantur, partim rescinduntur; quapropter & prædicta concordata, si talia esse reperiantur, huiusmodi remediis subiacebunt; quamuis interdum possit Pontifex ad vitandum damnum maius, rationabiliter tolerare, & differre, donec mitior, & expeditior apparuerit occasio.

21 Cæterum sine iusta causa ad libitum non potest Pontifex immemorabilem, & legitimam cum constanti fama semper, & traditione de concesso priuilegio præscriptam consuetudinem, vel priuilegium, præsertim per modum contractus, vel concordiæ, concessum reuocare, sicuti colligitur ex multis Pontificum responsis in vnum collectis in Decreto Gratiani *causa* 25.*q.* 2. præcipuè 2.4.7.9.10.11.12.16.*&* 19.& apertius ex *cap.* 21. vbi nullatenus ab his discedēdi liberā Pōtifex permittitur habere licentiam; & docent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Suarez *in defens. fidei lib.* 4. *cap.* 24.*num.* 21. Gonzal. *de reg. Cancell. glos.* 16.*num.* 5.*& glos.* 28.*num.* 14. Rebuff. *ad concord. Franc in rubr. de Prel in præfat.* Salzed. *de leg. Polit. lib.* 2.*cap.* 15.*n.* 90. & Curtellius *de immunitate Eccles. lib.* 2.*q.* 2.*n.* 2.

22 *& seqq. & q.* 6.*n.* 19.*& q.* 96. præsertim, quia beneficium Principis decet esse permansurum; & Pontifex præcipuè debet sanctitate, & integritate fulgere; vnde, si sic, scilicet sine iusta causa, reuocet, reuocatio non multum vigebit. Quod adeo verum est, vt propterea in multis Canonibus ipsemet Pōtifex permittat, & moneat nonnulla rescripta, quæ aliquādo in contrarium, præsertim in præiudicium tertij, concedit, se sæpissimè ad importunitatē partiū, ac ob nimias occupationes subterfugere, ac quasi furtim excidere, cap. si aliquando de sentent. excommunic. ibi: *Cùm per ignorantiam, vel negligentiam, vel occupationem nimiam, vel etiam subreptionem contingat huiusmodi literas impetrari*, cap. si quando de rescript. ibi: *Patienter sustinebimus, si non feceris, quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum*, cap. cùm adeò, eodem tit. ibi: *Vt ex certa scientia nihil in eis* (scilicet rescriptis) *faciamus apponi, quod de iure debet reprehendi.* & cap. Constitutus, eodem tit ibi: *Intelligendum erat, circumuenisse prædecessorem nostrum.* & paulò post: *Quidquid factum est occasione literarum ipsarum, irritum decernatis* Nec mirum, quia in iudicialibus definitionibus error aliquando interuenire pōtest, cap. à nobis, de sentent. excommun. cap. tum ex literis de restitut. in integr. & videri poterit Ancharan *consil.* 313. Victor. *de potestat. Papa, & concilij* 10.2. Salzedus *de lege polit. lib.* 2 *cap.* 3.*&* 4 *&* Curtellius *de immunit. Eccles. lib.* 2.*q.* 5.*num.* 15.

23 Accedit, quod neque Principes seculares ad libitum sine iusta causa priuilegia ab ipsis concessa reuocant; ergo multò minus Pontifex; cùm sit indecorum, Pontificem à Principibus seculi æquitate, & cōstantia superari, sicuti rectè dixit Innocentius IV. *in cap. per tuas, vers. igitur, de donat.* & tradunt Doctores, quos citat, & sequitur Callist. *de lege Regia* §. 17.*num.* 8 & Curtellius *de donat. tract.* 1.*disc.* 2.*par.* 6.*num.* 197.*& seq. fol.* 244.*to.* 1.*& tom.* 2. *speciali* 24.

* * *

CAPVT QVINTVM

De Gabellis.

DVBITATIO I.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per grauaminis impositionem.

SECTIO I.

Suppositum

Cum decisione multorum Casuum

SVMMARIVM.

1 *Grauamen, seu Tributum rebus imponitur, vel ex Principis auctoritate, vel ex earum domino.*

2 *Tributum impositum à rerum domino debetur etiamsi ad Ecclesiam, vel Ecclesiasticos res illa deuenerint.*

3 *Res transit cum onere suo in quo casu sit verum.*

4 *Ecclesia tenetur soluere collectas, seu contributiones, si eidem relictus sit fundus ea conditione.*

5 *Vnicuique datum est de re sua disponere, prout placuerit.*

6 *Ecclesia tenetur ad onera, quibus bona ad ipsam prouenta iam antea obstricta erant.*

7 *Transferens quocumque titulo rem quampiam in Ecclesiam præiudicare non potest iuri alterius, quod in re illa habet.*

8 *Quisque rei suæ est moderator, & arbiter, non autem alienæ.*

9 *Ecclesia non tenetur soluere grauamen, seu tributum impositum rebus Principis auctoritate.*

10 *Ioannes Driedo reprehenditur, & cur.*

11 *Tributum impositum ex auctoritate Principis afficere non potest nisi subditos Principis, non Ecclesiam, nec Ecclesiasticos.*

12 *Tributum soluere est proprium subditorum; & signum subiectionis.*

13 *Ecclesia, & Persona Ecclesiastica immunes sunt à iurisdictione Principum secularium.*

14 *Res Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum sunt specialiter sub Dominio Dei, & ordinantur ad cultum illius.*

15 *Res non solum Ecclesiæ, sed etiam Ecclesiasticorum liberæ, sunt à grauamine, seu tributo Principis.*

16 *Grauantes bona Ecclesiarum seu Ecclesiasticorum nisi post admonitionem destiterint, ipso iure sunt excommunicati.*

17 *Ecclesia, & Persona Ecclesiastica, ac res ipsarum non solum iure humano, sed etiam Diuino à secularium Personarum exactionibus sunt immunes.*

18 *Personæ priuatæ quæ talia ab Ecclesiasticis exigunt excommunicantur, & Communitates subiiciuntur Interdicto, à quibus pœnis non possunt absolui, nisi facta restitutione.*

19 *Consuetudo exigendi collectas ab Ecclesiasticis est corruptela, nec potest præscribi.*

20 *Episcopi tenentur publicare, vel publicari facere Censuras contra eos, qui portoria, vel vectigalia ab Ecclesiasticis exigunt.*

21 *Amplia, quod Ecclesiastici non possunt collectari*

etiam

etiam in acquisitis titulo temporali, vt patrimonij, hæreditatis, legati, vel donationis, &c.

22 *Tributum exigi non potest à rebus, sed à Personis, quarum res sunt.*

23 *Tributum exigi potest à Personis Ecclesiasticis de bonis, quæ negociantur.*

24 *Optimo existimantium Ecclesiasticos posse collectari in bonis patrimonialibus exceptis iis, ad quæ Clerici veluti ad titulum ordinantur, reperitur.*

1 VPPONO ex iis, quæ dicebam *lib. de Parlamentis Dubit. 24. & seqq.* quod
grauamen, seu tributum rebus imponitur, vel ex Principis auctoritate, seu iurisdictione, vel ex earum Domino.
In posteriori casu certum est, quod grauamen,
2 seu tributum impositum debetur; tametsi ad Ecclesiam, vel Ecclesiasticos res illæ deuenerint; sicuti colligitur ex *cap. si tributum, c. magnum, 11. quæst. 1. & ex c. tributum, 22. quæst. 8.* Et probatur; quia cum liberum Domino fuerit, rem suam Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis simpliciter non donare, potuit is consequenter, & multò magis diminutè illam donare; quod fecit reseruando in illa pensionem alteri, seu disponendo, vt ad quemcunque possessorem illa transiuerit, transeat cum tali grauamine: & in hoc sensu verissimum est, rem transire cum onere suo, *l. alienatio, ff. de contrah. empt. l. traditio, ff. de acquirendo*
3 *rerum dominio, l. si diuina, Cod. de exactoribus tributorum lib. 10. cap. cum non si, cap. Pastoralis, de decimis, cap. ex literis de pignoribus, cap. quicumque, 16. quæst. 1. & Clement. 1. de censib.* Vide, quæ dicentur *infra dubit. vltima.*
4 Hinc sequitur, quod si relinquatur Ecclesiæ fundus ea conditione, vt ex illo collectæ, vel contributiones aliquæ debeantur, Ecclesia illas soluere teneatur; quia (sicuti dicebam) vnicuique datum est
5 de re sua disponere, prout placuerit: quapropter huiusmodi pacta, siuè conditiones seruari debere, clarè colligitur *ex cap. verum de cond. & appositis, cap. cum dilecti, de donat. & cap. præterea, 2. iuncta glossa, ver. institutos, de iure patronat.* & docent ex communi Suarez *lib. 4. de Immunitate Ecclesiastica c. 20. num. 5. & sequent.* Azorius *1. par. lib. Instit. Moral. cap. 13. quæst. 1.* & nos dicebamus *citata Dubit. 24. sect. 5.* & dicemus *infra citata sectione vltima.* Idem-
6 que dicas, si bona, antequam ad Ecclesiam quocumque titulo deuenerint, reali aliquo onere, seruitio, vel pensione obstricta fuerunt: nam res, sicuti dicebam, transit cum onere suo, & manifestum est, eum, qui venditione, donatione, legato, &c. rem
7 quampiam in Ecclesiam transfert, præiudicare non posse iuri alterius, quod in re illa habet: nam
8 rei suæ quisque est moderator, & arbiter, non autem alienæ, *l. in re mandata: Cod. mandati*; & videri potest Abbas *in cap. cæterum, num. 1. & 5. de iudiciis,* Molina *tractatu 2. tomo 3. priore disp. 661. n. 2. & disp. 672.* Gutierez *lib. 1. practic. quæstionum, quæstione 3. num. 15*
In priori autem casu (si scilicet grauamen, seu
9 tributum rebus imponitur ex Principis auctoritate, seu iurisdictione) hoc ipso, quod res transeunt ad Ecclesiam, vel ad Ecclesiasticos, cessat grauamé, seu tributum, sicuti contra Ioannem Driedonem
10 *de libertate Christiana lib. 2. capit. 3.* (vbi minus rectè dixit, quod prædia omnia sint obstricta pro tributis Reipublicæ impositis, & imponendis; & quod cum hoc onere transeant in Ecclesias, & personas Ecclesiasticas) constat ex *cap. 1. de immunitate Ecclesiastica in 6* ibi: *Non licere quibuscumque iurisdictionem temporalem exercentibus exactiones quascumque Ecclesiasticis imponere, vel exigere, &c.* Et probatur; quia
grauamen, seu tributum impositum ex auctoritate 11
Principis afficere non potest, nisi subditos Principis, non autem Ecclesiam, nec Ecclesiasticos; cum hi ex *cap. qualiter, & quando de iudiciis, & c. 2. de foro competent.* sint extra iurisdictionem illius: & ex alio
capite soluere tributum, sit proprium subditorum; 12
siquidem id signum est subiectionis, vt ait Apostolus ad Romanos 13. *Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam: ideò*
enim & tributa præstatis. At Ecclesiæ, & personæ Ec- 13
clesiasticæ immunes sunt à iurisdictione Principum secularium, ergo etiam & ab illorum tributis.
Confirmatur; quia res Ecclesiæ, & Ecclesiastico- 14
rum sunt specialiter sub dominio Dei, & ordinantur ad cultum illius; ergo indecens est, quod impositione talium onerum profanentur. Vide citatam Dubitationem *24. section. 3. 4. & 6.*
Hinc sequitur, quod non solum res Ecclesiæ, sed
etiam res Ecclesiasticorum à grauamine, seu tribu- 15
to Principis liberæ sint.
Probatur vlterius primò ex *c. non minus de immunit.* 16
Eccles. ibi: *De bonis Ecclesiarum, & clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis;* vbi paulò post statuitur, vt nisi post admonitionem destiterint, ipso iure sint excommunicati. Item ex *cap. aduersus, eodem tit.* ibi: *Qui Ecclesias, & Ecclesiasticos viros talleis, seu collectis,* &c. & ex *cap. quamquam de censibus, in 6.* Vbi Bonifacius VIII. ait: *Cum igitur Ecclesia, Ecclesiasticæque per-*
sonæ, ac res ipsarum, non solum iure humano, quin & di- 17
uino à secularium personarum exactionibus sint immu-
nes &c. Et infrà. *Excommunicat personas priuatas ipso* 18
facto, quæ talia ab Ecclesiasticis exigunt, & Communitates subiicit interdicto, à quibus pœnis non possint absolui, nisi facta restitutione. Ibidem contrariam consuetu-
dinem dicit esse corruptelam, vnde sequitur, hoc 19
ius non posse contra Ecclesiasticos præscribi: Item ex *Clement. præsenti, de censibus,* ibi: *Ne à personis Ecclesiasticis pro se, aut pro suis propriis rebus tributa exi-*
gantur. Vbi paulo post præcipitur Episcopis, vt cen-
suram excommunicationis, & interdicti, quam in- 20
currunt ij, qui portoria, vel vectigalia ab Ecclesiasticis exigunt, publicene, & à suis publicari faciant. Item ex *cap. clerici de immunit. Eccles. in 6.* ex Tridentino *sess. 25. cap. 10. de reformat.* & ex Bulla Cœnæ, *can. 18.* vbi sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, & Papæ in eadem Bulla Cœnæ reseruatæ ibidem præcipitur.
Probatur secundò ex Nouella Friderici Imperat. quæ incipit: *Item nulla,* de Episcopis, & clericis, vbi dicitur: *Item nulla Communitas, vel persona publica, vel priuata collectas, vel exactiones, angarias, vel perangarias Ecclesiis, vel aliis piis locis, aut Ecclesiasticis personis imponere præsumat, &c.* & ex *l. sancimus Cod. de sacrosanctis Ecclesiis,* vbi idem præcipitur.
Et hoc quod dixi, verum est non solum in rebus Ecclesiasticorum acquisitis titulo spiritualia (vt sunt fructus decimarum, & beneficiorum, &
quæ in stipendium ob administrationem Sacra- 21
mentorum illi recipiunt; quæ quod nouis impositionibus non subdantur, conueniunt Doctores, Innocent. Ioan. Andr. Hostiens. Ancharan. Butr. Abb. & alij passim, quos citat, & sequitur etiam Cutellius *de immun. Eccles. lib. 1. quæst. 40. num. 3.*) sed etiam in acquisitis titulo temporali, vt patrimonij, hæreditatis, legati, vel donationis, &c (de quibus *in cap. 20. Episcopi cum duobus seqq. 12. quæst. 1.*
cap.

cap. fixum, 11. *q.* 1 .*cap. quia nos*, 9 *cap. relatum*, 12 *de testam.& c.* 1. *de su eess. ab inteft.*) hæ enim etiam hoc
22 ipso, quod ad Ecclesiasticos perueniunt, à tributis Principis eximontur; quia tributum exigi non potest à rebus, sed à persona, cuius res suot; ergo exigi non potest ab Ecclesiasticis; cùm hi exempti sint à iurisdictione Principis secularis; & ex alio capite tributi solutio signum sit personę subiectionis, ex Paulo *ad Roman.* 13. suprà.

Confirmatur primò ex cit. Constitutione Bonifacij ibi: *Cùm persona Ecclesiastica, & res ipsarum sint immunes.* vbi Pontifex loquitur de omnibus Ecclesiasticorum rebus, cum indefinitè loqoatur.

Confirmatur secundò, ex Bullæ Cœnæ *cit. Can.* 18. cùm ibi Pontifex dicat: *Clericis, Prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus:* & sic distinguat bona Ecclesiasticorum à bonis Ecclesiarum; ac proinde loquatur, noo tantum de bonis Ecclesiasticis, quæ dicuntur bona Ecclesiarum, sed etiam de quibuscunque aliis Ecclesiasticorum bonis.

Confirmatur tertiò, ex cit. Nouella: *Item nulla*, de Episc. & cler. aliisque legibus Patauinis Frieder. II. Imperatoris; & legibus Caroli IV. eodem modo bona Ecclesiasticorum à bonis Ecclesiarum distinguentibus, & confirmatis à Bonifacio IX. in Constitutione 4. *& in cap. quamquam de censibus in* 6. vbi
23 tamen excipiuntur, si quæ negotiationis causa transferaotur. Vide, quæ dicentur infrà dubit. 3.

Atque ita docet gl. *ibidem. ver. ipsarum, & in cap. fin. de vita, & honest. cleric. ver. suis facultatibus. & in cap. similibus.* 16. *q* 1 Panor. *par.* 1. *consil.* 3. Gemioian. *cap.* 1. *num.* 4. *de immunit. Eccles. in* 6 Bartol. *in l. rescripto, ff. de muner. & honor. & in l. placuit, Cod. de sacros. Eccles.* Hostiens. *Sum. de immunit. Eccles.* §. *à quibus*, Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 2. *art.* 2. *concl.* 6. Silu. *ver gabella*, 3. §. 1. *& ver. Immunitas*, 1. *num.* 6. *& ver. ex communicatio*, 9. §. 13. *vers. & tertiò*, Tabien, *eod. ver* 5. *cas.* 18. Nauar. *cap.* 17. *num.* 202. vbi expresse affirmat, incorrere censuram Bullæ Cœnæ illos, qui à clericis pedagia exigunt, vel exigi iubeot; etsi id, qood clerici vehunt, important, vel asportant, sit de eorum patrimooiis, vel proueotibus Ecclesiasticis) Vgolin. *cap.* 18. §. 3. Soarez *de censuris, disp.* 23. *sect.* 4. *num.* 21. *& contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 24. & 25. Sayrus *de cens. lib.* 3. *cap.* 22 *num.* 9. Riccius *par.* a *decis.* 199. *num.* 3. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 29. *num.* 2. Less. *de iust. & iur lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 3. *num.* 19. Alter. *de cens. d.* 59. *cap.* 1. Molina *disp.* 670. Tusch. *ver. bona, concl.* 114. Reginald. *lib.* 11. *num.* 377. Homoboous *par.* 2. *tract.* 11. *cap* 6. *q.* 9. Duardus *in Bull. Cœnæ, lib.* 2. *can.* 18. *q.* 5. *num.* 4. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6 *num.* 9. Azor. *par.* 3 *lib.* 5. *cap.* 19. *q.* 7. Filliucius *to.* 1. *tract.* 16. *cap.* 15. *num.* 298. Molfesius *in sum. to.* 2. *tract* 12. *cap.* 22. *n.* 166. Coriolanus *in Bull. Cœnæ, excommunicatio* 18. Prosper de Augustino *in Addit ad Summam Quarantæ, ver. vectigal*, Megalius *in par.* 2. *lib.* 2 *c.* 17. *q.* 6. *n.* 14. Salonius *to.* 2. *in* 2. 2. *q* 78. *art* 5. *Contr.* 2. *num.* 2.
24 Faustus *in Specul. Confess. disp.* 33. *q.* 53. *nu.* 2. Belletros *in disquis. cleric. par.* 1. *tit.* 5. §. 5 *num.* 5. & Diana *par* 5. *tract.* 2. *resol.* 39.

Quidquid io cootrarium (præter Ioanē Driedonem suprà) etiam in patrimonialibus, senserit Nauar. *c.* 27. *n.* 128 sibi contrarius. Curtellius de *immun. Eccles. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 20. *& seq.* & Bobadilla *in polit. to.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 160. *in gl. lit* F. citans multos Iuristas, eum limitatiooe tamen, vt id non intelligatur quoad booa patrimonialia, ad quorum titulū Ecclesiastici ordinati sunt; Hoc supposito sit

SECTIO II.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas, & libertas Ecclesiastica violatur, si Domini seculares grauent Ecclesias, monasteria &c. vel Personas Ecclesiasticas, quoad se, vel quoad ipsarum res proprias & quas non causa negotiationis deferunt; vide diffusius.*

2 & 3 *Officiales Communitatum, Ciuitatum, seu Castrorum, qui onera Ecclesiasticis imposuerunt, adhuc finito officio, remanent excommunicati cum obligatione satisfaciendi debito, simulque sunt Excommunicati successores in officio, nisi intra mensem ipsi satisfecerint, non quidem de bonis suis, sed de communibus*

4 *Reges, & Imperatores dictam Immunitatem, & exemptionem à tributis gabellis, &c. concesserunt ipsis etiam Ecclesiasticis, quin plus orationibus, ceterisq. suis piis operibus conferunt Principibus, quam tributis, &c.*

5 *Affertur decretum Concilij Lateranensis sub Leone X.*

6 *Reges, & Imperatores collectantes, seu imponentes tributa Ecclesiasticis excommunicantur.*

7 *Augentes vetus tributum Ecclesiasticis sine licentia summi Pontificis excommunicantur.*

8 *Item Exigentes grauamina sic imposita.*

9 *Item sic imposita recipientes etiam à sponte dantibus.*

10 *Quod datur sponte ab Ecclesiasticis non datur.*

11 *Datio etiam spontanea vere sit, & fieri præsumitur ratione oneris, seu grauaminis Ecclesiis, vel Ecclesiasticis impositi.*

12 *Recipientes ab Ecclesiasticis tributa in quorum impositione ipsi Ecclesiastici expresse excipiuntur, non incidunt in excommunicationem Bullarem, si ipsi spontaneè soluant.*

13 *Omnes modi quicumque sint exigendi collectas ab Ecclesiasticis damnantur.*

14 *Soluentes sponte tributa, siue quocumque alio modo non incidunt in Excommunicationem Bullarem, & Constitutio Bonifacij quoad hoc fuit reuocata.*

15 *Facientes, exequentes, procurantes auxiliantes, consilium vel fauorem præstantes directè, vel indirectè per se, vel per alios excommunicantur in Bulla Cœnæ.*

16 *Hæredes Imponentis tributa, si ea continuant, sunt excommunicati.*

17 *Grauantes Consanguineos, seu affines Ecclesiasticorum propter ipsorum Clericorum exemptionem, magis quam consuescant facere cum aliis, excommunicantur.*

18 *Notarij, qui edicta conscribunt, præcones, qui publicant, Publicani, qui conducunt, Curiæ Ministri, qui exigunt iussa Dominorum, ceterique famuli, qui denunciant, capiunt, sequestrant, excommunicantur.*

19 *Clausula ly per se vel per alios directè, vel indirectè, dantes auxilium, consilium, vel fauorem, quomodo intelligenda sit.*

1 RЕspoodetur, violari immooitatem, & libertatem Ecclesiasticam, si domini secolares grauent Ecclesias, Mooasteria, &c. vel personas Ecclesiasticas (quoad se vel quoad ipsarum res proprias, &c

& quas non causa negotiationis deferunt) anga-
riis, decimis,gabellis,pedagiis ,portoriis,collectis,
seu talliis,præstantiis(quæ tantum habent nomen
mutui , cùm numquam restituantur)vel similibus
exactionibus , & oneribus realibus,personalibus,
aut mixtis ; idque propter rationes suprà dictas,&
propter iura *suprà cit.* præcipuè *cit cap.quamquam de
censibus in 6.*vdi subditur : *Qui contra fecerint,si per-
sone fuerint singulares , excommunicationis , si au-
tem collegium , vel vniuersitas ciuitatis , castri , vel loci
alterius cuiuscumque , ipsa ciuitas , castrum , vel locus
interdicti sententiae ipso facto incurrat ; & qui excom-
municationem incurrerint,ab excommunicatione non ab-
soluantur: & collegium,vel vniuersitas,&c. ab interdicto*
2 *non liberetur , donec integrè satisfecerint.* Et cap *aduer-
sus,de immunit. Eccles.* vbi prætereà statuitur,quod
collegij,Ciuitatis,vel castri,&c.officiales,qui dicta
onera imposuerunt , remaneant , adhuc finito offi-
3 cio,excommunicati cum obligatione satisfaciendi
debito;simulque sint excommunicati successores in
officio,nisi intra mensem ipsi satisfecerint,nō qui-
dem de bonis suis,sed de communibus,cùm vt of-
ficiales collegij,ciuitatis,vel castri,&c.teneātur sa-
tisfacere. Vide ,quæ dicebam *lib.de Parlamentis cit.
Dubit.* 24. 25. 26. 27. 28. 19. & 30. Vide etiam
4 *l. Sancimus , l. placet. l. iubemus , l. priuilegia , l.
cassa , Cod.de sacros. Eccles.* & Authent. *Item
nulla potestas* , Cod.de Episc. & cleric.vbi easdem
immunitates Ecclesiis,& Ecclesiasticis concesse-
runt Imperatores , & Reges , & meritò , non so-
lùm quia (sicuti dicebam) Ecclesię & Ec-
clesiastici eximuntur à potestate seculari ; sed
etiam quia sacrificiis , & orationibus ad De-
um , cæterisque suis piis operibus plus , quam
tributis , collectis , & talliis , conferunt Princi-
bus secularibus in vtilitatem Regnorum , *cap.
in qualibet 23. quæst.* 8. Vide etiam Concilium
Lateranense sub Leone X. anno 1511. *sess.* 9.
sub fin. §. & cùm à iure tam diuino , &c. vbi sic
habetur : *Innouamus omnes Apostolicas sanctio-
nes in fauorem libertatis Ecclesiasticæ contra eius
violatores quomodolibet editas , & cum in Late-
ranensi pariter , ac Conciliis generalibus , sub ex-
communicationis pœna prohibitum fuerit,ne Reges, Prin-
cipes , Duces , Comites , Barones , Respubl. aliique,
Potentatus quicumque Regnis , Prouinciis , ac terris
quoquomodo præsidentes , collectas , decimas , & alia
huiusmodi onera clericis , Prælatis , & aliis qui-
buscumque personis Ecclesiasticis imponant , exi-
gantque , neue à sponte etiam dantibus , & consen-
tientibus recipiant , atque in præmissis auxilium,
fauorem , vel consilium palam , vel occultè præstan-
tes excommunicationis latæ sententiæ pœnam eo ipso
incidant ; & ipsa quoque Respubl.ac Communita-
tes , & Vniuersitates circa hoc quomodolibet delin-
quentes Ecclesiastico eo ipso subiiciantur interdicto:
Prælati etiam præmissis absque Romani Pontificis
licentia vltrò consentientes , excommunicationis , &
depositionis pœnam ipso facto incurrant , statuimus,
& ordinamus , vt de cætero talia præsumentes , &
si (vt præfertur) qualificati fuerint , vltra supra
dictas pœnas , quas contrauenientes ipso facto incur-
rere volumus , innouamus , quod ad omnes actus legiti-
mos inhabiles,& intestabiles habeantur.*
5 Vide tamen cit. Bullæ Cœnæ Canonem 18.
vbi , innouatis omnibus decretis , conciliis ge-
neralibus , & Canonibus quoad interdictum , de
quo diximus , & quoad alias pœnas in eis con-
6 tentas , excommunicantur ipso facto , qui

(etiamsi Imperatores , Reges , vel qualescumque
Ecclesiastici Prælati sint) Ecclesiis , Monaste-
riis , &c. vel personis Ecclesiasticis (quoàd per-
sonas , vel quoad ipsarum res proprias , & non 7
causa negotiationis deferunt) imponunt (& sic
qui vetus augent) absque speciali , & expressa
licentia Pontificis , aliquod ex dictis oneribus, 8
seu grauamininibus. Secundò , qui onera,seu gra- 9
uamina sic imposita exigunt. Tertiò , qui sic im-
posita recipiunt , etiam à sponte dantibus iux- 10
ta *cap. clericis de immunit. Ecclesiast. in 6.* Nempe
ita , vt quod datur spontè ab Ecclesiasticis , non
detur (vt rectè notant gloss. *in Clem. fin. de cen-
sib. ibidem* Abb. *num.* 5. Curtellius *de immunit.
Ecclesiast. lib.* 2. *quæst.* 45. Suarez *de cens. di-
sput.* 21. *sect.* 2. *numer.* 99. Lessius *de iust. & iur.
libr.* 2. *cap.* 33. *numer.* 19. Viualdus *numer.* 117.
Sayrus *libr.* 3. *cap.* 21. *numer.* o. & Quaran-
ta *ver. vectigal.*) omninò libera , & absoluta
voluntate , sed detur sine alia speciali vi , vel 11
coactione , vel etiam petitione , præter vetitam
Ecclesiasticis impositionem : tunc enim etiam,
ipsa datio , quæ spontanea dicitur , verè fit, &
fieri præsumitur ratione oneris , seu grauami-
nis , etiam Ecclesiis , vel Ecclesiasticis , impo-
siti ; Quod si in impositione oneris , seu gra-
uaminis (quodcumque illud fuerit) exprimere-
tur , Ecclesias , & Ecclesiasticos ad id non teneri, 12
neque comprehendi , & Ecclesiastici adhuc sol-
uerent , in tali casu recipientes ab ipsis non in-
ciderent in dictam excommunicationem Bullæ
Cœnæ Can. 18. quia tunc Ecclesiastici non sol-
uerent ob finem , quod grauamen sit ipsis im-
positum & ideò ibi addidit Pontifex , *Si im-
posita etiam à sponte dantibus recipiunt* ;id est, vt in
impositione comprehenderentur etiam Ecclesiastici 13
Et ne fraus aliqua in exactione lateret,adiecit vlte-
rius Pontifex , *Et diuersis etiam exquisitis modis e-
xigunt*:vt scilicet omnes modos,& titulos exigendi
gabellas , talleas,&c. comprehenderet.Exemplum
habes *in cit.c.clericis ,de immunit.in 6.*in illis verbis:
*sub adiutorij , mutui,subuentionis ,subsidij ,vel doni no-
mine,seu quouis alio titulo*,modo, vel quæsito colore.
Ratio est;quia nullibi Ecclesiastici spontè soluere
vetantur , nec laici ex ita spontè soluentibus acci-
pere:nam licet in Iudicem non suum consentire,
& sic fori priuilegio renunciare prohibentur ,*cap.
significasti , de foro compet.* id est , quia ibi con-
sideratur damnum alterius , id est , Iudicis
Ecclesiastici , cuius superioritati subditorum
renunciatio præiudicare non potest ; quod non
est in casu nostro , sed potius subintrant alia
iura , quibus cuique de re sua liberum arbitrium 14
& moderatio conceditur , *l. in re mandata , Cod.
mandati.*

Cæterùm,quod Bonifacius VIII.*in cap. quamquam
de censibus in 6.* statuerat,nempe , quod non solum
laici recipientes ab Ecclesiasticis sponte dantibus
(modo quo supra explicabam) excommunicatio-
nem reseruatam incurrerent , sed etiam ipsimet
Ecclesiastici spontè dantes , si sine speciali licen-
tia Pontificis darent , iam abstulit Benedictus
XI. *in Extrauag. Quod olim , de immunit.* & Cle-
mens V. *in Clement. quoniam de immunit. Eccle-
siæ.* Neque quoad hoc in cit. Canone 18. Bullæ
Cœnæ innouantur decreta , Concilia generalia,
& Canones : Nam non innouantur ibi dicta de-
creta , Concilia generalia , & Canones , nisi
quantum ad prædicta in hac excommunica-

tione,in qna non comprebeuduntur solnentes, siuè spontè,siue quocumque alio modo. Vide Toletum *lib.1.cap.29.num.5.* Comitolum *lib. 4. q.36.nu. 4.* & Dianam *par.7.tract.1.resol.21.*

Excommunicantur etiam in eodem Bullæ Cœ-
15 næ Can.18,qui per se,vel per alios, directè,vel in-
directè,prædicta facere,exequi , vel procurare,aut
in eisdem auxilium,consilium,vel fauorem præsta-
re non verentur,etiamsi(vt dicebatur)Imperatores,
Reges,vel qualcscumque Ecclesiastici Prælati sint;
Quapropter in dictam excommunicarionem Bul
larem Canonis 18.incidunt , qui per. seipsos , vel
aliorum opera,Ecclesiis,vel Ecclesiasticis onera,seu
tribura imponunt,exigunt,vel recipiunt(vt Prin-
cipes,qui per se , vel per Magistratum imponunt,
per Officialem exigunt , recipiunt , &c. & sicuti
16 rectè notarunt Nauat.*cap.27.num.61.* & Less. *lib.2.*
cap.33.dubit.2. num.17. imponentis etiam hære-
des,qui ea continuant) siuè ipsa onera Ecclesiis,
vel Ecclesiasticis imponantur directè ; vt scilicet
ipsimet soluere compellantur ; siuè indirectè , vt
17 scilicet eorum consanguinei,affines,coloni,&c.ma-
ioribus oneribus graueutur,ex qno indirectè dam-
onm Ecclesiasticis sequatur ; ideoque fiat legis
frans,quæ dicitur de persona ad personam : vel si
Ecclesiastici cogantur res vendere,si pro eis solue-
re nolunt tributa,quæ soluerent laici ; quæ dici-
tur fraus de re ad rem; de quibus , & de reliquis
duobus,& multis aliis modis fraudis vide glossam
in cap.quanto de priuileg. Azorium *tt.1.lib. 5.cap.13.*
q.7. & quæ dicebam *lib.de Parlamenti dub. 30.per to-*
tam.

Item excommuuicantur, qui exequuntur (id
est ea ex mandato Principis , Magistratus , vel
Iudicis , &c. executioni mandant, vel procurant,
id est,mediatores sunt , vt imponantur, exigan-
tur,vel recipiantur) Et qui dant auxilium, con-
silium , vel fauorem , v. g. assessores,qui con-
18 sulont,Notarij,qni edicta conscribunt , præcones,
qui publicant,publicani,qui couducunt, ministri,
qui exigunt iussu dominorum , cæterique Curiæ
famuli,qui denunciant,capiunt , sequestrant,auxi-
liaotur,vel fauent , &c. Vide Nauarrum , & Les-
sium *in locis supra citatis.*

19 An autem clausulæ,ly *per se,vel per alios , directè,*
vel indirectè,dantes,auxilium, consilium , vel fauorem,
subintelligendæ sint in singulis casibus in Bulla
Cœnæ à Canone 14. vsque ad citatum Canonem
18.prohibitis?

Affirmant probabiliter Silu. *ver. excommunicatio 7.numer. 70. 71. & 72.* Tabiena *eodem verb. 6. numer. 12.* & Tolet. *lib. 1. cap. 26. numer. 4.* ex eo , quod omnes illi Canones sint vnicus contextus.

Negant autem probabilius alij (inter quos Alterius *d. 19. cap.4. in princip.*) ex eo quod Pontifex in singulis casibus, in quibus voluit facere huiusmodi extensionem , clausulas illas expressit , v. g. clausulam ly *qui dant auxilium consilium , vel fauorem* , expressit in Can. 14. 16. & 18. & clausulam ly *directè , vel indirectè* expressit in Can. 15. & 18. Ergo tales extensiones (præsertim cùm sint odiosæ) non videntur faciendæ , nisi Pontifex eas expresserit.

SECTIO III.

Difficultates,earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Rex non habet ius imponendi tributum seu vectigal prædio nisi quamdiu illud pertineat ad locum , vel Personam carentem priuilegio immunitatis.*

2 *Principes Christiani iam à mille,& amplius annis in hoc consenserunt , & tot seculis idem seruauerunt.*

3 *Principes Christiani non possunt reuocare priuilegium semel Ecclesia Dei concessum.*

4 *Prædia non transeunt cum onere suo in Magnates à vectigalibus immunes.*

5 *Nullus Princeps factus est Pauperior ex eo,quod ipse , vel subditi eius fuerint liberales in Ecclesiam.*

OBiicies contra dicta ex Driedone ; Rex, seu quicumque alius supremus Princeps,superiorem non agnoscens , habet ius imponendi tributum huic prædio,v g.antequam peruenisset ad Ecclesiam,locum pium,vel personam Ecclesiasticam; sed hoc iure Rex non debet spoliari , ex eo , quod prædium fiat Ecclesiæ,loci pij , vel personæ Ecclesiasticæ;ergo tale prædium est à tributis immune.

Respondeo , Regem non habere ius imponendi 1
tributum , seu vectigal prædio,nisi quamdiu illud
pertinet ad locum,vel personam carentem priuile-
gio immunitatis:vnde hoc ipso,quo transit ad Ec-
clesiam,vel personam fruentem immunitate, amit-
tit hoc ius,vt patet ex rationibus supra allatis. Ac-
cedit,quod Principes Christiani iam à mille & am-
plius annis in hoc consenserint (vt patet ex *l.san-*
cimus, De sacros. Ecclesiis , quæ est Iustiniani.)& tot 2
seculis idem seruauerint : neque vlla causa est,cur
possint hoc priuilegium semel Ecclesiæ ad hono-
rem Dei donatum auferre:hoc enim perinde esset, 3
ac si quis agrum , domum , vel reditum Eccle-
siæ semel donatum tolleret , quod est manife-
stum sacrilegium. Confirmatur , quia simile quid 4
etiam contingit, quando huiusmodi prædia trans-
feruntur in Magnates à vectigalibus immunes:
tunc enim Principes etiam amittunt ius impo-
nendi vectigalia,quod antea in illa habebant.

Instabis , si prædium , vel res ista ad Ecclesiam non peruenisset , sæpe venderetur , vel commutaretur cum alia re , & tunc Principi certum tributum , v. g. decima pars pretij , vel quid aliud cederet : at dum transit ad Ecclesiam,nunquam amplius venditur ; vnde Princeps nihil amplius inde commodi percipit:ergo meritò potest legibus suis cauere,ne res immobiles ad Ecclesiam , vel personam Ecclesiasticam transferantur, vel saltem quod cum hoc onere transferantur.

Respondeo : nego consequentiam ob rationes 5
etiam supra adductas. Accedit, nunquam Princi-
pem vllum factum esse pauperiorem ex eo , quod
ipse , vel subditi eius fuerint liberales ad Ec-
clesiam ; vt patet in Constantino , & Carolo,
vtroque verè magno , & aliis multis : Deus enim,
cuius protectione , & directione Regnorum ad-
ministratio maximè nititur, infinitis modis exi-
guum illud detrimentum vectigalium , quod
ipsi Principes meritò propter rationes dictas ser-
uis eius condonant , compensare potest ; vel

calamita

calamitates,& seditiones auertendo, vel prosperos successus bellorum,noua regna, vbertatem terræ, & alia huiusmodi largiendo:vt omittam, quod sæpe etiam è contra fit,vt ob aliquam seditionem,vel bellum(quod fortasse pietas, & religio Principis auertisset)vno anno plus ipse deperdat.quam mille annis ex huiusmodi tributis percepisset.

SECTIO IV.

An immunes sint ipsæ materiales Ecclesiæ, & ipsis adiuncta:item vasa, vestes, & similia?

SVMMARIVM.

1 *Matrialos Ecclesiæ,& ipsis adiuncta,item vasa, vestes,& quæcumque Consecrata,vel benedicta,tanquam Diuini cultus instrumenta sunt immunia ab omnibus oneribus,at tributis Principum secularium.*

2 *Quæ ad Diuini cultus ministerium dedicata sunt,nullis aliis vsibus humanis, ac profanis applicari debent.*

3 *Ecclesiæ liberæ sunt ab omni onere, & seruitio,item areæ, Domus,& horti iuxta positi.*

4 *Prædium,ex quo panis,& vinũ pro sacra Eucharistia conficienda, vel pro aliis rebus ad Diuini cultus ministerium necessariis colliguntur, immune est à prædictis.*

1 EXdictis sequitur primò,quod ab omnibus oneribus,& tributis Principum secularium immunes sint ipsæ materiales Ecclesiæ, & ipsis adiuncta; item vasa,vestes,& quæcumque consecrata,vel benedicta sunt, tanquam diuini cultus instrumenta; & ratio præter dictas vlterius est, quia hæc nullam temporalem vtilitatem habent, quæ in æstimationem venire possit: quandoquidem cùm ad di-
2 uini cultus ministerium dedicata sint, nullis aliis vsibus humanis,ac profanis applicari debent, iuxta *cap. quæ semel,& seqq.dist.19.cap.ligna, & seq.de consecrat. distin.1.leg.inter stipulantem sacram,ff. de verb. obligat.& leg.sancimus, Cod.de sacros.Ecclesiis.* Eadem ratio conuincere videtur, vasa, & ornamenta sacra (etiamsi in priuato Oratorio sub particularis alicuius Dominio existant, ex vi suæ consecrationis à tributis, & censibus immunia esse debere; quia similiter nullam temporalem commoditatem,
3 aut vsum habere possunt, sicuti notauit Suarez *lib.4.defens.cap.19.num.* 8. simili ratione etiam ab
4 omni onere, & seruitio liberę sunt Ecclesiæ,areæ, domus,& horti iuxta positi;item prædium, ex quo panis,& vinum pro sacra Eucharistia conficienda, vel pro aliis rebus ad diuini cultus ministerium necessariis,colliguntur;siquidem hæc omnia fermè alium vsum,vel fructum habere non possunt, nisi ordinatum ad sacra ministeria, ideoque nullo prorsus alio onere,vel seruitio grauari debent;quinimmò si ante grauata erant,liberari debent,vt colligitur *ex cap.secundùm canonicam,c.sancitum est*, 23 *q*.8. *cap.1.de censibus*, vbi id etiam notant Doctores, & Innocent. *in cap. non minus, de immunit. Eccles.* Suar. *in cit.cap.* 19. *num.*2.*& cap.*20.*n*.17. & alij passim.

SECTIO V.

An immunia sint, tam mobilia, quàm immobilia Ecclesiarum bona?

SVMMARIVM.

1 *Bona Ecclesiarum tam mobilia, quam immobilia immunia sunt ab omni tributo,& vectigali,etiamsi à fundatoribus, vel aliis fidelibus ad Dei honorem oblata, vel donata sint vt à Prelatis conuertantur in Pauperium sustentationem, vel vsum fabricæ.*

2 *Omnes exactiones, quibus à secularibus Principibus grauantur bona destinata ad pios vsus,cedunt in Diuini cultus diminutionem,& in iniuriam, & in irreuerentiam Dei.*

3 *Bona destinata in pios vsus dicuntur Patrimonium Dei, & Christi, & res Dominica appellari consueuerunt.*

4 *Exemptio Ecclesiastica dicitur de iure Diuino, quia necesse est Deum liberum esse ab exactione Regum Terrenorum.*

5 *Ad Ecclesiasticos tantum pertinet administratio, dispositio,& applicatio bonorum quæ ad Dei cultum oblata,& destinata sunt.*

6 *Vsurpatio dictorum bonorum est proprie sacrilegium.*

7 *Supprimentes, Detinentes, occupantes, vel Defraudantes legata pia, aliáque Iura, & bona Ecclesiastica, non furtum simpliciter contra iustitiam, sed etiam sacrilegium contra Religionem committunt.*

8 *Inuasio, vel spoliatio bonorum Ecclesiasticorum est contra Immunitatem Ecclesiasticam, & eius violatio ad crimen sacrilegij etiam spectat.*

9 *Bona Ecclesiastica Pauperum,vel ministrorum Ecclesiæ per legitimam dispensationem propria facta dicuntur,& non sunt sub dominio Christi, vel Ecclesiæ, sed hominis particularis.*

SEcundò sequitur, quod immunia ab omni tri- 5
buto,& vectigali etiam sint, tam mobilia,quàm immobilia Ecclesiarum bona,quæ à fundatoribus, vel aliis fidelibus ad Dei honorem oblata, vel donata sunt, vt à Prælatis Ecclesiarum ad pauperum sustentationem, templorum fabricam, & similia, conuertantur; & huiusmodi bona à tributo, & omni exactione secularium Principum libera esse debere,habetur. *in cap.non minus, cap.aduersus de immun. Eccles.cap.1.eodem in 6.Clement.1.eod. cit.cap.1. de censib.cap.quamquam eodem in 6.* & constitut.item nullæ, quæ est Friderici Imperatoris posita post *leg. 1. Cod. de Episc. & cleric.* & ratio præter dictas vlterius est, quia hæc bona fidelium voluntate ad Dei cultum specialiter destinata, & oblata fuerunt, vt non nisi in pios vsus conuertantur: ergo
omnes exactiones, quibus à secularibus Principi- 6
bus illa grauantur, cedunt in diuini cultus diminutionem,& in iniuriam, atque in irreuerentiam Dei,quippe talia bona, quasi proprium patrimo-
nium Dei,& Christi existunt: vnde res Dominicæ 7
appellari consueuerunt. Can. 40. *Apostolorum*: Vnde etiam consequens esse videtur exemptionem hanc esse de iure diuino, quia Deum ab exactione Regum terrenorum liberum esse,necesse est. Vide,quæ
dicebantur *supra cap.1. Dubit.2.*& quæ dicentur *in-* 8
fra dubit.8.

Neque multum refert, siue dicas cum Nauarro *in Apolog. de redditibus Ecclesiasticis*, bona

S 2 ista

ista Ecclesiastica (saltem prius quàm Ecclesię mi-
nistris, vel pauperibus particulatim applicentur)
non esse sub humano dominio, sed illorum solam
administrationē Prælatis Ecclesiasticis competere;
quod valde probabile est, sicuti præter alios
notauit Suarez *vbi supra, c. 18. n. 7.* Siue dicas, Ec-
clesiastica ista bona esse sub humano dominio Ec-
clesię particularis, aut vniuersalis, cū annexo tamē
onere, seu obligatione, vt in pios vsus conuertan-
tur, nam propter hanc ipsorum habitudinem solam
negari etiam non potest, ipsa aliquo modo sacra
esse, & peculiari ratione ad Deum pertinere, sicuti
rectè tradunt communiter Doctores *in tract. de re-
lig. & in tract. de simonia,* & in specie tradit Ioannes
Faber *tit. Institut. de rerum diuis. §. nullus,* Suarez
in defens. fidei Cathol. lib. 4. cap. 17. num. 6. & prius
tradiderat S. Th. *2. 2. q. 99. ar. 3.* S. Ambros. *in epist.
33. ad Marcellinam sororem,* quæ refertur *in c. conue-
nior quæst. 8.* & colligitur *ex cap. 27. Leuit. vers. 14.
Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit Domi-
no & vers. 28 Quidquid semel fuerit consecratum, san-
ctum sanctorum erit Domino & ex cap. 3. causa 12. q.
2. Nulli liceat ignorare omne, quod domino consecra-
tur, siue homo, siue animal, siue ager, &c. sanctum
sanctorum Domino erit, & ad ius pertinebit Sacerdo-
tum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui Domino,
& Ecclesiæ, cui competunt, aufert, vastat, inuadit, vel eri-
pit, & vsque ad emendationem, Ecclesiæque satisfactionē
vt sacrilegus iudicatur.* Et ratio est; quia hoc ipso,
quod bona ista sunt sacra, & Ecclesiastica, vtporè,
sicuti dicebam, à fidelibus ad Dei cultum, atque ob
supernaturalem finem in manibus Ecclesiasticorū
Prælatorum oblata, necessariò fit, quod ipsorum ad-
9 ministratio, dispositio, & applicatio quæcumque
ad eosdē Ecclesiæ Prælatos, & non ad seculares po-
testates pertinere possit, quamobrem contra An-
10 gelum *ver. sarilegium prope finem,* dicendum est,
quod istorum Ecclesiastorum bonorum iniqua
vsurpatio sit propriè sacrilegium; præsertim quia
ita in iure Canonico passim habetur, sicoti nota-
uit gloss. *cap. sit, vers. Malefactores, de foro compet.*
Silu. *ver. Sacrilegium, dicto 1.* Tholosanos *lib. 33.
Syntagm. cap. 17. num. 2.* & videre licet *caus. 12.
quæst. 2. cap. nulli liceat, & caus. 17. quæst. 4. can.
4.* vbi dicitur sacrilegiū, & contra leges esse, si quod
venerabilibus locis relinquitur, prauæ volontatis
studio quis suis tentaoerit compendiis retinere:
quod est dictum Gregorij 1. *lib. 8. epist. 6. ad
Sabinum Diaconum* similia habentur *in cap. sicut
qui, & c. qui rapuit, cap. quisquis eadem quæst.* Et
ratio, vt dicebatur, est; quia bona ista ex prima sui
institutione, atque offerentiū volnntate cā cōditio-
nem habent, vt quia ad Dei honorem oblata, ac de-
11 stinata sunt, non in alium vsum, nisi pium, conuer-
tantur: quapropter dicendum est eos, qui legata
pia, aliaque iura, & bona Ecclesiastica iniquè
supprimunt, detinent, occupant, vel defrau-
dant, &c. non furtum simpliciter contra iustitiam,
sed etiam sacrilegium contra religionem commit-
tere. Adde, quod inoasio vel spoliatio bonorum
12 Ecclesiasticorum est contra immunitatem Eccle-
siasticam, cuius violatio ad crimen sacrilegij etiam
spectat: ergo, &c. Quamuis alia ratio sit, post-
quam bona eadem Ecclesiastica paoperum, vel mi-
13 oistrorum Ecclesiæ per legitimam dispensationem
propria facta sunt; quia tunc non sunt sub dominio
Christi, vel Ecclesiæ, sed hominis particularis.

Confirmatur, quia cùm summos Pontifex,
tanquam supremus Ecclesiasticorum bonorum ad-
ministrator, ac dispensator, ob iustam causam, o-
nera, siue grauamina (sicut supra dicebam) illis
possit imponere, quin & Episcopus ex iisdem
subsidiū charitatiuum exigere, vti *lib. de Parlament.
dubit. 13.* dicebatur: si idem quoque in illis
secularis Princeps facere posset, bona Ecclesiastica
essent longè deterioris conditionis, quàm secula-
ria; cùm illa duplici onere à diuersis Principibus,
seculari scilicet, & Ecclesiastico grauari possent,
non item ista; quod à iure, & æquitate naturali
quam maximè abhorret, sicuti præter alios rectè
notauit Hieronymus Albanus *in tract. de immunit.
Ecles. num. 65. & seqq.* & nos etiam supra dice-
bamus.

SECTIO VI.

An immunia sint Ecclesiasticorum clericalia bona?

SVMMARIVM.

1 *Bona clericalia Ecclesiasticorum id est ex titulo spirituali illis acquisita, vt Beneficiorum redditus, Missarum stipendia, & similia, sunt immunia ab omni impositione.*

2 *Ecclesiasticorum stipendia, & lucra quomodocumque considerata seculari potestati subiecta esse non possunt.*

3 *Summus Pontifex super bonis titulo spirituali acquisitis potest imponere aliquod tributum ad pias causas.*

4 *Bona grauari duplici onere æquitas naturalis non patitur.*

TErtiò sequitur, quod immunia ab omni impo-
sitione sint etiam bona Ecclesiasticorum cle- 1
ricalia, id est, ex titulo spirituali illis acquisita vt
beneficiorum redditus, Missarum stipendia, &
similia huiusmodi; atque ita habet communis Do-
ctorum sententia, tradita *in cap. sanctum 23. q. 8. cap.
1. de censib. cap. aduersus, de immunit. Eccles.* & aliis iu-
ribus & ratio vlterius est, quia hæc Ecclesiasticorū
stipendia, & lucra, siue spectentur quoad titulum, 2
& causam acquirendi, siue spectentur quoad perso-
nas, à quibus acquisita sunt, seculari potestati sub-
iecta esse non possunt: nam titulus acquisitionis
sacer, & spiritualis est, & personę ipsę Ecclesiasticę
sunt, omninò exemptæ à iurisdictione seculari; er-
go, &c. Adde quod cum summus Pontifex (vti supra 3
dicebam) super his bonis titulo spirituali acquisi-
tis, tributum ad piam causam imponere possit, om-
ninò dicendum est, quod ab omni secularium Prin-
cipum exactione libera illa esse debeant; cùm ęqui- 4
tas naturalis nō patiatur, ea duplici onere grauari,
quo nec bona secularium grauantur, vti supra
dicebam.

At quoniam quoad bona Ecclesiasticorum pa-
trimonialia, id est, quæ ex titulo temporali, v.g. hę-
reditate, legato, donatione, emptione, arte, manuum
labore, &c. ab ipsis Ecclesiasticis acquisita sunt, ali-
qua videtur esse difficultas; Item quoad ea, quæ ne-
gotiantur, & quoad ea, quæ ex suis bonis collecta
aliò transferunt, vt ibi carius vendant, ideo sit



DVBITATIO II.

An Ecclesiastici sint immunes quoad bona patrimonialia?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici immunes sunt etiam quoad bona patrimonialia.*

2 *Bona patrimonialia censentur quæcumque acquisita sunt titulo temporali, vide quæ.*

3 *Bona patrimonialia Clericorum gaudent eodem priuilegio, quo gaudent bona Ecclesiarum.*

4 *Ponderatur dictio (eorum) posita in Can. 18. Bullæ Cœnæ.*

5 *Textus Bullæ Cœnæ generaliter loquens, vtpotè fauorabilis, non debet restringi, sed de quibuscumque bonis Clericorum intelligi.*

6 *Bona patrimonialia Ecclesiasticorum, non solum immunia sunt ab omni onere, & grauamine secularium Potestatum, sed quæcumque alia quocumque titulo acquisita.*

7 *Exigentes pedagia à Clericis, vel exigi iubentes, incurrunt Censuras Bullæ Cœnæ, etiam si id, quod asportant sit de eorum patrimoniis.*

8 *Soluere tributum proprium est subditorum, & signum subiectionis.*

9 *Principes seculares à Clericis spiritualia commoda accipiunt, & ideo non est æquum, vt & temporalia ab illis exigant.*

10 *Summus Pontifex & Episcopus potest grauare bona Clericorum per subsidium charitatiuum, & ideo non debent duplici vinculo grauari.*

11 *Bona vtpotè accessoria Personæ sequuntur conditionem Personæ.*

12 *Grauamen impositum bonis, censetur impositum Personæ.*

13 *Exactores gabellarum ex Ecclesiasticis quas Princeps non imposuit, incurrunt excommunicationem non tamen reseruatam Pontifici, sed ab ipsa absolui non possunt nisi præstita satisfactione.*

14 *Excommunicatio Bullæ Cœnæ in sententia nonnullorum vt contrahatur, requiritur coniunctim quod gabella imposita sit, & quod imposita exigatur.*

15 *Excommunicatio Bullæ Cœnæ quod incurratur ab Exactoribus gabellarum ex Ecclesiasticis, etiam si gabella non sit expresse à Principe imposita, est opinio probabilior.*

16 *Plus est imponere factis quam verbis.*

17 *Praxis, & consuetudo interpretatur legem, præsertim si fundetur in publica auctoritate, qualis est praxis exactionis gabellarum.*

18 *Bona patrimonialia Ecclesiasticorum non sunt immunia nisi à nouis tributis imponendis, secus quoad iam imposita.*

19 *Qualibet res transit cum onere suo.*

20 *Plus iuris quis non potest in alium transferre, quam ipse habeat.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè (per bona au-
tem patrimonialia intelligo quæcumque
2 titulo temporali, v.g hæreditate, legato,

donatione, emptione, arte manuum, labore, vel simili alio temporali titulo ab Ecclesiasticis acquisita sunt) atque ita habet communis Doctorum sententia, quam docent gloss. *in cap. Ecclesia de constitut. cap. quamquam, ver. vsfarum de censib. in 6. cap. fin. ver. suis facultatibus, de vita, & honestate cler. & ex similiter 16 quæst. 1.* vbi apertè ait, quod bona patrimonialia clericorum gaudeant eodem priuilegio quo gaudent bona Ecclesiarum, Abb. *in cit. cap. Ecclesia, num. 21. cap. si clericus, num. 3. de foro compet. & cit. cap. 1. num. 4. de vita, & honestate cleric.* Bartol. *in l. placet, Cod. de sacros. Eccles. 49. & cons. 180. lib. 1. & cons. 44 lib. 2.* Silu. *verb. Immunitas 1. num. 9. & ver. Excommunicatio, 9. excommun. 5. numer. 13* Nauar. *cap. 17. num. 203.* Medina *Cod. de restit. q. 15.* Lessius *lib. 2. c. 33. dub. 3. n. 19.* Homobonus *de exam. Eccles. par. 2 tract. 11. cap. 6. quæst. 9.* Riccius *par. 2. decis. 299. num. 3. & in praxi tom. 4. resol. 93. num. 2.* Duardus *in Bull. Cœnæ lib. 2. Can. 18. q. 5. num. 4. & q. 6. num. 1.* Azor. *par. 3. lib. 5. cap. 19. q. 7.* Reginaldus *to. 1. lib. 9. cap. 25. num. 177. & 179* Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 11. n. 298.* Mol. *tom. 1. tract. 2. disp. 671. num. 2.* Molfesius *in summa tom. 2. tract. 12. c. 22. numer. 166. & tom. 1. ad consuetud. Neapolit. quæst. 23. de empt. & vendit.* Alterius *de cens. tom. 2. disput. 19. lib. 5. cap. 6. dubitat. cap. 2.* Pasqualigus *in suis decisionib. decis. 128. num. 4.* Coriolan. *in Bull. Cœnæ, excommun. 18.* Prosper de Augustino *in addit. ad summam Quarantæ, ver Vectig. 1.* Gregorius Lopez, Rouitus, & Constantins, quos citat, & sequitur Antonius de Marinis *in quot. resolutionib. cap. 37. num. 9.* Ioan Antonius de Nigris, Archidiaconus, Baldus, Afflictus, Geminianus, & Buonius, quos citat, & sequitur Martha *de iurisdict. par. 4. centur. 1. cas. 49. num. 9* Imola, Riminaldus Iunior, & Ripa, quos citat, & sequitur Tamburinus *de iure Abbatum tom. 1. disp. 15. quæst. 20. numer. 3.* Baldellus *lib. 5. disp. 34. num. 1.* Ciarlinius *controuers. forens. cap. 31 num. 7.* Guilenzonius *consil. 53.* Castillo, Soto maior de Tertiis, *tom. 7. cap. 9. num. 18* Castrus Palaus *to. 2. tract. 12. disp. vnic. punct. 9. n. 2.* Squillante *de priuileg. cler. cap. 8. num. 34.* Rota Romana in vna Albanensis gabellæ 1630. coram Merlino (vbi sic habet: *Bona patrimonialia clericorum, etiam laicalia, sunt immunia ab oneribus laicalibus ob dignitatem personarum, quæ dignitas personæ influit immunitatem in ipsa bona: illa enim adhærent personæ clerici; nec persona potest dici plenè, & perfectè exempta, nisi etiam bona illius exempta sint. Ita Abbas, Decius, Felinus, & alij Canonistæ communiter in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut. Baldus in leg. 2. Cod. de Episcopis, & clericis, & alij, quos refert, & sequitur Suarez lib. 4. cap. 25. num. 4. & seqq.*) Alphonsus de Castro *de lege pœnali lib. 1. cap. 12.* Sot. *in 4. distin. 5. quæst. 2. ar. 2.* Cardinalis *in Clement. fin. de censib.* Ancharan. & Imola ibid Butrius *in cap. non minus, de immunit. & cit. cap. fin. numer. 3. de vita, & honest. cler.* Imola *ibid. 2. n.* Rolan. *consil. 23. num. 53. vol. 2.* Siluan. *consil. 30.* Natta *consil. 280. num. 5. vol. 2.* Bursat. *consil. 422. num. 2. vol. 1.* Speculator *tit. de immunitat. Eccles. numer. 2.* Tuscht. *lit. G. ver. gabella concl. 3. n. 20.* Marcobrunus ab Anguillara *consil. 18. numer. 37. & seqq.* Sebastian. Medices *in summa peccator. tit. 9. quæst. 78. num. 85. & 188.* Bellarminus *tom. 2. controuers. lib. 1. de cleric. c. p. 28. in fin.* Farinac. *tom. 1. prax. criminal. quæst. 8. numer. 21. in fin.* Surdus *consil. 103. num. 69. lib. 3.* Diana *par. 1. tract. 2. resol. 40.* Me-

galins 1.2.*lib.* 2. *cap.* 17 *q.*6.*num.*114. Salonius *to.* 1. *in* 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 5. *contr.* 2 *num.* 1. Sayrus *de cens.lib.*3 *cap.* 22.*num.* 9 Bartholomæus à S.Fausto *in Spec. Confess. disp.* 33. *q* 13. *num.* 2. Bellet. *in disquisit. cleric. par.* 1. *tit.* 5 §. 5.*num.*1. Barbosa *in suis collectam.to.* 1.*lib.*3.*tit.*49.c 4.*n* 4.*& de iure Eccles.lib.* 1. *c.*39.§.5.*num.*6.& alij (quos *sect. præced.* citabam) contra glossam marginalem, *in cap quamquam de censib. in* 6. *ver. res ipsarum*, & Io. Driedonem *de libertate Christiana lib.* 2. *cap.* 3. vbi (sicuti *sect. præcedenti* dicebam) minus rectè dixit, quod prædia omnia sint obligata pro tributis Reipublicæ imponitis, & imponendis, & quod cum hoc onere trāseant in Ecclesiam; ac tandem contra Curtellium *de immunit. Eccles. lib.* 2.*q.*8.*num.* 20.*& seqq & q.*40.*&* 43 & Bobadillam *in Polit.to* 1 *lib.*2.*cap.*18.*num.*260. qui in glossa, *litera F.* pro sua sententia citat nonnullos Iuristas, limitans tamen, vt ea non intelligatur quoad bona patrimonialia, ad quorum titulum clerici ordinati sunt; quod & declarauit sacra congregatio Episcoporum in vna Catacensi die 3. Augusti 1592.

Probatur autem Responsio ex dictis dubit *præcedenti*, ex can.18. Bullæ Cœnæ, in illis verbis: *Imponentes decimas, collectas, &c. personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum bonis illorumque fructibus, redi-*
4 *tibus, & prouentibus*, &c. vbi dictio illa, *Eorum*, contradistinguitur contra alteram dictionem sequentem, *Ecclesiarum*; ergo nonnisi de bonis de patrimonialibus, & propriis clericorum, ac aliis, quæ ad Ecclesiam non pertinent, intelligi debet. Accedit,
5 quod in beneficium immunitatis Ecclesiasticæ, vtpotè fauorabilis, textum Bullæ generaliter loquentem de bonis Ecclesiasticorum non debemus restingere, sed generaliter, sicut generaliter loquitur, de quibuscunque bonis eorum, siue patrimonialia sint, siue empta, siue donata, siue quocumque alio titulo acquisita; intelligere; sicuti tradunt Barbosa, Filliucius, Reginald. Alterius, & Lessius *in locis su-*
6 *pra cit.* qui propterea ibi expressè docēt, quod nō solum bona patrimonialia Ecclesiastorum, sed quęcumque alia quocumque titulo acquisita, immunia sunt ab omni onere, & grauamine secularium potestatum, quod & tradunt alij passim Doctores. Neque obstat Nauar. *in summa cap.*27.*num.*118. vbi oppositum sentire videtur: nam (vt dicebam *cit. sect. præcedenti*, & obseruant præter alios Faustus *in specul. confess. disp.* 33.*q.* 13. *num.* 2.) Nauarrus est sibimet ipsi contrarius: siquidem *in cap.*17.*n.*202.
7 expressè ait, eos, qui pedagia à clericis exigunt, aut exigi iubent, incurrere censuras Bullæ Cœnæ, etiamsi id quod vehunt, important, vel asportant, sit de eorum patrimoniis: ergo, &c.

Secundò probatur ex *cap.* 1. *de immunit. Eccles. cap. quamquamquam de censib. in* 6. *cap. aduersus, Clem. vnic. de immunit. Eccles. & ex l.*2.*& constit. item nulla, Cod. de Episc. & clericis*; in quibus iuribus vniuersim prohibetur, quod Ecclesiasticis personis taliæ, collectæ, aut aliæ quæcumque exactiones imponantur (vt præcipuè videre est *in cit. Clement. vnic. & cit. Constitut. Friderici.*) ex eo, quia Ecclesiasticæ personæ, & res earum à secularium Principum exactione immunes esse debent, sicuti etiam habetur *in cit. cap. quamquam*, vbi præterea subditur, id iure diuino, & humano constitutum esse, & colligitur ex *cap. fin. de vit. & honest. Cleric.* vbi Pontifex Clericos negotiatores pro facultatibus suis, statutis patriæ subiacere debere præcipit; ex quo infertur, quod citrà negotiationem immunes sint iuxta *cit. cap. quamquam de censibus*, vbi Prælati censuras à iure prolatas aduersus eos, qui Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis pro earum rebus propriis, quas non negotiationis causa deferunt, vel deferri faciunt, vel transmittunt, pedagia exigunt, declarare monentur.

Tertiò probatur ratione; quia soluere tributum 8
(vt in cit. sect. præcedenti dicebatur) subditorum est proprium, cùm id signum sit subiectionis, testante Apostolo ad Roman. 13. *Necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; ideo enim & tributa præstatis*: sed personæ Ecclesiasticæ simpliciter immunes sunt à iurisdictione secularium; ergo, &c.

Confirmatur, quia cùm Principes seculares à 9
clericis, aliisq; Ecclesiasticis spiritualia commoda accipiant, non est æquum, vt & temporalia ab illis exigant, sed potius vt tribuant, iuxta illud Apost. 1. *ad Corinth.* 9. *Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?*

Confirmatur secundò, quia cùm Pontifex, 10
quin & Episcopus per subsidium charitatiuum possit illa grauare, æquitas non patitur, quod etiam à potestate laica grauari possint; alioquin Ecclesiastici deterioris essent conditionis ac sunt seculares.

Confirmatur tertiò; quia bona vt pote ac- 11
cessoria personæ, sequuntur conditionem personæ; ac proinde participant priuilegium personæ, quoad exemptionem, *cit. cap. Ecclesia S. Mariæ, ver. Ecclesiasticis de constitut. cap. Episcopus, ver. subsidium, de præbend. cap. fin. ver. suis, de vita & honest. cler. cap. ex literis, ver. obligata, de pignoribus, &c. similiter ver. Ecclesiæ*, 16. *q.* 1. 12
quapropter non possunt Ecclesiastorum grauari bona, sicuti non possunt grauari personæ; quandoquidem grauamen, quod cadit super bona, est reuera grauamen personæ, cùm per hoc reuera grauetur in bonis persona, sicuti cùm punitur in bonis persona, reuera pœna pecuniaria punitur persona.

His adde, quod quamuis gabella non sit à 13
Principe imposita pro Ecclesiasticis, sed tantum pro laicis, si tamen per exactores exigitur ex Ecclesiasticis, incurritur etiam excommunicatio, *cit. cap. quamquam, de censib. in* 6. & docent ibi communiter Doctores, & Caiet. *in summa ver. Excommunicatio, c.*39. Nauar. *cap.*27.*num.* 61 *in fin. & cons.*6.*num.* 8.*de censib. in nouis.* Prosper de August. *in Addit ad summ. Quartana, ver. Vectigal. limit. vlt.* Duard. *in Bull. Cœna, lib.* 2. *can.*18. *quæst.* 15.*num.*18. Reginald. *lib.* 9. *num.* 376. *&* 381. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 21. Suarez *de censur. disp.* 23.*sect.* 4. *num* 21. & Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 8. *num.* 4. Quæ excommunicatio, licet non sit reseruata Pontifici, non tamen potest, nisi præstita satisfactione remitti.

An autem incurratur etiam excommunicatio Bullæ Cœnæ contenta in can. 18.

Negant Doctores iam modò *supra cit.* & præterea Viuald. *in exposit. dict. Can. num.* 12. Filliuc. *to.* 1. *tract.* 14. *cap.* 4. *quæst.* 10. *numer.* 62. Sousa *in Bull. Cœn. cap.* 19. *disp.* 93. *numer.* 4.& Bonac. *de contractibus, disp.* 2. *quæst.* 9. *punct.* 2. *numer.* 13. quia, vt contrahatur dicta ex- 14
communicatio, requiritur coniunctim, quod gabella imposita sit, & quod imposita exigatur; vnde si solum exigitur, & non est imposita, non est materia huius excommunicationis.

At

15 At affirmant probabilios Alter. *de censur. tom. 2.*
disp.19.lib.lib.5.cap.3. Mol. *de iust.iur.tom.3.disp.670.*
Additionat ad Duard. *in Bull.Cœn.ad Can.18.q.15.*
lit.A. quia cum per exactores exigatur auctoritate
publica, tanqoam per mioistros publicos, atque
adeò nomine Principis, licet non sit expresse im-
posita pro Ecclesiasticis, tameo facto ipso, & aocto-
ritate publica, qua funguntur exactores, nomioe
Priocipis extendunt illam ad Ecclesiasticos, ergo
coniunctim interuenit totum, quod in Canone
16 prohibetur, nempe exactio, & impositio gabellæ;
cùm plus sit imponere factis, quàm verbis, *l.non du-*
bium, Cod.de legib.l. Paulus respondit, ff. de rat. haben.
cap.legebatur, ff.de maior.& obed.& cap.dilecti filij, 2.
de appellat.

17 Quod eo magis verum est; quia praxis, & con-
suetudo interpretatur legem, *cap.dilectus, de consue-*
tud.Clement.exiui, §.item quia, de verb.signif. l. minimè,
& l.interpretatione, ff.de legibus (præsertim si funde-
tur in publica auctoritate, qualis est praxis exa-
ctionis gabellarum; cùm sit actus publicus, & au-
ctoritatiuus) ergò, si exigitur ex Ecclesiasticis ga-
bella, declaratur actu publico, & auctoritatino,
quod imposita sit pro ipsis etiam, ac proinde in-
teruenit coniunctim vtrumque, nempe impositio,
& exactio gabellæ.

18 Cæterum, cum dixi, *Ecclesiasticos immunes esse*
quoad bona patrimonialia, &c. iotellige cum Inno-
centio *in cap.non minus, de Immun.Eccl.* Io. Andr. *in*
cap.1.de Immun. Eccl. in 6. Felino *in cap. Ecclesia S.*
Mariæ de Constitut.n.77. Abbate *in cap. fin. de vita,*
& honest.Cler Baldo *cons.148.* Angelo *ver. Immunitas,*
num.36.vers.tertium, Siluestro, *eod.ver.1.n.19.* Lessio
de iust.& iur.lib 2.c.33.dub.3.num.19. Azorio *tom. 1.*
lib.5.cap.13.q.1. & Alterio *par.2.disp.19.c.6.* à nouis
tributis imponendis; quia si bona, antequam ad eos
deuenirent, certum aliquod onus perpetuum, & in-
uariabile annexum habebant, v.g. censum, vel ser-
uitutem Principi debitam, vel onus reparandæ viæ
publicæ adiacentis, &c. immunes Ecclesiastici ab
illo non sunt, sed præstare illud debent, quia quæ-
19 libet res (vt *supra dubit.1* dicebam) transit cum one
re suo, & vendens, vel donans, &c. rem obliga-
tam, & oneri annexam, censetur vendidisse, vel do-
nasse ius solum illud, quod in illa habebat; cùm non
20 possit plus iuris in alium transferre, quàm ipse ha-
bebat; Quamuis, si oous oon sit huius generis; sed
mutabile, & extraordinarium (quemadmodum
sunt, quæ imponuntur, facta æstimatione bono-
rum cuiuscumque, vt plus vel minus quis iuxta
collectæ, vel gabellæ impositionem soluere tenea-
tur) Ecclesiastici, postquam dicta bona ad ipsos
peruenerunt, immunes ab illo sint; & sic noo te-
neantur illud soluere; sicuti ex communi docent
Abb. *in cap. fin. de vita, & honest. Cler. n. 12. & in*
cap. non minus, de Immun. Eccles. n.15. Io.Andr. Ar-
chidiac. Ancharan. Geminian. Philip. Fraoc. *in c.*
1. de Immun. Eccl. in 6. Iason *in l. placet, 16.quæst. 1.*
in lect.2. Silu. Less. Alter. & Azor. *in locis supra cit.*
& nos dicebamus *cit. lib. de Parlam. dubit, 24.sect.5.*
& dubit.28.per totam, & dicemus *infrà dubit.vlt.*

SECTIO II.

Difficultates, earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Bona Clerici semper adhærent Personæ Clerici.*

2 *Clericus non tantum est exemptus vt Clericus, sed etiam vt Ciuis, & simpliciter ipsius Persona, & sic etiam ipsius quæcumque bona.*

3 *Clerici Bona etiam temporali titulo acquisita sunt Deo consecrata, & vocantur bona Dominica.*

4 *Quod semel Deo donatum est, reuocari non potest.*

5 *Assignatur ratio Exemptionis Ecclesiasticorum à Iurisdictione Principum secularium.*

6 *Summus Pontifex non solum potuit; sed etiam debuit eximere Ecclesiasticos à Iurisdictione Principum secularium.*

7 *Consuetudo in Regno Neapolis collectandi Clericos est expresse contra Canones, & Cur.*

8 *Regula, quod Bona Clericorum propria, & Bona Ecclesiarum eodem iure, ac priuilegio gaudeant, declaratur quomodo sit intelligenda.*

9 *Priuilegia, quæ ob fauorem Bonorum Ecclesiasticorum principaliter data sunt, non competunt bonis propriis singulorum Clericorum.*

10 *Bona Ecclesiastica inter res sacras numerantur, & eorum iniusta ablatio sacrilegium censetur.*

11 *Bona propria Clericorum non censentur inter res sacras, & eorum ablatio non est sacrilegium.*

12 *Ambrosius in Can. si tributum 11. q. 1. declaratur, quod locutus sit non approbando, sed permittendo.*

13 *Textus in c. Conuenior, & Can. tributum 23. q. 8. eodem modo declaratur.*

OBiicies primò, licet Ecclesiastici sint exempti,
tamen ipsorum bona patrimonialia, & quæ-
cumque alia titulo temporali acquisita, sunt tem-
poralia; & merè ciuilia, ergo sunt Priocipibus secu-
laribus subiecta; præsertim, quia licet ordineotur
ad personas exemptas, vt ad proprios dominos, ta-
men Ecclesiasticorum tale dominiom est merè tē-
porale, ac ciuile, & ad finem temporalem, ac cioi-
lem de se ordinatum, ita vt talis ordo ooo diriga-
tur ad tales personas vt exemptas, sed præcisè vt ci-
ues. Quapropter quod booa Ecclesiasticorum pa-
trimonialia, & omnia alia titulo temporali acquisi-
ta, non sint à gabellis, & tributis immunia, docent
præter Doctores supra citatos Regens de Ponte *de*
potestat.Proreg.tit. 4. in princip. num. 62. & tredecim 1
alij Iuristæ, quos refert Carolus de Grassis *tract. de*
Effect.lib.cleric.effect.lib 3.num. 21.

Respondetur, nego coosequentiam; quia ex di-
ctis quæcunque bona clerici semper adhæreot per-
sonæ clerici; cùm, si non sint bona ipsius exempta,
non sit perfectè, & integrè exempta persona: qua-
propter nihil obstat, quod bona clerici sint tempo-
ralia, & merè ciuilia, & quod ordineotur ad cleri- 2
cum, non vt clericum, sed vt domioum tempora-
lem, vel ciuem; quia ob rationem iam dictam cleri-
cus non tantum est exemptus vt clericus, sed etiam
vt ciuis, & simpliciter ipsius persooa, & sic etiam ip- 3
sius quæcumque bona, vtpote ipsi accessoria. Vnde
rectè dixit Suarez *lib.4.de immunit.cap.24.num. 11.*
& Valentia *tom.4.disp 9.quæst.5.punct.4.* quod cleri-
ci bona, etiam temporali titulo acqoisita, sint Deo
coosecrata, & eatenus vocentur bona dominica in
Can.40.Apost. quia & hæc clerici bona referuntur
ad cultum diuinum, & consecrantur Deo, vtpotè
deseruientia clerico, vt ipse clericos possit commo-
dius Deo deseruire; qoa de re videri etiam poterit
Mol. *tract. 2.disp.670.num. 2.* Azor. *part. 3.lib.5.cap.*
19.q.1. Less. *lib.2.cap.33.dub.3.* Salonius *tom.2.q. 78.*
ar.5.contr.2.num.1. Malder. *in 2.2.tract.5.cap.6. dub.*
9. Molfesius *in summ.tom.2. tract. 12. cap. 21. num.*
160. Martha *de iurisd.part.4.centur.1.cas.11.num. 24.*
& cas.49. per tot. & centur. 2. cas. 101. Belletus *tit.*

de exempt. benor. cleric. part. 1. §. 5. *num.* 2.

Obiicies secundò, bona Ecclesiasticorum, saltem antequam ipsi statum Ecclesiasticum assumerent, erant obligata exactioni secularis magistratus; ergo semel affecta saltem, transeunt cum hoc onere: alioquin fisco seculari praeiudicium afferretur per status Ecclesiastici assumptionem.

Respondetur, vt *infra dubit.* 6. circa finem, vbi hoc argumentum soluetur. Vide etiam, quae *suprà* dicebantur *sect. praecedent.* Accedit, quod iam à tempore Constantini Magni in decreto ad Annulinum apud Eusebium *lib.* 10. *cap.* 7. Sozomen. *lib.* 1.
4 *cap.* 8. & Niceph. *lib.* 7. *cap.* 42. & 46. & à tempore Iustiniani, *l. sancimus*, ad honorem Dei Imperatores in huiusmodi immunitatem consenserint; quod autem semel Deo donatum est reuocari non potest, vt ibidem dicebatur, & ex communi docent Couar. *in quaest. pract. cap.* 31. *num.* 4. & Lessius *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 3. & faciunt *cap. nouit. de iudic.* & quae dicebam *cap.* 1. *dubit.* 2. *sect.* 2. & *lib. de Patlamentis dubit.* 27. *sect.* 5. *subsect.* 2. vt omittam, quod forsan dicta immunitas sit de iure diuino, qua de re Henriq. *lib.* 10. *cap.* 15. Alterius *part.* 2. *d.* 16. *lib.* 5. *cap.* 2. Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. & nos dicebamus *cit. cap.* 1. *dubit.* 2. & *cit. dubit.* 27. *sect.* 4. per suas subsectiones, & dicemus *dubit.* 8. Et vt omittam, quod Summi Pontifices, & Concilia oecumenica (etiam inuitis Christianis Principibus) auctoritatem habuerint illam inducendi (sicuti probat Innocent. *cap.* 2. *de maiorit. & obed.* Victoria *relect. de potest. Eccles. q. vlt.* Couar. *in pract. qq. cap.* 31. *num.* 3. & 4. Lessius *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 4. *num.* 36. & nos *cit.*
5 *dubit.* 2. *sect.* 5. & *cit. dubit.* 27. *sect.* 5. *subsect.* 3. dicebamus, & *dubit.* 11. dicemus) ex eo quod habeant à Christo potestatem statuendi, quidquid ad spirituale Ecclesiae bonum, & honorem Dei expediens est; vt sanè est exemptio Ecclesiasticorum à Principibus secularibus; quia alioquin periret libertas Sa-
6 cerdotalis in laicis instituendis, & corrigendis; & Ecclesiastici facilè distraherentur à sacris suis officiis in laicos exequendis (quam causam tangit etiā Constantinus *in loco supra cit.*) Vt omittam, quod Principes sunt subditi, sicut oues Pastori: quapropter non solum potuit, quin & debuit Pontifex eximere Ecclesiasticos à iurisdictione, & iudicio Principum Christianorum, sed etiam potuit, quin
7 & debuit etiam, cùm tributa pendantur propter iurisdictionem, eximere eosdem à tributorum exhibitione. Vide quae dicebantur *suprà cit. dubit.* 2. *sect.* 4. *per totam*, praecipuè ad finem.

Obiicies tertiò; in Regno Neapolis adest consuetudo, quod clerici non gaudeant immunitate gabellarum in bonis emptis, & donatis; quam consuetudinem non improbat Riccius *part.* 4. *collect.* 901. quinimmò illam approbat Coriolanus *in Bull. Caenae, excommun.* 18. *fol. mihi* 951. Curtellius *de immunit. Eccles. lib.* 2. *q.* 43. *n.* 26. & 27. & Prosper de Augustinis *in addit. ad summam Quaranta, ver. vectigal. fol. mihi* 632. ergo, &c.

Respondetur, consuetudinem istam, cùm expressè, sit contra Canones, & rationes (vt supra dicebatur) & per consequens sit contra immunitatem Ecclesiasticam, omninò tamquam abusum, & corruptelam, improbandam esse; praesertim quia summus Pontifex quotannis in Bulla Caenae coram Principum Oratoribus reuocat omnes consuetudines, quae sunt contra libertatem Ecclesiasticam, vt praeter alios notauit Duard. *loco suprà cit. Can.* 18. *q.* 6. *n.* 12. nisi forsan (vt notauit idem Duard. *vbi suprà*) adsit in Regno Neapolis priuilegium Pontificis id fieri concedentis; quod priuilegium an sit, & si est, an non sit reuocatum per Bullam Caenę quae quotannis coram iisdem Principum Oratoribus priuilegia omnia contra libertatem Ecclesiasticam reuocare videtur, vt praeter alios notat idem Duard. *lib.* 3. §. 5. *quaest.* 1. *num.* 1.) & per Bullam Vrbani VIII super praeseruatione iurium sedis Apostolicae, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, à quibuscumque praeiudicialibus, quae incipit: *Romanus Pontifex*; videant, qui exigunt, qui exigi iubent, & qui quomodocumque in talem exactionem cooperantur: praesertim, quia S. Congregatio Episcoporum 18. Octobris 1582. expressè determinauit, quod pro bonis stabilibus concessis, donatis, vel venditis Ecclesiae, vel loco pio, non possit cessionario, donatori, vel venditori collecta imponi.

Obiicies quartò; si hoc esset, sequeretur, quod in 8
vniuersum vera esset regula, quam tradit communiter recepta glossa *in cap. Ecclesia, ver. personis Ecclesiasticis, de constitut.* & altera glossa *in cap. vlt. de vit. & honest. Cler. vel facultatibus, & in cap. quamquam, ver. ipsarum de censib. in* 6. quod scilicet bona clericorum propria, & bona Ecclesiarum eodem iure, ac priuilegio gaudent; ergo, &c.

Respondeo: nego sequelam antecedentis: nam, vt rectè dixerunt Abbas *in cit. cap. vlt.* Martha *part.* 4. *de iurisd. cas.* 49. Couar. 1. *resol. cap.* 4. & alij passim, est vera illa illa regula tantum in iis priuilegiis, quae competunt personis, seu statui Ecclesiastico principaliter, rebus verò ipsorum accessoriè, v. g. vt coram seculari Iudice, tamquam Rei, Ecclesiastici non conueniantur, etiam in causa ciuili, ac realiter: item vt à vectigali, seu tributo, non tantum merè personali, sed etiam mixto, liberi, & immunes sint. At verò priuilegia quae ob fauorem bonorum Ecclesiastico- 9
rum principaliter data sunt, ea non competunt bonis propriis singulorum clericorum: quale est, v. g. beneficium restitutionis in integrum, si Ecclesia in contractu laesa fit: item vt non tempore ordinario, decem annorum inter praesentes, vel viginti inter absentes, sed per quadraginta annorum spatium praescriptio immobilium bonorum Ecclesiae perficiatur, sicuti ex communi notauit Abbas *in cap. vigilanti, num.* 36. *de praescript. & in cit. cap. Ecclesia, num.* 7. & Couar. 1. *resolut. cap.* 4. *num.* 3. & ratio est; quia bona Ecclesiastica inter res sacras numeran- 10
tur; cuius rei signum illud est; quia eorum iniusta ablatio sacrilegium censetur: non ita verò bona cle- 11
ricorum propria (praesertim ex temporali titulo acquisita) sacra censentur, consequenter nec eundem iuris fauorem habent; qua de re vide, si placet, Suar. *in cit. lib.* 4. *defens. cap.* 23.

Obiicies quintò: *in c. si tributum*, 11. *q.* 1. habetur, *si tributum petit Imperator, non negamus, agri Ecclesiae soluunt tributum*; ergo, &c.

Respondetur, Ambrosium sic esse ibi locutum, non approbando, sed permittendo, ad vitanda mala, & pericula maiora imminentia, & sic non ius confitendo, sed factum asserendo; quod inde patet, quia Ambrosius concludit in his verbis: *Imperatori non do, sed non nego.*

In eodem sensu intelligendus est textus *in c. conuenior & in c. tributum*, 23. *q.* 8. vt omittam, dici posse, haec iura correcta fuisse per *cap. aduersus, & cap. non minus de immunit. Eccles.* vel loqui de iam indictis, & quae semper fului consueuerant, tanquam certa, & rei inhaerentia, cùm quoad haec res transeat semper in quemcunque; etiam in Ecclesiam, cū onere suo, sicuti dicebā *dub.* 1. *sect.* 1. & dicebam *dub. vltima.*

DVBI

DVBITATIO III.

An Ecclesiastici sint immunes quoad ea, quæ negotiantur?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non sunt immunes à tributo, seu gabellis, quoad ea, quæ negotiantur.*

2 *Ecclesia facultatem collectandi Clericos quoad ea, quæ negotiantur Principibus sæcularibus concessit in odium negotiationis, quæ maximè dedecet Ecclesiasticos.*

3 *Alexander III. sub interminatione anathematis prohibet Clericos, & Monachos negotiari.*

4 *Clericus negotiator, vt excommunicetur, non requiritur trina admonitio.*

5 *Clericus negotiator vt priuilegio exemptionis à tributis, & gabellis simpliciter quoad omnia spolietur, & statutis laicorum subiaceat, trina admonitio requiritur.*

6 *Ecclesiastici, vt ex vi negotiationis amittant immunitatem gabellarum, requiruntur de iure tres admonitiones, & non sufficit vna, quæ instar trium sit, seu quæ tribus æquiualeat.*

7 *Negotiatio ideo sub pœna anathematis Ecclesiasticis prohibetur, quia valde indecorum est Ecclesiasticos lucris captandis incumbere. Vide alias rationes.*

8 *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.*

1 RESPONDETVR negatiuè; patet ex dictis *suprà Dubit. 1. & cap. 4. dubit. 1. & lib. de Parlamentis Dubit. 26. per totam*; itē patet ex text. *in c. recolentes, vers. quia dignum, de statu Monach. & in c. quamquā, de censib. in 6.* & est
2 cōmunis sententia Doctorum; quod Ecclesia Principibus cōcessit in odiū negotiationis, quæ maximè dedecet Ecclesiasticos: vnde eis interdicta est, *c. consequens, c. negotiatorem, c. fornicari, c. eiciens, d. 88. c. vlt. de vita, & honest. cleric. & cap. secundum, ne clerici, vel monachi*, vbi Alexander III. sub interminatione
3 anathematis probibet, clericos, & monachos negotiari; neque ad hoc requiritur trina monitio, de
4 qua mentio fit *in cit. cap. vlt. de vita, & honest. cler.* hæc enim solum requiritur, vt clericus negotiator
5 priuilegio exemptionis à tributis, & gabellis quoad cætera spolietur, & statutis laicorum subiaceat, quasi non Clericus, ita vt, si, facta hac trina monitione, à negotiatione non desistat, simpliciter quoad omnia priuilegio clericali spoliatus remaneat, sicuti decreuit Honorius III. *in cap. ex literis de vit. & honest. Cler.* quod etiam cōminatus fuerat Gelasius *in cit. cap. consequens, d. 88.* & docent Molina, *tract. 2. disp. 542. vers. sunt verò nonnulla*, & Gregor. Lopez. *leg. 49. tit. 6. part. 1.* Carolus de Grassis *de effect. cler. eff. 2. num. 118.* & alij; vide etiam, quæ *lib. de Parlam. cit. dubit. 26. per totam* dicebantur.
6 Vt autem Ecclesiastici (quicumque illi sint) ex vi negotiationis amittant immunitatem gabellarum quoad cætera, vltrà quæ negotiātur, & amittāt simpliciter priuilegium clericale quoad omnia; requiruntur tres monitiones de iure, & non sufficit vna, quæ instar trium sit, seu quæ tribus æquiualeat. Ratio, quia sumus in his, quæ sunt contra immunitatem Ecclesiasticam; & sic in odiosis, quæ restringenda sunt: ergo, &c. atque ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Acugna *in Decretum Gratiani part. 1. dist. 88. cap. 2. anm. 6.* Quamuis contrarium quo ad hoc, & non improbabiliter sentiant Rosella, *ver. excommunicatio 2. num. 3.* & Angel. *ver. Clericus, num. 3.*

Porro ratio, cur sub pœna anathematis in cit. iuribus prohibeatur Ecclesiasticis negotiatio, illa est; quia valde indecorum est, Ecclesiasticos lucris captandis incumbere, tum quia mirè animum occupat, & à spiritualibus remouet; tum quia res est plena periculi, periurij, fraudum, & iniustitiæ, iuxta illud Apost. 1. ad Timotheum 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* rationem subdit: *Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem: radix enim omnium malorum est cupiditas.*

SECTIO II.

An licitè possit Rex statim ante vllam monitionem exigere tributum ex iis, quæ Ecclesiastici negotiantur?

SVMMARIVM.

1 *Rex, vel quilibet alius supremus Princeps licite potest tributum, aut vectigal exigere ex iis, quæ Ecclesiastici emunt, vendunt, aut deferunt negotiationis causa.*

2 *Ecclesiastica Persona ad pedagia, & guidagia penitus non tenentur pro rebus suis propriis, quas non causa negotiationis deferunt, vel deferri faciunt.*

3 *Limita id locum habere in bonis Clericorum propriis, non item in bonis Ecclesiasticis, seu ad Ecclesiam pertinentibus licet post trinam monitionem, negotiationem exerceant.*

4 *Delictum Personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare.*

5 *Opinio quod ex negotiatione etiam bonorum Ecclesiæ, vectigal sit soluendum, non est omnino improbabilis.*

6 *Delictum Personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare, intelligi debet si agatur de damno Ecclesiæ vitando, non item de lucro faciendo.*

7 *Ecclesiastici si ter moniti à superiore nolunt à negotiatione desistere perdunt priuilegium clericale simpliciter quoad omnia.*

8 *Ecclesiastici ante trinam admonitionem, non tenentur in conscientia soluere vectigal; quia gaudent priuilegio clericali contra nonnullos.*

EX dictis sequitur primò, quod licitè possit Rex,
vel quilibet alius supremus Princeps, ex iis, quę 1
Ecclesiastici emunt, vendunt, aut deferunt negotiationis causa, statim ante vllam, ne dū ante trinā
monitionem, vectigal, seu tributum exigere; vt
patet ex cit. iuribus, præcipuè ex *cap. vlt. de vita,* 2
& honest. Cler. & ex cap. quamquam, de censib. in 6. vbi dicitur, *Ecclesiasticas personas ad pedagia, & guidagia peni*

penitus non teneri pro rebus suis propriis quas non causâ negotiationis deferunt,vel deferri faciunt; quapropter à contrario sensu , si causa negotiationis deferunt, vel deferri faciunt,tenentur;quod Principibus cõcessit Ecclesia io odium negotiationis ,quæ maximè Ecclesiasticos dedecet:& vlterius,quia cùm Ecclesiastici negotiationibus,ac lucris secularium hominum propriis inhient,par est,vt eorum onera etiam sustineant.

Vbi aduerte,quod glossa *in cit. capit. quamquam, vers.facultatibus*,& Abbas *in cit.cap. vlt.num.*10.Comitolus *lib. 1. quæst.* 53.*num.*4.Acugna *in decretum Gratiani par.* 1. *dist.* 88.*cap.* 2. *num.* 7.& Barbosa *in collect.to.*1 *lib.*3.*tit.*1.*cap.*16.*num.* 4.tenent,id locum
3 tantum habere in rebus clericorum propriis , non
item in bonis Ecclesiasticis , seu ad Ecclesiam pertinentibus , de quibus aiunt vectigal soluendum
nõ esse,si Ecclesiastici administratores (quamquam
post trinam monitionem)negotiationẽ exerceãt :&
4 ratio esse potest,quia delictum personæ non debet
in detrimentum Ecclesiæ redundare,*regul.* 76.*in* 6.
quamuis alij etiam de his vectigal soluendum esse
sentiant,præsertim si præcesserit trina monitio :v-
5 traque opinio est probabilis,quia ad rationem ta-
6 ctam in fauorem Ecclesiæ responderi potest,regulam illam intelligi , si agatur de damno Ecclesiæ vitando , non item de lucro faciendo,sicut esset in casu nostro.

7 Aduerte secundò , quod Ecclesiastici si ter moniti à Superiore nolint à negotiatione desistere, perdunt priuilegium clericale simpliciter quoad omnia , vti supra dicebam ex multis iuribus,præcipuè ex textu *in cap.ex literis*,16. *de vita . & honest. cleri.* .ex quo textu rectè colligit gloss. & Petrus de Ledesma *in summa to.*2.*tract.*17.*cap.*1. *concl.* 17.Ec-
clesiasticos ante trinam monitionem non teneri in
8 conscentia,scilicet quo ad alia(suprà ea,quæ negotiãtur)soluere vectigal,quia quo ad hęc gaudẽt priuilegio clericali vsque ad tertiam monitionem,vti suprà etiam dicebam; & docent Lopez *instruct.par.* 2.*cap.*41.Sousa *in Bull.Cœna cap.*19.*disp.*92. *num.* 3. Pereira *de manu Regis par.*2.*cap.*14 *num.*35 (vbi citat Decianum,Graffium,Bossium,Capycium,Rodoanum,& Immolam)Homobonus *in consultatione cas. conscient.par.*2.*respons.*3. Rodriguez *in summa tom.*2. *cap.*75 *num.*11.Molfes. *in summa to.*2.*tract.*11.*cap.*12. *num.*173.Ioannes de la Cruz *in direct. conscient.par.* 1.*precept.*7.*q.*7 *ar.*3.*dub.*1.*concl.* 1. Iulius Ferrettus *de gabellis num.* 572. Bertachinus *de gabellis par.*3.*n.* 2.Comitolus *lib.*5.*q.*53.*n.* 3. Ioannes Franciscus Suarez *in Enchiridio casuum conscientiæ,lib.*4.*ver.tributum,§.clericus non tenetur* , Parladorius *lib.* 5. *rer. quotid.cap.*3. Ignatius de Salzedo *in pract. crim.cap.* 55.& Reginald.*to.*1.*lib.*9.*num.* 379. *in fin.* & Curtellius *de immun.Eccles.lib.*1.*q.*47.

Quidquid in contrarium sentire videantur Malderus *in* 2.2.*tract.*5.*cap.*6.*dub.*9.Portell.*in dub.Regularium , ver. tributum num.* 5.Ioao.de Heuia *tract.de commer.lib.*1.*cap.*14.*num.* 10.Prosper de Angostino *in addition.ad Summam Quarãta,ver vectigal*,& Turrianus *to.*2.*in* 2.2.*disp.*44.*dub.*4.*num.*11.qui simpliciter aiunt , quod clericus negotiator statim ex vi negotiationis teneatur in conscientia soluere vectigal;quod intellige,sicuti dicebam ,& docent etiam Alterius *de cens.to.*1.*disp.*19.*lib.*5.*cap.*6.*q.*3.*fol. mihi* 743. Molina *to.* 1. *disp.* 147. *concl.* 5.Duard.*in Bull.* *Cœna lib.* 2.*can.* 18. *q.* 8.*num.* 9.quoad ea,quæ negotiator : nam quoad alia bona & quoad personam , non amittit priuilegium , nisi post trinam monitionem,ita vt durante spatio trinæ monitionis non possit Clericus tangi in persona, neque pro ipsis mercimoniis;quia dum spatium trinę monitionis lapsum non fuerit,haberi debet ,vt Clericus;qua de re vide Boëtium *decis.* 246.*num.* 4:Gutierez *de gabellis lib.*7.*quæst.*94 *per totam* , Martham *de iurisd.par.* 4.*cent.* 1.*cas.*3.*num* 2.*& seqq.*Ceuallos *tract.de cognit per viam violent.par.*2.*quæst.*64.& Curtellium *cit q.*47.*n.*7.

SECTIO III.

An sit peccatum mortale , si Ecclesiastici multum negotiationi operam dent?

SVMMARIVM.

1 *Clerici videntur peccare mortaliter,si multum negotiationi operam dent.*

2 *Clerici negotiari non illicite possunt,dummodo, negotiatio aliunde non sit turpis , & absit scandalum.*

3 *Ecclesiasticus si bis,terue negotiatur,non videtur peccare mortaliter.*

4 *Ecclesiasticorum nomine hic veniunt Religiosi generatim,& Clerici seculares in sacris constituti.*

5 *Beneficium obtinentes,& sacris non initiati videntur peccare tantum venialiter , si multum negotientur, & an peccent etiam mortaliter est opinio multorum Doctorum pro vtraque parte.*

6 *Regulares , & Clerici sacris initiati si crebro , & per longum tempus ludant ludo alearum taxillorum,& similium vel ludo prædicto intersint,peccant mortaliter, secus si raro.*

7 *Alij Ecclesiastici inferiores , & multò minus laici, multè minus peccant mortaliter nisi forsan alicubi aliqua lex politica sub graui pœna id prohibeat.*

8 *Ludus non est peccatum mortale Clericis solum ex intentione lucri ; sed ex aliis circunstantiis contra Siluestrum , nisi in casu,quo ludens paratus proximo notabilem iniuriam inferre.*

9 *Venatio clamosa Clericis interdicitur sub pœna suspensionis , secus est si sit quieta.quia tunc non est peccatum mortale.*

10 *Venatio clamosa dummodo raro fiat,idque sine causa necessitatis,sine exercitij,sine moderata recreationis, non est peccatum mortale.*

11 *Ecclesiastici,licet prohibeantur sub pœna excommunicationis incumbere legi ciuili,& Medicina non tamen incurrunt rare id facientes.*

12 *Ecclesiastici etiam si per longum tempus dent operam legi ciuili,& Medicinæ priuatim tamen,& non in publicis studiis excommunicationem non incurrunt contra Filliucium.*

13 *Ecclesiastici , & multo minus Diaconi , de quibus non loquitur Textus , etiam si in studiis publicis operam nauent iuri non incurrunt censuram excommunicationis si id faciant in ordine ad sacros canones.*

14 *Sacerdotes etiam Regulares si crebro & per longum tempus negotientur per alios , qui totam industriam præstent,& ipsi solum pecuniam,non peccant mortaliter,& cur.*

15 *Ecclesiasticis indecorum est etiam per alios negotiari & non licet nisi aliqua causa excuset.*

SEquitur secundò , videri peccatum mortale , si Ecclesiastici multum negotiationi operam dẽt; 1
atque ita ex communi docent Salonius *in cap. cit.q.*77.*ar.*4.Salas *de contract.tract.de empt.& vendit. du.*1.Molina *de iust.to.*2.*tract.*2.*disp.*142.*n.*2.Salzed. *in addit.ad pract. crim. Diaz cap.*57.Prosper de August.

gust. *in addit. ad Summam Quaranta, ver. vectigal.* Squillante *de obligat cler. par. 2. dub. 3 num. 39.* Reginald. *in praxi to. 2. lib 10. tract. 3. cap. 2. num. 20.* Medina *de restit. q. 30 art. 2.* Silu. *ver. Clericus, num. 3.* Comitolus *in respons. moralib. lib. 5. quæst. 53.* Scaccia *in tract. de commer. §. 1. quæst. 7. par. 2. ampl. 11. n. 7.* Sot. *de inst. lib. 6. quæst. 2. ar. 2.* Tol. *in summ. lib. 8 cap. 53.* Rebellius *de obligat. inst. par. 2. lib. 9. q. 18. sect. 2. num. 8.* Cenedus *in collect. iur. Canon. par. 1. collect. 37. num. 2.* Molfes. *in Summa to. 2. tract. 12. cap. 4. num. 129.* Bellettus *in disquis. cleric. par. 1. §. 21. num. 2.* & alij, quos citat, & sequitur Carolus de Graffis *in tract. de effect. Cler. eff. 3. num. 1. & seqq.* quamuis contrarium docere videantur Caiet. *in summa, ver. Clericus*, &
2 Rodriguez *in summa to. 2. cap. 1. num. 2.* qui aiunt, negotiari clericos non illicitè posse, dummodo negotiatio aliunde non sit turpis, & absit scandalum: idem etiam docere videtur Michael de Palatio *de contract. lib. 2. cap. 10. fol. mihi 168.* vbi ait, non videri peccatum mortiferum clerici negotiationem, si aliunde illa non trahat rationem culpæ, aut propter scandalum, aut propter mendacia, aut periuria, quæ in ea miscentur: & ratio esse potest, quia si clericus negotiator antea est admonendus, tunc vtique peccat, quando admonitus non cessat à negotiando: at quod dixi, est probabilius propter rationes *suprà tactas in fine sectionis.*

3 Dixi, *videri peccatum mortale, si Ecclesiastici multum negotiationi operam dent*: nam si quis ex ipsis semel, iterum, terve negotiaretur, non vtique peccaret mortaliter. Ratio, quia id non valde indecorum esset, nec valde animum occuparet, & à spiritualibus auocaret: atque ita tradunt Salas, Cenedus, Carolus de Graffis *in locis suprà cit.* & alij Doctores passim.

4 Per Ecclesiasticos autem hic intelligo Religiosos generatim, & seculares solùm illos, qui sacris sunt initiati. Ratio, quæ me monet, est; quia hos tantùm negotiari, videtur valde indecorum, & horum tantùm animum occupari, & à spiritualibus remoueri, videtur esse defectus notabilis: atque ita docent Doctores suprà citati *in locis supra adductis*, & præcipuè Medina.

5 An autem, qui beneficium obtinent, & sacris nō sunt initiati, peccent mortiferè (de veniali enim dubium nō est) si multùm negotientur; affirman Salas *in loco supra citato*, & citat Rebellium, Vegam, Sà, & & Tabienam; affirmant etiam Molfes. & Bellettus, at negant Squilante, & Molina, *vbi supra*, sic aiens: *Qui in sacris non sunt constituti, sed beneficium obtinent, anceps est Siluester, inclinareque videntur Doctores aliqui, illos lethaliter non peccare*, hæc ille. Quare saltem ab extrinseco propter auctoritates Doctorum vtraque opinio est mihi probabilis, & tuta in praxi.

Quod autem Ecclesiastici, si sint regulares, vel (si sunt seculares) qui sunt sacris initiati tantùm, peccent mortaliter; idque si multùm negotiationi operam dent, vt supra dicebam.

6 Confirmatur primò à simili de ludo: nam licet grauiter, & sub multis pœnis prohibeatur Ecclesiasticis ludo alearum, taxillorum, & similium ludere, quinimmò & huiusmodi ludis interesse (vt patet ex *Can. 41. & 42. Apostolico, cap. clerici, 15. de vita, & honest. cleric. cap. inter dilectos, 11. de excessib. Prælatorum, &* ex Concilio Trid. *sess. 25. cap. 1. de reformat.*) adhuc communiter Doctores docent, quod Ecclesiastici, si sint Regulares tantùm, vel si sint sacris initiati solùm, peccent mortaliter; idque si crebrò, & per longum tempus (& sic, cum neglectu officij) ludo vacauerint: tunc enim solùm pœnæ Canonicæ prædictorum Canonum (inquiunt ipsi) locum habere videntur; secus, si quis ex prædictis Ecclesiasticis ludo vacauerit rarò, vel & si crebrò, ad breue tempus, ita vt absit scandalum, & officium, quo fungitur, detrimentum non patiatur: ergo idem similiter in casu nostro dicendum est.

Quapropter multò minus peccant mortaliter alij 7
Ecclesiastici inferiores, & multò minus laici (nisi forsan alicubi aliqua lex politica sub graui pœna id prohibeat, & sit in obseruantia) quia id iure Canonico non est illis vetitum, sed solùm Canone illo *Apostolorum* 42. cuius hac in parte obligatio per contrariam consuetudinem, sicut & obligatio multarum legum ciuilium iam olim cessauit. Vnde ludere prædictis ludis, non est per se illis modò peccatum aliquod; quamuis ratione circumstantiarum plerumque cum peccato mortali fiat: non admitto tamen, cum peccato mortali fieri, solùm ex intentione lucri, contra Siluestrum *ver. ludus, q. 4* & alios, 8
quos ipse citat, nisi in casu, quod intentio, seu affectus lucri tantus esset, vt ludens ex illo paratus sit notabilem iniuriam proximo inferre, vel aliquod præceptum sub peccato mortifero obligans violare, v. g. amore lucrandi per ludum die festo sacrum omittere, &c. quia tunc prædicta intentio notabilem deformitatem inuoluit.

Confirmatur secundò, à pari de venatione: nam 9
quamuis *cap. 1. de clericis venat.* Episcopis, Presbyteris, & Diaconis; & multò magis monachis prohibeatur sub pœna suspensionis, ne canes, aut accipitres ad venandum habeant, & *cap. 2. eod. tit. & cap. 3. ne clerici, vel monach.* grauiter interdicantur iisdem venationes, & vagationes cum canibus: adhuc tamen quoad hoc Doctores non agnoscunt in illis, & multò minus in inferioribus Ecclesiasticis, peccatum mortale, si venatio non sit clamosa, sed quieta: nempe cum retibus, laqueis, paucisque canibus; quinimmò etiamsi sit clamosa, dummodo 10
rarò fiat, idque siuè causa necessitatis, siuè exercitij, siuè moderatæ recreationis, &c. sicuti rectè docent Abb. *in cit. cap. 1 de Cler. venat.* Silu. *ver. venatio*, Couar. *ad regulam peccatum, part. 2. §. 8.* Lessius *de iust. & iur. lib. 2. cap. 5. dub. 9. num. 42.* Medina *Cod. de restit. q. 52.* Rebell. *lib. 1. q. 14. num. 10.* Valerus *in differentiis vtriùsque fori, ver. peccatorum, differ. 20.* & alij passim; quidquid dubitare, & docere in contrarium videatur Ioan Franciscus Suarez *in Enchiridio casuum conscientiæ, lib. 2 §. clericus.*

Confirmatur tertio, à pari de prohibitione, ne 11
Ecclesiastici audiant Lectorem iuris ciuilis, vel Medicinæ: nam quamquam *in cap. super specula ne clerici, vel monachi*, &c. prohibeatur sub pœna excommunicationis secularibus sacerdotibus, & Religiosis quibuscumque operam dare Iuri Ciuili, vel Medicinæ, adhuc tamen in prædictam censuram ex communi sententia Doctorum non incurrunt prædictæ personæ, si rarò, ter, quaterve id faciant. Adde, quod nec incurrunt in illam, etiamsi id 12
per longum tempus efficiant dummodo priuatim, & non in studiis publicis id faciant, sicuti contra Fillincium *tom. 1. tract. 14. cap. 7. num. 103.* & Suarez *de censur. disp. 23. sect. 3. num. 59.* & alios docent Barbosa *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 50. cap. vlt. n. 3.* Squillante *de oblig. cleric. part. 2. dub. 8.* Homobonus *de statibus part. 1. cap. 18. num. 6.* Gambarupta *de casib. reseru. cap. 9. num. 6.* Villalobos *in summa, tom. 1. tract. 17. difficult. 28. num. 4.* Sanctarellus *tract. de Apost. cap. 2. dub. 3. num. 25.* & alij, qui omnes, & præcipuè Sanctarellus *vbi supra* Barbosa *num. 7.* & Squillante *dub. 18. num. 57.* subdunt, quod neque 13
in

in prædictam censuram incurrunt prædictæ personæ(& multò minus Diaconi,licet beneficium habeans;quia de his nnn loquitur cit.cap. *super specula*, & ex alio capite odia sunt restringenda, non aut ampliand a) etiamsi in studiis publicis operam nauent prædictis facultatibus, quatenus hæ coonducunt, vel possunt conducere ad maiorem notitiam Cannnum;quod tameo solum verum est quoad forum internum : nam quoad forum externum haberentur pro excommunicatis;quia Ecclesia non iudicat de internis.

Itaque sicut aleis,taxillis, & ludis similibus ludere;atem vena.i & lectorem legum,aut Medicinæ in publicis scholis audire,non est,neque Religiosis,neque Presbyteris secularibus, peccatum mortale si rarò id faciant,ita nec negotiari, si crebrò id non efficiant,

14 His adde,neque esse peccarum mortale, si prædictæ personæ(siue sacerdotes sint, siue etiam Regulares,& crebrò,atque per longum tempus) oegotientur per alios,qui totam industriam præstene vt si v.g.pecuniam in societate mercatorum depositam habeant, &c. Ratio, quia tunc cessat causa prohibitioois,tum quia in iure solum prohibirom videtur,ne negotieorur per se:atque ita tenent Medina *vbi supra*,Molina *de iust.tom.1.disp.* 342.*numer.* 10.Malder.*in* 2.2.*tract.*5.*cap.*2.*dubnat*. 4. Aragon.*in* 2.2.*quæst*.77.*ar*.4.Tabien *ver. empt.* *n*. 26.Salas *de contract.tract.de empt.& vendit.num*. 2. Rebellius *de oblig.iust.par*.2.*lib*.9.*q*..8.*sect*.2. Squillante *de obligat.cler.pa* .2.*dub*.3 Turrian.*in* 2. 2. *tom*. 2.*disp*. 59. *dub*.2 Faustus *in specul.Confess. disp*. 6. *q*.103.& alij multi contra Genuensem *in praxi*, *cap*. 62. *num*.6. Ricciuni *in praxi fori Eccles.par*. 3.*resol*. 205.*num*. 2. Vgolinum *de potest.Episcop.cap*. 13 §.17.Megalium *in* 2. 2. *lib*.1.*cap*.5.*quæst*.5.*numer*. 157. Salzedum *in addit.ad prax.crim.Diaz cap*. 57. & Prosperum de Augustin.*in addit.ad summam Quaranta,ver. vectigal.*

15 Non nego tamen,quod sit parum decoris statui Ecclesiastico, etiamsi per alios personæ prædictæ negotientur:vnde faciendum id non arbitror, nisi iusta aliqua causa excuset ; alioqnin enim semper subesse videtur aliquod leue peccatum ; atque ita tenent Molina, & Faustus *in locis supra cit.* quamuis Turrian.& alij putent, ex vi solius prohibitionis posse sacris initiatos,& Religiosos etiam, negotiari per alios sine peccato veniali. At quod dixi,est probabilius, si non ex vi prohibitionis positiuæ,quæ in tali casu locum non habet, saltem ex vi prohibitionis naturalis;cùm ex natura rei id sit parum decorom,vt supra dicebatur, præsertim Religiosis,& iis,qui sunt sacris initiati.

SECTIO IV.

An sint immunes Ecclesiastici quoad ea, quæ ad proprium vsum deferunt?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici immunes sunt quoad ea,quæ ad proprium vsum deferunt.*

1 SEquitur tertiò, quod è contra sint immunes Ecclesiastici quoad ea, quæ ad proprium vsum deferunt ; quia id non est negotiari ; tum quia sic patet ex *cap. non minus,cap.aduersus, de immunit. Eccles.* & ex Bullæ Cœnæ *Can*. 18. præsertim, quia *in l. vniuersi, Cod.de vectigal.* in vniuersum sub pœna capitis prohibetur,pro iis, quæ ad proprium vsum à quolibet deferuntur,gabellas exigi. Vide Angelum,*ver. pedagium,num*.3.Siluestrum,*ver. gabella*, 3.*quæst*.5. Caietanum *ver. vectigal*, S. Antoninum 2.*par. tom*. 1. *cap*. 15. §. 9.Naoat.*cap*.17.*num*.201. Medinam *q*.15.Driedonem *leg*.2.*de Christ. libertate cap*.5.Toletum *lib*.5.*cap*. 73. Lessium *de iust. & iur. lib*.2.*cap*.33.*dub*.7.& 8.Petrum Nauar.*lib*.3.*cap*.2.& *seqq*.Aragonium *q*.62.*ar*.3.& Beiam *in casibus Bononiensibus*.

SECTIO V.

An,& quando Clericus dicatur negotiari, ita vt à tributis,& gabellis immunis non sit quoad ea, quæ negotiatur?

SVMMARIVM.

1 *Ement rem,& eam immutatam vendens absque dubio negotiatur, & sic tributum soluere tenetur.*

2 *Affertur distinctio negotiationis, & non negotiationis, vide quomodo deprehendatur.*

3 *Clericus negotiatur, & sic etiam tributum soluere tenetur,si domum,agrum,iumentum,vel aliam rem emat ad locandum,quia per talem locationem quasi partialiter vendit rem prius emptam.*

4 *Clericus negotiari censetur,& sic etiam tributum soluere tenetur,si agrum,vel hortum,vel similem rem fructiferam alienam conducat,vt fructus inde percipiat, & vendat.*

5 *Clericus si negotietur pro se,& familia sua sustentanda non tenetur soluere tributum.*

6 *Clericus non potest suscipere Domus alicuius secularis administrationem,vel procurationem.*

7 *Clerici cultores agrorum suorum, & conductores agrorum Ecclesiasticorum, non debent titulo negotiationis illicitæ molestari.*

8 *Clericus non dicitur negotiator,ita vt priuilegio exemptionis spoliari possit ex vnica tantum emptione, vel venditione.*

9 *Delictum negotiationis requirit frequentiam.*

10 *Delictum publici latronis pariter ad effectum vt non gaudeat immunitate Ecclesiarum.*

11 *Item delictum Clerici Sodomitæ ad contrahendas pœnas statutas in Bulla Pij V.*

12 *Item de malefico,& superstitioso quoad obligationem denunciandi.*

13 *Clericus non negotiatur, & sic tributum soluere non debet,si vendat vinum oleum, vel frumentum &c. ex redditibus sui Beneficij,vel ex suis bonis patrimonialibus collecta.*

14 *Clericus non negotiatur si ex emptis ad sui, suæque familiæ sustentationem aliquid superfit, illudque carius vendat,quam emerat.*

15 *Ad negotiationem requiritur, vt prior emptio facta fuerit animo reuendendi.*

16 *Clerici neque negotiantur si greges in suis prædiis alant,vt ex fœtu,lacte,lana pecuniam conficiant.*

17 *Fructus gregis non dicuntur fructus emptionis, sed prædiorum,idem dic de incremento Bouis,siu Equi.*

18 *Homo mercator vix aut nunquam potest Deo placere.*

19 & 20 *Clericus vendens libros à se compositos non negotiatur etiam si propriis sumptibus imprimere fecerit,& Clericus de libris impressis à se compositis non tenetur soluere gabellas.*

Item

2 *Item dic de exemplaribus illis donatis ab Impresso-*
ribus in operis recognitionem.

RESpondetur, distinguendo. si rem emat, vt eam
1 immutatam vendat, ab que dubio negotiatur,
& sic tributum soluere tenetur: si autem rem emp-
2 tam, mutatam vendat, subdistinguo: vel lucrum in-
tendit ex emptione prius facta formaliter; vel non
ex ex emptione prius facta formaliter, sed aliunde.
In priori casu negotiatur, & sic tributum soluere
tenetur, verbi gratia si emat vuas, vel lanam, vel
venam ferri, &c. vt per ministros conductos vinum
ex vuis, pannos ex lana, ferrum ex vena ferri, &c. cō-
ficiat, & postea vendat; quia in his casibus nihil
aliud vendit, nisi quod prius emerat, & fructus est
emptionis, non naturæ, vel suæ industriç. Nam, esto
res vendita in aliam formam mutata sit; illa
tamen mutatio facta est à ministris conductis, ac
proinde fructus est emptionis, & laboris ministro-
rum conductorum, & sic etiam emptionis; quapro-
pter reuera negotiatio est. Ita Molina *de iustitia, &*
iure, tractatu 2. disputat. 341. vers. secundum est, & Cur-
tellius *de immunit. Eccles. libr. 2 quæst. 47. num.* 10.

Non sic, si dictas res emat, vt ipse, ipsiusque fa-
miliares non conducti, vinum, pannos, vel ferrum,
&c. inde conficiant, postea vendat; quia tunc
non vendit formaliter, quod emerat, sed quod
propria industria effectum est. Ita Molina loco
suprà cit. conclus. 5. Idemque ex Chrysostomo *ho-*
mil. 38. in Matthæum, & cap. eiciens, d. 88. dicas, quo-
tiescumque rem comparat, non vt ipsam integram,
& immutatam vendat, vel mutet (sumitur enim
hic vendere, prout comprehendit etiam commu-
tare, cùm sæpe negotiatio permutatione fiat) sed vt
sibi sit materia aliquid inde operandi, quod postea
vendat vel mutet; vt si ex auro, vel argento quid
elaboret, & vendat, vel mutet; ex iuncis sportas,
vel storeas conficiat, & distrahat, vel mutet; ex
lana, vel filo pannum efficiat, & vendat, vel
mutet; ex filis retia pro piscatione texat, vel mu-
tet: sic enim olim Religiosi sportas, storeas, &
similia faciebant, vt venderent, & ex pretio se su-
stentarent; & Apostolus Paulus artem scenofactoriā
faciebat. Idemque etiam ex cōmuni sententia Do-
ctorum dicas, si agrum, vel hortum proprium colat,
vt inde collectos fructus, aut inde cæsa metalla,
vel saxa vendat, siue mutet, siue non mutet ea in
aliam speciém.

3 Secundò negotiatur, & sic etiam tributum
soluere tenetur, si domum, agrum, iumentum,
vel aliam rem emat ad locandum; quia per ta-
lem locationem, quasi partialiter vendit rem
prius emptam. Ita colligitur ex *cap. 1. & 3.*
21. quæst. 3. & cap. 1. ne clerici, vel monachi,
& docent Molina *citata disputat. 342. conclus. 5.* &
Barbosa *2. par. de potestate Episcopi allegat. 13.*
num. 13.

4 Tertiò negotiari censetur, & sic etiam tribu-
tum soluere tenetur; si agrum, vel hortum,
vel similem rem fructiferam alienam conducat,
vt fructus inde, etiam proprio labore, percipiat,
& vendat; quia, esto, fructus inde percepti
ad ipsum pertineant (cùm ex semine suo nas-
cātur, & fructus sint sui seminis, & industriæ) & sic
non sit propriè negotiari, tamen quia talis con-
ductio auaritiam, & negotiationē aliquo modo sa-
pit, à iure clericis interdicta est; & sic ex illa tam-
quam ex interdicta negotiatione, tributum soluere
5 tenetur (quāuis secus, si pro se, & familia sua suste-
tanda faciat) sicuti constat ex *dicto cap. 1. & 3.*
21. quæst. 3. & cap. 1. ne clerici, vel monachi
(vbi etiam prohibetur clericus, ne domus alicu- 6
ius secularis administrationem, vel procurationem
suscipiat) & sicuti docent Molina *loco supra cit. vers.*
idem dicerem, Barbosa. *numer.* 12. Curtellius *de im-*
munit. Eccles. lib. 2. quæst. 47. numer. 11 Riccius
resol. 317. numer. 10. & Gutierez *de gabellis, quæst.*
63. numer. 68. & 71. & nos dicebamus *citata du-*
bit. 26. sect. 3. Quapropter sacra Congregatio die
19. Ianuarij 1593. determinauit, quod clerici cul- 7
tores agrorum suorum, quin & conductores agro-
rum, Ecclesiasticorum tamen, non debeant titulo
negotiationis illicitæ molestari,

Aduertite tamen, non dici clericum negotiato- 8
rem (ita vt priuilegio exemptionis à tributis, &
gabellis simpliciter spoliari possit) ex vnica tan-
tum emptione, vel venditione, sed ad id plures
emptiones, vel venditiones requiruntur, cùm
hoc delictum frequentiam requirat Ita Salzed. 9
pract. qq. cap. 55. vers. & minus capuit, Zened. 1.
par. decret. collect. 37. num. 2. in fin. Carolus de Grass.
de effectibus cleric. effect. 6. num. 19. & Barbosa 2.
par. de potest. Episc. allegat. 13. numer. 11. Idem dice- 10
bam de publico latrone, vt immunitate Ecclesia-
rum non gaudeat; de clerico sodomita, vt pœnas
Bullæ Pij V. contrahat; & de malefico, vel super- 11
stitioso, vt S. officio denunciari debeat. Vide *infrà* 12
cap. 16. dubit. 11. Genuensem *in prax. Archiep. cap.* 18.
num. 15. & Diana *p. 2. tract. 6. resol.* 65.

E contrà non negotiatur, & sic tributum sol-
uere non debet, si vendat vinum, oleum, vel 13
frumentum, &c. ex redditibus sui beneficij, vel ex
suis bonis patrimonialibus collecta; quia dictæ res
non sunt fructus emptionis, sed suarum posseſſio-
num. Ita Molin. *cit. disp. 342 vers. idem dicerem.*
Gregor. Lopez *l. 46. tit. 6. par.* 1 Mexia *in pragmat. taxæ*
panis concl. 5. n. 29. Gutierez *de gabellis, quæst 93. n.*
25. Curtellius *de immunit. Eccles. libr 2. quæst. 47.*
numer. 11. & Barbosa *de potest. Episc. 2. par. allegat. 13.*
num. 10.

Secundò, neque negotiatur; si ex emptis 14
ad sui, suæque familiæ sustentationem aliquid
supersit, illudque carius vendat, quàm emerat;
quia ad negotiationem requiritur, vt prior em- 15
ptio facta fuerit ex animo reuendendi Confirma-
tur; quia viri timoratæ conscientiæ, & Religiosi
etiam ex hoc scrupulum sibi non mouent, & me-
ritò, quia alioquin cogerentur Ecclesiastici, &
Religiosi res emptas sæpe perdere, si eas, cùm sibi
non deseruiunt, non possent licitè vendere, vel
commutare. Ita Molin *loco supra cit. vers. Secunda*
conclusio, Curtellius *num.* 12. Barbosa *num.* 11. & Ric-
cius *in prax resol. 317. n.* 10.

Tertiò neque negotiatur, si greges in suis præ- 16
diis alat, vt ex fœtu, lacte, lana pecuniam conficiat;
vel si emat animalia vt pascat in propriis agris, &c.
cùm pinguia facta fuerint, ea, & eorum partus ven-
dat; quia hæc omnia non sunt fructus, vel quasi 17
fructus emptionis, & venditionis, sed prædiorum;
vel si emat Equum, vel Bouem, &c. vt, cùm
creuerint, & simul inseruierint, pluris vendat, quia
tale incrementum etiam non est fructus prioris
emptionis, sed naturæ, suarumque posseſſionum.
Ita Molin. *cit. disput. 342. conclus* 5. Medina *de re-*
stitut. quæst. 3. Alterius *de censur. tom. 1. disput. 19. lib. 5.*
cap. 6. dubit. 7. Turrianus *in 2. 2. tom. 2. disput. 59.*
dub. 2. Rebellius *part 2. quæst. vlt. sect. 1. & 1.* Marthæ
de iurisdict. part. 4. cas. 3. num. 9. & 10. Azor. *tom. 2.*

lib.7. cap.14.quaſ.1. Leſſius *de iuſt. & iur. lib.5. cap. 21. dubit.1.* Rodoanus *quaſt.2.num.15. de ſpoliis Eccleſia.* Barboſa *cit. allegat. 13. num. 11.* Curtellios *num.13.* qui in primo caſù limitat (ſed minus rectè, cum militet eadem ratio) ſi Clericus proprios agros non inueniat aliis locandos pretio commoni, & Carolus de Graſſis *de effectib. cleric. effect.6. num.18. ex cap.clericus, diſt. 91. & cap. nunquam, de conſecrat. diſt.5. gloſſ.ibid. & diſt.14.quaſt.3. initio & 14.quaſt.4. cap.Canonum*, & ex eo, quia hæc omnia veniunt nomine artificij liciti ; non autem negotiationis illicitæ, quæ clericis interdicitur, *cit. diſt. 14. quaſt. 4. cap. Canonum, & cap. clerici, & d. 88. cap.conſequens, cap. negotiatorem, cap.fornicari, cap. eiiciens : item cap. fieri, de vita, & honeſt. cleric. & cap. ſecundum ; ne clerici, vel monachi*, ibi ea ſub anathematis pœna clericis prohibetur;& meritò, ſicuti ſuprà in fine ſectionis dicebam ; quia res eſt plena periculi , fraudis,& iniuſtitiæ : vnde dicitur 1.ad Timoth. 6. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſideria multa nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Et Chryſoſtom in cit. Homil.38. in Matth. ait: *Eiiciens Dominus vendentes, & ementes de templo ſignificauit, quia homo mercator*
18 *vix, aut numquam poteſt Deo placere.* Tum quia auocat nimis animum à rebus diuinis , quibus mancipatus eſt clericus, tum quia id eſt valde indecorum ; cùm Eccleſiaſtici, quorum pars eſt Deus, habentes alimenta , & veſtes , quibus regantur, debeant eſſe contenti. Vide , quæ dicebantur *lib. de Parlam. tit.dub.26. per totam.*

19 Ex dictis ſequitur, quòd multò minus negotietur clericus, ſi libros à ſe compoſitos, propriis ſumptibus, empta ſcilicet charta,& ſoluta debita mercede imprimens, poſtea vendat: quia hi reducuntur ad fructus induſtriales, de quibus *in l.fructus , ff. de vſuris, & l.ſi nauis, ff.de rei vendit.* ſunt enim fructus non ſolum ingenij, ſed etiam induſtriæ, quatenus per induſtriam partus ingenij reducit ad
20 eſſe vendibile, vt quid vtile alteri: quapropter non tenetur pro illis ſoluere gabellam , ſed poteſt eos, quamdiu ſub ipſius dominio manent , liberè vendere,& vendendos aſportare , quocumque voluerit, abſque eo, quod alicubi teneatur ſoluere gabellam ; ſiue dicti libri (vt , ſi ſint alicuius Religioſi; quia quidquid acquirit Monachus, acquirit Monaſterio) reducantur ad bona Eccleſiaſtica, ſeu Eccleſiæ ; ſiue (vt, ſi ſint clerici ſecolaris) reducantur ad bona patrimonialia; ſiquidem vtriuſque huius generis bona ſunt exempta à iuriſdictione laica, ac proinde non ſunt ſubiecta gabellis , ſicuti dicebamus *ſuprà ſect.7.*

21 Cæterum quod dixi quoad omnia exemplaria, ſi perſona Eccleſiaſtica propriis ſumptibus libros imprimat , dico etiam quoad exemplaria , quæ impreſſor Auctori in recognitionem operis conſignat, ſi ipſe, & non Auctor , propriis ſumptibus dictos libros impreſſerit; quia hæc, poſtquam conſignata ſunt Auctori, enumerãtur inter bona ipſius Auctoris. An autem ſtatutum laicorum prohibens in genere librorum impreſſionē ſine licentia ipſorum, ſi ſe extendat ad Eccleſiaſticos, ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, dicam *cap.8. dub.18.*

SECTIO VI.

An clericus præter pœnam ſupradictam incurrat alias pœnas propter illicitum negotiari ?

SVMMARIVM.

1 *Acquiſita à Clerico per illicitam negotiationem debentur de iure nouo Cameræ Apoſtolicæ.*

2 *Acquiſita olim à Clerico per illicitam negotiationem in ipſius dominium tranſibant.*

3 *Acquiſita olim à Clerico moriente ab inteſtato licet ex illicita negotiatione, debebantur eius hæredibus.*

4 *Acquiſita olim à Religioſo ex illicita negotiatione debebantur monaſterio.*

5 *Requiſita à Clericis ex negotiatione habita ſemel, bis aut ter, licet Clericus non dicatur propriè negotiator, debentur Cameræ Apoſtolicæ, & ſunt ſubiecta gabellis.*

6 *Acquiſita à Clerico ex illicita negotiatione, ante latam à Iudice ſententiam an debeantur Cameræ Apoſtolicæ in foro conſcientiæ, eſt opinio pro vtraque parte.*

7 *Nemo tenetur ſoluere pœnam ante Iudicis ſententiam.*

8 *Pius IV. & Pius V. in pœnam delicti, & vt malè acquiſita per illicitam negotiationem Cameræ Apoſtolicæ applicant, irritando quidquid in contrarium attentatum fuerit.*

9 *Nomine ſpoliorum non veniunt, & ſic tributis ſubiecta non cēſentur, quæ Clericus acquiſiuit non per ſe, ſed per alios negotiando.*

10 *Nomine ſpoliorum veniunt quæcumque alia à Clerico contra ſacros Canones quomodocumque acquiſita ſunt.*

11 *Acquiſita à Clerico ex beneficiis contra ius retentis, & ex officiis ſecularibus contra ius exercitis, vt Aduocati, & Procuratoris, debentur Cameræ Apoſtolicæ.*

12 *Item acquiſita aucupio, vel venatione per Canes.*

13 *Item acquiſita ex arte Medicina, vel Chirurgia.*

14 *Item acquiſita ludo alearum, vel taxillorum.*

15 *Acquiſita ludo, vel contractu, vel officio interdicto ſolum in Synodo, ſiue generali, ſiue ſpeciali mandato Epiſcopi non debentur Cameræ Apoſtolicæ.*

16 *In dubio credendum eſt bona non eſſe illicitè acquiſita, cum nullus cenſeatur malus niſi probetur.*

17 *Nomine Clericorum hic veniunt Religioſi generatim, & ſeculares non ſolum Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi, ſed probabiliter etiam Clerici in minoribus exiſtentes ; non quidem abſolutè, ſed Beneficiarij, vel Penſionarij.*

18 *Clerici in minoribus exiſtentes, & non Beneficiarij, vel Penſionarij, & multò magis coniugati, videntur licitè poſſe officia, & artes exercere.*

19 *Cardinales vbique locorum decedentes non tenentur ad ſpolia.*

20 *Habitantes in vrbe, vel Romanam Curiam ſequentes, non tenentur ad ſpolia.*

21 *Habentes ſpeciale priuilegium, ſeu generale ratione ſuorum officiorum, & quomodolibet teſtandi facultatem, non tenentur ad ſpolia, ſi tamen non deceſſerint ab inteſtato, vel habuerint clauſulam, quæ fiat cognatis eorum facultas eis ſuccedendi ab inteſtato.*

22 *Acqui*

22 *Acquisita ab Equitibus Hierosolymitanis ex illicita
negotiatione non debentur Cameræ, sed eorum Reli-
gioni.*

1 REspondetur affirmatiuè; quia acquisita à cleri-
co per illicitum negotiari (licet olim in ipsius
2 dominium transibant: quapropter suo arbitratu
in quosuis vsus, tanquam si ad suum patrimonium
3 pertinerent insumere poterat: & si moriebatur ab
intestato, hæredibus debebantur; vt docet gl. *in
cap. ex transmissa, de decimis, & 1. quæst. 1. cap.
non est putanda, & 14. quæst. 5.* Hostiens. & Abb.
4 *in cap. relatum 2. de testam.* Et si Religiosus, vel
monachus erat, monasterio acquirebatur; *cap.
cùm olim 2. de priuileg. cap. ne dicatis, 12. quæst. 5.
& Authent. ingressi de sacros. Ecclesiis* & docent In-
nocent. *in cit. cap. cùm olim*, & Nauar. *Comment.
de spoliis cleric. §. 7. numero 4.*) hodie tamen ab
Apostol. Camera tanquam spolia vendicantur,
ex nouo iure Pij IV. in Bulla 19. quæ incipit:
Decens, & ex nouo iure Pij V. vt notat præter
alios Nauar. *loco supra cit. num. 2. & in Sum. cap.
25. num. 110.* Azor. *part. 2. lib. 7. cap. 2. quæst. 1.*
Rodoanus *de spoliis Eccles. quæst. 2.* Rodericus
tom. 1. quæst. 30. art. 13. & Medina *tr. de reb. rest.
quæst. 30.* quia Pontifex *in loco cit.* dicit: *statuimus*,
quod ius nouum indicat, iuxta gl. *in cap. vt ligan-
tes, de offic. c. ordin. in 6. in Clem. Literas, de rescript.* &
Felin. *in c. decernimus, de iudic. num. 10.*

5 Quod & dicendum videtur, etiam quoad ea,
quæ clericus acquisierit semel tantùm negoti-
ando; quia licet, qui semel, aut iterum negotia-
tur, in iure negotiator non dicatur (cùm ne-
gotiator ab habitu negotiandi denominetur)
tamen adhuc sic acquisita, Spolia (sicut &
tributis, seu gabellis sobiecta) mihi videntur,
cùm ille vnicus actus verè sit illicita negotia-
tio; & ex alio capite ius inter spolia repu-
tet (sic vt & tributis, seu gabellis subiiciat)
quæcumque ex illicito negotiari acquisita fue-
rint.

6 An autem acquisita à clerico ex illicito nego-
tiari, ante latam à Iudice sententiam, Cameræ
Apostolicæ, seu Fisco Apostolico in foro consci-
entiæ debeantur, & etiam tributis, seu gabellis sub-
iiciantur?

Respondetur, quod (quamuis quidam negent,
ex eo, quod sic acquisita Cameræ debeantur, &
tributis subiiciantur in pœnam illicitæ negotia-
7 tionis; & ex alio capite nemo teneatur soluere
pœnam ante Iudicis sententiam) tamen proba-
8 bilius affirmetur; quia Pius IV. & Pius V. *in loc.
suprà cit.* ea non solum in pœnam delicti, sed
etiam, vt male acquisita, eodem modo habent,
ac cætera spolia, & ad Cameram applicant, irri-
tando, quidquid in contrarium attentatum fue-
rit. Ita Azor. *tom. 2. lib. 8. cap. 2. q. 3.* & alij.
Idemque de iisdem dicendum videtur, quate-
nus spectat ad tributorum, seu gabellarum sub-
iectionem. Vide *cit. Dubit 26. sect. 1. num. 2.*

9 Nomine autem spoliorum comprehensa, & tri-
butis subiecta, non censentur, quæ clericus acqui-
siuit non per se, sed per alios, negotiando, ver-
bi gratia, per fratrem, cognatum, amicum, vel
mercatorem, &c. sicuti docent Abb. *in cit. cap. 1.
ne clerici, vel monachi*, S. Antonin. *3. part. tit. 1.
cap. 2. §. 2.* Nauar. *cap. 25. num. 110.* Medio. *quæst.
35.* Azor. *tom. 2. lib. 7. cap. 14. quæst. 2.* & Less.
de iust. & iur. lib. 2. cap. 21. dub. 1. num. 6. Et ra-
tio est, quia in tali casu cessat ratio dictæ prohibi-
tionis, maximè si clericus pauper sit. Vide *cit. dubit.
26. sect. 3. num. 3.*

Quamuis comprehensa nomine spoliorum cen- 10
seantur, quæcumque alia à clerico contra sa-
cros canones quomodocumque acquisita sunt;
quia sic expressè sub istis verbis habetur in cit.
Bulla Pij IV. & notat præter alios Nauar. *Com-
ment. de spoliis, §. 7. num. 56.* Azor. *tom. 2. lib. 8 cap. 2.
q. 8.* & Rodericus *tom. 1. quæst. 30. art. 13* Et sic 11
Cameræ debentur, à clerico acquisita ex benefi-
ciis contra ius retentis: item acquisita ex officiis
secularibus (vt Aduocati, Procuratoris, &c.) con-
tra ius exercitis, *cap. 1. & 2. de postulando, cap.
clerici, de vita, & honest. cleric. & cap. 1. 2. 4. 5.
ne clerici, vel monachi*: item acquisita aucupio, 12
vel venatione per canes, *cap. 1. de cler. venatore*:
item acquisita ex arte medicinæ, vel chirurgiæ, 13
cap. tua, de homicid. cap. sententiam, ne clerici, vel
monachi: item acquisita ludo alearum, vel ta- 14
xillorum, *capite clerici officia; de vita, & honest.
cleric.*

Non item acquisita ludo, vel contractu, vel 15
officio interdicto solum in Synodo, siue generali,
siue speciali mandato Episcopi; quia hæc non
sunt acquisita contra sacros Canones Ecclesiæ,
quomodo acquisita tantum à clerico Cameræ ap-
plicant Pius IV. & Pius V. *in locis supra cit.* Ita
Azor. *cit. q. 8. & 11.* Vide etiam Abb. *in cap. 1. de pe-
cul. cler.* Romanum, *consil. 159.* Redoanum *de spo-
liis, quæst. 15. numero 30.* qui rectè notant, quod 16
in dubio credendum sit, bona non esse illici-
tè acquisita; cùm nullus censeatur malus, nisi pro-
betur.

Et nomine clericorum hic (sicut & quoad ea, 17
quæ *sect. 3.* dicebantur) veniunt Religiosi gene-
ratim, & seculares, non solum Sacerdotes, Diaco-
ni, & subdiaconi, sed probabiliter etiam clerici
in Minoribus existentes, non quidem absolu-
tè (vt sentire videtur Redoanus *quæst. 2. de spo-
liis*) sed beneficiarij, vel pensionarij; sicuti do-
cent Nauar. *Comment. de spoliis cleric. § 7. numero 55.*
Azor. *part. 2. lib. 8. cap. 2. quæst. 7.* & dicebamus
nos *lib. de Parlamentis cit. Dubit. 26. sect. 2. numero
4.* Et meritò, cùm clerici in Minoribus existen- 18
tes, & non beneficiarij, vel pensionarii, & mul-
to magis coniugati (vt contra Suar. *in defens. fi-
dei lib. 4. capite 28. numero 9.* & Layman *lib. 4.
tract. 9. c. 8. num. 5.* docet Clarus *§. fin. q. 36. num. 12.*)
videantur licitè posse officia, & artes exerce-
re; obsequia Regibus, & aliis secularibus præstare;
prædia, & villas conducere; coram secularibus Iudi-
cibus, etiam in causis profanis, postulare; *argum.
cap. 1. de postulat.* Quæ tamen prohibentur existen-
tibus in sacris, & probabiliter etiam in Minoribus,
sed beneficiatis, vel pensionariis.

Quamuis quoad spolia, Pius IV. in cit. Bullæ de- 19
claratione (quæ in Bullario veteri est Constitutio
35. & incipit: *Romanus*) excipiat primò Cardinales, 20
vbiuis locorum residentes. Secundò habitantes in
Vrbe Roma, vel Romanam Curiam sequentes, ac in 21
ea morientes (vt etiam fecit Sixtus IV. Alexander
VI. Leo. X. & Iulius III.) Tertiò, eos, qui specia-
li, vel generali priuilegio ratione suorum officio-
rum, vel quomodolibet testandi facultatem ha-
bent, quamuis extra Curiam moriantur; si ta-
men (vt notat Nauar. *loc. cit. num. 5.*) testati fue-
rint, vel habuerint clausulam, qua fiat cogna-
tis eorum facultas succedendi eis ab intestato.
Quartò in eiusdem Bullæ alia declaratione (quæ 22
in nouis est 29. & incipit: Romani) milites

Hierofolymitanns;ita vt ab eis acquifita ex illicita negotiatione fpectent ad ipforum Religionem, & oon ad Cameram, feu Fifcum Apoftolicum. Vide Redoanum, *q.1.de fpoliis,numer.* 48.& Azorium *loco fupra cit.q.*10.

DVBITATIO IV.

An in cafu,quo clericus tenetur foluere gabellam, cogendus fit coram Iudice Ecclefiaftico,vel feculari?

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui tenetur foluere gabellas cogendus eft coram fuo Iudice Ecclefiaftico*

2 *Poteftas fecularis non habet in Ecclefiafticos iurifdictionem præfertim coercitiuam,coactiuam,feu punitiuam.*

3 *Onus,quod foluitur ex rebus;cum fit ratione Perfonæ,dicitur perfonale.*

4 *Perfona fi eft exempta,eft etiam exempta res Perfonæ.*

5 *Acceßorium fequitur Naturam fui Principalis.*

6 *Perfona Clerici non poteft moleftari in rebus,ne per vnam viam concedatur,quod per aliam denegatur.*

7 *Bona Clerici femper adhærent Perfonæ ipfiusmet Clerici.*

8 *Clericus non eft tantum exemptus vt Clericus;fed eft etiam exemptus vt Ciuis,ita vt fimpliciter fit exẽptus.*

9 *Quidam Iudices minus recte puniunt Clericos pœna pecuniaria,& pro pœna corporali remittunt eos ad Epifcopos.*

10 *Item reprobantur Auctores dicentes, quod Iudex laicus,& fi non poteft procedere contra Perfonam,poteft tamen procedere contra animalia,& pecora Clerici, quæ in alienis pafcuis vetitis repériuntur.*

11 *Reprehenditur Angelus, & ceteri fcribentes, quod poßit Iudex fecularis punire Clericum fi non in Perfona,faltem in bonis fi figna reuerentiæ debita ipfi non non præftiterit,aut fi coram ipfo modo aliquo deliquerit, vide alias caufas ibi.*

12 *Item reprehenduntur quidam Iurifta afferentes,quod in cafibus recenfitis poßit Iudex fecularis punire Clericum,non folum in bonis;fed etiam in perfona.*

13 *Iudex laicus an poßit cognofcere de crimine Clerici per viam exceptionis ad effectum repellendi eum à teftimonio dicendo,negatur contra nonnullos.*

14 *Qualibet confuetudo contra facros Canones eft abrogata,& reuocata per Bullam Cœnæ Domini, vt corruptela.*

15 *Res Clerici fi euidenter affecta fint oneri gabelle, poßunt confultis Ecclefiafticis Iudicibus per modum facti,& per modum indemnitatis feruandæ detineri.*

RESPONDETVR, coram Iudice Ecclefia-
1 ftico;quia poteftas fecularis non habet in
2 Ecclefiafticos iurifdictionem, præfertim
coërcitiuam, coactiuam,feu punirioam:
cùm hæc maximè omnium difconuenist in fecolaribos in ordine ad ftatum Ecclefiafticum, ficuti dicetor *cap.9.per totum*;& in terminis noftri cafus docet Innocent *in cap.non minus de immun.Ecclef.nu.6.* in his verbis: *Extraordinaria autem,quæ refpiciunt pietatem, fubit Ecclefia,Cod.de Epifc. & Cleric.ad inftructionem, & fic poteft intelligi fuprà eod.peruenit,quamuis ad ea non fint per fecularem Iudicem cogendi, fed per Ecclefiafticum, de cuius foro funt perfonæ,fuprà de foro compet.fi diligenti* fequitur Io.Andr.*ibi ante n.9.verf.* ad hoc tamen,& Butrius,cuius verba refert Abb.*n.* 18.*poft princip.* ibi:*dicit tamen,quod portio tangens Ecclefiam debet peti coram Iudice fuo,non per Laicos debet cogi*;ità etiam docét Baldus *in leg.de his,Cod.de Epifcopis, & Cler.*idem Abbas *in cap. qualiter,de iudiciis, in fin.*Rolandus à Valle *vol.4.conf.71.num* 25.Squillante *de priuilegiis.cler.cap.*8 *dub.1.numer.* 33.qui citat Bertachinum,Nattam,Carolum de Graffis:Surdum,Molfefium, & alios; ita etiam,(fiuè agatur de coactione ad confentiendum oneri, vt imponatur fiuè ad illud femel impofitum exigendum) docent Salzedus,& alij,quos ipfe citat,& fequitur;& Anguianus *in tract. de legib. to.1.lib.2.contr.*25.*n.*14.*& feqq.* & Bartholomæus à S. Faufto *in fpecul.Confeff. difp.*33.*p.*21.quidquid in contrariom(quamuis cum limitarione,fi fcilicet Iudex laicus procedat contra boua clerici,non autem contra perfonam)dixerint Salgad.*de protect.regia to.2.par.4.c.14.n.* 1 no.Ramirez *in tract.de lege Regia,§.27.n.*12.Mexia *in pragm. taxa panis concl.5.n* 23.Laffarte *de gabellis cap.19.n.* 84.Tiraqoel.*lib.1.de retract.cap.*32.*gloff.*1. *n.*81.Auferius *in Clem.1.de offic.ordin.Fallẽt.4.reg.*2. Guillel. de Benedict.*in c.Rainutius,ver,& vxorẽ nomine Adelafiam,num.*122.*de teftam.*& Coriolan.*in Bull.Cœnæ, excommun.*16.*fol.mihi.*945.

Obiicies primò:Iudex laicus in oostro cafu non exercet iurifdictiooem in perfonam clerici, fed folùm in rem temporalem illius (quapropter Coriolan.vbi fupra dixit,poffe clericos coram Iudice laico conueniri in triburis,& cenfibus,quia videntur in tali cafu potios res eorum,tanquam affectæ cõueoiri,quàm perfooæ)ergo nou eft,cur non poffit cogi coram Iudice feculari.

Refpondetur,nego a otecedens;qoia onus,quod 3
foluiturex tebus,eft perfonale:eft enim ratione per-
fonę.Accedit,quod fi perfona eft exempta,erit etiã 4
exempta res perfonæ quia onos imponitur ratione
perfonę,tũ quia aceeflorĩu fequitur naturã fui prin- 5
cipalis:quapropter *in cap.vnico de cler.coniug.in 6.*ex-
prefsè ftatuitur,quod perfona clerici nõ poffit mo- 6
leftari in rebus,ne per vnam viam cõcedatur,quod
per alteram denegatur;& Abb.*in cap.qualiter,de iudiciis num.*8.dixit:*Certum eft,quod fi perfona eft exempta,exempta etiam fit res perfonæ*,quia res perfonæ fequitur priuilegium perfonæ(ficuti fopra dicebam, & notauit Genuen. *in praxi, cap. num.* 5. Soufa *in Bullam Cœnæ cap.*20.*difp.*95.*num.*4.& Duard. *lib.*2. *Can.*15.*q.*11.*n.*52.)& Suarez contra Regem Angl.
*lib.4.cap.24.num.*11.dixit,quod boua clerici femper 7
adhærent perfonæ ipfiufmet clerici; vnde fit quod proprie,& verè perfona clerici noo fit exempta,nifi booa clerici fint eriam exempta:ex qoibus reiicitur opinio Coriolani,etiam quoad cenfus oedum quosd tributa.

Obiicies fecundò: bona clerici font temporalia, & refpiciuot clericum, oon vt clericum, fed vt dominum temporalem, vel vt ciuem: ergo, &c.

Refpondetur,tranfeat antecedens:at nego coo-
fequentiam, quia clericus oon eft tantum exemp- 8
tus vt clericus,fed eft eriam exemptus vt ciuis;ita vt fimpliciter fit exemptus,vt patet ex dictis,& ex dicendis.

Hinc mioos tectè quidam Iudices puniuot cle- 9
ricos pœoa pecuniaria, & pro pœna corporali remittunt eos ad Epifcopos,ficuti dicam *cap.9.dub.* 35. & docet præter alios Duard. *in loco fupra cit. num.*31.

Item

10 Item minus rectè Gutader. *pract.qq.lib. 1.quæst. 4.num.2.* Ceuallos *in tract.de cognit.per viam violent. par.2.q.11. num.*44 & Heuia *in Cur.Philipp. par.3.§. 17.numer.*13.dicunt, quod Iudex laicus, etsi non possit procedere contra personam clerici, possit tamen procedere contra animalia, & pecora clerici, quæ in alienis pascuis veritis reperiuntur, vti dicā etiam *cit.c.9.dub.*35.& videri poterit Barbosa *in collectan.to.1.lib.1.tit.2.c.10.n.6.*

11 Item minus rectè Angel.*in l.quoties in fine Cod. de Iudiciis*, Federicos de Senis *cons.* 88. Lancellott. *de attent.par.2.cap.15.n.67.* Aufrerius *in repet. Clem.1. de offic. ordin. num.*81. Guillelmus de Benedictis *in cap. Raimutius, ver. & vxorem; decis.* 2. *num.* 142. Chassancus *de consuet. Burgund.rubr.* 1.§.5. *num.*82. Franciscus Marcus *decis.* 215 *numer.* 1. *par.* 1.aiunt, quod possit Iudex secularis punire clericum, si non in persona, saltem in bonis, si signa reuerentiæ debita ipsi non præstitit, aut si coram ipso modo aliquo deliquerit, aut si depositum, ad quod tribunali Iudicis secularis restituendum se obligauit, restituere recusauerit; aut si ratione officij sibi à Principe laico concessi quomodocumque deliquerit (quamuis quoad hoc opinio opposita non sit improbabilis, vt *cit.cap.9.Dubit.*35.*& cap.* 14. *Dubit.* 11.dicetur) aut si testimonium falsum coram Iudice seculari deposuerit, &c. sicuti dicam *cit. cap. 9. Dubit.* 18.& docent passim Doctores, Duard.*in Bullam Cœnæ lib.2.Can.15.quæst.11.* Bellettus *in disquisit.cleric.par.1.tit.3.* Bonac.*de legib. disput.* 10.*q.2. punct.*1.§.1. Ambrosin.*de immun.Eccles. cap.*20. Megalius *in 3.par.lib 3.cap.*11. Surdus *lib.* 3. *consil.*396. Ceuallos *in tract.de cognit. per viam violent. par.2.q.* 67. Afflictus *decis.*230. Farinac.*quæst.8.num.* 26. Decian.*lib.4.cap.9.num.*22. Salas *de legib. disp.* 18.*sect.*8. *num.*104. Sanchez *cons.moral.lib.2.cap.4.dub.*55.*num.* 31. Castill.*tom.7.cap.8.num.* 28. Gurtierez *pract. qq. lib.1.quæst.*24. Facchineus *lib.9.controuers.cap.*27. Salzedus *in prax.crimin.Diaz cap.* 63. Martha *de iurisdict.par.4.cent.2.cas.*127. Erasmus Cochier *de iurisdict.tom.2.par.3.quæst.vlt.* Zanard.*in direct.Confess. tom.3.cap.*50. Carolus de Grassis *de effect.cler.eff.*1. Riccius *in praxi, tom.2.resol.* 413. Barbosa *in collect. tom.1.lib.3.tit.50.cap.2.* Francis.Marc *par.3.decis.*479. Caballus *resol. crim. cas.*64. Genuensis *in praxi cap.* 8. Layman.*lib.4.tract.9.cap.* 4. & Curtellius ex eo, quod pœna, licet ex re exigatur, principaliter tamen in personam indicitur: & sic pœna nec è persona, nec ex re clerici à non suo Iudice potest exigi, *leg.si qua pœna, ff. de verbor. signif.* Hinc pœna fraudati vectigalis è milite, tanquam exempto, peti non potest, licet vectigal reficere teneatur, *leg.* 1. *Cod.de vectigalib.* ibi: *Omnibus militibus nostris prospeximus, ne ob omissas professiones pœna commissi tenerentur, proinde deposito hoc metu; si qua portoria debere te apparuerit, exolue.*

12 Et multò minus rectè quidam Iuristæ putant, quod in supradictis casibus possit Iudex secularis punire clericum non solum in bonis, sed etiam in persona; sicuti dicam *cit.cap.9.per totum*; & tenent etiam ex Iuristis Afflictus *decis.* 230. Farinacius *tit. de inquis.quæst.8.num.*26. Martha *vbi supra cas.* 138. Facchineus. Surdus, & Decianus *in locis supra cit.* & habetur expressè *in cap.si diligenti, de foro compet. cap.* 1. *de cler.coniug. & Auth.statuimus Cod. de Episc. & cleric.*

13 An autem, ad effectum repellendi clericum à testimonio dicendo, possit Iudex laicus per viam exceptionis cognoscere de crimine clerici? Respondetur, quod (quamuis affirment Gutierez *pract.qq. quæst.* 14.*num.*2. Clarus *§.vlt.quæst.*38.*num.*14 & Anguian. *in tract. de legib. tom.* 1. *lib.* 3. *contr.* 28.*num.* 11.) negant tamen Hostiensis *in cap. verum de foro compet.* & Ioan. Andreas *in cap. at si clerici, num.* 21.& alij, qua de re nos *cit.cap.* 9. commodius dicemus.

Obiicies tertiò, adesse consuetudinem in contrarium, vt scilicet (in casu, quod Ecclesiastici tenentur soluere gabellas) conueniantur; & cogantur ad illas soluendas coram Iudice laico, & non Ecclesiastico; ergo, &c.

Respondetur, consuetudinem istam, vtpote ab- 14 rogatam per Canones, & quotannis reuocatam per Bullam Cœnæ Domini, corruptelam esse; sicuti dicebam *lib.de Parlament.Dubitat.* 4.*sect.*19. *subsect.4.& Dubitat.*15.*& 25.& supra c.* 1. *Dubitat.* 15. *sect.5.& 6.* Vide etiam, quæ dicentur *infrà Dubitat.* 14.& Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit, *Romanus Pontifex.*

Interim non nego, quod si res clerici sint eui- 15 denter affectæ oneri gabellæ, vel alicuius pœnæ, possint illæ per modum facti, & per modum indemnitatis seruandæ, detineri, ne asportentur, vel exigi pignus, donec gabella, vel pœna soluatur Iudicibus Ecclesiasticis consultis; & multo magis, si hi propter absentiam consuli non possint, vel si consulti renuant prouidere iuxta ea, quæ dicam *cit. cap. 9. Dubitat.* 2.4.16. *&* 32. & docent Sanchez *consil. moral. lib.2. cap.* 4. *consil* 55. *numer.* 33. Pedemontan.*decis.68.numer.* 23. Anguian. *de legib. lib.2.controuers.* 15. Villalob.*in sum. Ecclesia, num.*2. & Iuristæ, quos citat, & sequitur Salzed.*de lege polit. lib.* 1.*cap.* 4.*num.* 20. & Curtellius *de immunit. Eccles. lib.* 2.*quæst.* 41. *numer.* 25. ex eo, quia Respublica non debet esse sibi insufficiens, & carere mediis ad finem consequendum; cùm enim conceditur finis, eidem concedantur & media, ex Aristot. *lib.* 1. *Ethic. cap.* 1. & S.Th.2.2. *quæst.* 40.*art.* 3.*ad* 3. *&* ex textu *in c.præterea, §. versi etiamsi litera de offic.deleg.& l.2.de iurisd.omn.Iud.*

DVBITATIO V.

An Ecclesiastici sint immunes quoad ea, quæ colligunt ex bonis suis, si illa aliò transferant, vel transferri curent ad finem, vt ibi cariùs vendant?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici possunt transferre suos redditus, vbi carius venduntur, & per hoc non tenentur soluere gabellas.*

2 *Negotiatio illa Clericis prohibita est, quæ debitum tributi habet annexum; & in qua lucrum intenditur ex emptione facta.*

3 *Nullus negotiari censetur, vendendo res ex propriis bonis collectas.*

4 *Negotiatio lucratiua dicenda non est in casu, quo Ecclesiasticus bona sua mittit ad locum, vbi pluris valēt.*

5 *Ex saccharo, & aliis quibus Rex Episcopis vltra marinis stipendiū soluit, tributum exigi non licet quando illa venditionis causa ad hoc Regnum asportantur.*

6 *Portus est de Regalibus, quidquid tamen in Porto exigitur non sequitur non esse gabellam.*

7 *Vectigal Portus duplex est alterum Anchoragij, alterum vero ius exituræ, quod soluitur de his, quæ extrahuntur à Portu causa mercimonij.*

8 *Prouentus ex Portu numeratur inter fisci vectigalia.*

9 *Portus dicitur vectigal, & alio nomine Portorium.*

10 *Vectigal, quod in transitu alicuius Pontis sumitur dicitur Portorium.*

11 *Consuetudo exigendi ab Ecclesiasticis gabellam iure Exituræ est corruptela quatenus adsit in Regno Siciliæ, & à sacris Canonibus reprobata.*

12 *Consuetudo etiam immemorabilis non valet, neque admitti debet, licet sit particularis.*

13 *Omnis Consuetudo generaliter tendens contra Immunitatem Ecclesiasticam reprobatur.*

14 *Laici, cum non sint capaces Iurisdictionis Ecclesiasticæ, nunquam se tueri possunt Consuetudine aliqua etiam immemorabili, quæ nunquam potest esse legitima ad præscribendum.*

15 *Consuetudines contra Immunitatem non ad ius, sed ad facta hominum pertinent.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; quia id
non est negotiari, vt patet ex iis, quæ
dicebantur *dubit.* 3. & docent commu-
niter Doctores, Molina *de iust. tom. 2.*
disp. 341. Lessius *lib. 2. cap. 21. dub. 1. n.*
4. *& seq.* Alterina *de cens. tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 6.*
dub. 7. Bellett. *in disquis. part. 1. de disciplina clericali*
§ 21. *num. 7. & seqq.* Malder. *de iust tract. 5. cap. 2. dub.*
4. Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. Can. 28. q. 9. num. 14. &*
seq. Siluius *in cap. 2. 2. S. Thom. q. 77. art. 4. concl. 4. ad*
6. Turrian, *in 2. 2. tom. 2. disp. 59. dub. 2. num. 1. &*
seq. Tannerus *to. 3. disp. 4 q. 7. dub. 2. n. 69.* Osorius *lib.*
4. *cap. 2. fol. mihi* 380. Rebellius *part. 2. lib. 9. q. vlt.*
sect. 1. & 2. Faustus *in spec. Confess. disp. 33. q. 17.* Bar-
bosa *in collect. in Ius Canon. tom. 2. lib. 3. tit. 50. cap. 6.*
2 *num.* 3. Riccius *in praxi, tom. 1. resol.* 317. Castrus Pa-
laus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 9. num.* 16 vbi ait,
illam esse negotiationem clericis prohibitam, &
quæ debitum tributi habet annexum, in qua lu-
crum intenditur ex emptione prius facta; secus, si
lucrum non ex emptione formaliter, sed aliunde
prouenit, & sic negotiator (inquit ipse) non es
si vendas vinum, triticum, oleum ex redditibus tui
beneficij, aut ex possessionibus tuis patrimoniali-
bus collecta; quia illi non fructus emptionis, sed
tuarum possessionum: ita etiam docet Bonacina
tom. 3. in Bull. Cœna disp. 1. q. 19. punct. 3. §. 2. num. 6.
vbi docet, quod non dicitur negotiari, qui vinum,
3 oleum, & alia, quæ ex suo agro colligit, vendit,
siue in eodem loco vendat, siue aliò transferenda
curet, vbi carius vendere possit: nullus enim (in-
quit ipse) negotiari censetur, vendendo res ex pro-
priis bonis Ecclesiasticis, vel patrimonialibus col-
lectas. Ita etiam tradit Sousa *in Bull. Cœna cap. 19.*
4 *disp. 92. conf. 1. num.* 4. vbi docet, quod negotiatio lu-
cratiua dicenda non est in casu, quo Ecclesiasticus
5 bona sua mittit ad locum, vbi pluris valent: vnde
(inquit ipse) ex saccharo, & aliis, in quibus Rex
Episcopis, & clericis vltramarinis stipendium sol-
uit, tributum exigi non licet, quando illa venditio-
nis causa ad hoc regnum asportantur, quia pro-
priè loquendo hoc non est negotiari: ita etiam
tandem ex Iuristis ipsis docet Martha *de iurisdict.*
part. 4. cas. 3. num. 9. & 10. Ceualloa *tract. de cognit.*
per viam violent. part. 2. q. 64. *num.* 41. & Pereira *de*
manu Regia part. 2. cap. 24. num. 34. quidquid, in con-
trarium dixerit Carolus de Grassis *de effect. lib. Cler.*
eff. 1. num. 178.

Obiicies: quod in tali casu exigitur à Clericis,
non est gabella, sed est inter regalia debita Re-
gi; cùm portus annumeretur inter regalia; er-
go, &c.

Respondeo, quod licet portus sit inter regalia, 6
seu de regalibus Regis, non tamen hinc sequitur,
id, quod in portu exigitur, non esse gabellam, sicuti
ex communi sententia Doctorum docet Monta- 7
nus *de regalibus ver. portus; num. 2.* vbi ait, quod *ve-*
ctigal portus duplex sit, alterum vocatur Anchoragii, al-
terum verò ius Exituræ, quod soluitur de his, quæ 8
extrahuntur à portu causa mercimonij Vnde *in l.*
inter publica, §. fin. ff. de verb. signif. prouentus ex por-
tu numeratur inter fisci vectigalia, & dicitur *vecti-* 9
gal portus, & alio nomine *portorium*, de quo fit
mentio *in l.* 3. *Cod. de vectig.* & Symmachus *lib.* 5.
Epist vocat. *quadragesima portorium, vel vectigal*; &
ideo portorium, & vectigal idem sunt, vt patet *ex* 10
leg. cum in plures, §. vehiculum, ff. de locat. vbi vectigal,
quod in transitu alicuius pontis sumitur, dicitur
portorium; & Regens de Neapoli *in allegat. contra*
Messan. prouentum soluendum ex extractione se-
rici è portu Messanæ vectigal vocauit, vt patet ex
titulo dictæ allegationis, & intus *fol. 21. 24. 28. &*
29. cùm igitur portorium, extractio, seu ius tra-
ctarum sit gabella, sequitur, quod Ecclesiastici ad
illam non teneantur.

Obiicies secundò, adesse in aliquibus Regnis (vt
in Regno Siciliæ) consuetudinem in contrarium;
de qua consuetudine testatur Carolus de Grassis
vbi suprà effect. 2. num. 194. asserens, è Regno illo
non posse extrahi blada, ac cætera comestibilia sine
licentia Proregis, & solutione extractionis, licet
tales res fuissent productæ, & collectæ in prædiis
Ecclesiasticis, & clericorum (quamuis fundat, cleri-
cos contrauenientes non posse puniri per princi-
pes seculares, sed per suos superiores) ergo si clerici
per extractionem suorum bonorum extra Regnum
soluunt gabellam, seu ius tractæ, dicendum simili-
ter est, eandem gabellam ab ipsis soluendam esse in
extractione infra Regnum: nam vtrobique militat
eadem ratio, & consequenter vtrobique debet esse
eadem iuris dispositio, ex *l. illud, ff. ad leg. Aquil. ex l.*
illud, Cod. de sacros. Eccles. l. si postulauerit, §. 2. ff. ad leg.
Iul. de adult. & aliis iuribus.

Respondeo, distinguendo antecedens: adesse cõ- 11
suetudinem, quæ non sit corruptela, nego: quæ sit
corruptela, concedo; quia consuetudo, etiam imme-
morabilis, quæ præiudicat aliquo modo libertati
Ecclesiasticæ, non valet, nec admitti debet, etiamsi
sit consuetudo mixta laicorum, & clericorum, quia
clerici etiam volentes, non possunt se submittere
iurisdictioni laicali in præiudicium status Ecclesia-
stici; & ita in terminis nostri casus contra Caro-
lum de Grassis. & contra consuetudinem istam, quæ
est in aliquibus Regnis (vt in Regno Siciliæ) do-
cet Io. Bapt. Ciarlinius *in controuers. forens. cap. 31. n.*
13. & 16.

Item non valet, nec admitti debet consuetudo 12
immemorabilis, etiamsi sit particularis, vt patet ex
cap. clericis, de iudiciis, & ex aliis iuribus, vbi clarè
Pontifex damnat consuetudinem etiam particu-
larem, si illa tendit contra Ecclesiasticam immuni-
tatem.

Adde, quod generaliter omnis consuetudo ten- 13
dens contra immunitatem Ecclesiasticam, reproba-
tur *in cit. c. clericis, de iudiciis, cap. nouerint, de sent. ex-*
comm. & in Auth. C. de sacros. Eccles. sed etiam in Bul-
la Cœnæ, vt notarunt Colleg. Bononiense *in Re-*
sponsione contra Venetos, num. 59. Vigian. *tract. de li-*
bert. Eccles. disp. 2. concl. 4. & disp. 3. concl. 1, V golin. *in*
Respon

Respons. ad Iuriscousult. Gymnasij Patauini, cap. 7. Io. Francisc Fagnanus *in tract. de inst. cens. Pauli V. p.* 4. *fol. mihi* 116. Tannerus 3. 2. *disp* 5 *q.* 5. *dub.* 10. *n.* 132. Bonacina *de cens. d. f.* 2. *q.* 4. *punct.* 2. Souza *contra Venetos, fol. mihi* 72. Martha *de iurisd. p.* 4. *centur.* 1. *casu* 7. *n.* 12. & Philiarchus *de offic. Sacerdot. tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 3. *c.* 9. Quapropter hi Doctores *in locis supra cit.* docent generaliter, quod nulla consuetudo (quantumuis immemorabilis) valeat, & subsistat, si tendit contra immunitatem Ecclesiasticam; idem etiam docent Azorius *p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *q* 1. Petantios *tract. de immunit. Eccles. disp.* 1. *n.* 2. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 10. *num.* 1 Filliucius *tom.* 1. *tract.* 16. *c.* 10. *n.* 255. Acosta *in Bullam Cruciata q.* 79. Bellettus *in disquisit. cleric. p.* 1. *tit.* 3. §. 3. *n.* 8 Alterius *de censuris, tom.* 1. *lib.* 5. *d. sp.* 16. *c.* 2. Duardus *in Bullam Cœnæ c.* 14. *disp.* 75. *num.* 2. & *disp.* 76. *n.* 5. & *lib.* 2. *can.* 14. *q.* 9. *n.* 8. Suidus *tom.* 3. *cons.* 301. *n.* 52. Martha *de iurisd. p.* 4. *centur.* 2. *cas.* 101. Comitolus *in tract. Apolog. contra Venetos,* 14 *c.* 3. *num.* 8. & alij passim; quia laici, cùm sint incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ, nunquam possunt se tueri consuetudine aliqua, etiam immemorabili; cùm nunquam, ob causam iam dictam, illa legitima esse possit ad præscribendum: idem etiam docent Bellarminus *in respons. ad quandam Epistolam pro Venetis,* & Suarez *contra Regem Angliæ, lib.* 4. *c.* 32. *n.* 23. vbi ait: *Ex dictis satis constat, nullam consuetudinem, etiamsi immemorabilis sit, nullo modo contra immunitatem Ecclesiasticam pravalere posse*: solum obiici solent quædam particulares consuetudines aliquorum Regnorum, quæ licet sint contra immunitatem Ecclesiasticam, sine scrupulo à magi-
15 stratibus laicis obseruantur, ad quos possumus vno verbo respondere, illas consuetudines non ad ius, sed ad facta hominum pertinere, propter quæ tamen veritatem negare non possumus, neque illorum rationem dare tenemur; sed id ad illos spectat, qui consuetudines istas obseruant; & idem Suarez *c.* 34. *num.* 16. subdit, quod, quamuis consuetudo immemorabilis vicem legis, & priuilegij obtineat (vt patet ex *cap. super quibusdam* 26. §. *præterea, de verb. signif.* & docet Riccius *p.* 4. *decis* 89. *n.* 4. & Ioan. Narbon. *de appell. à Vicar. p.* 2. *fundam.* 4. *n.* 4) tamen si turpis, & exprobrata est, non possit inducere priuilegium, quantumcumque illa immemorabilis sit. Sed quoad omnia, quæ modò dixi, vide *lib. de Parlament, dub.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 4. & *dub.* 15. 25. & 27. & *supra cap.* 1. *dub.* 15. & *c.* 4. *dub.* 31. & *infrà dub.* 14. vide etiam Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit, *Romanus Pontifex,*

Ex his patet ad id, quod Garcias *de Nobilit. Hispan. gloss.* 9. *num.* 48. Salgad. *de protect. Regia, tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 1. *Prel.* 3. *num.* 138. & *seq.* Cenallos *tract. de cognit. per viam violentia, gloss.* 4. *num.* 1. & *seq.* Gonzal. *ad Reg.* 8. *Cancell. gloss.* 33. *num.* 4. Pereira *de manu Regia, cap.* 5. *num.* 8. & *seq.* & Couarr. *pract. quæst. cap.* 35. *num.* 5. traduot, nempe quòd à Iudicibus regiis aliquæ clericorum causæ in suis tribunalibus licitè tractentur, propter consuetudinem loci sic ab immemorabili tempore vigentem; patet, inquã, ex his, quod scilicet, non obstante tali consuetudine, id fieri non possit: quapropter optimè Bellarminus loco supra cit. ait: *E si il Couarruuias dice il contrario, noi habbiam à credere più alle scritture, & à santi Padri, che al Couarruuia, il quale in materia de giurisditione si è mostro sempre troppo partiale*; quod etiam notauit Maderiaga *in tract. de Senatu, c.* 39. §. 2. *fol. mihi* 458. vnde fit, quod cautè legẽdus sit Couarruuias in materia de iurisdictione, vt rectè dixit Suar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de diuino cultu, cap.* 38. *num.* 16. & Tanneros *in p.* 2. *d sp* 5 *q.* 7 *dub.* 1. *num.* 16. & *in defens. Eccles. libert. lib.* 2. *cap.* 16. An autem id saluari saltẽ possit ex aliquo priuilegio à Sede Apostolica iam olim concesso, vide *supra cap.* 1. *dub.* 15. *sect.* 5. & 6. & *infra dub.* 14. *sect.* 6. & *seqq.*

DVBITATIO VI.

An Ecclesiastici sint immunes, non solum quoad onera imponenda, sed etiam quoad imposita priusquam bona ad ipsos peruenissent?

SVMMARIVM.

1 *Bona effecta Ecclesiastica si ante habebant onus annexam ad fauorem Principis, seu Republica, transeunt cum onere suo.*

2 *Bona effecta Ecclesiastica si habebant onus incertum & inuariabile non subiacent tributis.*

3 *Clerici, quod non teneantur soluere etiam collectam certam, & inuariabilem impositam super bona, priusquam ad ipsam personam Ecclesiasticam peruenissent, sentiunt multi Doctores.*

4 *Opinio Bartoli non potest sustineri etiamsi impositum onus sit inuariabile, & certum, & in certa quantitate, quia collecta est onus, quod personis imponitur secundum quantitatem possessionum, & rerum, ita vt collecta sint onera mixta.*

5 *Collecta quantum ad obligationem est onus personale, & quantum ad quantitatem est reale.*

6 *Quando statuto imponitur onus super rebus certum & inuariabile, id censetur fieri in fraudem Ecclesiasticorum.*

7 *Tributa, quæ secularis Princeps lege ordinaria subditis de bonis eorum prastanda imponit, non sunt numeranda inter onera mere realia, ac proinde non debent transire ad Ecclesiasticos.*

8 *Onus soluendi tributa, quæ Princeps imponit, non est mere reale, sed conuenit rebus propter personas, quæ sub Principis iurisdictione existentes, lege tributi obligari possunt.*

9 *Mutata persona mutatur etiam conditio rei.*

10 *Dispositio legis desinit obligare cum in eum casum deuenit, in quo incipere non potuisset.*

11 *Distinguuntur prastationes reales, seu munera patrimonialia.*

12 *Doctrina multorum Doctorum dilucidatur, & opinioni Auctoris conformis, ostenditur.*

13 *Munera personalia sunt, quæ personis, iisque subditis tantum, sine ordine ad patrimonij bona imponuntur.*

14 *Munerum personalium alia sordida sunt vt calcis coquenda, pistrini, aut stabuli obsequia:*

15 *Alia honesta sunt, vt tutela, aut cura.*

16 *Exactio à personis, siue capitibus singulis sine ordine ad bona patrimonij reduci potest ad munus personale.*

17 *Clerici vt apud omnes est in confesso immunes sunt à muneribus personalibus.*

18 *Munera patrimonialia sunt, quæ de patrimonij bonis inducuntur, & censentur duplicis generis, & quæ, vide ibi.*

19 *Item munera, alia dicuntur extraordinaria, & alia*

ordinaria, & quanam sit, & ad quæ teneantur Ecclesiastici, vide diffusius.

20 *Constitutiones contra Immunitatem Ecclesiasticam vim non habent, nisi speciatim ab Ecclesia approbentur; immo sunt correcta per Imperatorem Fridericum.*

21 *Contributiones Ecclesiarum vel Ecclesiasticorum ad communem necessitatem, vel vtilitatem prohibentur, nisi Episcopus cum Clerico iudicauerit subsidia concedere, vbi laicorum non sufficiunt facultates, consulto tamen summo Pontifice.*

22 *Laicis incumbit onus subeundi munera temporalia, Persona autem Ecclesiastica & bona Ecclesiarum deseruire debent ad finem spiritualem.*

23 *Vide alias distinctiones Iuristarum.*

24 *Obligatio vel rebus inest tanquam per accidens ratione Personæ, & tunc mutata conditione Personæ mutatur etiam status rei, vel inest bonis per se, & tunc attendi non debet an Persona quæ possidet sit laicus, vel Clericus ratione tributorum,*

RESPONDATVR distinguendo: vel possessio, seu res habebat aliquod onus perpetuum, & inuariabile annexum, antequam veniret ad ius Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum, v. g. ha-
2 bebat aliquem censum, seruitutem Principi debitam, onus reparandæ viæ publicæ adiacentis, vel
2 quid simile, & hoc onus, etiam ab Ecclesiastica persona præstandum est; quia res transit cũ onere suo, *cap. cum non sit 33. & cap. Pastoralis* 28. *de decimis*: vel habebat onus incertum, & variabile, & hoc onus à persona Ecclesiastica præstandum non est: atque sic docent Silu. *ver. immunitas* 1. *num.* 19. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 11. *num.* 294. Azor. *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *q.* 8. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *Can.* 18. *q.* 6. *num.* 6. Megalius *in part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 6. *num.* 98. & 103. Alterius *tom.* 1. *disp.* 19. *lib.* 5. *cap.* 6. Prosper de August. *in addit. ad summam Quarantæ, ver. vectigal.* Sousa *in Bullam Cœnæ cap.* 19. *disp.* 92. *num.* 5. Molfes. *in summ. tom.* 2. *tract.* 12. *c.* 21. *num.* 167. *& seqq* Turrian. *tom.* 2. *in* 2. 2. *disp.* 44. *dub.* 4. *num.* 13. Mol. *tom.* 3. *tract.* 2. *disp.* 672. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6. *num.* 5. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dub.* 9. Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 20. & Barbosa *in collect. tom* 1. *lib.* 3. *tit.* 49. *cap.* 4. *num.* 6. qui similiter, *vt supra*, distinguunt, quod scilicet vel res Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum habebat annexam aliquam gabellam, vel collectam certam, perpetuam, & inuariabilem, vt ex ea quotannis solnatur certa pensio in perpetuum, & persona Ecclesiastica tenetur illam soluere: vel res illa erat solum obstricta ad gabellam, aut collectam obligatione indeterminata, & variabili ad tempus, nimirum ad soluendum onus pro varietate temporum, & necessitatum occurrentium, & persona Ecclesiastica non tenetur soluere; patet ex iis, quæ dicentur *infra dubit.* 15. *& vltima.*

3 Quamuis nonnulli alij (& non improbabiliter) sentiant, quòd persona Ecclesiastica neque teneatur soluere collectam certam, & inuariabilem impositam super bona, priusquam ad ipsam personam Ecclesiasticã peruenissent: sic Doctores, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *de effectib. Clericatus, effect.* 3. *à num.* 162. *vsque ad num.* 176. quibus addo Cardinalem Albanum *in tract. de immunit. Eccles. tom.* 13. *tractuum part.* 2. Pesantium *tract. de immunit. Eccles.* 6. vbi sic: ait *Quando onera sunt perpetua, & certa rebus imposita, maior est difficultas: sed si generalitate Sacrorum Canonum standum sit, idem dicendum est, quod & de primo casu; & ego, vt tutas reddam Principum, & magistratuum secularium conscientias, non possum tuta conscientia illud suadere, quàm vt enim talia onera imponenda, vel imposita iam exigenda sunt, non aliter fiat, quàm consulto, & concedente Romano Pontifice.* Addo etiam ex Iuristis Io Beltran. de Gueuara. *in propugnaculo libert. Eccles. assert.* 1. §. 6. *n.* 27. vbi sic tra-
dit: *Non potest sustinere opinio Bartoli, etiamsi impositum onus sit inuariabile, & certum, & in certa quantitate; quia collecta est onus, quod personis imponitur secundùm quantitatem possessionum, & rerum; ita vt collectæ sint onera mixta, ex leg. rescripto §. fin. de muner. & honor.* 4
& sic collecta, quantum ad obligationem, est onus perso- 5
nale, & quantum ad quantitatem, est reale; ac proinde 6
quando statuto imponitur onus super rebus certum, & inuariabile, id censetur fieri in fraudem Ecclesiasticorum, quidquid contradicant alij distinguendo, an onera certa, firma, & inuariabilia sint, an verò incerta, & variabilia: non enim hæc distinctio admittenda est, quando per statutum onus soluendum imponitur in futurum; quamuis aliter (subdit ipse) dicendum sit; si fiat post specialem contractum Principis, vel contrahentium: quæ omnia, ait Carolus de Grass. *in loco supra citato*, intelligenda sunt, etiamsi bona patrimonialia clerici reperiantur in extimo descripta: nam neque tunc transeunt in clericos cum onere suo, licet tale onus esset reale, perpetuum, & semper durabile.

At quidquid sit de hac opinione, quæ saltem, vti dicebam, improbabilis non est, tum ab intrinseco, ex vi rationum; tum ab extrinseco, ex vi auctoritatum eorum, qui eam tenent: illud saltem dicendum erit, quod (quamuis onera perpetua certa, & inuariabilia, seu merè realia, id est, quæ sine habitudine ad personæ qualitatẽ, rebus ipsis iure perpetuo inhærent, ac Ecclesiasticis quoq; possessoribus contra Cardinalem Albanũ, Pesantium, Gueuarã &
alios Doctores, quos refert, & sequitur Carolus de 7
Grassis *loco supra cit*, præstãda sint) tamẽ inter merè realia onera numerãda nõ sint tributa, quę secularis Princeps lege ordinaria subditis; de bonis eorum præstanda imponit; ac proinde eiusmodi onera, seu obligationes tributi vna cum bonis, seu possessionibus ad Ecclesiasticos quoque transire non debeant: quidquid in contrarium (vt videre est apud Remigium de Gonny *tract. de charitat. subsidio q.* 6. *n.* 57. Ægidium Thomatum *tract. de collectis summar.* 2. *num.* 36. & Ioan. Diedonem *de libert. Christiana lib.* 2. *c.* 3. vbi ait, quod prædia omnia sunt obligata pro tributis Reipublicæ impositis, & imponendis, & cũ hoc onere transeunt in Ecclesiam) dicant præter Io. Driedonem aliqui alij, quorum sententiam rectè reiiciunt Abb. *in cap. vlt. num.* 12. *de vita, & honestat. Cleric.* Felin. *in cap. Ecclesia, num* 76. *de constit.* Hieronym. Albanus *tract. de immun. Eccles.* Guttier. *lib.* 1. *pract. qq. q.* 3. Martha *de iurisd. par.* 4. *cas.* 11. *n.* 18. Suarez *lib.* 4. *defens. cap.* 20. *num.* 12. Tannerus *in defens. libert. Eccles. cap.* 13. *prope finem*, Lessius *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 3. *num.* 21. & ratio est; quia onus soluendi eiusmodi tributa, quæ Princeps imponit, non est merè reale, sed conuenit rebus propter personas, quæ sub Principis iurisdictione existentes lege tributi obligari possunt: ergo si bona, ex quibus tributa per legem imperata à subditis soluebantur, postea ad alios possessores, ac Dominos à Potestate Principis exemptos deueniunt, onere illo, seu obligatione pariter eximi debent, iuxta regulam Abbatis in præ cit. cap. allatam: *Si persona exempta est, consequenter etiam res eius*: & iuxta regulam communem: *Mutata persona mutatur etiam conditio rei*: sicuti ex communi Iuristarum etiam sententia docent Martha *par.* 4. *cas.* 125. *numer.* 2. & 18. Guttierez

tierez *cit. q. 3. num.* 15. & alij paſſim.
10 Confirmatur,qnia diſpoſitio legis deſinit obli-
gare,cum in eum caſnm deuenit, in quo incipere
non potuiſſet,ſi ſcilicet ſit eadē ratio non perſeue-
randi,quæ erat non incipiēdi;ſed fatentur etiā cō-
trariæ ſētētię Doctores,Principis lege lata de tri-
buto ſoluendo,nōcōprehendi bona,quæ ad Eccle-
11 ſiam pertinent : Diſtinguunt enim ipſi inter præ-
ſtationes reales, ſiue munera patrimonialia ; quod
alia ſint ordinaria,ſeu canonica, quæ communi le-
ge ab antiquo tempore impoſita erant;alia verò
ſint munera extraordinaria, ſeu ſuperinducta,quæ
ob cauſam ſuperuenientem de nouo imperantur,
ideoqne ad Eccleſiaſticorum bona ſe non exten-
dunt ob defectum iuriſdictionis , ſeu quod idem
eſt,ob priuilegium exemptionis:quæ ratio ſimili-
ter vrget,ſi bona , quæ ſub dominio ſubditorum
exiſtentia,& ob eam cauſam tributis obnoxia ſunt,
poſtea perueniant ad Eccleſiam à poteſtate legiſla-
toris ſecularis exemptam:ergo,&c.
Obiicies: Innocent. *in cap. non minus, de immunit. Eccleſ.* Abb. *in cap. 1. de cenſibus, num.* 8. *& cap. vlt. nu.* 12. *de vita, & honeſtate Cleric. & par. 1. conſ* 3. *&* 26.
Silu. *ver. Immunitas* 1. *quæſt.* 5. *& ver. gabella* 5. *quæſt.*
3. Andr. Gail. *lib. 2. obſeruat.* 5 a. videntur ſentire op-
poſitum;ergo.
12 Reſpondeo:nego antecedens ; nam ſi diligenter
eorum verba conſiderantur,à vera ſententia nō ab-
errant:non enim(vt apud ipſos videre eſt)indiſtin-
ctè,& vniuerſim aiunt , lege Principis imponente
tributum patrimoniis,onus effici merè reale,& ſic
ad quoſcumque poſſeſſores,etiam ad clericos, trā-
13 ſire;cùm & ipſi in hunc modum diſtinguant : mu-
nera,alia ſunt perſonalia,& alia patrimonialia:per-
ſonalia ſunt,quæ perſonis,iiſque ſubditis tantum,
14 ſine ordine ad patrimonij bona,imponuntur : ea-
que alia ſordida ſunt,vt calcis coquendæ,piſtrini,
15 aut ſtabuli obſequia,de quibus *in l. maximo num, Cod. de excuſat munerum, lib.* 10. alia honeſta,vt tutela,aut
cura,&c. de quibus *in l. 5. de muneribus , & honoribus*
(ad perſonalia munera reduci quoque poteſt ca-
16 pitatio ciuium,id eſt,certa exactio à perſonis,ſiue
capitibus ſingulis , ſine ordine ad bona patrimo-
nij, *l. vnic. Cod. de ciuium capitat.* (atque ab his omni-
17 bus perſonalibus muneribus clericos exemptos eſ-
ſe inquiunt ipſi)nemo eſt,qui dubitet:munera au-
18 tem patrimonialia,id eſt,quæ de patrimonij bonis
indicuntur,duplicis generis ſunt , vti habetur *in l. reſcripto, §. vltimo, ff. de muneribus, & honoribus*:quæ-
dam enim perſonis tantum ſubditis imperantur
cum habitudine ad patrimonij bona,ideoque mix-
ta appellari ſolent:quædā verò ſunt munera merè
realia,quæ rebus , ſeu poſſeſſionibus ſecundùm ſe
inhærent,trahentia originem ex aliquo pacto cen-
ſuali,feudali,aut emphyteutico,& hæc ſolum(ſub-
dunt ipſi) ab Eccleſiaſticis etiam ſoluenda ſunt:
quapropter meritò negabam antecedens.
Inſuper aliqui alij ſpeciatim loquentes de pa-
19 trimonialibus muneribus , docent quod alia ſint
extraordinaria(& collectæ dicuntur) quæ non ha-
bent certam præſentationem quotannis recurren-
tem,& alia ſubditis tantum imperari ſolent : cum
enim principaliter perſonis rerum ſuarum contem-
platione imponantur,impoſitio hæc locum nō ha-
bet,ſi perſonæ ſubditæ non ſint, iuxta *cit. leg. reſcri-
pto, §. fin.* Atque ab his muneribus clericos, multo-
que magis Eccleſias (inquiunt ipſi immunes eſſe
oportere,habetur expreſsè *in leg. omnis, & conſtitut. item nulla, Cod. de Epiſcop. & Cler.* alia verò ſunt mu-
nera ordinaria,ſeu canonica,quę poſſeſſionibus ip-
ſis ab antiquo tempore ita inhærent , vt etiam
(ſubdunt ipſi) à non ſubditis , ſcilicet extra-
neis,clericis , aliiſque exemptis præſtanda ſint ra-
tione prædiorum,ſeu poſſeſſionum ſuarum, *cit. leg. reſcripto, & leg. Imperatores, ff. de publicanis, leg. placet, Cod. de ſacroſ. Eccleſiis (leg. de his , Cod. de Epiſcop. & Cler. l. 1. Cod. de indiction. lib.* 10. *& leg. vlt. Cod. de exa-
ctor. tributor. eodem lib.* & inter eiuſmodi munera,ſeu
onera ipſis poſſeſſionibus inhærentia)ideoque prę-
ſtanda etiam à non ſubditis , clericis , & Eccleſiis
poſſeſſoribus)numerantur angariæ , ſeu vehicula-
res præſtationes,ob Principis,vel exercitus tranſi-
tum,vel ad vrbis munitionem;vel ad itineris,pon-
tiumqne conſtructionem, aut ad ſimilem aliam v-
tilitatem communem,vti habetur *in l. 1. & l. mune-
rum, §. patrimoniorum, ff. de munerib. leg. ſunt munera, ff. de vacat. & excuſat. munerum, leg. ad inſtructiones , leg. neminem, Cod. de ſacroſ. Eccleſiis.* Cuiuſmodi ciuilibus
Conſtitutionibus adhuc hodie locum eſſe,tradunt
Innocentius,Hoſtienſis,Gloſſ. Card. Anchar. *in cit. cap. non minus, de Eccleſ. immunit.* & alij quidam apud
Abb *in dicto cap. non minus, num.* 18. & apud Remi-
gium de Gonny *tract. de ſubſidio charitat. q.* 6 a apud
Silu. *ver. Immunitas* , 1. *num.* 10. & apud Gutierez
lib. 1. pract. qq. q. 3. n. 5.
Quamuis quoad hoc contraria ſententia tenen-
da ſit ſicuti *infrà Dubit.* 15. 16. *&* 21. dicetur , &
communiter traditur à Canoniſtis , teſte Silueſtro
loco cit. & tradit gloſſ. *in cap. generaliter* 16. *q. 1. verb. collationibus,* Ioan. Andr. & Abb. *cit. cap. non minus , n.*
17. Iaſon *in leg. placet, Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Gutierez
cit. q. 3. num. 3. Suarez *cit. lib. 4. defenſ. cap.* 26. Mol.
tract. 2. tom. 3. priore diſp. 672. Leſſ. *lib. 2. cap.* 33. *dub.*
3. qui rectè docent,prædictas Conſtitutiones,cùm 20
ſint contra immunitatem Eccleſiaſticam,vim non
habere (niſi ſpeciatim ab Eccleſia approbentur)
quinimmò correctas eſſe per Imperatorem Fride-
ricum *Conſtitut. item nulla, Cod. de Epiſcop. & Clericis,*
& multò clariùs per *cap. non minus, & cap. aduerſus, de immunit. Eccleſ.* vbi vniuerſim prohibetur , ne ex 21
bonis Eccleſiarum, vel Eccleſiaſticorum vllæ con-
tributiones fiant ad communem neceſſitatem,vel
vtilitatem , niſi Epiſcopus cum clero iudicauerit,
ſubſidia (vbi laicorum non ſufficiunt facultates)
ſponte,& ſine vlla laicorum coactione,conferenda
eſſe ad finem talem conſequendum ; & præterea 22
prius conſulatur ſummus Pontifex , vt nos *Dubit.*
17. *&* 18. dicemus,ac docet Abb. *in cit. cap. non mi-
nus*:& ratio pro nunc breuiter eſt; quia laicis pro-
priè incumbit ſubire munera,& onera Reipublicæ
temporalia,perſonæ autem Eccleſiaſticæ , & bona
Eccleſiarum deſeruire debent ad finem ſpiritua-
lem;quod cùm ſit in beneficium laicorum,debent
Eccleſiaſtici, eorumque bona , beneficium exem-
ptionis à laicis habere in compēſationem talis be-
neficij,ſeu obſequij ſpiritualis.
Accedit ad ea,quę ſupra dicebantur,quod etiam 23
aliqui Iuriſtæ poſt Gloſs. *in leg. 1. §. hoſpites , ver. non aliter, Cod. de Epiſcop. & Cler.* controuerſiam iſtam
inter Doctores conciliant diſtinguendo , vt ſupra
nos diſtinguebamus:nempe qnod aliæ ſint anga-
riæ,aut ſimiles præſtationes , quæ ex antiquo ipſis
rebus,ſeu poſseſſionibus indictæ fuerunt , v.g. ra-
tione feudi,aut contractus cenſualis,ideoque (in-
quiunt ipſi)præſtandæ à poſseſsoribus,etiam non
ſubditis. ipſiſque clericis,& Eccleſiis , vti habetur
expreſsè *in cit. leg. munerum, & Auth. de Eccleſiaſticis titulis, §. ad hæc*:talia enim onera (cùm rebus ipſis
adhæreant,immò adhęſerint , antequam in Eccle-
ſiaſticorum poteſtatem deuenirent) ſequuntur
poſseſso

possessorem, quicumque ille sit: cùm neque alia cõditione à fundatoribus donata, & translata fuerint in Ecclesias, nisi vt debita ex rebus seruitia supremo domino præstentur: aliæ autem sunt angariæ, perangariæ, vel aliæ similes indictiones, quæ principaliter personis, non nisi subditis imponuntur, & collectarum nomine comprehendi solent; atque ab his (subdunt ipsi) clerici liberi omninò esse debent, iuxta *cit. Constit. Friderici.*

Obiicies secundò: bona clericorum, saltem antequam isti clericatum assumerẽt, erant obligata exactioni secularis magistratus; ergo semel affecta iam, transeunt cum hoc onere quamuis incerto, & variabili; alioquin fisco seculari præiudicium afferretur per clericatus assumptionem; ergo, &c.

24 Responden etiam, supra, distinguendo de obligatione: vel enim obligatio rebus inest, tanquam per accidens, ratione personæ, quæ seculari magistratui subiecta est, & tunc mutata conditione, ac statu personæ, mutatur etiam status rei; adeo vt si persona ob status mutationem desinat esse subiecta alicui magistratui, etiã bona eius libera esse debent: vel bona per se, siue realem habent obligationem alicuius tributi, aut pensionis, ex præcedente pacto feudali, censuali, aut emphyteutico & tunc nihil attendi debet vtrum persona, quæ talia bona possidet, laicus sit, an clericus, subditus, an exemptus, vel extraneus, quia quilibet ob rationem iam dictam debet tale onus præstare.

DVBITATIO VII.

An Ecclesiastici sint immunes, etiam indirectè, ita vt neque possint grauari laici, qui cum ipsis Ecclesiasticis contrahunt?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici sunt immunes etiam indirectè, ita vt neque Contrahentes laici cum ipsis grauari possint.*

2 *[Indirectè, vel directè] sunt differentia materiales, & impertinenter se habent.*

3 *Modus non variat substantiam rei.*

4 *Quod non licet directa via, non licet indirecta.*

5 *Statutum dicitur contra Immunitatem Ecclesiasticam, etiamsi indirectè fiat contra Personas Ecclesiasticas.*

6 *Item etiam si fiat tacite, & non loquatur de Personis Ecclesiasticis.*

7 *Statutum dicitur contra Immunitatem Ecclesiasticam, si Ecclesia, vel Ecclesiastici per illud prohibeantur, vel impediantur vti rebus, aut facultatibus à iure communi sibi concessis.*

8 *Item, si ex vi illius diminuantur Priuilegia Ecclesiis vel Ecclesiasticis à Deo Summis Pontificibus, aut Principibus secularibus concessa.*

9 *Item si Ecclesiastici efficiantur non solum deterioris conditionis quam laici; sed etiam si efficiantur timidiores ad agendum, vel retardentur ab agendo.*

10 *Item tandem, si statutum sit aptum afferre Ecclesiis vel Ecclesiasticis aliquod incommodum, etiam indirecte, & non disponat super illis, super quibus Ecclesia habet specialia priuilegia.*

11 *Expresse in Bulla Cœnæ excommunicantur non solum qui directe, sed etiam qui indirecte Ecclesiasticis imponunt gabellas.*

12 *Indirecte autem Ecclesiastici grauiter læduntur, quia priuantur iure, quod habent contrahendi libere cum laicis.*

13 *Statutum, quod coarctat Ecclesiasticos & iis adimit, quod de iure eis concessum est, violat libertatem Ecclesiasticam.*

14 *Ecclesiastici de iure Diuino, canonico, & ciuili habent vt liberè possint contrahere cum laicis.*

15 *Reiiciuntur qui putant gabellam impositam super Emptore laico, non esse contra libertatem Ecclesiasticam, si pretium rei impositum sit à lege.*

16 *Pretium consistens in indiuisibili non potest à Contrahentibus alterari*

17 *Gabella dicitur Pars pretij.*

18 *Gabella qua grauatur laicus, cum quo Ecclesia de iure habet, vt possit sine onere contrahere, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

19 *Onus, quod non potest imponi super Ecclesiasticos, neque potest imponi super contrahentes cum illis.*

20 *Gabella imposita super carne, aut vino, quam Ecclesiastici soluunt indirecte cũ emant carius, non est cõtra Immunitatem si sit ob publicam vtilitatem; secus si sit per abusum, & Excessum imponentium, nam soluere debent de proprio.*

21 *Gabella imposita principaliter propter vtilitatem Laicorum; indirecte vero propter vtilitatem Clericorum est contra Immunitatem Ecclesiasticam.*

22 *Gabella imposita ad extorquendum pecuniam ab Ecclesiasticis, à quibus alio modo non potest extorqueri, non est licita, secus vero si non fiat animo pecuniam extorquendi.*

23 *Contributio laicis imposita, quando in valde modico grauat Clerum, & ipse Clerus magna molestia eximi non potest, est licita.*

24 *Exemptio Ecclesiasticorum & Ecclesiarum solum est, vt ipsi non soluant tributum ex suis rebus; non vero vt alij non soluant tributum ex rebus, quæ emptione, aut permutatione ad ipsos sunt peruentura.*

25 *Tributum super contractus impositum soluendum est ab Emptore, contra nonnullos putantes deberi per venditorem.*

26 *Ecclesiasticus nullo pacto tenetur soluere tributum impositum super contractus aut emat à laico, aut vendat laico; sed tenetur laicus, qui contrahit cum Ecclesiastico, & damnum indirecte resultans dicitur non esse contra libertatem Ecclesiasticam.*

27 & 28 *Impositio facta secularibus arietes vendentibus in Macello, quod sc. ex singulorum arietum pretio duo soluant argenteos, non est illicita, licet inde resultet quod Ecclesiastici carius emant. at contra, vide diffusius.*

RESPONDETVR affirmatiuè, quia alioquin Ecclesiastici reuera non essent immunes; quandoquidem indirectè eos grauari, est verè, realiter, & quoad substantiam grauari, 1
siquidem ly *indirectè*, vel *directè* 2
sunt differentiæ materiales, & impertinenter se habent; cùm non varient effectum à parte rei: nam 3
modus non variat substantiam rei: vnde dici consueuit, habeatur intentum, & non curetur de modo. Vide quæ dicentur *infra sectione vltima,* & quæ dicebantur *c.1.dub.4.*

Confirmatur, quia quod non licet directa via, 4
nec

nec licet indirecta, cap. unico de clericis coniug. in. 6.

Confirmatur secundò, quia statutum dicitur
5 contra immunitatem Ecclesiasticam, etiam si indi-
6 rectè fiat contra personas Ecclesiasticas, cap. statu-
tum, de haret. in 6. & cap. quanto, de priuilegiis. Et et-
iamsi fiat tacitè, cap. clericis, §. nos igitur, de immunit.
Eccles. in 6. & non loquatur de personis Ecclesiasti-
cis; Surdus consil. 301. num. 77. Mattha de iurisd. par.
4. centur. 1. cas. 62. num. 9. Duardus in Bullam Cœna
lib. 2. Can. 15. q. 19. num. 2. Valenzuela in defens. cens.
Pauli V. par. 3. num. 123. Mandellus volum. 1. cons. 8. n.
3. Maynardus de priuileg. Ecclesiasticis ar. 22. num. 20.
& 70. Fagnanus in tract. de validitate cens. Pauli V.
par. 3. fol. mihi 59 Guenara in propugn. libert. Eccles.
assert. 1. § 5. n. 36. & alij passim.

7 Confirmatur tertio, quia statutum similiter di-
citur contra immunitatem Ecclesiasticam, si Eccle-
sia, vel Ecclesiastici per illud prohibeantur, vel im-
pediantur vti rebus, aut facultatibus à iure com-
muni sibi concessis, sicuti docet Felin. in cap. Eccle-
sia S. Maria, de constitut. num. 111. & ibi Imola, &
Butrius, Alexander lib. 1. cons. 121. & lib. 2. cons. 208.
Tuschus tom. 5. concl. 342. num. 13. 19. & 137. &
probatur ex d. c. Ecclesia S. Maria 4. de priuileg. cap.
8 fin. de immunit. Eccles. in 6. Item si ex vi illius dimi-
nuantur priuilegia Ecclesiis, vel Ecclesiasticis à
Deo, Summis Pontificibus, aut Principibus secula-
ribus concessa, sicuti tradunt Cynus, & Salicetus
in Auth. cassa, & irrita, Baldus in l. cunctos populos,
Imola in cap. nouit, de iudiciis, num. 2. & ibi Abb. num.
9 2. Alexander lib. 1. cons. 209. num. 3. Item si Ecclesia-
stici efficiantur, non solum deterioris conditionis,
quàm laici (quod per se patet, & tradit Felin. in
dicto cap. Ecclesia, numer. 111. Pecchius de amorti-
zat. cap. 6. Zabarella in cap. peruenit, de immunitat.
numer. 13. & probatur ex cap. quanto, de priui-
leg. & ex cap. fin. de immunitat. Eccles. in 6.) sed et-
iam si efficiantur timidiores ad agendum, vel retar-
dentur ab agendo; sicuti docent Angelus de Ban-
chio in leg. 1. §. qua onerande, ff. quarum rerum, &
Bartol. ibidem, & Doctores in dicto cap. Eccle-
10 sia, & Tuschus tom. 5. concl. 342. numer. 39. Item
tandem si statutum sit aptum afferre Ecclesiis, vel
Ecclesiasticis aliquod incommodum, etiam, in-
quam, indirectè, & non disponat super illis super
quibus Ecclesia habet specialia priuilegia, vt patet
ex cap. quanto 26. de priuileg. & probat Felin. in cap.
Ecclesia, num. 69. & 104. & Tuschus num. 140 sed
hæc omnia locum habent in casu nostro, vt mox in-
fra patebit: ergo, &c.

11 Confirmatur quartò, quia expressè in Bulla
Cœnæ non solum excommunicantur, qui, (qua-
lescumque illi sint, etiam Reges) Ecclesiasticis
directè imponunt gabellas, sed etiam qui impo-
nunt indirectè: ergo, &c. Et ratio horum omnium,
vt suprà dicebatur, est; quia per ly indirectè adhuc
reuera Ecclesiastici læduntur, non solum, quia
propter onus gabellæ super emptore laico impo-
12 situm Ecclesiastici viliùs vendunt res suas; sed et-
iam, quia Ecclesiastici priuantur iure, quod ha-
bent contrahendi liberè cum laicis, qui ementes
ab illis non habeant soluere gabellam: ergo si sta-
tutum, contrarium operetur, erit illud contra im-
13 munitatem Ecclesiasticam. Consequentia proba-
tur, quia statutum, quod coarctat Ecclesiasticos,
& iis adimit, quod de iure eis concessum est, vio-
lat libertatem Ecclesiasticam, vt per se patet, &
supra probatur; sed Ecclesiastici de iure diuino,
14 Canonico, & ciuili habent, vt liberè possint con-
trahere cum laicis, qui non habeant soluere ga-
bellam: ergo si statutum operetur contrarium, erit
illud contra libertatem Ecclesiasticam. Adde, quod
dicere potest Ecclesia, Tolle statutum, & si emptores
tenentur ad gabellam, compelle eos; sin minus, ius meum
mihi non aufer; interest enim mea habere emptores im-
munes.

Hinc reiiciuntur, qui putant gabellam imposi- 15
tam super emptore laico non esse contra liberta-
tem Ecclesiasticam, si pretium rei impositum sit à
lege; moti ex eo, quia (vt inquiunt ipsi) pretium 16
consistens in indiuisibili non potest à contrahen-
tibus alterari, & sic Ecclesiastici non viliùs ven-
dunt res suas. Reiiciuntur, inquam, quia (præter-
quam quod verum non est, quod inquiunt ipsi, si-
cuti dicetur infrà sect. 9. cùm gabella reuera sit pars 17
pretij, vt ibi probabitur) adhuc dicta gabella est
contra libertatem Ecclesiasticam; quia grauatur lai- 18
cus, cum quo Ecclesia de iure habet, vt possit sine
onere contrahere, sicuti sine onere poterat prius;
quod non parum ei proficuum erat.

Atque ita, sicuti dicebam in responsione num. 1.
nobiscum sentiunt Felin. in dicto cap. Ecclesia, num.
69. de constit. Surdus cons. 305. num. 80. Menochius
lib. 2. cons. 116. Gratianus in discept. forens. tom. 2. cap.
390. Laderchius cons. 103. à numero 8. vsque ad num.
11. Tuschus tom. 5. concl. 342. numero 140. Rodri-
guez in sum. tom. 2. cap. 75. num. 14 Riccius in praxi
tom. 2. resol. 187. numer. 2. & resol. 283. Zerola in pra-
xi Episc. par. 1. ver. gabella, quæstio 4. vbi ait: In qui-
busdam locis ratione grauaminis alicuius vniuersitatis
laici imponunt gabellas super serico, vel vino, vel ali-
quo huiusmodi, & statuunt, vt soluantur duo caroleni
vel quid simile pro libra, vel dolio, &c. & quia vi-
dent se non posse astringere personas Ecclesiasticas ven-
dentes statuunt, vt eos soluant laici, qui emunt; & non vi-
dent, quod indirectè ista gabella cadit super personas Ec-
clesiasticas: nam hoc ipso propter onus gabella soluendum
laici vilius emunt, & Ecclesiastici vilius vendunt: atque
adeo talis gabella indirectè est lata cōtra personas Eccle-
siasticas. Ita etiā docent Homobonus par. 1. tract. 9. c.
2. q. 2. Megalius in par. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. n. 107. Alterius
to. 1. disp. 19. lib. 5. c. 6. fol. mihi 740. col. 2. Mandellus
consil. 8. num. 16 17. & 18. Aponte in respons. de censu-
ra Pauli V. fol. mihi 82. & alij penes ipsos, qui pro-
pterea absolutè docent, onus, quod non potest im-
poni super Ecclesiasticos, non posse imponi super 19
contrahentes cum illis.

Non nego tamen, quod contrarium non omni-
nò improbabiliter dixerint alij, vt Angelus ver.
Immunitas, numer. 42 Rosella ver. pedagium, numer.
17. Richardus quodlibeto 2. quæst. 30. Astensis in
summa lib. 3. titul. 30. art. 4. Silu. eodem ver. 1. quæst. 6.
numer. 22. vbi ait: Posito, quod propter debita, aut
aliud simile Consules gabellam ponant super carne, aut 10
vino, & huiusmodi, quam Ecclesia soluunt indirectè, cùm
emant carnes: distinguendum est, an talis gabella sit con-
tra immunitatem Ecclesiasticam: nam si eam ponunt pro-
pter abusum, & excessum eorum, qua fecerunt, sic non
licitè ponunt, sed soluant de suo: si verò ponunt
propter communem vtilitatem, tam clericorum, quàm
laicorum: sic licet eis: si verò propter vtilitatem 21
laicorum principaliter, clericorum verò indirectè, &
remotè, iterum distinguitur: nam aut faciunt ani- 22
mo extorquendi pecunias ab Ecclesiasticis, quas extor-
quere alio modo non possunt, & sic non licet: aut non fa-
ciunt eo animo (quia etsi non adessent Ecclesiastici, adhuc
eam imponerent) & sic licet. Ita etiam docet Henri-
quez lib. 10. c. 15. num. 5. & in gloss. lit. O. Lopez part.
2. cap. 40. Malderus in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 11. vbi
inquit:

23 inquit: *Est licita contributio laicis imposita, quando in valde modico grauat clerum, & ipse Clerus magna molestia eximi non potest, vt si grauamen vino sit impositum, quod ex communi cum laicis taberna clerum accipe e velint.* Ita etiam tradit Corinlanus *in Bullam Cœna excommunic* 18. *fol.* 949. Paulus de Castro *lib.* 1. *consil* 323. Tiraquellus *de retract. consangnin.* § 1. *gloss.* 13. *num.* 12. Purpuratus *consil.* 489. *num.* 7 & 8. Valascus *de eur. emphyt. quæst.* 17. *num.* 5. Mexia *en prag. taxa panis, concl.* 5. *num.* 39. Lassarte *de decima vendit. cap.* 19. *num* 10. Gloritius *cons.* 6. Curtellius *de immun. Eccles. lib.* 2. *q.* 46. & 49. Buërius *decis.* 213. *num.* 19. Bursat. *lib.* 1. *cons.* 42. *num.* 14. Alexander *de iure fisci lib.* 1. *resol.* 5. *num.* 7. Molina *de iust. & iur. tom.* 3. *tract.* 2. *disp.*
24 663. *num.* 6. vbi asserit: *Exemptio Ecclesiasticorum, & Ecclesiarum solùm est, vt ipsi non soluant tributum ex suis rebus; non verò, vt alij non soluant tributum ex rebus, quæ emptione, aut permutatione ad ipsos sunt peruentura; quamuis per accidens sequatur, quod cariùs ob ea tributa ad ipsos illa perueniunt.* Ita etiam sentit
25 Emanuel Rodericus *in compendio, ver. tributum, & quæst. regular. tom.* 3. *q.* 74. *art.* 7. 10. & 13. vbi docet,
26 *tributum super contractus impositum soluendum esse ab emptore; licet alij sentiant* (inquit ipse) *soluendum esse à venditore (de iure regio tamen, non communi) at nullo pacto ad illud soluendum teneri Ecclesiasticus, siue vendat laico, siue emat à laico: sed tenetur laicus, qui contrahit cum Ecclesiastico: quod si inde Ecclesiastico damnum aliquod indirectè resultat, quia scilicet cariùs emit à laico, vel quia viliùs vendit laico, non est propterea id contra libertatem Ecclesiasticam.* Ita etiam
27 docet Sanchez *in op. s. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *num.* 40. vbi ait, *impositionem factam secularibus arietes vendentibus in macello, quod scilicet ex singulorum arietum pretio duos soluant argenteos, non esse illicitam; licet inde resultet, quod Ecclesiastici carius emant: probatur* (inquit ipse) *quia non est iniustum tributum, eo quod ex illo indirectè grauentur clerici; nam ex vectigalibus quæ mercatores ex mercibus soluunt, quas ab vno loco in alium transuehunt, & vendunt, sequitur, quod clericis cariùs constent merces; & tamen non ob id sunt in-*
28 *iusta vectigalia illa. Insuper* (subdit Sanchez) *sententiam hanc tenent aliqui, qui proponunt hunc casum: an possit imponi tributum super Carnibus, vel vino indistinctè sine exceptione Ecclesiarum; & obiiciunt videri non esse licitum; quia indirectè grauantur clerici; cùm hac posita clerici cariùs emant; & posita hac obiectione, respondent, quod si id faciunt animo iniuriandi clericis, & extorquendi ab illis pecunias, quas alio modo extorquere nequeunt, est illicitum; si verò non hoc animo faciunt (quia si non adessent clerici, adhuc imponerent) nec imponunt magis super his, quæ sæpius emuntur à clericis, est licitum; nec possunt conqueri clerici.* Ita etiam docet Layman *lib.* 3. *tract.* 3. *cap.* 3 *num.* 4. vbi ait: *Verumtamen ab exteris quoque, ac non subditis fieri solet exactio vectigalis, seu tributi, plerumque indirectè, ac per accidens: vt si vectigal, vel similis exactio imposita sit super vino frumento, aliisque fructibus, & mercibus, quæ in tali regione venduntur; tunc enim extranei, seu alienigenæ (sicut & clerici) indirectè grauantur; ita vt si ibi emere velint, pari cum incolis iure vtantur, secundùm pretium consuetum.* Idem etiam docent alij, & non omninò improbabiliter, vti supra dicebam.

At oppositum est consulendum, & sequendum propter rationes, & auctoritates Canonum, & Pótificum, quæ supra afferebantur; quod, vt elucescat magis, sit

SECTIO II.

Prima difficultas eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici si non secundùm vim coactiuam, saltem secundum vim directiuam, tenentur seruare leges Ciuiles propter bonum commune latas, si hæ neque directè, neque indirectè pugnent cum libertate Ecclesiastica*

2 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur Ecclesiasticis leges Ciuiles violantibus infligere eandem pœnam, quæ laicis per leges Ciuiles statuta est.*

3 *Iudex Ecclesiasticus non debet punire Clericos pœna vlla temporali, nisi etiam accesserit lex Ecclesiastica dictas leges ciuiles comprobande.*

4 *Iudex Ecclesiasticus rectè faceret si in casu prædicto seculares legislatores suis edictis adiuuaret, quia tunc meritò Clerici puniri ab ipso possent pœna temporali.*

OBiicies: Ecclesiastici, etsi non secundùm vim coactiuam, saltem secundú vim directiuam, tenentur seruare leges ciuiles propter bonum cómune latas, quales sunt leges circa pretia rerum, circa mensuras vendendi, & similes, sicuti ex communi sententia Doctorum dicetur *infrà cap.* 8. *dub.* 2. & *cap.* 9. *dubit.* 1. 3. & *seq.*

Respondetur, distinguo antecedens: Ecclesiastici, etsi non secundùm vim coactiuam, saltem secundùm vim directiuam, tenentur seruare leges ciuiles propter bonum commune latas, si hæ non pugnant cum libertate Ecclesiastica, id est, neque directè, neque indirectè lædunt Ecclesiasticam libertatem, grauando scilicet aliquo modo Ecclesiasticos, aut iura libera, & priuilegia eorum diminuendo, concedo: si pugnant, sicut ex dictis in casu nostro, nego; atque ita præter Doctores, quos *in locis suprà cit.* adducebam, docent Molina *de iust. & iur. tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 31. *num.* 15. Collegium Bononiense *in resp. cens. pro libertate Eccles. contra Venetos, num.* 24. Villalobos *in summa tom.* 1. *tract.* 2. *diffic.* 31. *num.* 1. Squillante *de priuileg. cler cap.* 7. *dub.* 3. *num.* 94. & *cap.* 8. *num.* 89. & Aponte *in respons. de censura Pauli V. fol.* 75.

Vide, si placet, *loca suprà cit.* vbi in casu, quo leges ciuiles propter bonum commune latæ non pugnent cum libertate Ecclesiastica, & sic Ecclesiastici teneantur secundùm vim directiuam illas seruare, subdebam cum Vasq. Salas. & aliis, Indicem
Ecclesiasticum non teneri Ecclesiasticis leges ciui- 2
les violantibus infligere eandem pœnam, quæ
laicis per leges ciuiles statuta est: immò Surdus 3
cons. 301. *num.* 38. citans Sotum, putat in tali casu,
Iudicem Ecclesiasticum non debere eos punire pœ- 4
na vlla temporali, nisi etiam accesserit lex Ecclesiastica dictas leges ciuiles comprobando: quapropter Nauar. *cap.* 13. *num.* 88. & alij docent, quod in his casibus rectè faceret Iudex Ecclesiasticus, si seculares legislatores suis editis adiuuaret; quia tunc meritò Ecclesiastici ab ipso puniri possent pœna temporali, vel eadem, vel mitiori, ac puniuntur laici à Iudice suo laicali, vt in locis citatis dicebatur.

SECTIO

SECTIO III.

Secunda difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Statuta Principum secularium, licet dirigantur ad laicos ipsis subiectos, tamen si indirectè redundent in damnum Ecclesiasticorum dicuntur contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Statutum non attenditur cum quo loquatur, sed in quem sermonis effectus dirigatur.*

3 *Onus, quod imponi non potest Ecclesiasticis, neque imponi potest laicis, qui cum illis contrahunt, quia illud redundat in Ecclesiasticos.*

SEcundò obiicies: huiusmodi statuta non diriguntur ad Ecclesiasticos, sed ad laicos subiectos Principibus secularibus: ergo non sunt contra libertatem Ecclesiasticam.

1 Respondetur: distinguo antecedens: huiusmodi statuta non diriguntur ad Ecclesiasticos, sed ad laicos subiectos Principibus secularibus, ita vt inde Ecclesiasticis non redundet damnum, vel sublatio, vel diminutio iurium, ac priuilegiorum suorum, nego antecedens: ita vt redundet, concedo: ergo non sunt contra libertatem Ecclesiasticam, distinguo consequens: directè, transeat, indirectè, nego: quia (vt supra probabatur, & ex communi tradit etiam Surdus *conf.* 301. *numer.* 74.) quidquid disponitur tali modo circa laicos, redundat in damnum Ecclesiasticorum: atque adeo censetur dispositum contra Ecclesiasticos; quia quamuis huiusmodi statuta loquantur cum laicis, effectus tamen sermonis dirigitur in Ecclesiasticos; atque adeo sūt (saltem indirectè) contra libertatem Ecclesiasticam, vt rectè præter alios notarunt Parisius *conf.* 17. *vol.* 1. *num* 6; Rimioaldus Senior *conf.* 268. *num* 32. *vol.* 2 2. & Laderchius *conf.* 103. *num.* 9. Siquidem statutum non attenditur cum quo loquatur, sed in quem sermonis effectus dirigatur. Vnde licet huiusmodi statuta quoad verba non videantur infringere libertatem Ecclesiasticam, cùm præcipiant laicis subditis potestati seculari, tamen quoad mentē, & effectum infringunt (saltem indirectè) libertatem Ecclesiasticam, faciendo fraudem de persona ad personam, vt optimè præter Parisium, Riminaldum, & Landerchium *in locis supra cit.* notarunt alij *in cap. fin. de immun. Eccles. in 6. ver. libertatis*, & *ibi* Io. Andr. Aochanaros, & Geminianus, & iterum Ancharanus *conf.* 115. *num.* 7. Abbas *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. num.* 27. & 35. & *conf.* 8. *num.* 53. & *seqq.* alii, quos refert, & sequitur Vgolinos *in respons. ad Iurisconsult. Gymnasij Patauini c.* 6. *num.* 8. Collegium Bononiense *in respons. pro libert. Eccles. num.* 14. Maynardus *de priuileg. Eccles. ar.* 22. *num.* 67. quapropter rectè dixit Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 33. *num.* 6. quod quando disponitur contra laicos, & grauamen ordinatur ad Ecclesiasticos, statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam; & Laderchius *conf.* 103. *num.* 5. & 9. Mandellus *conf.* 8. *num.* 56. & *seqq.* & Regens de Ponte *in respons. de censur. Pauli V.*
3 *fol.* 82. dixerunt onus, quod imponi non potest Ecclesiasticis, neque imponi posse laicis, qui cum illis contrahunt, quia illud redundat in Ecclesiasticos.

SECTIO IV.

Tertia difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Assignatur disparitas cur liceat Mercatoribus carius res vendere ratione gabellæ, quam ob id indirectè soluunt etiam Ecclesiastici, & non liceat id remotè per statutum laicorum, quia in primo casu est valde per accidens, & valde remotè, in secundo verò per statutum magis proximè, & minus remotè.*

TErtiò obiicies: si ex huiusmodi statutis aliquid damni Ecclesiasticis aduenit, ac aliqua iurium, ac priuilegiorum diminutio, totum est secundariò, & per accidens: ergo non debet esse in consideratione: ergo non fit per id contra libertatem Ecclesiasticam. 1

Confirmatur, quia alioquin cùm ex vectigalibus (quæ mercatores soluunt ex mercibus, quas ab vno in alium locum transuehunt) sequatur, quod Ecclesiasticis merces illæ cariùs constent; & sic quod Ecclesiastici indirectè grauentur, iniusta essent illa vectigalia, quod tamen est falsum.

Respondetur, transeat Antecedens; at nego priorem consequentiam; quia ly *Secundariò, & primariò*, seu ly *indirectè*, & *directè*, materialiter, & impertinenter se habent quoad effectum rei, vt supra probabatur: ita vt proinde vterque modus meritò, tum in Canonibus, tum in Bulla Cœnæ, prohibeatur, vt supra visum est: quapropter distinguo secundum Consequens: non fit per id contra libertatem Ecclesiasticam directè; transeat, indirectè, nego.

Ad confirmationem respondeo, transeat, quod ly quod affertur à pari ex vectigalibus, non fit contra libertatem Ecclesiasticam: at disparitas est, quia id se habet valde remotè, & valde per accidens (quod nō est in casu nostro) & sic intelligo dictum illud: *In omnibus, quod principaliter agitur, attendi debere, non quod in consequentia venit*; l. qui exceptionem, ff. de condit. indeb. l. si quis nec causam, in princip. vbi Bald *ff. si certum petatur*, & *l.* 1. *Cod. ad leg. Cornel.* & tradunt Couar. *libr.* 1. *var. cap.* 4. *numer.* 5. Barbosa *axiom.* 12. *numer.* 9. & alij passim.

SECTIO V.

Quarta difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Læsio Ecclesiæ siue magna, siue modica sit materialiter, & impertinenter se habet.*

2 *Magis, & minus non variant speciem.*

3 *Læsio prædicta licet sit modica, quoad gabellam; non tamen est modica, quoad vsurpationem Iurisdictionis.*

QVartò obiicies: læsio quæ Ecclesiasticis prouenit ex huiusmodi statutis, est valde modica; ergo non debet esse in consideratione; atque non fit per illam contra libertatem Ecclesiasticam quia cùm modici præiudicij sit

in considerationem non venit, *argum. l.si debitori, ff. de Iud.* ibi: *Neque enim magnum damnum est in mora modici temporis*;& l. quoties Cod. de precibus Imperat. offer. ibi: *sine graui partis alterius, dispendio.* Bart. *in l.fin.numero 5.glos.pen.Cod.si contra ius, vel vtilit. publ.* Abb. *in cap. quæ Ecclesiarum num.12.* & Felin. *n.24. de Constit.* vbi aiunt, paruum incommodum non inducere immunitatis læsionem, Ias. *in l.si opus, ff.de nous oper. nunc.* vbi, quod etiam quilibet Iudex potest senteotiam ferêdo ius partium modicè lædere; & de Principe tradunt Petra *de eius potest.c.28.n. 87.& seqq.*& Tapia *decis.19. n.13.Senatus Italici.*

1 Respondeo: transeat Antecedens: at nego vtram-
que Consequentiã; quia siue magna siue modica sit
læsio Ecclesiæ, materialiter, & impertineoter se ha-
bet, sicuti rectè docuere Surdus *vol.3.cõs.338.n.20.*
& 27. Lupus *de libertate Ecclesiastica part.1.quæst.8.n.*
2.& Collegiũ Bononiense *in respons.pro libertate Ec-*
2 *clesiastica num.40.* quia magis, & minus (vt ait Phi-
losophus) non variat speciem. Accedit, quod dicta
3 læsio, licet sit modica quoad gabellam, & materiali-
4 ter, non tamen est modica quoad vsurpationem iu-
risdictionis, & formaliter.

SECTIO VI.

Quinta difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio, & libertas Ecclesiasticorum non pendet ex bono, vel malo animo imponentium gabellam; sed ex priuilegiis, quæ de iure Diuino, vel humano Ecclesiasticis competit eas non soluendi.*

QVintò obiicies, quod per huiusmodi statuta fit à Principibus, non fit animo quid extorquendi ab Ecclesiasticis (quia etsi non essent personæ Ecclesiasticæ, adhuc gabellas per illa statuta Principes imponereot) ergo quod ab illis fit tali modo, non est contra libertatem Ecclesiasticam.

1 Respondetur: transeat Aoteccdens; at nego consequentiam; quia exemptio, & libertas Ecclesiasticorum non pendet ex bono, vel malo animo impoeentium gabellam, sed ex priuilegiis, quæ de iure diuino, & humaoo Ecclesiastici habent non soluendi gabellas, & fruendi libertate sibi concessa: nam alioquin semper iustè possent Principes seculares Ecclesiasticas personas grauare, prauum animum deponendo in illis grauandis: quod nemo dixerit ex viris cordatis.

SECTIO VII.

Sexta difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici grauari non possunt ad communem Ecclesiasticorum, & laicorum vtilitatem, nisi in casu, quo facultates Laicorum non sufficiant. & accedat Cleri consensus.*

SExtò obiicies, quod per huiusmodi statuta fit à
Principibus, non fit principaliter in grauamen 1
Ecclesiasticorum, sed generaliter io grauameo omnium: itemque non fit ex quacumque causa, sed ex iusta in communem scilicet Ecclesiasticorum, & laicorum; ergo non est contra libertatem Ecclesiasticam.

Respondeo: transeat Antecedens: at nego Coo- 1
sequentiam; quia neque ad communem Ecclesiasticorum, & laicorum vtilitatem grauari possunt Ecclesiastici, nisi in casu, quod facultates laicorum non sufficiant, & accedat consensus Cleri, & Summi Pontificis, vt infra *dubit.17. & 18.* dicetur & *suprà dubit.6.* dicebatur.

SECTIO VIII.

Septima difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Opinio Nattæ, reprobatur, & cur.*
2 *Demonstratur quando forsan procedat exemplum de Custodibus animalium per Nattam allatum.*
3 *Famuli, & Coloni Ecclesiarum non alligantur statutis, & edictis laicorum.*

SEptimò obiicies ex Natta *lib.2.cons.280.num.4.* quod per huiusmodi statuta fit à Principibus, secularibus, non probibet absolutè Ecclesiasticis à laicis seruitium præstari, sed statuit solum iis illud præstari cum certa forma: ergo non est contra libertatem Ecclesiasticam. Consequentiam Natta probat à pari: nam statutum, verbi gratia (inquit ipse cum Maccabruoo *cons. 18. numero 17.*) quod custodes animalium soluant pœnam pro damoo illato, ligat etiam custodes animalium, quæ sunt Ecclesiasticorum; ergo sic à pari, &c.

Respondeo: nego Consequentiam, vt in specie 1
contra Nattam rectè probat Carolus de Graffis *de officlib. Cler. eff. 2. num. 159.* quia (vt supra dicebatur) per iodirectum grauat, & lædit Ecclesiasticos.

Ad exemplum aotem, qood à pari affert Natta 2
de custodibus animalium, respondetur, quod illud forsao procedit. quando dominus pascuorum, antequam intrassent Ecclesiasticorum animalia expressè id prohibuisset custodibus: nam tunc, si illa intrarent post prohibitiooem, in specie teuerentur etiam custodes animalium, quæ sunt Ecclesiasticorum, ioxta textum *in leg.diuus, ff.de seruit. rusticor. prædior.* secus si prohibitum esset in geoere per
banni, vel statuti emanationem, vt est in casu oo-
stra; quia famuli, & coloni Ecclesiarum noo alli- 3
gantur statutis, & edictis laicorum, siuè hæc specialiter, siue generaliter de illis disponant; vt patet ex iis, quæ supra in principio sectionis præsentis dicebantur, & docent Surd. *cons.301. num.74.* Martha *de iurisd.par.4.cas.8.num.14.* Duard. *in Bullam Cœnæ lib.2.Can.15.q.27.num.6.*& alij.

SECTIO IX.

Octaua difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Gabella reuera non est pars pretij nisi solo nomine.*

2 *Pra*

2 *Pretium legale consistit in indiuisibili, nec potest alterari.*

3 *Principes, & Communis Prudentum existimatio in impositione iusti pretij rerum, multas circumstantias tam intrinsecas, quam extrinsecas considerat, inter quas præcipuè considerat onus gabellæ.*

4 *Gabella, cum sit pars pretij semper inuoluitur in pretio rei, nec potest separari à pretio rei, & sic damnum sentiet Ecclesia cum diminutum pretium pro soluenda gabella reciperet.*

1 OCtauò obiicies, quod per huiusmodi sta-
tuta sit à principibus secularibus, nullo
pacto (neque etiam indirectè) grauat Ecclesiasti-
cos: ergo nullo pacto est contra Immunitatem
Ecclesiasticam. Consequentia est clara, Antece-
dens probatur; quia gabella reuera non est pars
pretij, nisi solo nomine (vt notarunt Gratianus
in disceptat. tom. 2. cap. 258. *numero* 42. Comitolus
in respons. moral. lib. 4. *quæst.* 39. *numero* 2. Castil-
lo *lib.* 2. *decis.* 127. *numero* 12. Vtlascus *tomo* 1.
cons. 60. *numero* 14. Megalius *part.* 2. *lib.* 2. *cap.*
17. *quæstio.* 6. *numero* 108. & Parladorus *Rerum quo-
tid. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *numer.* 21.) ergo separa-
ri potest à pretio rei; ita vt Princeps impo-
2 nat rebus iustum pretium legale (quod consistit
in indiuisibili, nec potest alterari) & sic Ecclesia
semper habebit iustum pretium suarum rerum;
atque adeò non poterit de tali separatione iustè
conqueri; quia cùm gabella non sit pars pre-
tij rei, non potest in damnum Ecclesiæ redun-
dare, sed semper Ecclesia rerum suarum iustum
pretium habebit, non secus ac si rebus nulla esset
imposita gabella.

3 Respondeo: nego antecedens, & probationem;
quia Princeps, & communis prudentum existi-
matio in impositione iusti pretij rerum, multas
circumstantias, tam intrinsecas, quàm extrinse-
cas, considerat, inter quas præcipuè considerat
onus gabellæ; sicuti rectè notarunt Mol. *tomo* 3.
tract. 2. *dispos.* 608. & 678. Paulus de Castro *con-
sil.* 433. *numer.* 2. Vasquez *opusc. de restitut. cap.* 6.
§. 2. *dubitat.* 9. *numero* 52. Lessius *lib.* 2. *cap.* 33. *du-
bitat.* 8. *numero* 68. Turrian. *tom.* 2. *in* 2. 2. *disput.*
46. *dubitat.* 8. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 5. *cap.* 6. *dubi-
tat.* 5. Molfes. *in summa tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22.
numer. 123. Lassarte *de decima vendit. cap.* 15. *num.*
19. Bonacina *de contractibus disput.* 2. *quæst.* 9. *punct.*
1. *num.* 4. & alij: Cum igitur gabella sit pars
4 pretij, semper inuoluitur in pretio rei, nec poterit
separari à pretio rei; vnde iustum pretium rei erit
tam pretium francum quàm gabella rei, & sic dam-
num sequetur Ecclesiæ, cùm illa propter soluen-
dam gabellam diminutum pretium suarum rerum
recipiat.

SECTIO X.

Nona difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Recensentur nonnulli Auctores magna auctoritatis, qui nimiam quam par est inclinant ad fauorem Principum secularium.*

2 *Laicus non tenetur ad gabellas; sed immunis est à gabellis pro victualibus filij Clerici, & Capellani familiæ.*

3 *Clericus cum Deo sit dicatus, & Deo seruiat, est ab omni exactione immunis pro ea parte, quam ipse consumit.*

5 *Doctrina Sanchez refellitur.*

5 *Onus gabellæ aut est annexum contractui, & sic est contra Immunitatem, aut est adiectum actus distincto ab ipso contractu, & sic non est contra Immunitatẽ. vide, nam diffusius hi termini declarantur.*

NOnò obiicies auctoritatem Angeli, Richar-
di, Astensis, Siluestri, Henriquez, Molinæ,
& aliorum quos pro contraria sententia supra ci-
tabam: ergo, &c.

Respondeo, hos auctores, alioquin magnæ au-
ctoritatis, quoad hoc inclinare aliquantulum cum 1
aliquali Ecclesiæ præiudicio in fauorem Princi-
pum laicorum; in quorum fauorem etiam (& nota-
bilius) inclinat Sanchez *cit. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 54.
num. 2. quatenus ibi ait, quod laicus emens victua- 2
lia pro filio clerico, vel pro capellano suæ familiæ,
teneatur ad gabellas, quia dominium eorum, quæ
consumuntur, non est filij clerici, vel capellani, sed
patris, vel diuini laici; sicut è contra, inquit ipse,
clericus, qui sustentat plures famulos laicos, non
tenetur soluere gabellas pro parte, quam famuli
laici consumunt, & citat pro se innominatos Re-
centiores. At contrarium est omninò dicendum,
quod scilicet laicus non teneatur ad gabellas, sed
immunis sit à gabellis pro victualibus filij clerici,
& capellani familiæ; & ratio est clara, quia cle- 3
ricus, cùm Deo sit dicatus, & Deo seruiat, est ab
omni exactione immunis pro ea parte, quam ipse
consumit. Nec valet dici cum Sanchez, quod do-
minium eorum, quæ consumuntur non sit cleri-
ci, vel capellani, sed patris, vel domini laici: nam
respondeo sufficere, quod victualia illa emantur 4
pro clerico, & consumantur à clerico. Adde, quod
laicus emens pro clerico, potest clerico donatio-
nem facere de tota summa, quam expẽsurus est pro
clerico, & postea nomine clerici illam in seruitium
eius expendere; & sic cessaret ex hoc capite etiam
ratio Sanchez. Nec etiam valet, quod iste auctor
subdit à pari de clerico, quod scilicet hic susten-
tans famulos laicos, non tenetur ad gabellas pro
parte, quam consumunt famuli laici: nam respon-
deo, quod, cùm famuli laici sint pro seruitio clerici,
censetur illud, quod pro famulis laicis insumitur,
insumi pro ipso clerico.

Et quod dixi contra supra cit. Doctores adeo
verum est, vt nonnulli, vt Gutierez *in tract. de
gabellis quæst.* 92. *numer.* 60. Megalius *par.* 2. *lib.*
2. *cap.* 17. *quæst.* 9. *numer.* 106. dicant, eos 5
quoad hoc errasse. At potius, ne tot, & tan-
tos viros errasse dicatur, distinguendum sic cen-
seo; quod aut onus gabellæ est annexum contra-
ctui (vt si statutum dicat, quod soluantur bini so-
lidi pro singulis doliis vini, quod emitur, vel ven-
ditur; quæ gabella immediatè respicit contractum,
& lædit etiam contrahentem immunem; cùm pro-
pter onus gabellæ soluendum necessariò is viliùs
vendat, & cariùs emat) & statutum est contra immu-
nitatem Eccclesiasticam; & sic non intelliguntur
supra citati Doctores: aut onus gabellæ adiicitur
actui distincto ab ipso contractu (vt si statutum di-
cat, quod qui vult dolium vini emptum euehere è
ciuitate vel inuehere in ciuitatem, soluat gabel-
lam; quæ gabella non respicit immediatè contra-
ctum, sed alium actum, scilicet euectionis, vel in-
uectionis vini empti, qui actus nihil commune
habet cum Ecclesia, seu persona exempta contra-

hente cum laico) & tunc statutum non est cootra immunitatem Ecclesiasticam ; & sic intelliguntur supra citati Doctores;atque in hunc modum ad tecóciliádas supra relatas oppositas sétentias Doctorum , distinguunt etiam Bellettus *in disquis .cler. par.1.tit.de exemptione cleric.* §. 8. *num.*2.ex Baldo *cons.*31.quem postea secuti suot Rolaodus à Valle *lib.*4.*cons.*61.*num.*18.Decius *cons.*48.Alciat.*cons.*216. *num.*7.Gabe.*cons.*156.*num.*3.*&* *cons.* 161. *num.*3.*lib.* 2.Peregrio.*de iure fisc.lib.*6.*tit.*5.*n.* 25. Riminaldus *lib.*6.*cons.*714.*n.*49.*&* 60 Surd. *cons.*127.*n.*66.& alij.

Quamuis alio modo distinguaot alij, quod scilicet emptor , qui ab Ecclesia emit,gabellas emptoribus impositas soluete tenetur , si siot ordinariæ , secus si sint extraotdinariæ ; ita Bart. io text. *in l.locatio,siue licitatio,§.mercatores , ff. de public.* vbi Paulus ait : *Fiscus ab omnium vectigolium præstationibus immunis est:mercatores autem, qui de fundu fiscalibus mercari consueuerunt , nullam immunitatem soluendi publici vectigolis vsurpare possunt.* Et hanc Bartoli distinctiooem communiter teoeri fatetur Abb.*in cap.ex parte , de decim.* Barbosa *in tract. de Principe num.*174. Ioannes de Amicis *cons.* 18.*num.* 6.*&* 7. Ruin.*cons.*89.*num.* 6.*lib.*1 Bursat. *cons.* 25.*n.* 6. Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 14. *numero* 74. Guttierez *de gabellis lib.* 7. *quæst.* 44. *numer.* 5. & alij: At facilè talis distinctio teiicitur ex dictis ; cùm eadem ratio sit in gabellis ordinariis , & extraordinariis io ordine ad læsionem immunitatis Ecclesiasticæ ; & propterea etiam reiicitur à Baldo *cit. cons.*31.*lib.*1.

Alio tamen modo distinguunt alij,quod scilicet respiciendum sit ad exemptionis priuilegiom:nam si hoc respicit personas, in emptores vt tertios noo transibit , sin verè sit reale , nempe rebus concessum,in quoscomque transibit : ita gloss. *in Clement.* 1.*verb. excolendas de decim.* vbi ait: *Si verba eximant terras priuilegiatorum ab hoc onere , coloni colentes illas de priuilegio participant ; si verò eximunt personas,tunc licet illi de sua parte soluant , coloni non exempti de suo soluunt;* quam glossam præter Bartolum sequuntur Cardin. 1. *num.* 21. *&* 22. Imola *num.* 14. Abb. *in cap. ex parte , el* 1. *num.*4.*de decim.* Ferren. *cons.*202.*num.*13.*lib.* 2.Decian. *cons.*51.*num.* 14.*&* 15.*lib.* 3.Menoch.*cons.*276.*num.*7.& Rota *decis.*23.*num.*5.*&* 6.*tit. de priuileg.in antiquis , eadem decis.* 23. *num.* 5. *&* 6. *par.* 2. *diuers.* An autem priuilegia Ecclesiis sint concessa realia ? Affirmant Genuens. *pract. quæst.*15. & Thoro *priuileg.* 161. *in summa priuileg. pia causa*,& patet ex dictis *suprà* , & ex dicendis *infra* ; quamuis neget Bald. *dict. cons.* 31. contra Bartolum, ibi : *Quod salua reuerentia Doctoris mei verum non est;quia mutato statu persona , rei statum conuenit immutari, vt Cod. de impon. lucratiua descript.lib.*10.*leg.*1.*& quod ob reuerentiam clericorum, & Ecclesiæ conceditur,eos non egreditur , vt ff.solut. matrim.l.alia,§. eleganter. Vnde Colonus partiarius bene soluit decimas de sua parte,licet Monasterium , à quo conduxit,non solueret de sua portione ; quia diuersitates personarum separationem recipiunt* : qoa de re tameo vide *infrà sect.*17.18.*&* 19.

SECTIO XI.

An gabella super contractus sit contra immunitatem Ecclesiasticam.

SVMMARIVM.

1 *Gabella super contractus est contra Immunitatem Ecclesiasticam,quia indirectè grauantur Ecclesiastici.*

EX dictis sequitur primò, gabellam super contractus (vt pro aureis centenis soluantur
singoli) esse contra immunitatem Ecclesiasti- 1
cam ; quia indirectè grauantur Ecclesiastici, qui cum laicis contrahunt;cùm propter talem gabellam impositam Ecclesiastici res suas cariùs emant , & viliùs vendant;tum quia priuantur facultate,quam de omni iure babent, contraheodi liberè cũ laicis, sicuti supra dicebam.

SECTIO XII.

An gabella super vino , oleo , carne , & similibus sit contra immunitatem Ecclesiasticam.

SVMMARIVM.

1 *Gabella super vino, carne , serico , & similibus est contra Immunitatem Ecclesiasticam.*

2 *Non sufficit aperire tabernas vt pro libito , iusto pretio Ecclesiastici emant , quia est contra eorum libertatem.*

SEQVITVR secundò , gabellam super vi- 2
no,oleo, carne , & similibus esse etiam contra immunitatem Ecclesiasticam,idque propter easdem rationes.

Neque dicas, apetientur tabernæ , in quas Ecclesiastici poterunt confluere , vt sibi sine vllo ooere , & grauamioe iusto pretio sibi emant, quæ necessaria habebuot, sicuti docent Henriquez *lib.* 10. *cap.* 15. *numer.* 5. *& in gloss. lit. O.* Rodriguez *tom.* 2. *cap.* 75. *numer.* 14. Curtellius *de immun.Ecclesi.lib.*2.*q.*46.*n.*10. & Ledesma *to.* 2. *tract.*7.*cap.*2.*concl.*27.

Nam respondetur,boc etiam esse contra libertatem Ecclesiasticam , cùm Ecclesiastici de iure sint liberi,vt in quouis loco possint sibi emere ea, quibus opus babent,sine vllo ooere gabellæ,sicuti patet ex dictis.

SECTIO XIII.

An exigens gabellas ex Ecclesiasticis, etiam cum animo restituendi simul cum interesse in fine anni , quod interim exactum fuit, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam.

SVMMARIVM.

1 *Exigere vel mandare exigi ab Ecclesiasticis gabellas,etiam cum animo restituendi in fine anni simul cum interesse,etiam causa euitandi fraudes Publicanorum exigentium gabellas , est contra Immunitatem Ecclesiasticam*

2 *Magnum incommodum est Ecclesiasticis,& aliquando magnum interesse si cogantur ad antea soluendum quod soluere non debent.*

3 *Pecca*

3 *Peccatum,\ & censura non incurritur lata contra violantes immunitatem, si gabella, interesse, & illud plus ob damni compensationem in fine anni Ecclesiasticis restituatur maxime ipsis volentibus, & consentientibus ac summi Pontificis beneplacito.*

4 *Molestia, si inferatur Ecclesiasticis in fine anni in restituenda gabella, laeditur Immunitas Ecclesiastica.*

1 SEquitur tertiò esse contra immunitatem Ecclesiasticam, exigere, vel mandare exigi ex Ecclesiasticis gabellas, etiam cum animo restituendi simul cum interesse in fine anni, quod interim exactum fuerit ex iis; & etiam in casu, quo Princeps, vel Respublica profiteantur hunc modum seruare causa euitandi frandes publicanorum exi-
[2] gentinm ¦gabellas: quia cùm sic cogantur Ecclesiastici ad antea soluendum, quod soluere non debent, sequitur inde magnum onus, & incommodum illis, & aliquando magnum interesse, atque ita in terminis nostri casus contra Curtellium *de immun. Eccles. lib. 2. q. 45.* docent Alterius *de censur. tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 3. fol. mihi* 734. & Duardus *in*
[3] *Bullam Cœnæ lib. 2. Can. 18. q. 15. num. 3.* vbi rectè subdit, *quod effugeretur tamen peccatum contra immunitatem Ecclesiasticam*, & sic etiam cẽsura in Bulla Cœnæ Domini, si restitueretur Ecclesiasticis in fine anni simul cum interesse, (Si reuera intercessit (totum quod exactum fuit, & (ipsis exigentibus) aliquid plus in compensationem incommodi, quod reuera interim illi per annum passi sint; quia sic ipsorum immunitas non aufertur, sed differtur. & multo magis, si quod exigitur ad finem boni communis (vt scilicet euitentur fraudes publicanorum exigentium gabellas) exigatur, ipsis volentibus, ac consentientibus, & consentiente etiam Summo Pontifice, vt *sect.* 16. *&* 17. dicetur: Vnde sic seruatur in praxi in multis locis, præcipuè in Regno Siciliæ.

Cauendum tamen est, vt quando Ecclesiasticis in fine anni fit solutio, nullam molestiam, nullum incommodum nullumque interesse sentiant in ea consequenda, alioquin in idem reincideretur, vt scilicet propter onus grauamen, & incommodum, quod hic Ecclesiastici sentiunt, lædatur similiter ex hoc alio capite immunitas Ecclesiastica.

SECTIO XIV.

An statuere, quod laici venditores vini teneantur præstare fideiussionem de soluendis pœnis, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum in quo laici venditores vini Ecclesiasticorum comprehenduntur quoad fideiussionem præstandam de soluendis pœnis est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Ecclesiastici possunt vendere per famulos vinum, & similia tam ex patrimonialibus, quam ex Beneficialibus collecta, non solum in mensura magna, sed etiam in minuta.*

3 *Statutum prædictum indirectè granat, & damnum infert Ecclesiasticis & eos priuat facultate qua de omni iure ipsis competit libere contrahendi cum laicis*

4 *Ecclesiastici, licet teneantur leges iustas laicorum observare; non tamen tenentur ad pœnas impositas iis, qui d. leges transgrediuntur.*

5 *Venditores laici numquam assument sibi venditionem Vini Ecclesiasticorum nisi reddantur immunes per ipsos à pœnis, quod maxime lædit Immunitatem.*

6 *Statutum prædictum euidenter lædit Immunitatem Ecclesiasticam, quia quamuis loquatur cum Laicis, effectus tamen sermonis dirigitur ad Ecclesiasticos.*

SEquitur quartò, esse contra immunitatem Ecclesiasticam statuere, quod laici venditores vini 1
(siue explicitè, siue implicitè includantur in statuto venditores vini Ecclesiasticorum) teneantur præstare fideiussionem de soluendis pœnis (suppo- 2
no autem ex communi Doctorum sententia, Ecclesiasticos posse vinum, & similia, tam ex patrimonialibus, quam ex beneficialibus collecta, vendere per famulos, non solum in mensura magna, id est, vt dici consueuit, ad grossum, sed etiam ad mensuras minutas; quia hoc non est negotiari, sicuti probabatur *supra sect. 3. subsect.* 4. & docent gloss. *in c. negotiationem* 88. *dist.* Abbas *in cap. 2. num. 1. de cler. & monach.* Geminianus & Francus *in cap. vnic. de vita, & honest. cleric. n.* 6. Bertachin. *tract. de gabellis part. 1. 2. 7.* Roland. *vol. 4. cons. 71. num.* 9. & alij, quos refert, & sequitur Bellett. *in disquis. cler. tit. 1 §. 21. num. 15.* Martha *part. 4. cas. 3. num. 13.* Genuens. *in praxi Arci Fisc. cap. 62. num. 7.* Barbosa *part. 2. alleg. 13.* Prosper de August. *in Addit. ad summ. Quaranta, ver. vectigal.* Squillante *de priuileg cler. cap. 8. num. 38.* & alij passim) quia Ecclesiastici ex tali sta- 3
tuto indirectè grauantur, seu indirectè damnum patiuntur, ac etiam priuantur facultate, quæ de omni iure ipsis competit liberè contrahendi cum laicis vt supra dicebatur.

Confirmatur, quia Ecclesiastici, licet teneantur 4
leges iustas laicorum obseruare, non tamen tenentur ad pœnas impositas iis, qui supra dictas pœnas non obseruauerint; sed per huiusmodi statutum Ecclesiastici indirectè coguntur soluere pœnas prædictas, ergo huiusmodi statutum est contra immunitatẽ Ecclesiasticam. Maior patebit ex iis, quæ dicam *cap. 4. dubit. 2. sect. 1. & 2.* Minor probatur, quia stante tali statuto venditores vini Ecclesiasticorum debent præstare fideiussionem de soluendis pœnis, si fortè ad illas soluendas venerint damnandi; ergo si Ecclesiastici vinum sui vendere vo- 5
luerint, numquam venditores laicos inuenient, nisi prius seruẽt eos indemnes ab omnibus pœnis, quæ ex venditione vini erunt fortè soluendæ, & sic Ecclesiastici fient indirectè obnoxij solutionibus pœnæ impositæ, vel imponendæ à Iudice laicali, ad quam nullo iure in ordine ad potestatem laicalem obnoxij sunt.

Quare euidenter huiusmodi statutum lædit in- 6
directè immunitatem Ecclesiasticam; quia quamuis loquatur cum laicis, effectus tamen sermonis dirigitur ad Ecclesiasticos: in posterum enim Ecclesiastici propter onus impositum de fideiussione præstanda à vini venditoribus, nõ facilè inuenient venditores, quos antea sine difficultate, quinimmò rogato, multos inueniebant; quapropter non inueniendo venditores ob dictam rationem, vt inueniebãt prius, erunt obstricti Ecclesiastici, vel vinum non vendere, vel dictos venditores indemnes seruare; quod non modicum grauamen, & incommodum infert Ecclesiasticis.

Neque dicas, hoc etiam procedere cum vini

Domino laico:nam respondetur laicos hinc nullam iniuriam pati;qnia de iure ipsi in omni euentu tenentur ad pœnam impositam à Indice laico,non sic autem Ecclesiastici,vt supra dicebatur.

SECTIO XV.

An gabella super emptore laico contrahente cum Ecclesiastico, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam.

SVMMARIVM.

1 *Gabella,quæ imponitur super Emptore laico contrahente cum Ecclesiastico est contra Immunitatem.*

2 *Ecclesiastici de iure possunt libere contrahere cum laicis sine onere, quod debent subire laici contrahentes cum ipsis.*

3 *Contrahens cum Ecclesia, seu Ecclesiasticis nullum debet onus subire, alioquin læditur ipsa Immunitas.*

4 *Existimantes gabellam Emptori impositam, non esse contra Immunitatem Ecclesiasticam, quando pretium rei est à lege taxatum,non probantur, & cur.*

1 SEquitur quintò, esse contra immunitatem Ec-
clesiasticam, gabellam quæ imponitur super
emptore laico contrahente cum Ecclesiastico; non
solum quia propter onus gabellæ impositum Ec-
clesiastici indirectè grauantur, cùm sic vendant vi-
liùs res suas;sed etiam quia(vt supra dictum est)Ec-
2 clesiastici de iure possunt liberè contrahere cum
laicis sine onere,quod debeant subire laici contra-
3 hentes cum ipsis;quare si statutum hoc facit,lædet
illud libertatem Ecclesiæ, cui competit contrahere
liberè cum quocumque,ita vt contrahés com ipsa
nullum debeat onus subire.

4 Quod nota contra illoa, qui putant gabellam emptori impositam,non esse contra immunitatem Ecclesiasticam,quando pretium rei est à lege taxatum;quia tunc (inquiunt ipsi)consistens illud in indiuisibili non potest à contrahentibus alterari;atque adeo non fit,quod Ecclesiastici indirectè grauentur,& vendant viliùs res suas:nam respondetur ex dictis,qood dato,& non concesso,id ita sit(quod tamen est falsum,vt *supra sect*.9 probatur adhuc tamen gabella ista est contra libertatem Ecclesiasticam;quia grauatur laicoa,cum quo Ecclesia de iure habet liberè, & absque vllo onere contrahendi facultatem;quod ei non parum commodi, & vtilitatis afferebat. Vide Laderchinm *conf* 103.*num*.5.& 9.Mandellum *conf*.8.*n*.16.17.& 18.Aponte *in resp. de cens.Pauli V.f* 2.& Cuttellium *de immun. Eccl. lib*.1.*q*.49.qui nobiscum sentit, si animo grauandi Ecclesiam,vel Ecclesiasticos id fiat,quamuis secus, si tali animo non fiat.

SECTIO XVI.

An statuere,quod venditores vini debeant illud vendere in quarta domo v.g.distante ab Ecclesia,sit contra immunitatem Ecclesiasticam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens,quod Venditores vini debeant illud vendere in quarta domo distante ab Ecclesia lædit Immunitatem.*

2 *Statutum prohibens,vel præcipiens Ecclesiasticis,quod eis nec diuino,nec humano iure est prohibitum, vel præceptum,violat Immunitatem Ecclesiasticam.*

3 *De iure communi non est prohibitum Ecclesiasticis vendere vinum in Taberna posita ad Domus Ecclesiæ, immo id eis conceditur.*

4 *Statutum,quo Ecclesiastici efficiuntur deterioris conditionis,quam sint laici,est per omnes contra libertatem Ecclesiasticam.*

5 *Ecclesiastici,cum seruiant laicis in spiritualibus,debent esse laicis fauorabiliores.*

6 *Onus resultans ecclesiasticis ex huiusmodi statuto est conducere domum,seu tabernam pro vendendo vino, quod non accidit laicis.*

7 *Multum interest, magnumque commodum affert, habere Tabernam coniunctam cum propria domo.*

8 *Iura ciuilia semper clamant magis fauendum esse Ecclesiasticis,quam laicis.*

SEquitur sextò,esse contra libertatem Ecclesia- 1
sticam statuere, quod venditores vini (ita vt
venditores vini Ecclesiasticorum etiam siue ex-
plicitè,siuè implicitè in statuto includantur) de-
beant illud vendere in quarta domo v.g. distante
ab Ecclesia.Ratio,quia statutum prohibens,vel præ-
cipiens Ecclesiasticis,quod eis nec diuino,nec hu-
mano iure est prohibitum,vel præceptum, est con-
tra libertatem Ecclesiasticam,vt supra *dub*. 7.dice-
batur,& docent Felin.*in cap.Ecclesia S. Mariæ de* 2
constit.num.72. & 73.Zecchius *de Republ. Ecclés.tit. de cleric.fol.mihi* 410.Annibald.*in addit ad Mandellum consf*.8.*lit.H*.Sayr. *de cens.lib*.3.*c*.19. *num*.9 §.3. *sic etiam* Fillinc. *tom*.1.*tract*.16 *cap*.10.*num*. 270.§. Laderch.*conf*.103.*num*.1. Sousa *in Bull. Cœna cap*.16.*disput*.84.*concl*.3.Reginaldus *tom*.1.*lib*.9.*cap*.23. *num*.358.§. *tenendum est tertiò*, Duardus *in Bullam*
Cœnæ lib.2.*Can*.15.*q*.19.*num*. 1. & alij) sed de iure 3
communi non est prohibitum Ecclesiasticis vendere vinum in taberna posita ad domus Ecclesiæ, immò id eis in terminis concedunt Geminianus & Franchus *in cap. vnic.de vita, & honest. cleric.in* 6. Lamber.*de iure patron.lib*.2 *par*.1.*ar*.26. *q* 9. *num*.9. Genuens.*in prax. Arch.cap*.26.*num*.7.& Prosp. August *in addit.ad summam Quaranta ver.Vectigal*:ergo si per statutum Ecclesiasticis id prohibetur,erit statutum contra immunitatem Ecclesiasticam,imponitur enim Ecclesiasticis cum eorum detrimento onos,quod de iure eis imponi non potest.

Confirmatur,qnia statutum,qno Ecclesiastici ef- 4
ficiuntur deterioris conditionis, quàm sont laici,
est per omnes contra immunitatem Ecclesiasticam, vt videre est apud Doctores vbi sopra citatoa,& apud Felinum *in cap.Ecclesia S. Mariæ, de constitut.num*.3.Zabarellam *in cap.peruenit, de immunitat. cap*.13.Gúeuara *in propugn. libert. Eccles. assert*. 1.§. 5. *num*.42.Riccium *in praxi,tom*. 3. *resol*. 207. *num*. 7.Pecchium *de amortizat. cap*. 6. Megalium *in* 3. *par. lib*. 3. *cap*. 10. *num*. 51. Valenzuelam *in defens. Censur Pauli V. par*. 3. *num*. 168. & alios; & probatur ex *cap. quanto,de priuil. & ex c. fin. de im-*
mun. Eccles.in 6 & ex eo,qnia cùm Ecclesiastici ser- 5
uiant laicis in spiritualibus,& in iis, quæ spectant
ad animam,debent esse laicis fauorabiliores;sed ex
huiusmodi statuto Ecclesiastici efficiuntur deterio-
ris conditionis,quàm sunt laici; ergo, &c. Minor
probatur,quia Ecclesiasticia,saltem Religiosis, ex
vi huius statuti séper opus erit conducere domus, 6
seu

seu tabernas alienas ad vinum vendendum; cùm in statuto præcipiatur vinum vendi in quarta domo, seu taberna distante ab Ecclesia, ubi domus Religiosi(cùm habitent ad Ecclesiam) habere non consueuerunt, quod non accidet laicis, qui in propriis domibus sine conductione alienæ tabernæ suum vinum semper vendere poterunt, cùm non consueuerint habitare ad Ecclesias, sicut Religiosi, ergo in hoc Ecclesiastici, saltem Religiosi, erunt deterioris conditionis quàm laici.

7 Adde, quod multum interest, magnumque commodum affert (vt laici etiam fatentur) habere vini tabernam coniunctam cum propria domo; quo beneficio ex vi istius statuti priuatur Ecclesiastici,

8 saltem Religiosi; & ex alio capite iura, etiam ciuilia, semper clamant, magis fauendum Ecclesiasticis, quàm laicis, vt apparet lex *ex l. sunt personæ, ff. de relig. & sumpt. funer.* ergo, &c.

SECTIO XVII.

An exigere gabellas ex Ecclesiæ emphyteutis, sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Exigere, vel mandare exigi gabellas ab Ecclesiæ emphyteutis est contra immunitatem Ecclesiasticam.*

2 *Priuilegia exemptionis à gabellis, & datiis, sunt realia, & transeunt etiam ad Ecclesiæ emphyteutas, contra nonnullos.*

3 *Limita hoc corollarium non procedere in emphyteuta Ecclesiæ redimibili; quare debitor census Ecclesiæ non gaudet exemptionis priuilegio.*

4 *In emphyteusi Ecclesiæ redimibili nullum dominium remanet penes Ecclesiam, vel personam priuilegiatam, sed tantum ius recipiendi pensionem annuam.*

Sequitur septimò, esse contra immunitatem Ecclesiasticam, exigere, vel mandare exigi gabellas ab Ecclesiæ emphyteutis; idque propter easdem rationes supra allatas.

2 Confirmatur, quia priuilegia hæc exemptionis à gabellis, datiis, &c. (vt mox infra sect. sequenti dicetur) sunt realia: ergo transeunt etiam ad Ecclesiæ emphyteutas; atque ita contra Baldum *cons. 31. vers. licet Bart. dicat*, Curtellium *de immun. Eccles. lib. 2. q. 49. num. 11. & seqq.* Auendagnum *de exeq. man. lib. 2. cap. 14. num. 33.* Valascum *de iure emphyteut. q. 17. num. 11. & seq.* Carocium *de locato, quæst. 25. num. 34. 35. & 43.* Rolandum *lib. 4. cons. 61. num. 14. & 15* (qui contrarium tenent, & sic quod, cùm emphyteuta sit secularis, atque adeò gabellis, & collectis obnoxius, teneatur illas soluere, etiam pro re emphyteutica Ecclesiæ, quia mutata persona mutatur qualitas rei) docet ex probabiliori sententia Bartolus, & alij Doctores, quos citat & sequitur Genuensis *pract. q. 15.* Thoro *priuil. 161 in sum. priuil. leg. via causa* Gabr. *cons. 61. vbi* quando diriguntur ad bona æqualiter, & Felicianus de Solis *in tract. de cens. to. 1. in addit. lib. 1. num. 1. & seq.* vbi asserit, ita sæpius fuisse decisum Compluti pro Collegio D. Ildefonsi, ac pro monialibus S. Claræ; & ita Rectorem Academiæ excommunicationis mucrone emphyteutica Collegij bona consueuisse defendere, ac liberare à quacumque impositione; & ita etiam vidisse, alibi multoties obseruatum.

3 Aduerte tamen Corollarium hoc non procedere in emphyteuta Ecclesiæ redimibili; quare si Ecclesia, vel persona priuilegiata domum, agrum, vineam vel quid aliud in censum emphyteuticum redimibilem concedit, debitor census & possessor prædii non gaudet exemptionis priuilegio. Ratio, quia in 4 hac forma conuentionis nullum dominium remanet penes Ecclesiam vel personam priuilegiatam, sed tantum ius recipiendi pensionem annuam, atque ita docet in terminis Felician. *in loc. supra cit. & to. 5. cap. 10. num 5. & 15.*

SECTIO XVIII.

An exigere gabellas è Colonis laicis partiariis Ecclesiasticorum, sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Exigere, vel mandare exigi gabellas à Colonis laicis partiariis Ecclesiasticorum lædit immunitatem.*

2 *Priuilegia exemptionis cum sint realia extenduntur etiam ad Colonos partiarios Ecclesiasticorum.*

3 *Bona, & prædia Ecclesiasticorum sunt in se exempta, & priuilegiata ab onere soluendi gabellas.*

4 *Priuilegium concessum Ecclesiæ, Ciuitati, & aliis personis, quæ non moriuntur, censetur reale.*

5 *Colonis Religiosorum eximuntur à Pio V. ab omnibus exactionibus tam vrbanis, quàm rusticis, necnon datiis, gabellis, &c.*

6 *Amplia id eò magis procedere si Colonus pactitatus fuerit cum Ecclesia velle se etiam participare hanc immunitatem pro parte sibi competenti.*

7 *Coloni, seu Affictatores prædiorum Ecclesiasticorum non tenentur soluere gabellam vulgò dictam di luxuriri, & cur.*

8 *Panormi fuit decisum pro emptoribus fructuum pendentium cuiusdam viridarij Religionis Militensis contra gabellotas, qui prætendebant ius gabellæ.*

9 *Coloni Ecclesiasticorum tenentur soluere gabellas ex dictis fructibus collectis, si eos postea vendant, aut transferant de loco ad locum vt alienent, & cur.*

Sequitur octauò, esse contra immunitatem Ecclesiasticam, exigere, vel mandare exigi gabellas à colonis laicis partiariis Ecclesiasticorum; idque propter easdem rationes. 1

Confirmatur, quia priuilegia exemptionis à gabellis, datiis, &c. sunt realia; ergo de iure transeunt etiam ad colonos Ecclesiasticorum. Consequentia patet: Antecedens probatur, quia Ecclesiasticorum bona, prædiaque sunt in se priuilegiata, & exempta ab onere soluendi gabellas, vt patet ex dictis *supra dub. 1. 2. 5. & seqq.* tum quia priuilegium concessum Ecclesiæ, ciuitati, & aliis personis, quæ non moriuntur censetur reale, vt docet gloss *in l. quanquam, ff. de censibus*, Menoch. *lib. 1. cons. 276. num.* 8. & alij: tum quia sic patet ex Bulla Pij V. in qua directè Summus Pontifex eximit Fratres, Monachos, Moniales, ac alias Regulares personas, eorumque Monasteria, Cœnobia, Conuentus, Ecclesias, Capellas, Oratoria, & alia loca, ac terras, possessiones, prædia, agros, & bona, necnon laboratores, colonos, arrendatarios, affictuarios, ac gestores suorum negotiorum ab omnibus exactionibus, tam vrbanis, quàm rusticis, nec non 2 3 4 5

Datiis, gabellis, pedagiis, vectigalibus, collectis, impositionibus, oneribus ordinariis, ac tam realibus, quàm personalibus, meris, & mixtis, etiam subsidio triennali, & augmento, & focularibus, equorum taxis, militumque hospitiis, &c. tam impositis, quàm imponendis: quapropter cùm hæc priuilegia exemptionis sint realia, dicendum est, quod de iure transeant, etiam ad colonos Ecclesiasticorum.

6 Et hoc eò magis dicendum est, si colonus à principio pactitatus fuisset cum Ecclesia, velle se etiam participare hanc immunitatem pro parte sibi competente, vti docent Menochius *lib. 2. de arbitr. cas. 562. num. 56.* Maccabrunus *Cons. 18. num. 39.* & alij.

7 Ex dictis etiam à fortiori non tenentur coloni,
seu affictatores prædiorum Ecclesiasticorum soluere gabellam, vulgò dictam *di luxiuri.* Ratio, quia
quando gabellotæ pretiant, & taxát dictam gabellam, fructus non sunt separati à solo Ecclesiastico
immuni à datiis, & gabellis, sicuti rectè docet Carolus de Grassis *de effectib. Cleric. eff. 3. num. 90.* vbi te-
8 statur, quod *in facti contingentia Panormi fuit decisum pro emptoribus fructuum pendētium cuiusdam viridarij Religionis Militensis contra gabellotas, qui prætendebant ius gabellæ, ab ipsis emptoribus; & hoc quia fructus non erant separati à solo tempore venditionis.*

Porro doctrinam præsentis Corollarij tradunt etiam Abbas *lib. 1. cons. 9. num. 2. ver. ad secundum, & in cap. ex parte lib. 1. num. 4. & 5. de decimis,* & alij, quos refert, & sequitur Menochius *vbi supra num. 46.* Tamburinus *de iure Abbatum to. 1. disp. 15. quæst. 21. num. 9.* & Peitinus *super priuileg. Minim. to. 1. Constit. 2. Iulij II. §. 33. n. 142.* quamuis nō pauci Doctores (vt verum fatear) sentiant oppositum: at quod supra dixi, est multò probabilius, propter rationes, quæ supra adducebantur.

9 Illud tamen fatendum est teneri colonos Ecclesiasticorum soluere gabellam ex dictis fructibus collectis, si eos postea vendant, aut transferant de loco ad locum, vt alienent. Ratio, quia tunc sunt bona laicorum, & non pertinent, neque etiam indirectè, nisi valde remotè, ad Ecclesiasticos; atque ita docet Filliucius *to. 1. tract. 16. cap. 11. num. 312.* Mol. *disp. 663. num. 5. to. 3.* Martha *casu 112. num. 7. par. 4.* Alter. *de cens. lib. 5. cap. 6. disp. 19. fol. 741. lit. B.* Gutier *quæst. 44. & 87. num. 11.* Bonac. *in Bul. Cœn. disp. 1. q. 19. punct. 3.* Curtellius *de immunit. Eccles. lib. 2. q. 49. nu. 14.*

SECTIO XIX.

An Regularium coloni teneantur soluere decimas pro sua portione colonica ex prædiis Ecclesiasticis percepta?

SVMMARIVM.

1 *Coloni Regularium non tenentur soluere Decimas pro sua portione colonica ex Prædiis Ecclesiasticis percepta.*

2 *Priuilegia exemptionis Decimarum sunt realia, & de iure transeunt etiam ad Colonos contra Tamburinum.*

3 *Priuilegium exemptionis Decimarum Societati Iesu à Gregorio XIII. concessum, per participationem competit cuicumque Religioni.*

4 *Causa prædicta decimarum pluries fuit agitata apud Tribunalia Ecclesiastica Romæ, & in Hispania, & semper fuit pronunciatum pro Regularibus, eorumque Colonis.*

5 *Moniales, & Regulares, eorumque Coloni in nonnullis Prouinciis soluunt Decimas forsan ex reuocatione priuilegiorum.*

6 *Rota existimans priuilegia exemptionis à solutione decimarum esse personalia, non autem realia, sequitur opinionem probabilem.*

Sequitur nonò, Regularium colonos non teneri 1
soluere decimas pro sua portione colonica ex
prædiis Ecclesiasticis percepta; idque propter easdem rationes supra adductas.

Confirmatur; quia dicta priuilegia exemptionis 2
sunt realia, vt supra probatur: ergo de iure transeūt,
etiam ad colonos: atque ita docent contra Tamburinum *vbi supra quæst. 18. num. 32.* quamplures Doctores, quos citat, & sequitur Menochius *lib. 1. cons. 276. num. 8.* Henriquez *lib. 7. cap. 27. numer. 8. & in gloss. lit. H.* vbi refert priuilegium quoddam exemptionis decimarum Societati Iesu à Gregorio XIII.
cōcessum (quod per participationem competit cui- 3
cūque Religioni) & subdit quod hæc causa fuerit
pluries agitata apud Tribunalia Ecclesiastica Ro- 4
mæ, & in Hispania, & semper fuerit pronunciatum
pro Regularibus, eorumque colonis; ita etiam docet Peirinus *in priuileg. Minim. to. 2. Constit. 2. Iulij II. §. 31. num. 132.* vbi ait, quod *non solum domus, & prædia Regularium sint exempta à solutione decimarum sed etiam coloni, qui conducunt agros eorum, siue conducant ad medietatem fructuum, & dicūtur coloni partiarij siue vt quotannis certam partem fructuum Regularibus tribuant in omnem euentum, & reliquum sibi acquirant; idque propter dictam rationem; quia priuilegium est reale, & priuilegium reale de communi transit ad colonos.*

Dices, in nonnullis prouinciis Moniales, & Re-
gulares, eorumque coloni soluunt decimas: ergo. 5

Respondetur id forsan esse, quia ibi Episcopi obtinuerunt à Summo Pontifice reuocatoriam priuilegiorum, & iurium Regularium.

Dices secundò, ex Tamburino *vbi supra*; Rota in
vna Placentina 17. Decembris 1584. coram Blan- 6
chetto (quam refert, & sequitur Seraphinus *decis. 127. num. 1.*) & in vna Pampilonensi 15. Decembris 1615. coram Coccino, docet oppositum ex eo quod priuilegia exemptionis à solutione decimarum sint personalia, non autem realia, & consequenter non transeant ad colonos, vel arrendatarios; ergo.

Respondetur, sequi Rotam opinionem probabilem, at opinio opposita nostra est multò probabilior, vt patet ex iis, quæ supra dicebantur. Sed de decimis vide, quæ dicentur *cap. 8. dubit. 29. & cap. 10. dubit. 4. num. 29. & seqq.*

SECTIO XX.

An statuere, ne laici Ecclesiasticis vendant, molant, vel coquant, &c. sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, ne laici vendant, molant, coquant panem, aut alia obsequia Ecclesiasticis præstent, lædit Immunitatem.*

2 *Statuentes prædicta, quæ in derogationem libertatis*

Ecclesiastica præsumuntur, eo ipso sunt excommunicati.

3 *Statutum prædictum est saltem indirectè contra Immunitatem Ecclesiasticam, cùm inde Ecclesiastici damnum percipiant.*

4 *In iure, & in Bulla cœnæ excommunicantur qui etiam indirectè aliquid statuunt contra dictam Immunitatem.*

5 *Durius est Ecclesiasticis vexari in iis, quæ pertinent ad politicum conuictum, quàm in pertinentibus ad Ecclesiam, vt Ecclesia est.*

6 *Denegare Ecclesiasticis ea, quæ de iure communi illis competunt, qualia sunt prædicta obsequia, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

1 Sequitur decimò, esse contra immunitatem Ecclesiasticam statuere, ne laici vendant, molant, coquant panem, aut alia seruitia, & obsequia Ecclesiasticis præstent, idque propter rationes, quæ supra adducebantur.

Confirmatur ex *cap. eos. de immunit. Eccles. in 6.* ibi: *Eos, qui temporale dominium obtinentes, suis subditis, ne Prælatis, aut clericis, aut personis Ecclesiasticis quidquam vendant, molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant, aliquando interdicunt, cùm talia in derogationem libertatis Ecclesiasticæ præsumantur, eo ipso excommunicationis sententiam incurrere de-*
2 *cernimus*: quapropter ita etiam contra nonnullos, quos citat, & sequitur Curtellius *de immunitate Eccles. lib. 2. q. 54.* docent Suarez *de censur. disp. 21. sect. 2. num. 93.* Corinlan. *in Bullam Cœnæ exc. mmun. 15. fol. mihi 937.* Reginaldus *tom. 1. lib. 9. cap. 24. num. 358.* Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 271.* Gambacurta *tract. de cas. reseru. cap. 10. num. 11.* & alij passim.

Dices huiusmodi statuta esse potius contra libertatem politici conuictus, quàm contra libertatem Ecclesiasticam: ergo.

Respondetur: nego antecedens: patet enim ex
3 dictis, esse etiam, saltem indirectè contra libertatem Ecclesiasticam; cùm inde Ecclesiastici dam-
4 num percipiant; in iure autem, & in Bulla Cœnæ excommunicantur etiam, qui indirectè aliquid sta-
5 tuunt contra dictam libertatem. Accedit, incommodius, & durius esse Ecclesiasticis, ipsos vexari in iis, quæ pertinent ad politicum conuictum, quàm in iis, quæ pertinent ad Ecclesiam, vt Ecclesia est. Accedit secundò de iure communi quemlibet præstare posse alteri obsequia prædicta; quapropter illa impedire præstari Ecclesiasticis, est contra libertatem Ecclesiasticam; quia, vt supra probabatur, est contra libertatem Ecclesiasticam, denegare Ec-
6 clesiasticis ea, quæ de iure communi illis competunt.

SECTIO XXI.

An statutum, si tollat Ecclesiasticis ea, quæ iis, tanquam ciuibus competunt, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum tollens Ecclesiasticis ea, quæ iis tanquam Ciuibus competunt lædit Ecclesiasticam Immunitatem pluribus rationibus, quas vide diffusius.*

2 *Summus Pontifex in Bulla Cœnæ absolutè loquitur de libertate Ecclesiastica, qua gaudent Ecclesiastici, licet illa sit circa rem communem laicis, & Ecclesiasticis.*

3 *Item intendit consulere Ecclesiasticis, ne à seculari Potestate damnum patiantur.*

4 *Libertas, seu Immunitas Ecclesiasticorum, non pendet ex bono, vel malo animo statuentium; sed ex natura rei, & ex priuilegiis, quæ illis absolutè competunt de iure Diuino, & humano.*

5 *Valet argumentum de toto ad partem; & plus & minus non variant speciem.*

Sequitur vndecimò, esse contra libertatem Eccle- 1
siasticam statutum, si tollat Ecclesiasticis ea, quæ iis, tanquam ciuibus, competunt, idque propter rationes, quæ supra afferebantur; tum quia Ecclesiastici ob huiusmodi statutum timidiores ad agendum efficiuntur; tum quia libertas Ecclesiastica cōsistit in facultate efficiendi quidquid effici licet; & stante tali statuto Ecclesiastici non possunt id efficere; tum quia, licet talia iura ciuibus communia non debeantur Ecclesiasticis, quà Ecclesiastici sunt, sunt, debentur tamen iis, quà ciues sunt, etiamsi statum diuersum à laicis habeant; immo ex eo, quia Ecclesiastici sunt, nouo, & maiori titulo illis competit, ne dictis iuribus communibus priuentur; quia propter statum Ecclesiasticum maiori honore, & reuerentia digni redduntur, & sic ad immunitatem etiam naturali iure Ecclesiasticis debitam pertinet, vt dictis iuribus Ecclesiastici non priuentur.

Confirmatur, quia summus Pontifex in Bulla 2
Cœnæ absolutè loquitur de libertate Ecclesiastica, qua gaudent Ecclesiastici, etiamsi illa sit circa rem 3
communem laicis, & Ecclesiasticis; tum quia Summus Pontifex intendit consulere Ecclesiasticis, ne à seculari potestate damnum patiantur, at à tali potestate paterentur graue damnum Ecclesiastici, si ab illa impunè vexari possent in iis, quæ ad conuictum politicum spectant; ergo, &c.

Atque ita contra Pereiram *de manu Regia part. 2. cap. 67. num. 15.* Curtellium *cit. q. 54.* & alios docent communiter Theologi, & canonistæ *in c. fin. de immun. Eccles. in 6.* Suarez *contra Regem. Angliæ lib. 4. cap. 22. num. 19.* Duardus *in Bullam Cœnæ Can. 15. quæst. 19. num. 83.* Carolus de Graffis *de effect. cleric. eff. 2. q. 44. num. 358. & seqq.* Io. Bertran. de Guenara *in propugn. libert. Eccles. assert. 5. 6. num. 11. & 21.* Maynardus *de priuileg. Eccles. part. 2. ar. 22. num. 25.* & alij tam Theologiæ, quam Canonum Doctores.

Dices cum Curtellio, & Pereira, statutum in tantum esse contra libertatem Ecclesiasticam, in quantum factum fuerit in odium Ecclesiasticorum; secus, si non in odium factum fuerit; sed sub ratione boni publici, quamuis inde aliquantulum ciuilis societas, vel libertas Ecclesiasticorum minuatur; cùm tunc non libertati Ecclesiasticæ, sed libertati ciuili potius per tale statutum obuietur; ita Curtellius, & Pereira, qui respondet ad *cap. fin. de immunit. Eccles. in 6.* asserens Papam statutum illud ibi reprobasse ex præsumpto odio; quapropter secus dicendum erit, quando non ex praua intentione, sed propter publicam vtilitatem procedit statutum.

Respondetur: nego antecedens, quia libertas, seu 4
immunitas Ecclesiasticorum non pendet ex bono, vel malo animo statuentium; sed ex natura rei, & ex priuilegiis, quæ illis absolutè competunt de iure diuino, & humano; alinquin potestas laica in

præ

præiudicium, & destructionem immunitatis Ecclesiasticæ semper assererer, statuta sua efficere non ex odio, sed propter bonum publicum, quod est maximè absurdum.

Dices secundò cum eodem Curtellio, & Pereira, contineri *in cit. cap. fin.* prohibitionem tantum generalem, non item prohibitionem particularem; ex alio autem capite prohibitionem tantum esse generalem contra libertatem Ecclesiasticam; quia hæc Ecclesiæ, ac Ecclesiasticis commercium, ac naturæ iura omninò tollit, & sic non aliunde, quàm ex odio in Ecclesiasticum statum, & animo illos ex dominiis temporalibus extrudendi, illorumque immunitatem conquassandi manare potest; non item prohibitionem particularem esse contra libertatem Ecclesiasticam (verbi gratia si Princeps speciem aliquam rerum, vt immobilium, Ecclesiasticis vendi prohibeat ob bonum publicum) quia hæc libertas eis iure Ecclesiastico non competit; consequenter, cùm non gaudeant tali libertate tamquam Ecclesiæ, neque tamquam Ecclesiastici, sed tamquam Communitas quædam ciuilis, seu, vt ciues sunt, quoad hanc à potestate ciuili non sunt exempti, sed sicuti cæteri ciues eandem sortem ferre debent: non obstante, quod dicta particularis prohibitio sit contra libertatem communem omnium, qua commercia vendendi, ac emendi sustinentur: Sic Curtellius & Pereira, qui citant Innocentium *in cap. nouerit de sent. excommun.* Caietanum *in summ. ver. Excommunicatio, cap. 21. vers. Quintò nota,* Victoriam *de potest. Eccles. pag. 163. num. 4.* & Anguianum *de legibus libr. 2. contr. 15. numer. 35. 41. & 42.*

Respondetur; nego contineri *in cit. c. fin.* prohibitionem tantùm generalem non item particularem; cùm textus disiunctiuè loquatur. Nego etiam, prohibitionem tantum generalem, non item particularem, esse contra libertatem Ecclesiasticam, cùm
5 pateat, vtrobique vigere eandem rationem, & valere argumentum de toto ad partem, ex *l. quæ de tota ff. de rei vendicat.* nam plus, & minus non variant speciem, ex Philosopho, & *ex l. fin. ff. de fundo instructo.*

Ex his sequitur, quod si Princeps, qui super molendino, vel furno ius habet, ac tributum certum & inuariabile à molentibus, vel coquentibus exigit, inter sua Regalia numeratum, vel qui ob abũdantiam panem iusto pretio subditis tribui facit, ne fraus sic committatur, nec alij panes, quàm qui ad alendam plebem coquuntur, vendantur, nec alia farina, quã quę ad id opus est, molatur, subditis suis præcipit, sit contra libertatem Ecclesiasticam, licet id efficiat pro Republica bene gerenda, & pro abũdantia fouenda, non verò vt Ecclesiasticis præiudicet, vel vt illis necessaria deficiant, sed vt cum aliis abundent, quasi tunc ipsi, quod priuato licebit, liceat; ex eo, quia vnicuique in suo molendino, vel furno id constituere licet, ne scilicet, aliis, quàm sibi molant, vel coquant; cùm rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter *l. in re mandata, ff. mandati*, nec ad iniuriam referendum sit, quod quisque iure suo sibi consulat, *l. iniuriam, §. 1, ff. de iniur. l. si in meo, ff. de aq. pluu. arcend. & cap. cùm Ecclesia, 21. vers. quia de elect. supr. q. 48. num. 15.* vbi quod iure nitens, cùm non peccet, in Bullam Cœnæ non incidit: ad hæc enim patet ex dictis.

SECTIO XXII.

An prohibere Ecclesiasticis, tabernas aperire ad vendendas res suas ex suis prædiis collectas, sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Prohibere Ecclesiasticis vendere commestibilia in suis prædiis collecta, nisi vendantur in taberna Baronis, est contra Immunitatem.*

2 *Baro non potest Ecclesiasticis coarctare priuilegium, quod de iure illis competit absque eo, quod incurrat in censuram Bullæ Cœnæ.*

3 *Statutum prohibens vinum extrahi ad vendendum extra Ciuitatem, vel introduci ad vendendum in illa, non comprehendit Ecclesiasticos.*

4 *Ecclesiastici de iure possunt res suas vendere vbicumque volunt.*

5 *Prohibitio ne quid vendatur nisi in Taberna Baronis seu in Zagato, non tendit ad vtilitatem publicam, & æque concernentem Clericos, & laicos.*

6 *Barones id facientes inferunt præiudicium etiam laicis nisi faciant ex iure acquisito per diuturnam consuetudinem.*

7 *Vassalli, quando hæc à Baronibus vsurpantur, debent contradicere à principio, ne sibi præiudicent dando ius ad eorum fauorem.*

8 *Barones, vel vniuersitates efficiendo prædicta, incidunt in Censuram quinti Canonis Bullæ Cœnæ ex eo, quia hæc est species vectigalis cuiusdam.*

9 *Taberna prædicta, & Zagata illicita sint in ordine ad laicos, & multo magis in ordine ad Ecclesiasticos.*

Sequitur duodecimò, esse contra immunitatem 1
Ecclesiasticam, prohibere Ecclesiasticos (in casu, quod in aliquo Baronis loco vendantur comestibilia in eius taberna solum) tabernas aperire ad vendendas res suas ex suis prædiis collectas; quia ex dictis, & vt ex communi obseruat Regens de Ponte *in respons. super cens. Veneta fol. mihi 85.* Ecclesiastici de iure habent liberam contractationem cum laicis ergo non obstante, quod in aliquo loco res vendantur per tabernarium Baronis solum, possunt adhuc Ecclesiastici ad res suas ex suis prædiis collectas vendendas tabernam aperire.

Confirmatur; quia Baro non potest Ecclesiasticis 2
coarctare priuilegium, quod de iure ipsis competit, absque eo, quod incurrat in cẽsuram Bullæ Cœnæ, vt etiam patet ex dictis, & tradunt Glossa, *in cap. negotiatorem, 88. dist.* Abbas *in cap. 2. de cleric. vel monach.* Geminianus, & Franchus *in cap. vnic. de vita, & honest. Cler. in 6.* Roland. *vol. 4. cons. 71.* & alij, quos citat, & sequitur Bellettus *in Disquis. Cleric. tit. 5. §. 21. num. 15.* Genuens. *in praxi cap. 62. num. 7.* Prosper de Augustino *in Addit. ad summam Quaranta, ver. Vectigal,* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 8. num. 32.* Barbosa *par. 2. allegat. 13. & Martha par. 4. cas. 3. num. 13.*

Confirmatur secundò, quia statutum prohibens 3
vinum extrahi ad vendendum extra ciuitatem, vel introduci ad vendendum in illa, non comprehendit Ecclesiasticos, ex eo, quia hi possunt de iure res 4
suas vendere, vbicumque voluerint, vti ex communi docent contra nonnullos Iuristas Martha *de iurisd.*

*risd.par.4.cas.*83.*num.*1.Grammatic.*de is.* 100.*n.*15.
Azor.*par.*3.*lib.*5.*cap.*19.*q.*13.Borsatus *lib.* 1.*cons.*42.
*num.*18.Guenarra *in propugn. immunit. Ecclesi* §.3.*asert.*1.*num.*11.Rolandus *lib.*4.*cons.*61. *num.* 12. Iuan.
de Amico *cons.*18 *num.* 17.Baiardus *in addit. ad Iul.
Clarū* §.*fin.q.*82.*n.*87.Faustus *in spec.Confess.disp.* 33.
*nu.*20.Bellett.*disquis.cleric.par.*1.*tit.*6.§.3. *n.*1.& alij
ergo,&c.
5 Confirmatur tertiò ; quia prohibitio,ne quid
vendatur,nisi in taberna Baronis,seu in Zagaro,nō
tendit ad vtilitatem publicam,& æque concernentem
clericos,& laicos ; ergo talis prohibitio non
comprehendit Ecclesiasticos, sicuti præter Doctores
supra citatos docent etiam Couar.*in cap.possessor,
par.*2.§.4.*num* 8.*de reg.iur.in* 6 Bald. *lib.* 2 *cons.*198.
ver.non obstat,Ripa *tract.de peste , tit.de remed.ad conseru.
libertatem, num.*122.&Menoch.*lib.*8.*cons.*800.
*num.*30.quinimmò (vt meritò tradunt Mastrill.*de
Magistr.lib.*4.*cap.*18.*num.*55.& Nouarius *de grauam.
Vassal. tom.*1.*grauam.* 74. Barones id faciendo infe-
6 runt iniuriam etiam laicis , nisi forsan id Barones
faciant ex iure acquisito per diuturnam consuetudinem:quapropter
rectè monet idem Nouarius *vbi
7 supra num.*3.quod vassalli contradicant à principio,
ne sibi præiudicent, dando ius ad fauorem Baronum
per ipsorum acquiescentiam,seu non resistentiam,&
tolerantiam.

Confirmatur quartò ; quia (vt docent Graffius
*in decis.to.*1.*lib.*4.*cap.*18.*num.*79.Duardus *in Bullam
Cœna lib.*2.*can.*5.*q.*4.*concl.*3.*num.*6. ex Butrio *in cap.
super quibusdam,de verb.signif. num.* 15. Cotiolan. *in
explic.Bulla Cœna excommunic.* 5. & Gambarupta *de
casib.reseruat.cap.*5.*in Bull.Cœna,num.*7.)Barones,vel
8 vniuersitates id efficiendo incidunt in censuram
quinti Canonis Bullæ Cœnæ,ex eo , quia hæc est
species vectigalis cuiusdam. Quamuis oppositum
sentiat Filliucius *tom.*1.*tract.*16.*cap.*5.*num.*110.motus
ex eo,quia talis actio non reuocatur ad impositionem
gabellarum,sed potius ad Monopolium,at
quidquid sit de hoc,illud saltem sequitur in vtraque
opinione,quod huiusmodi tabernæ,& Zagara
9 illicita sint in ordine ad laicos, & sic multò magis
illicita erunt in ordine ad Ecclesiasticos & consequenter
in vtraque opinione sequetur , quod prædicta
prohibitio non possit afficere Ecclesiasticos,
quod sufficit nobis pro nunc.

SECTIO XXIII.

An statuere, ne concubinæ teneantur pro furtis quæ committunt,sit contra Immunitatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum prohibens ne Concubinæ teneantur pro furtis, quæ committunt, si extendatur ad Concubinas Ecclesiasticorum est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *De iure communi cuilibet competit actio furti.*

3 *Publica vtilitas non excusat laicos , vt possint statuere contra Immunitatem Ecclesiasticam.*

4 *Publica vtilitas non tribuit laicis iurisdictionem statuendi contra Ecclesiasticos.*

5 *Statutum etiam Ecclesiasticis fauorabile ob defectum Iurisdictionis laicorum in Ecclesiasticis non valet.*

6 *Lanita nisi statutum Principis sit mere priuilegiatiuum.*

7 *Priuilegium concedi potest etiam non subditis.*

8 *Statutum etiam si sit priuilegiatiuum , si tamen habeat se per modum præcepti non valet ; & ideo debet esse mere priuilegiatiuum ad hoc vt valeat.*

9 *Statutum laicorum in Ecclesiasticos non valet; quamuis licitum,& honestum sit defectu eiusdem potestatis & iurisdictionis,etiam si promulgatum fuerit propter publicam vtilitatem ; & priuilegia Ecclesiasticorum non lædat.*

10 *Necessitas siue bonum commune cum iusta causa non tribuit laicis iurisdictionem in Clericos.*

11 *Ecclesiastici , quando in statuto non nominantur, possunt cogi statuentes,vt declarent quod Ecclesiastici & Ecclesiæ in illo non comprehendantur.*

12 *Statutum nominans Ecclesiasticos non valet, læditque Immunitatem Ecclesiasticam ; etiam si in publica vtilitate fundetur.*

13 *Omnes leges in corpore iuris contentæ respiciunt publicam vtilitatem , & tamen non omnes ligant Clericos.*

14 *Lex nisi respiceret publicam vtilitatem non esset iusta.*

15 *Episcopus in dubio quod statutum sit læsiuum Immunitatis Ecclesiasticæ ; potest cogere statuentem ad declarandum Ecclesiasticos tali statuto non comprehendi.*

16 *Episcopus potest præcipere vt statutum contra libertatem Ecclesiasticam tollatur , & renuente Auctore, illud propria auctoritate irritum declarare.*

SEquitur decimoquartò , esse contra immunita- 1
tem Ecclesiasticam,statuere , ne concubinæ teneantur
pro furtis quæ committunt,si statutum extendatur
etiam ad Ecclesiasticorum concubinas,
quæ iis per furta damnum intulerunt) idque propter
rationes,quæ supra dicebantur. Vide etiam *c.
6.dub.*13.*& c.*10 *dub.*17.

Confirmatur,quia (sicuti docent Butrius *in cap.
cum terra de elect.num.*6.Felin.*in cap. Ecclesia S. Maria
num.*69.Imola *num.* 11. Maynardus *de priuileg.
Eccles.par.*1.*ar.*1.*n.*24. Aponte *in respons. pro censura
Pauli V.fol.* 71. Valenzuela *in defens. Monitorij Pauli
V.par.*1 *num.*55 Guenara *in propugn. Eccles.assert.*1.
§.5.*num.*25.& alij)statutum,seu lex, si tollat Eccle- 2
siasticis id,quod de iure communi illis competit,
est contra immunitatem Ecclesiasticam; sed de iure
communi cuilibet competit actio furti , quæ per
dictum statutum Ecclesiasticis denegatur , ergo,&c.

Non obstat , si dicas cum Pereira *de manu Regia
par.*2.*cap.*75.*num.*1.dictum statutum tollere actionem
furti,etiam laicis,& ferri propter publicam vtilitatem:
Nam respondetur,si hoc excusaret,sequeretur,quod
omnia statuta,omnesque leges,cùm ferantur
propter publicam vtilitatem & sint genera- 3
les,meritò comprehenderent semper Ecclesiasticos,
quod est falsum, vt patet à posteriori ; & vlterius
probatur à priori; quia publica vtilitas non tribuit 4
laicis iurisdictionem vt possint statuere aliquid
præiudiciale Ecclesiasticis , sicut ex sacris Canonibus,&
communi sententia Doctorum tradunt Angelus
ver.Immunitas num. 37. Surdus *vol.*1. *consil.*2.
& vol. 3. *consil.* 302. Martha *part.* 4. *cent.* 1. *cas.*
1.& alij.

Adde primò , quod defectu potestatis , & iu- 5
risdictionis laicorum in Ecclesiasticos , nec etiam
valet statutum, quod est Ecclesiasticis fauorabile;
sicuti habetur *in cap.Ecclesia S.Maria, de constitut.* &
docet ibi Abb.*numer.*10.Felinus *num.* 80. Menoch.
*vol.*3. *consil.* 291. *numer.* 25. Riminaldus. Senior.

*vol.2.conf.*218.*num.*8. Oddus *conf.44.num.*13.& Be-
tous *vol.4. conf.* 51.*num.*22 *& seqq.*ergo multò mi-
6 nus in casu nostro Excipe, nisi statutum Principis
sit mere priuilegiatiuum:tunc enim, licet laici in
Ecclesiasticos nullam habeant superioritatem, va-
7 leret; quia priuilegium concedi potest etiam non
subdito.Dixi,*mere priuilegiatiuum*, quia non valeret
8 statutum,etiamsi esset Ecclesiasticis fauorabile, &
priuilegiatiuum, si tamen haberet se per modum
meri consilij, & priuilegij,atque ita docet Surdus
vol.1.conf.2.num 19.*& vol.* 3.*conf.* 301. Hondedeus
vol.1.conf. 2.*& vol.* 2.*conf.*20.& alij,quos ipsi citant,
& sequuntur.

9 Adde secundò,quod defectu eiusdem potestatis,
& iurisdictionis laicorum in Ecclesiasticos,nec va-
let statutum,quamuis licitum,& honestum,& pro-
pter publicam vtilitatem promulgatum,& priuile-
10 gia Ecclesiasticorum non lædens.Ratio,quia in sta-
tuente,vt eius statutum subsistat, non sufficit ne-
cessitas,& iusta causa,sed præterea requiritur iuris-
dictio: necessitas enim,seu bonum commune cum
iusta causa non tribuunt laicis iurisdictionem in
clericos, sicuti rectè tradunt Surdus *vol. 1. conf.* 2.
num. 33. *& vol.* 3.*conf.*301. *num.*11. *&* 28.*& conf.*
560.*num.*11.Menochius *vol.* 3. *conf.* 291. *num.* 25.
ergo multo minus in caso nostro.

11 Adde tertiò,quod quando Ecclesiastici non no-
minantur in statuto, statuentes à Iudice Ecclesia-
stico cogi possunt,vt declarent, quod Ecclesiastici,
& Ecclesia in illo non comprehendantur,ad hoc vt
sic vitetur omne periculum præiudicij: atque ita
docent Ancharanus *num.* 1. Geminianus *num.* 4.
Franchus *num* 2.*in cap.fin.de immun. Eccles. in* 6. S.
Antonin.3.*part.tit.*12.*cap.*3.§.5.Surdus *vol.*3.*conf.*
301.*num.*45.Maynardus *de priuileg. Eccles.part.*1.*ar.*
22. *num.*31.Gueuara *in propugn.libert.Eccles.assert.* 2.
§.2.*num.*63.& alij.

12 Quod si autem in statuto Ecclesiastici nomi-
nentur,certum est,quod statutum non valeat, læ-
datque immunitatem Ecclesiasticam,etiamsi in pu-
blica vtilitate fundetur,sitque fauorabile Ecclesia-
sticis,sicuti supra dicebatur, & docent præter Do-
ctores supra citatos Caualcanus *lib.*3.*decis.*33.*num.*
16. Plotus *conf.*93.*num.* 2. Ciottus *lib.* 1. *conf.* 81.
num. 84. Suarez *de legib.lib.* 3.*cap.*34. *& contra Re-
gem Angl.lib.*4.*cap.*16. Aponte *in respons.pro censur.
Venet.fol.* 71. *& seqq.* Maynardus *de priuileg. Eccles.
par.*2.*ar.*22.*num.*46.Gueuara *in propugn.libert.Eccles.
assert.*1. §. 6.*num.*55. *&* 58. & communiter Cano-
nistæ & Iuristæ *in cap.fin.de reb. Eccles. non alien. &
cap.Ecclesia S. Mariæ de constitut.*& ratio est, quia
publica necessitas non tribuit iurisdictionem lai-
co,vt statuat contra non subditos, sicuti dicebam,
& docet Baldus *in l. cunctos populos, num.* 20. *C. de
summa Trinit.*Decius *in cit.Cap.Ecclesia Sancta Ma-
ria,de constitut.num.*7. & Felinus *ibidem num.*18.

13 Confirmatur,quia alioquin omnes leges in cor-
pore iuris contentæ ligarent clericos, quia omnes
respiciunt publicam vtilitatem, vt rectè notarunt
Bariola *consil.*38.Collegiũ Bononiense *in respons.pro
libert. Eccles. num.*20. Germonius *in assert. libert. Ec-
cles.cap.*7.Goeuara *loco supra cit.* & Fagnanus *in res-
pons.pro cẽsur.Pauli V.fol.*65.Possent præterea Prin-
14 cipes in omni statuto seu lege nominare Ecclesia-
sticos; quia omnis lex est propter bonum publi-
cum,seu propter publicam vtilitatem,alioquin iu-
sta illa non esset, vt communiter dicitur *in mater.
de legib.*

15 Ex dictis sequitur,quod si dubium sit, an statu-
tum libertati Ecclesiasticæ aduersetur, & sic dam-
num Ecclesiis,vel Ecclesiasticis inferat,possit Epis-
copus cogere auctorem statuti,vt declaret expressè
tali statuto Ecclesiasticos, & Ecclesias non com-
prehendi.

Quod si autem euidenter constet, statutum esse 16
contra libertatem Ecclesiasticam,potest,quin & de-
bet Episcopus præcipere, vt auctor statuti illud
tollat(quod si tollere recuset)debet ipse Episcopus
propria auctoritate illud tollere,& præterea decla-
rare huiusmodi statutum, legem,seu pragmaticam,
&c.irritam,& nullam esse;de qua re videri potest
Felinus *in cap.Ecclesia S. Mariæ,num.*145. *de consti-
tut.*Sayrus *de cens.lib.*3.*cap.*34. *n.* 17.& Alterius *lib.*
5.*disp.*19.*cap.*16.*dub.*54.



DVBITATIO VIII.

An Ecclesiastici sint immunes de iure diuino?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici à iurisdictione, & potestate seculari quoad Gabellas, sicut quoad causas criminales,& ciuiles sunt immunes de iure Canonico,& ciuili.*

2 *Dignitas Clericorum exemptione quoad gabellas commendatur,& maior ipsis sicut decet reuerentia exhibetur.*

3 *Ecclesiastici sunt etiam immunes à gabellis de iure Diuino si non immediate,saltem mediate.*

4 *Exemptio Ecclesiasticorum à secularium Principum, & Magistratuum iurisdictione quoad bona & quoad personas est non tantum de iure positiuo;sed etiam de iure Diuino,si non formaliter, saltem inchoatiue, seu radicaliter.*

SVppono ex dictis supra quod Ecclesiastici à iu- 1
risdictione,& potestate seculari quoad gabellas
(sicut & quoad causas criminales,& ciuiles, vt *infrà
cap.*6.*&* 7.& patet ex *cap.at si clerici,c.clerici, c. cum
non ab homine, cap. qualiter de iudic. cap. si diligenti,
cap.significasti de foro compet.& authent. statuimus, de
Episc.& clericis.*) sint immunes de iure Canonico, 2
& ciuili, idque meritò introductum esse ab vtro-
que Iure, quia huiusmodi exemptione quoad ga-
bellas,sicut,& quoad causas criminales, & ciuiles,
ipsorum dignitas commendatur,& maior ipsis,sicut
decet, reuerentia exhibetur. Hoc supposito

Respondetur affirmatiuè,si non immediatè, (vt 3
scilicet illam Deus immediatè concedat,seu ius di-
uinum efficiat)saltem mediatè,id est, ius diuinum
dictet.esse à Principibus introducendam;ita vt Ec-
clesiasticorum à secularium Principum, & Magi- 4
stratuum iurisdictione exemptio quoad bona,sicut
& quoad personas, sit non tantum de iure positi-
uo,sed etiam de iure diuino, si non formaliter sal-
tem inchoatiuè, seu radicaliter modo quo expli-
cabam *cap.*1.*dubit.*2.

Atque ita docent glossa *in cap. Si Imperator, dist.*
96.*gloss.in cap.quamquam de censib.in* 6. Innocent. *in
cap.* 2.*de maior.& obedient.*Abb.*in cap. Ecclesia, num.*
6.*de constit.*Nauar.*in cap. nouit, not ab.*6.*corall.* 1. *de
iudic.*&alij Canonistæ,quos refert,& sequitur Mar-
tha *de iurisd.part.*2.*c.* 6. Clarus §. *practica criminalis
q.*36.Surdus *tom.*1.*conf.*301.*num.*52.Roland.à Val-
le.*tom.*2.*conf.*24.*num.*18.Marius Antonin.*lib.* 1. *re-
solut.*97.*num.*8.Riccius *part.*2.*decis.*299.*num.*3. Va-
lenzuula

lenzuola *in defens. cens. Pauli V. part. 4. num.* 37. Bursat. *tom.4. cons.*397. *num.* 20. Franciscus Leo *in thes.fori Eccles.part.1.cap.14.num* 1. Philippus Maynardus *de privileg. Eccles.contra Venetos par.* 2.*art.*12. Carolus de Grassis *de effectib.cleric.eff.*5.*n.* 2. Vigianus *de immunit.Eccles.disp.*4 Gutierez *tract.de gabell. q.*92.*num.*9.*& seq.* Germonius *de immunit. Sacr.lib.* 3.*cap.*55.Beia *part.*5.*cas.* 26. Cabedo *part.* 2. *decis.* 83.*num.*50.Fagnanus *in tract.de usu censur. Pauli V. part.* 5.*fol.* 8. *& part.*4.*fol.*93.Io.Beltrao. *in propugn. libert.Eccles.assert.*5.§.7.*num.* 13.*&* 31.& inter Theologos Almainos *tract.de Eccles.potest.cap.*8.Io.Driedo *lib.* 1. *de libert. Christiana cap.* 9. *considerat.* 3. *& seqq.* Bellarmio.*in opusc.disput. de exempt.cleric.* Valentia *tom.*4.*disp.*9 *q.*5.*par.*4. *edit. vlt.* Axor. *tom.*1. *lib.*5.*cap.* 12. Tanner. *in defens. Eccles. libert. lib.* 1. *cap.*17.Suarez *in defens. Eccles. Cathol. lib.*4.*cap.* 9. Sousa *in tract.censur.Pauli V.fol.mihi* 25.*& seqq.*Bonacina *de contr.disput.*10.*q.*2.*punct.*1.§.1.*num.*3. Filliucius *tom.*5.*tract.*16.*cap.*11.*num.*316.*& tom.*2.*tract.* 25.*c.vlt.num.*42.Comitolus *in tract. Apolog. contra Venetos cap.*5.Duardus *in Bullam Cœnæ lib.*2.*Can.*15. *q.*18.*concl.* 2.*num.*16.Pesantius *tract.de immunit. Eccles.disp.*5.*num.*5. Homobonus *part.* 2.*tract.* 51.*cap.* 4.*q.*4.Alterius *de censur.tom.*1.*disp.*16.*lib.*5.*cap.*2.Petegrinus *de immunit. Eccles.cap.*16.*num.*37. Setuant. *in defens.immunit.Eccles. contra Venetos propos.* 5.*fol.* 57.*& seqq.*Vgolin.*in respons.ad Iurisconsult.Gymnasij Patauini c.* 2. Collegium Bononiense *in respons. pro libert.Eccles.contra Venetos n.* 40. & alij quamplures præsertim Canonistæ,quos citat Bobadilla *in Polit. co.*5.*lib.*2 *c.*58.*n.*17.*in gloss.lit.B.*& Callist Ramirez. *in tract.de lege Regia* §.27.*n.*9.*in glossa lit.V.*& citabimos nos *cit.cap.*1.*dubio.*2.

Prima Probatio.

SVMMARIVM.

1 *Afferuntur multa auctoritates veteris testamenti, quibus conuincitur Leuitas & Sacerdotes à Tributis fuisse immunes.*

2 *Leuita non alteri quam Aaroni erant subiecti.*

3 *Sacerdotes & Leuitas colligitur ex locis veteris testamenti fuisse immunes quoad bona,& possessiones.*

4 *Digniores sunt Sacerdotes legis nouæ quàm veteris.*

5 *Clerici dicuntur sors,& possessio Domini.*

1 PRobatur ex veteri lege, qua Dominus Leuitas, templi ministerio dicatos, à reliquis tribubus sequestrauit,& Aaroni,atque filiis eius subiecit,*cap.*3.*Numer.vers.*10. *Dabis dono leuitas Aaroni, & filiis eius, quibus traditi sunt à filiis Israël. Aaron autem, & filios eius constitues super cultum. Sacerdotij.* Et infra num. 45. *Eruntque Leuita mei, ego Dominus.* Et cap. 8. Numer. *Statuesque Leuitas in conspectu Aaron, & filiorum eius, & consecrabis* 2 *oblatos Domino, ac separabis de medio filiorum Israël, vt sint mei: & postea ingredientur tabernaculum fœderis, vt seruiant mihi, sicque purificabis, & consecrabis eos in oblationem Domini, quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israël.* Ex quibus locis clarè colligitur, Leuitas non alteri, quàm Aaroni & successoribus eius sacerdotibus subiectos fuisse.

3 Et in specie quoad bona, & possessiones etiam sacerdotes,ac Leuitas fuisse ab exactionibus immunes,satis colligitur ex *cap.*30. *Exodi vers.* 12. *& ex c.*1.*vers.*47. *Num.* in quibus locis satis significatur. Leuitas & à tributo,& à militia immunes fuisse.

Item ex cap.1.Numer.vbi dicitur, à reliquis tribubus Israël decimas pendendas fuisse sacerdotibus, & Leuitis, ipsos autem Leuitas secundas decimas, seu decimas decimarum Aaroni, & Sacerdotibus eius soluisse; & explicat inter alios Iosephus *lib.* 4. *Antiquit. cap.* 4. Item ex *eodem cap.* 18. *Numeror. num.*20.*&c.* 35. in quibus significatur, Aaroni, & filiis eius, atque Leuitis non fuisse partem assignatam in diuisione terræ promissionis, sicuti reliquis tribubus;sed postea ex tribubus, pro singularum facultate,fuisse vrbes,& possessiones designatas pro tribu Leuitica; vt hæc esset,quasi pars, & possessio à filiis Israël Deo oblata in ministris eius

4 Cæterum quamuis leges istæ veteris Testamenti desierint,tamen satis ex iis colligitur,quod quāto nunc dignioris Sacerdotij ministri sunt(qui clerici dicuntur,id est,sors, ac possessio Domini, *cap. clericos,dist.*21.) tanto magis dicta Immunitatis priuilegia in ipsis locum habere debeant. 5

Secunda Probatio.

SVMMARIVM.

1 *Ex traditione probat Auctor Ecclesiasticorum Immunitatem esse de iure Diuino etiam quoad gabellas.*

2 *Apostolus præcipit vt aliqui de Ecclesia statuerētur ad quos Christiani suas causas,& controuersias deferrent.*

3 *Ecclesiasticos non decet à Laicis iudicari,quia hi gradu,& ordine in Ecclesia inferiori,ac subditi sunt.*

4 *Laici Clericis infesti sunt,in eosque potestate, si qua conceditur,frequenter abutuntur.*

5 *Christus sibi & Beato Petro exemptionem à Tributis competere significauit.*

6 *Priuilegium exemptionis concessum à Christo B. Petro tanquam Vicario suo,etiam reliquis Ecclesiasticis accomodari debet.*

SEcundò probatur ex traditione:nam omni tempore Ecclesia immunitatem suam,quatenus pro temporum varietate fieri potuit, contra seculares potestates defendit,vti videre est apud Suarez *lib.* 4.*in defens.Eccles. Cathol.cap.*3.*&* 12. & apud Tannerum *lib.*1.*cap.*8.*& seqq.*quare etiam Apostolus 1. *ad Corinth.*6.præcipit,vt aliqui de Ecclesia statuerentur,ad quos Christiani suas causas, & controuersias deferrent, quod proinde necessarium fuerat tribunal Ecclesiasticum, cùm eo tempore inter Christianos nulla esset secularis potestas: & ratio huius præcepti est,vt ait S.Thom. ibidem, quia si Christiani secularium hominum, qui tunc infideles erant, iudicio spontè se subiicerent, Ecclesiæ dignitati non parum derogaretur,& iudicibus occasio præberetur calumniandi, & opprimendi fideles: quæ ratio, licet hodiè, cùm iudices seculares sint fideles, cesset, quoad laicos,non tamen cessat quoad Ecclesiasticos;quippe quos non decet à laicis iudicari;quia hi gradu,& ordine in Ecclesia inferiori,ac subditi sunt:tum quia constat ipsos clericis infestos esse,in eosque potestate, si quæ conceditur,frequenter abuti,sicuti videri potest *causa* 2.*q.*7. 1 2 3 4

Et in specie quoad exemptionem à tributis, eam Christus *Matth.*17. tum sibi, tanquam filio naturali Regi omnium regum terrenorum, tum etiam secundùm quandam participationem Beato Petro competere, significauit: *Reges terra à quibus accipiunt tributum, vel censum? at ille* (Petrus scilicet) *dixit, ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij; vt autem non scandalizemus eos, Vade* 5

ad mare, &c. ex quo facto discipoli reliqui collegerunt beatum Petrum ipsis omnibus à Christo prælatum fuisse, sicuti S Hieronymus ibi, S. Chrysostomus *homil. 59. in Matth.* & Origenes *in cap. 18.*
6 *Matth. homil. 5.* annotarunt : & quamuis Christus in hoc loco priuilegiom exemptionis præcipuè beato Petro, tamquam Vicario suo, communicauerit, debet tamen id etiam reliquis Ecclesiasticis accommodari, qnatenus ii Christi, ac Dei seruitio peculiariter dicati, è familia ipsius esse censentur, & sic à secularium potestatum iurisdictione, atque imperio immunes esse debent.

Tertia Probatio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatem Ecclesiasticis competere de iure Diuino probat ex auctoritate summorum Pontificum, & Conciliorum.*

2 *Laici compellentes viros Ecclesiasticos ad præstandum sibi fidelitatis iuramenta, nimis de iure Diuino vsurpare nituntur ex Concilio Lateranensi.*

3 *Immunitas Ecclesiæ, & Personarum Ecclesiasticarum Dei ordinatione erat & Canonis sanctionibus constituta est, ex Concilio Tridentino.*

4 *Potestas nulla in Ecclesiasticas Personas attributa est tam de iure Diuino quam humano ex Concilio Lateranensi*

5 *Immunitas Ecclesiastica vetustissima res est, iure pariter Diuino, & humano introducta, loquitur in specie quoad gabellas ex Concilio Coloniensi.*

6 *Ecclesia, Ecclesiasticaque Persona, ac res ipsarum non solum iure humano quinimmo & Diuino secularium Personarum exactionibus sunt immunes ex Bonifacio VIII.*

7 *Idem dicit expresse Ioannes VIII.*

8 *Idem Gelasius Papa.*

9 *Idem Alexander Papa.*

10 *Innocentius Papa dicit Clericos exemptos esse à Deo à Iure Imperatoris.*

11 *Papa per suas constitutiones sine consensu Imperatoris potuit eximere Clericos, & cur.*

12 *Refertur dictum Theodosij Imperatoris ad Valentinum Imperatorem.*

13 *Item dictum Caroli Magni.*

14 *Synodus quarta Romana declarauit irritum decretum quoddam editum à Basilio in specie quoad bona, seu prædia Ecclesiastica.*

15 *Soti argumentum diluitur.*

16 *Item argumentum Couarruuiæ, & Molini existimantium ius canonicum lato vocabulo ius Diuinum nuncupari.*

17 *Ius Diuinum numquam appellatur Canonicum in casu, quo distinguitur ab humano.*

18 *Argumentum Sessæ, Garziæ, & aliorum refellitur asserentium Bonifacium VIII nomine Iuris Diuini voluisse significare exemptionem Ecclesiasticorum habere exemplũ in scriptura, quia nimis impropria locutio esset.*

19 *Concilia dicentia exemptionem Ecclesiasticorum esse de iure Diuino non loquuntur impropriè.*

20 *Verba, quotiescunque propriè possunt intelligi, propriè semper sunt intelligenda ex Augustino.*

21 *Ius Diuinum vel est scriptum, vel traditum, vel definitum, vel explicatum à Conciliis, & ideo nihil refert, si non conuincatur Immunitatem esse de iure Diuino testimonio sacræ Scripturæ.*

22 *Multa sunt de iure Diuino quæ non sunt in scriptura, sed sunt instituta à Christo Domino, & Apostolis tradita.*

23 *Multa, quæ sunt in Conciliis definita, seu explicatas vt quæ spectant ad materias, & formas sacramentorum; de iure Diuino sunt; & tamen non omnia in scriptura habentur.*

24 *Immunitatem Ecclesiasticam ex traditione Apostolorum, esse de iure Diuino, & ad nos ita peruenisse, credendum est.*

TErtiò probatur ex anctoritate summorum 1
Pontificnm, & Conciliorum : nam in Conci-
lio Lateranensi sub Innocentio III. *cap. 43.* dici- 2
tur: *Nimis de iure diuino quidam laici vsurpare nitun-
tur, cùm viros Ecclesiasticos, nihil temporale obtinentes
ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis iuramenta com-
pellunt.* Et in Tridentino *sess. 25. cap. 20. de reformat.* 3
habetur : *Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum
immunitatem, Dei ordinatione, & Canonicis sanctio-
nibus constitutam esse* : quibos verbis sublata videtur
quorundam Doctorum interpretatio, quod scilicet
nomine iuris diuini, quo clericorum exemptio
fundata est, Canonicum ius intelligendum sit; si-
quidem Tridentinum apertè inter Dei, & Canonũ 4
Sanctiones distinguit. Et in Concilio Lateranensi
sub Leone X sess. 9 dicitur : *Cùm à iure, tam diuino,
quàm humano potestas nulla in Ecclesiasticas personas* 5
attributa sit. Et similiter in Concilio Coloniensi
par. 9. cap. 20. habetur : *Immunitas Ecclesiastica vetu-
stissima res est, iure pariter diuino, & humano introducta,
quæ in duobus potissimùm sita est. Primò vt clerici, eo-
rumque possessiones à vectigalibus, & tributis, alijsque
muneribus laicis liberi sint: deinde ne Rei criminis ad Ec-
clesiam confugientes inde extrahantur.* Et Bonifacius 6
VIII. in cap. quamquam de censibus in 6. ait:
*Ecclesiæ, Ecclesiasticaque personæ, ac res ipsarum,
non solum iure humano, quinimmò & diuino secula-
rium personarum exactionibus sunt immunes.* Et in *cap.
Si Imperator dist. 96.* Ioan. VIII. expressè dicit, 7
Deum dedisse clericis exemptionem à foro secula-
ri; sic enim ibi habet : *Non à legibus publicis, non
à potestatibus seculi, sed à Pontificibus, & Sacerdotibus
omnipotens Deus Christianæ religionis clericos, & sa-
cerdotes voluit ordinari, & discuti.* vbi glossa in ver-
bo discoti sic asserit : *Ergo antequam esset aliqua con-
stitutio, etiam clerici non erant de iurisdictione secula-
ri : vnde omnes constitutiones, quæ emanarunt, quod cle-
rici non sint iudicandi, nisi ab Episcopis, non sunt, nisi
iuris declaratio.* Et Gelasius Papa *in c. Siluester 11.* 8
quæst. 1. cùm sciret quosdam clericos læsos fuisse
quoad immonitatem, dicit, *id esse contra leges di-
uinas.* Et *in cap. relatum, eadem causa, & quæst.*
Alexander Papa videns aliquos violare immo- 9
nitatem Ecclesiasticam, asserit *taliter præuaricantes
præuaricatos esse in Deum, & non obediuisse præceptis
eius* & Innocentius in cap. 2. de maior. & obed. 10
ait: *Quis eximat clericos de iure Imperatoris, cùm prius
ei subessent. Respondetur, quod Papa, consentiente Im-
peratore. Sed hi non plenè eximunt : vnde dicimus,
quod exempti sunt à Deo. Vel dic, quod Papa, etiam sine* 11
*consensu Imperatoris, eos potuit eximere per suas Consti-
tutiones; quia cùm clerici spirituales res sint, & ex toto
corpus suum, & animam dederint in seruitium, & sortem
Christi, per consequens Papæ iudicio, & constitutionibus
subsunt.* Et Theodosius Imperator apud S. Ambro- 12
sium lib. 5. ep. 32. ad Valentinum Imp. dicit : *Non
solum sermone decuit, sed etiam legibus suis sanxit, in
causa fidei, vel Ecclesiastici alicuius ordinis eum iudicare
debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis:* siqui-
dẽ Sacerdotes solũ de Sacerdotibus voluit iudica-
re: ac tandẽ Carolus Magnus l. 6. Capitularis, c. 109. 13
inquit: *Fas nõ est, vt & diuini muneris ministri tẽporaliũ
potestatum*

potestatum subdantur arbitrio. Et in specie quoad bo-
na, seu prædia Ecclesiastica decretum quoddam
editum à Basilio, irritum declarauit Synodus IV.
14 Romana sub Symmacho Can. 3. his verbis: *Ne
exempla remanerent præsumendi quibuslibet laicis, quam-
uis religiosis, vel potentibus, in quacumque ciuitate, quo-
libet modo aliquid decernere de Ecclesiasticis facultati-
bus, quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse à
Deo cura commissa docetur.*

15 Dices cum Soto, & aliis, testimonium Bonifa-
cij VIII. intelligi quoad causas Ecclesiasticas, vel
certè quoad personas tantùm. Respondetur, etiam
ex Bonifacio VIII. apertè haberi, quod Ecclesiasti-
corum personæ, & res à secularium Principum exa-
ctionibus immunes sint.

16 Dices secundò cum Cooarruuia, Molina, & aliis,
nomine iuris diuini in locis supra citatis intelligi
ius Canonicum, quod lato quodam dicendi modo
ius diuinum nuncupari solet, vt patet *in cap. cùm de
diuersis, de priuileg. in 6* Respondetur, cùm in Con-
cilio Lateranensi sub Leone X. in Constitutione
Bonifacij VIII. & aliis locis cit. iure tam diuino,
quam humano libertas Ecclesiastica introducta esse
17 dicatur, ius diuinum propriè, & strictè sumi videri:
siquidem numquam ius diuinum appellatur Ca-
nonicum in casu, quo distinguitur ab humano, vt
in allegatis sanctionibus distinguitur: est enim ius,
aliud diuinum, aliud humanum: diuinum autem,
aliud reuelatum positiuum, aliud naturale: huma-
num verò diuiditur in Canonicum, & ciuile. Vnde
cùm diuino humanum opponitur, sub diuino non
potest Canonicum comprehendi. Adde, quod cùm
in Concilio Lateranensi legantur hæc verba: *Om-
ni etiam id iure diuino prohibente*, non est cur inde
diuinum ius strictè sumptum excludatur: est enim
propositio vniuersalis. Adde secundò, quod cum
Tridentinum dicat, Dei ordinatione, & Canonicis
Sanctionibus, expressè loqui videtur de iure diui-
no, quatenus à iure Canonico distinguitur, vt su-
pra dicebatur.

Dices terriò, cum Sesse, Garzia, & aliis (quos re-
18 fert, & sequitur Carloualius *de Iudiciis lib. 1. tit. 1.
disp. 2. q. 6. sect. 1. num. 40.*) Bonifacium VIII. nomi-
ne iuris diuini voluisse significare exemptionem
Ecclesiasticorum habere exemplum in Scriptura;
eo quod *Genes. 47.* cùm Ioseph tributariam face-
ret vniuersam terram Ægypti liberos reliquit sa-
cerdotes. Respondetur, valde impropriam locu-
tionem videri, dicere aliquid esse de iure diui-
no, quia aliquid simile legitur in Scriptura; qua-
si verò non possit Scriptura narrare multa, quæ
ex iure diuino ortum non habuerint, sed ex homi-
num voluntate. Adde, quod cùm non solùm in Cō-
stitutione Bonifacij, sed in multis aliis Conciliis
19 supra adductis dicatur, exemptionem Ecclesiarū esse
de iure diuino, non videtur posse dici, in omnibus
illis locutionē esse impropriam, nam ex Augustino
lib. 3. de Doctrina Christiana cum communi senten-
tia Theologorum, verba (quoties cumque propriè
20 possunt intelligi) propriè semper sunt intelligen-
da, nisi ratio euidens suadeat oppositum, vel absur-
dum manifestum inde sequatur: ratio est, quia alio-
quin ex Scriptura, & Conciliis nihil puri, & firmi
posset hauriri. Neque dicas, solum ibi agi de exem-
ptione quoad causas Ecclesiasticas: nam verba au-
ctoritatum, quas supra adducebam, & loquuntur
generaliter, & in specie tradunt potius oppositum,
vt supra monstrabatur.

Dices quartò cum aliis, exemptionem Ecclesia-
sticorum non esse de iure diuino; quia ex nullo

Scripturæ testimonio illa colligitur. Respondetur,
licet nullum sit in Scriptura testimonium expres-
sum pro Immunitate Ecclesiastica in lege Gratiæ,
non inde bene inferri, illam non esse de iure diui- 21
no: ius enim diuinum vel est scriptum, vel tradi-
tum, vel definitum, seu explicatum à Conciliis, vt
communiter tradunt Theologi in tractatu de fide,
vbi propterea rectè docent, multa esse de iure diui-
no, quæ non sunt in Scriptura, sed sunt instituta à 22
Christo Domino, & Apostolis tradita, vt per eorum
manus vsque ad nos deuenirent: quod inde patet,
quia multa, quæ sunt in Conciliis definita, seu ex-
plicata, vt quæ spectant ad materias, & formas Sa- 23
cramentorum, de iure diuino sunt, & tamen non
omnia in Scriptura habentur; cùm ergo ex aucto-
ritatibus, tum Summorum Pontificum tum etiam
Cōciliorum habeatur, immunitatē Ecclesiasticā (&
quoad personas, & quoad possessiones) esse de iu-
re diuino, & ex alio capite in nullo loco Scriptu-
ræ id legatur, credendum esse videtur, per traditio- 24
nem Apostolorum ad nos eam peruenisse; & sic es-
se de iure diuino, si non scripto, saltem tradito; at-
que ita in specie docet Granadus *de Sacram. in 3.
par. controuers. 9. tract. 4. disp. 4. sect. 2. n. 16.* & definit
Sacra Rota Romana, etiam quoad bona, ne dum
quoad personas, *decis. 10. in antiquis*, & nouissimè in
vna Albanensis gabellæ, die 28. Iunij 1630. coram
Merlino.

Quarta Probatio.

SVMMARIVM.

1 *Probatur ratione Immunitas Ecclesiastica esse de iu-
re diuino.*

2 *Nulla Potestas virtute propria se extendit vltra sphæ-
ram, seu limites sui obiecti.*

3 *Ecclesiastici, & eorum bona sunt extra obiectum, &
limites Iurisdictionis secularis.*

4 *Obiectum Iurisdictionis secularis est temporale, non
autem sacrum, quod ad Dei cultum per se, & dire-
cte spectat, ac sic aptè natura tendit ad finem superna-
turalem.*

5 *Inter ea, quæ sacra censeri debent, enumerantur tum
Personæ sacræ, tum loca sacra, tum bona omnia, quæ vel
ad Ecclesiarum ornatum, fabricam vel ministrorum
sustentationem spectant.*

6 *Circa eadem obiecta, easdemque res per se non versan-
tur diuersæ Potestates.*

7 *Contractus matrimonij, hoc ipso, quod ex Christi insti-
tutione sacer factus est, à seculari foro eximitur.*

8 *Personæ, & quæ ad earum sustentationem pertinēt post-
quam ad diuinum cultum dedicata sunt, & à Prælatis
Ecclesiasticis acceptata, eo ipso à secularium Potesta-
tum iurisdictione, & exactione, exempta sunt.*

QVartò probatur ratione, quia nulla potestas 1
virtute propria se extendit vltra sphæram, seu 2
limites sui obiecti, sed Ecclesiastici, & eorum bona
sunt extra obiectum, & limites iurisdictionis secu- 3
laris, ergo ad ea secularis iurisdictio non se ex-
tendit per se, & propria virtute, sed solum, si ad
id se extendat aliquando, se extendit per accidens,
id est, ex commissione alterius, scilicet Ecclesiasticę
potestatis. Maior patet: Minor probatur; quia cùm
obiectum cuiuscumque potestatis sumendum sit
ex proprio fine ipsius, sequitur, quod potestatis
ciuilis, quæ per se, ac directè ad finem temporalem
ordinatur, propriam materiam, ac obiectum esse
oporteat res temporales, ac politicas, non item

sacras,id est,quæ ad Dei cultum per se, ac directè
5 spectant, ideoque suapte natura,ac institutione ad
supernaturalem finem tendunt:at verò inter ea,quę
sacra censeri debent, enumerantur tum personæ
sacræ(id est,diuino cultui peculiariter dicatæ) tum
loca sacra, tum bona omnia, quæ vel ad Ecclesiarum ornatum, fabricam, vel ministrorum sustentationem spectant, sicuti cum communi docet S. Thom.2.2.q 99.ar.1 ergo hęc omnia sunt extra obiectum,& limites secularis iurisdictionis, & sic propriè ad Ecclesiasticam potestatem spectant,non autem ad secularem. Videatur Abbas *in cap.solita nu. 4.de maior.& obed.*

6 Confirmatur primò, quia circa eadem obiecta, easdemque res per se non versantur diversæ potestates,sed certū est,Ecclesiasticam potestatem per se & directè versari circa personas, & res Ecclesiasticas:ergo circa easdem res per se non versatur potestas ciuilis,quippe quæ ab Ecclesiastica est diuersa, & discreta. Maior per se patet (sicut & Minor)& probatur,quia alioquin magna confusio oriretur,si verbi gratia Prælatus Ecclesiæ circa personas, & bona Ecclesiastica aliter disponat, & præcipiat, & aliter Princeps secularis,alter ab altero in suo iudicio independens,sicuti rectè notauit Suarez *in cit. lib.4.cap.9.num.17.*

7 Confirmatur secundò,quia contractus matrimonij, hoc ipso, quod ex Christi institutione sacer factus est, à seculari foro eximitur; itemque ædes, vasa, vestes hoc ipso, quod à fidelibus ad piū vsum, vel ministerium sacrum oblata,& ab Ecclesiæ Prælato acceptata,& dedicata sunt,à secularium potestate,& exactione eximuntur,vt omnes fatentur:
8 ergo similiter dicendum , personas ipsas, & quæ ad earum sustentationem pertinent, postea-quam ad diuinum cultum dedicata , & ab Ecclesiasticis Prælatis tamquam Christi Vicariis, atque administratoribus , in sua iurisdictione acceptata sunt,eo ipso à secularium potestate iurisdictione & exactione exempta esse.Cæterùm quæ cōtra obiici possunt,vide *in cit.cap.1 dubit.2.per totam.*

DVBITATIO IX.

An Ecclesiastici sint immunes ita, vt ipsorum immunitas à Principibus secularibus fuerit à principio spontè concedenda?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici ita sunt Immunes,vt à principio id eis à Principibus sponte concedi deberet.*

2 *Primo ob Dignitatem status,per quem Ecclesiastici peculiari modo sunt Diuinis rebus consecrati.*

3 *Si id quod semel Deo consecratum est,tractetur tanquam profanum , est contra reuerentiam Deo debitam.*

4 *Dauid nec defensionis causa ausus est vnquam lædere Saulem.*

5 *Secundo Ecclesiastici sunt Pastores,& Patres secularium , & Iudices eorundem loco Dei in causis summis,quæ salutem æternam contingunt,constituti.*

6 *Ouis vt iudicet Pastorem,filius Patrem,Reus Iudicē, est contra reuerentiam.*

7 *Clerici longè maius beneficium conferunt Principibus,quam è contra.*

8 *Clerici suis muneribus Ecclesiasticis satis abundè compensant Principi,vnde ratio postulat eos ad tributa non adstringi.*

9 *Principes lege Religionis, obseruantia,& gratitudine obligantur,vt Ecclesiasticos exemptos habeant ,saltem iure naturali Diuino sic dictante.*

10 *Clerici fuerunt subiecti Imperatoribus, toto tempore, quo ipsi fuerunt Ethnici,secus postquam cœperunt esse Christiani.*

11 *Constantinus primo lege data exemit Clericos ab oneribus personalibus.*

12 *Iustinianus exemit in causis ciuilibus pro prima instantia solum,in criminalibus autem reliquit sub Iudice seculari.*

13 *Idem Iustinianus exemit etiā à quibusdam Tributis.*

14 *Clerici à Principibus posterioribus omnino exempti fuerunt.*

15 *Imperatores multa in Causis Ecclesiasticis vsurparunt,quæ iure Diuino sunt formaliter exempta.*

16 *Papa ab omni Iurisdictione laicali est exemptus; vnde à nemine iudicari,aut deponi potest,neque ab Augusto, neque à Regibus,neque à Populo,neque etiam ab omni Clero.*

17 *Papa non à Principibus,neque ab Ecclesia potestatem suam accepit,sed à Christo.*

18 *Limita primò ,si in hæresim notoriam labatur saltem postquam ab Ecclesia declarata fuerit.*

19 *Limita secundo,si Papa Episcopatum resignet ,Ecclesia resignationem acceptante.*

20 *Limita tertio,si exterius se gerat vt hæreticum ,ideoque Ecclesia alium eligat.*

21 *Limita quarto,si tempore schismatis Ecclesia cognoscere non possit,quis verus Pontifex sit.*

RESPONDETVR ex dictis affirmatiuè, 1
idque præcipuè ob tria.
Primò ob dignitatē status ,per quē 2
Ecclesiastici peculiari modo sunt di- 3
uinis rebus consecrati:contra reuerē-
tiam enim Deo debitā est,si id ,quod,semel Deo cō-
secratum est , tractetur tamquam profanum :quare
Dauid,nec defensionis quidem causa,fuit vnquam 4
ausus lædere Saülem,quia vnctus erat Domini;quę
vnctio solum erat vmbra vnctionis,& sanctificationis Ecclesiasticorū;ergo multò magis in casu nostro.

Secundò,quia Ecclesiastici sunt Pastores,& Pa-
tres secularium ,& Iudices eorumdem loco Dei in 5
causis summis , quæ salutem æternam contingunt, 6
constituti ; sed contra reuerentiam debitam est ,vt ouis iudicet suum pastorem , filius patrem , & qui ante fuit reus , iudicet suum iudicem , qui illum anctoritate diuina iudicauit , & absoluit ; maximè si ad id alia commoda ratio iniri potest ;ergo, &c.

Tertiò , quia etsi Principes clericos ab iniuria
defendant , & curent , vt tranquillitate temporali 7
fruantur,clerici vicissim Principibus longè maius beneficium conferunt : ipsorum enim ministerio fiunt Christiani,accipiunt doctrinam salutis,remissionem peccatorum,animæ sanitatem,panem cælestem , cæteraque Sacramenta ,ac vitam æternam:& præterea ipsorū orationibus,& sacrificiis fulcitur Regnum,auertūtur calamitates,conciliatur pax , & felix status rerum;ergo,&c. Vnde Constantinus ,& Constans concedentes Ecclesiasticis perpetuam securitatem ab oneribus inquiunt : *Scientes magis Religionibus,quàm officiis ex labore corporis , vel sudore rempublicam contineri,vt refertur in c.2 3.in qualibet.23. quæst.8.*

Hinc patet , Clericos suis muneribus Ecclesia-
sticis

ilicis satis abundè compensare Principi, & Reipu-
blicæ:vnde omnis ratio postulat,eos ad alia mune-
ra,& tributa non astringi.

9 Secundò patet,Principes lege religionis,obser-
uantiæ, & gratitudinis obligari, vt Ecclesiasticos
exemptos habeant, saltem iure naturali diuino sic
dictante:vnde,quod saltè ius diuinum naturale di-
ctabat esse faciendũ,id iure Canonico,& Ciuili po-
stea præstitum fuit, vt patet ex iuribus citatis;item
*ex c.in qualibet.23.& duobus sequentib.q.8.& 11.q. 1.
per multa capita;& ex cap.etsi clerici, 4. cap. clerici 8.
& cap.qualiter 7.de iudiciis.*

10 Vbi aduerte,quod toto tempore,quo Imperato-
res fuerunt,ethnici, clerici in temporalibus fuerũt
illis de facto subiecti,sicut laici;quia neque Princi-
pes eos eximebant.cùm eorum dignitatem,& veri-
tatem non agnoscerent; neque eosdem eximebat
Summus Pontifex,eo quod non posset, vel expe-
dire pro tunc non iudicaret: postquam autem
Principes cœperunt esse Christiani,sensim eos exi-
11 mere cœperunt. Primò enim Constantinus lege
data exemit eos ab oneribus personalibus, vt patet
ex *tit.c.23.in qualibet 23.q.8.* & à solutione publici
census,vt testatur Sozomenus *lib.1.cap.8. histor.* in
12 cæteris tamen manserunt subiecti: postea Iustinia-
nus exemit in causis ciuilibus pro prima instantia
solùm, in criminalibus autem reliquit sub iudice
13 seculari,vt patet ex Nouella 83. & 123. Idem Iu-
stinianus exemit etiam à quibusdam tributis, vt
patet ex *l. Sancimus, 21. Cod. de sacros. Eccles.* deni-
14 que à Posterioribus Principibus omninò exempti
fuere; eaque exemptione multis seculis consen-
15 su totius orbis sunt potiti. Quamuis multa vsurpa-
rint sibi olim Imperatores in causis Ecclesiasticis,
quæ iure diuino sunt immediatè, seu formaliter
16 exemptæ, inter quas illa præcipua est, quod Papa
ab omni iurisdictione laicali sit exemptus; vnde à
nemine iudicari,aut deponi potest, neque ab Au-
gusto,neque à Regibus,neque à populo,quinimmò
neque etiam ab omni Clero,vt habetur *in c.vlt.Con-
cil. Roman.* sub Silnestro 1 & videri potest Siman-
ca *de Cathol. institut. tit.12.num. 1.* & ratio est,quia
17 cùm potestatem suam non à Principibus,neque ab
Ecclesia, sed à Christo acceperit, consequens est,
vt eadem excidere non possit, nisi Christo aufe-
rente.

18 Quod accedit primò,si in hæresim notoriam la-
batur,saltem postquam ab Ecclesia declarata fuerit,
sicuti ex communi docet Suar. *lib.4.defens.fidei Ca-
19 thol. cap. 18. & lib. 4. de legibus cap. 7.* Secundo, si
Papa Episcopatum resignet,Ecclesia resignationem
20 acceptante. Tertiò,si exteriùs se gerat vt hæreticũ,
ideoque Ecclesia alium eligat:qua ratione submoto
Liberio Pontifice,Felicem II.substituisse, existimat
21 Bellarminus *lib.4.de Pontifice cap.9.* Quartò, si tem-
pore schismatis Ecclesia cognoscere non possit,quis
verus Pontifex sit:tunc enim potest propter bonum
cõmune aliũ eligere,sicuti docet Suar. *lib.3.defens.
fid.Cathol.c.18.*& Bellarm. *de concil.lib.2.c.19.ad 3.arg.*

DVBITATIO X.

An sint immunes ita, vt ipsorum immunitas semel concessa, à Principibus successoribus non possit reuocari?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas semel concessa à Principibus successo-
ribus non potest reuocari,etiam si non sit de iure Di-
uino.*

2 *Immunitatis concessio ex mente concedentis fuit
absoluta,& perpetua.*

3 *Omnis donatio, vel exemptio facta Communitati in
perpetuum est irreuocabilis.*

4 *Immunitatis concessio facta fuit ad remuneranda be-
neficia spiritualia.*

5 *Immunitatis concessio principaliter facta fuit ad Dei
honorem.*

6 *Sacrilegium est repetere agros Ecclesiæ donatos, ità
& reuocare Clericorum Immunitatem.*

7 *Orbis Christianus,à quo Principes habent auctori-
tatem consensit in hanc exemptionem; vnde elicitur
eius irreuocabilitas.*

8 *Concilia,& Pontifices,qui sunt supra ipsos Principes
eam confirmarunt.*

9 *Principes saltem iure Diuino naturali dictante, te-
nentur ratam habere dictam Immunitatem.*

1

RESPONDETVR affirmatiuè,idque etiam;
si illa non sit de iure diuino sed solùm de
iure positiuo. 2
Primò probatur,quia ex mente conce-
dentium immunitatis concessio fuit absoluta, & 3
perpetua;omnis autem donatio, vel exemptio facta
communitati, sicut est in casu nostro, in perpe-
tuum est irreuocabilis, ergo,&c. 4

Secundò,quia fuit facta ad remuneranda benefi-
cia spiritualia,quæ Principes,& eorum Regna per-
cipiunt ab Ecclesia. 5

Tertiò,quia principaliter facta fuit ad Dei ho-
norem, sicut donatio agrorum; qui offeruntur Ec- 6
clesiæ,eiusque ministris:vnde sicut sacrilegium es-
set repetere agros Ecclesiæ donatos;ita sacrilegium
erit reuocare clericorum immunitatem. 7.

Quartò,quia orbis Christianus,à quo Principes
habent auctoritatem, consensit in hanc exemptio-
nem:vnde non potest Princeps eam reuocare,sicut
quod semel consensu Regni est alienatum,non po-
test postea vnquam repeti. 8

Quintò,quia Concilia,& Pontifices,qui sunt su-
pra ipsos Principes,eam confirmarunt. 9

Sextò à fortiori,quia saltem iure diuino natura-
li dictante Principes tenentur saltem eam facere,&
factam ratam habere,sicuti *supra sect. 7.* dictum est;
ergo,&c.

Atque ita docent etiam illi Doctores, qui non
tenent, immunitatem Ecclesiasticam esse de iure
diuino,vt Caietanus *ver. Excommunicatio cap.31. &
37.* Victoria *relect.de potest.Eccles.sub.fin.* Medina *Cod.
de restit.q. 15.* Sotus *in 4. dist. 25. q. 2. ar. 2.* Co-
uarr. *quæst.pract.cap.31.num.2.* Nouar. *cap. 17. num.
110.* Molina *de iust.& iur.tom.1.tract.2.disp.31.num.
6.* Salas *de legibus q.96.tract.14.disp.14.sect.11.n.120.*
Salonius *tom.2.in 2.2.q.67.ar.1.concl.4.* Malderus *in
2.2.tract.5.cap.6. dub. 7.* Henriquez *lib. 10. cap. 15.*
Aragon. *in 2.2.q.62.ar.3.* Villalob. *tom.1.tract.11.dub.
17.num.2* Ledesma *in 4.part.2.quæst. 20.art.4. concl.
2.* Sousa *in Bullam Cœnæ cap.19. disp. 91.* Pereira *de
manu Regia cap. 3. num. 3.* Garsias *de nobil. Hispan.
gloss. 9.num.18.* Castillo *contr. Iur. lib.2. cap.5.num.
29.* Morl. *in empor. Iur. part. 1. tit. 2.q.12.* Doctores;
quos citat Bellett. *in disquis.cler.part.1.tit.3.§.1.num.
17.* & alij.

DVBITATIO XI.

An sint immunes ita, vt ipsorum immunitas à Summo Pontifice, vel Concilio generali, si noluerint principes in eam consentire, fuerit introducenda?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica etiam renuentibus, & contradicentibus Principibus, introduci poterat per summos Pontifices, & Concilia generalia, etiam si non sit de iure Diuino.*

2 *Summi Pontifices, & Concilia generalia habent potestatem à Christo, statuendi id, quod ad bonum spirituale Ecclesiæ, & Dei honorem videtur necessarium, vel valde expediens.*

3 *Exemptio Clericorũ est necessaria ad bonum spirituale Ecclesiæ.*

4 *Principes sunt subditi Pontifici, sicut oues Pastori, & ideo potest aliquos eximere à iurisdictione sui subditi.*

5 *Pontifex si potuit eximere Clericos à iurisdictione seculari quoad Personas, potuit etiam quoad bona.*

6 *Ius Canonicum introduxit Immunitatem Ecclesiasticorum quoad Personas, & bona, & Imperatores confirmarunt, & non è contra.*

7 *Leges Imperatorum pro Clericorum exemptione, non fuerunt leges institutoria, & subsidiaria.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; idque
etiamsi similiter non sit de iure di-
uino, sed solùm de iure positiuo, si-
cuti docent Doctores supra citati,
inter quos etiam Couarruuias *in
pract. c. 31. n. 3. & 4.* & ratio vlterius
est, quia habent summi Pontifices, & Concilia ge-
2 neralia potestatem à Christo statuendi id, quod ad
bonum spirituale Ecclesiæ, & Dei honorem vide-
tur necessarium, aut valde expediens, sed exemptio
3 clericorum à iurisdictione secularium est necessa-
ria ad bonum spirituale Ecclesiæ, & Dei honorem,
ergo habent auctoritatem eam introducendi. Ma-
ior patet: Minor etiam patet ex dictis, & probatur,
quia alioqoin valde vilescerent status Ecclesiasti-
cus, & res diuinæ, quas tractant, si instar laicorum
ad Iudices seculares clerici traherentur: tum quia
alioquin clerici valde distraherentur à rebus diui-
nis: nam facilè à laicis possent vexari: tum quia pe-
tiret libertas illa sacerdotalis, qua in laicis instruẽ-
dis, & corripiendis vti debent: tum deniq; quia fa-
cilè etiã causas Ecclesiasticas laici ad se protraherẽt.
4 His, adde, quod Principes sunt subditi Pontifici,
sicut oues pastori, sed Superior potest aliquem exi-
mere à iurisdictione sui subditi, præsertim quãdo re-
cta gubernatio, & honor Dei sic postulat, ergo, &c.
Cæterùm, si potuit Pontifex clericos eximere à
5 iurisdictione Principum secularium quoad perso-
nas, potuit etiam eximere quoad bona; cùm bono-
rum tributa ob iurisdictionem in personas pendan-
tur, vt constat ex Apostolo ad Roman 13. *Ideò ne-
cessitate subditi estote, non solum propter iram, sed propter
conscientiam: ideo enim & tributa præstatis.* Vide Bel-
larminum *tract. de potestat. Summi Pontificis*, contra
Barclaium *c. 34. & contra Paulum Seruitam fol. mihi
7.* vide etiam Sotum *in 4. dist. 25. q. 2. ar. 2. concl. 6.*
Baglionem *in Apolog. pro immunit. Eccles. propos. 21.*
Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 11. num. 7. cap.
31. & cap. 15. num. 10.* Valtorum de Magrouio *in
lect. Salm. te. 2. cap. 2. de iudic. num. 36.* Anton. Bouium
in respon. ad consider. Pauli Seruita par 2. fol. 19. Sou-
sam *in tract. de censura Pauli V. fol. mihi 38.* qui do-
cent contra Michaëlem de Palatio *in 3. dist. 25. disp.
5.* Salgadum *de prot ect. Reg. to. 1. par. 1. cap. 1. præl. 1. n.
51.* Ceuallos *de cognit. &c. in procemio cap. 5. num. 11.*
& Currellium *in Cod. legum. Sicul. fol. mihi 301.* fal-
sum esse, exemptioné clericorum quod personas, 6
& quoad bona fuisse introductam ex pietate Impe-
ratorum, & ab illis originem sumpsisse; ius Cano-
nicum autem eandem confirmasse; cùm potius ius
Canonicum illam introduxerit, Imperatores au-
tem postea confirmauerint; & ideo Seruantios *in de-
fensione Immun. Eccles. fol. 18.* rectè dixit, leges Impe-
ratorum pro clericorum exemptione non fuisse le- 7
ges institutorias, sed subsidiarias: atque ita defini-
uit Rota Romana coram Merlino in vna Alban.
1630. quod (vt rectè notauit Philotheus *in defens.
Pauli V fol. mihi 59.*) euidenter probatur etiam ex
verbis ipsis Imperatorũ, vt illa considéranti patebit.

DVBITATIO XII.

An sint immunes ita, vt ipsorum immunitas à Summo Pontifice, vel generali Concilio non possit renunciari?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiasticorum, etiam si solum sit de iure positiuo non potest à Summo Pontifice, vel generali Concilio renunciari.*

2 *Pontifex non est Dominus absolutus bonorum & iurium Ecclesiæ, sed est solum eorum dispensator, & ideo non potest ad libitum illa alienare.*

3 *Summus Pontifex ex iusta causa potest Principibus secularibus aliquid de Immunitate ex priuilegio remittere.*

4 *Prælati Ecclesiæ aliquid possunt contra Ecclesiasticam libertatem permittere pori in praxi, si absque scãdalo, vel maioris mali periculo id impedire non possint.*

RESPONDETVR affirmatiuè; idque etiamsi
similiter non sit illa, nisi solùm de iure po- 1
sitiuo. Ratio; Pontifex non est Dominus
absolutus bonorum, & iurium Ecclesiæ
(cùm ea principaliter sint donata Christo, & Ponti- 2
fici & Vicario Christi, & non vt personæ) sed est so-
lùm dispensator eorum; atque ideò non potest pro
suo arbitratu illa alienare, vel donare, sed solùm ser-
uata prudentia, & fidelitate; sicuti docent Surdus
co. 3. cons. 301. n. 53. Grammatic. *decis. 61. n. 10* Ceual-
los *tract. de cognit. per viam violen. in proœm. c. 6.* qui
citat Iacobat. *de concil. lib. 1.* & Soarium: ita etiam
docent Vigianus *de immun. Eccles. disp. 5. & 6.* & alij
passim.
Non nego tamen, quod licet exemptionis priui-
legia personis Ecclesiasticis ita concessa sint, vt si 3
potestates seculares ea violent, iniuriã Ecclesiasti-
co statui inferant, & iuri tam diuino, quàm hu-
mano aduersentur; nihilominus is, qui toti Ecclesiæ
præest, vtpote Supremus Ecclesiæ Administrator,
scilicet Summus Pontifex, vel Concilium ge-
nerale, possit ex iusta, & rationabili causa, etiam-
si exemptio sit de iure diuino, aliquid remittere
de

de Priuilegiis exemptionis, & secularibus Principibus permittere, vt aduersus clericos aliquam iurisdictionem exerceant, vel tributa aliqua exigant, sicuti *supra cap.1. dubit.2 sect.3.& dubit.15 sect.5.&* 6. dicebam, & multò magis possunt permittere Prelati Ecclesiæ aliquid contra Ecclesiasticam libertatem poni in praxi, si sine scandalo, aut maioris mali periculo id impedire non possint: qua ratione etiam Christus tributum pro se, & Petro soluit, ne exactores scandalizaret: & S. Paulus Cæsarem appellauit, *act.* 25. vt inferioris sub Cæsare constituti Iudicis sententiam declinaret, sicuti ipsemet significat *cap.* 28.

DVBITATIO XIII.

An sint immunes ita, vt ipsorum immunitas neque ab ipsismet Ecclesiasticis possit renunciari?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas non potest ab ipsis Ecclesiasticis renunciari etiam si solum sit de iure positiuo.*

2 *Nemo renunciare potest priuilegio concesso communitati.*

3 *Ecclesiastici neque de consensu Episcopi possunt renunciare priuilegio Immunitatis.*

4 *Ecclesiasticis, siue in ciuilibus siue in criminalibus est interdictum renunciare Immunitatis priuilegio.*

1 Respondetur affirmatiuè; idque etiamsi similiter non sit illa nisi solum de iure positiuo, quia talis priuilegij renunciatio cederet in detrimentum status Ecclesiastici, cui primariò, & principaliter, non autem personis (sicuti & priuilegium Canonis) concessum est; ergo &c.

2 Confirmatur; quia nemo renunciare potest priuilegio concesso Communitati, *cap. si diligenti de foro compet.*

3 Et quod dixi procedir, etiamsi clericus renunciaret tale priuilegium de consensu Episcopi, vt rectè dixit Farinacius *de inquisit.quæst.8.numer* 13. Martha *de iurisd.par.4.centur.1.cas.151. numer.* 8. & Carolus de Grassis *de effectib.cler.eff.1.num.65* 2. idque propter easdem rationes, quæ supra dicebantur, & etiam mox infra dicentur.

4 Confirmatur secundò, quia dicto priuilegio renunciare, siuè in ciuilibus, siue in criminalibus, Ecclesiasticis est interdictum, *1.quæst.1.cap.insolita, & cap. lacuit extra de foro compet.* & docent communiter Doctores, Alexand.*lib.1.consil.8 num.3.* Grammatic.*decis.61.numer.*14. Rolandus à Valle *to.1. cons.4.num.9.* Surdus *to.1. cons. 2.num. 31.& tom.3. cons.397 num.15.* Honded *to.1.cons.3.num.11.* Vigianus *tract.de immun.Ecclesi.disp 2.concl 3.* Salonius *in 2.2 quæst.67.ar.1.cons.3.* Pelaotius *tract. de immun. Ecclesi.disp.* qui citat *cap.qualiter, & quando de iudiciis*, & ibi Butrius *num.8.* Io. Andreas *num.15.* Abbas *num.7.* Ancharanus *num.3.* & Immola *num.3.* & docent etiam Fernandez *par 2.c 6.§.1.num. 5.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib.2.can.54.quæst.8 num.2.* qui citat *cap.si diligenti, & cap.significasti, de foro compet.* & docent etiam Ambrosinus *de immun. Eccles. cap.16. num.12* Sayrus *in claui Regia lib.2.cap.7.num.10.* Bonacina *de cens.disp.2.quæst.4.punct.2.num.1.* qui citat Aulam, & Suarium; quidquid in contrarium dixerit Aufrerius *de potestate Iudic.secular.reg.2.num* 20. Vide, quæ dicebantur *cap.1.dubit.* 14. *& cap.4.dubit.31.*

DVBITATIO XIV.

An sint immunes ita, vt ipsorum immunitas per quamcumque consuetudinem non possit derogari?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitati Ecclesiasticæ derogari non potest quacumque consuetudine in contrarium non obstante.*

2 *Couarruuias, & Clarus oppositum affirmantes, reiiciuntur.*

3 *Summus Pontifex non præbet tacitum consensum approbatiuum consuetudinibus contrariis Ecclesiasticæ Immunitati.*

4 *Consuetudo, quæ vt irrationabilis damnata est, non potest via præscriptionis legem abrogare.*

5 *Consuetudo, quæ contra neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem tendit, in vniuersum irrationabilis est.*

6 *Præscriptio non habet locum vbi est incapacitas ex parte Præscribentis.*

7 *Omnis legitima præscriptio legis auctoritate, & adminiculo niti debet, cum sit beneficium à iure inuentum, & impertitum.*

Respondetur affirmatiuè; atque ita dicebam *cit.cap.1. dubit.15.& cit.cap.4.dubit.31.* & docent Doctores *in cap. clerici*, vbi Abb. *num. 5.& 6. de iudiciis*, Baldus *in rubr. Auth. cassa Cod. de SS. Ecclesi.*, glossa *in cap.vlt.ver.rationabilis, de consuetud.* Abb *ibid.num.5.* Rochus *sect.5.num.20.* Ioan. Lupus *de li'ert. Eccles.par.1. quæst.6.* M. Antoo. Gabrielius *lib. 5. de præscript. concl. 1. num.9* Martha *de iurisd. par. 4.cas.63.& 64.* Axor. *to.1.lib. 5.cap.13.q.8.* Suarez *lib. 4. defens.fidei Cathol.cap.34.num.10.* & Tanner.*lib.2 defens. Eccles.libert.cap.16.* quamuis huic communi, & veræ doctrinæ ex parte contradicant Conar. *in pract. qq. cap.35.num.5.& cap.35.* Iulius Clarus *lib. 5. sent.§. practica criminalis, quæst.36.num. 3* vbi aiunt, quod etsi Ecclesiastica immunitas in totum tolli non potest per contrariam consuetudinem, possit tamen ex parte; ita vt magistratus secularis exercere valeat iurisdictionem in certis causis, quæ alioquin ad Ecclesiasticos propriè pertinent: qua de re tamen contra Couarruuiam, & Clarum dicemus *infra ad* 2. 2

Sed breuiter sic probatur Responsio: si per consuetudinem posset immunitas Ecclesiasticorum derogari, vel id esset per modum reuocationis, interueniente scientia, ac patientia, ideoque tacito consensu Summi Pontificis, vel per modum legitimæ præscriptionis, quæ etiam ignorante Principe, ad. uersus legem fieri potest; sed neutrum dici potest, ergo. Non prius, quia satis constat: Summum Pontificem huiusmodi consuetudinibus non præbere 3

tacitum consensum approbatiunm,quin potius,(vt
dicetur *infra sect. 6.*) eas reprobare, & damnare
per generalia edicta & censuras Bullæ Cœnæ;quã-
uis interdum toleret, quia ob periculum maioris
4 mali,efficacius resistere, & prohibere non potest.
Non posterius,quia consuetudo, quæ vt irrationa-
bilis damnata est,non potest via præscriptionis le-
gem abrogare,sicuti constat ex *cap.vlt. de consuetud.*
& ex dictis *in cit.cap.1.dubit.15.& cit. aliis locis*;sed
quod consuetudo aduersus Ecclesiasticam libertatē
tanquã irrationabilis dãnata sit, patet ex *Auth.cassaC.de SS.Ecclesiis,c.1.c.ad nostram,c.inter de consuet.*
cap.cum terra,de elect.cap.clerici,de iudic. & cap.nouerit,de sent.excommun. quare glossa *in citat. cap.clerici,*
ver.consuetudine,& altera glossa *in citat. cap. vlt.ver.*
5 *rationabili*,& *ibidem* Abbas *num.* 5. pro regula tra-
dunt,qnod consuetudo,quæ contra neruum Eccle-
siasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem tendit,
in vniuersum irrationabilis sit.

Confirmatur, quia vbi est incapacitas ex parte
6 præscribentis, non potest procedere præscriptio;
sed laici sicut aliorum iurium spiritualium (v.g.iu-
ris decimarũ,Ecclesiastici beneficij. &c.) sunt inca-
paces,ita etiã iurisdictionis super Ecclesiasticas per-
sonas incapaces sunt, ergo non pnssunt eam via
præscriptionis adipisci.

7 Confirmatur secundò,quia omnis legitima præ-
scriptio legis auctoritate, & adminiculo niti debet,
cùm sit beneficium à iure inuentum,& impertitum
sed præscriptio adnersus Ecclesiæ libertatem à nul-
la lege adminiculum accipere potest,ergo, &c.Mi-
nor probatur,quia non potest accipere à ciuili cũ
ea limites suæ potestatis excedere non possit, nec
debeat,nec à lege Canonica, cùm sacri Canones,
eorumque custos Summus Pontifex huic præscri-
ptioni semper resistat,ergo,&c. Vide quæ diceban-
tur *cit.cap.1.dub.15.& cit.c.4.dub.31.*

SECTIO II.

Prima difficultas,eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo potest derogare ius positiuum.*
2 *Consuetudo potens est ad acquirendam iurisdictionem.*
3 *Consuetudo licet possit derogare ius Canonicum non potest tamen derogare ius Diuinum.*
4 *Immunitas est de iure Diuino si non immediatè, & formaliter,saltem mediatè, & causaliter.*
5 *Consuetudo potest derogare ius positiuum,& sic ius Canonicum,si non sit irrationabilis, & reprobata secus è contra.*
6 *Ius Canonicum damnat consuetudinem contra Immunitatem tanquam iniustam,& iniquam.*
7 *Ius Canonicum tanquam iniustas, & iniquas damnat etiam omnes leges dictæ Immunitati Ecclesiasticæ contrarias.*
8 *Longissima consuetudo, seu præscriptio immemorabilis nihil operatur in præiudicium exemptionis clericalis.*
9 *Consuetudo irrationabilis,quæ non præiudicat iuri positiuo dicitur quæ introducitur contra neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, seu libertatis.*
10 *Excommunicantur qui seruari fecerint consuetudines introductas contra libertatem Ecclesiasticam iudicantes secundum ipsas, Rectores, & Consiliarij locorum, in quibus ea seruantur &c.*
11 *Bulla Cœnæ excludit omnem consuetudinem contrariam,quæ posset induci etiam per patientiam, & tolerantiam Pontificis.*
12 *Lex quando ab initio resistit alicui consuetudini inducendæ,tamque vt irrationabilem, & iniquam reprobat,nũ potest talis consuetudo ita inualescere,vt legem abroget.*
13 *Consuetudo,quæ est lex non scripta, vt possit obtinere contra legem scriptam,debet esse inducta à multitudine,penes quam est potestas condendi legem, & abrogandi, vel saltem debet esse tolerata à Principe.*
14 *Consuetudo non potest habere maiorem vim, quam habeat lex.*

OBiicies primò,consuetudo potest derogare ius 1
positiuum(vt traditur *in cap.fin.de consuetud.&*
cap.2.de probat.)& sic Canonicum; ergo nihil ob-
stat,quod consuetudo,vt præscribat contra immu-
nitatem Ecclesiasticam,sit contra Cannnes,& quod
ab illis reprobetur.Adde, quod cnnsuetudo potens 2
est ad acquirendam iurisdictionem (vt patet ex cap.
irrefragabili de offic.ordina.) ergo & potens erit ad
illam deperdendam.

Respondetur, transeat pro nunc antecedens:at
nego consequentiam; quia licet consuetudo pos- 3
sit derogare ius positiuum,& sic Canonicum non
tamen potest ius diuinum; immunitas antem, vti 4
dicebam supra *dubit.8.& cap. 1. dub.2.* est de iure
diuino,si non immediatè,& formaliter,saltem me-
diatè,& causaliter,ergo,&c.

Respondetur secundò (dato, & non concesso,
quod immunitas, seu exemptio Ecclesiasticorum
non sit de iure diuino, neque immediatè, neqne
mediatè,sed sit solnm merè de iure positiuo)distin-
guo antecedens:cõsuetudo potest derogare ius po- 5
sitiuum,& sic Canonicum;si non sit irrationabilis,
seu reprobata,concedo,si sit irrationabilia, seu re-
probata,nego,quia tunc vtpotè irrationabilis, seu
reprobata ius Canonicum non vincit,cùm vim cõ-
suetudinis non habeat: quod autem consuetudo
contra immunitatem Ecclesiasticam sit irrationa-
bilis,patet;quia ius Canonicnm illam tanquam in- 6
iustam,& iniquam damnat, *cap.1.de consuetud.& c.*
ad nostram eod.tit.

Adde,quod tanquam iniustas,& iniquas ius Ca- 7
nonicum damnat etiam omnes leges dictæ immu-
nitati Ecclesiasticæ contrarias, vti constat ex toto
tit.*de immunit.Eccles*& docuit Bart *in l. de quibus,n.*
*4.ff.de legib.*idem etiam dicendum erit de consue-
tudine,quæ legi æquiparatur, sicuti rectè probat
Butrius *in cap.cum ex officiis,num. 30.de præscript.* &
Rochus *in cap.fin.de consuetud.num.52.*multos alios
referens.Vide Valboam *in lect.Salmat. cap. 8.de iud.*
*num.11.*Collegium Bononiense *in respons.pro libert.* 8
*Eccles.num.33.*vbi,quod in præiudicium exemptio-
nis clericalis, & libertatis Ecclesiasticæ nihil ope-
retur longissima consuetudo contraria,vel præscri-
ptio immemorabilis,rectè probat etiam ex *cap.cle-*
rici,& *ibi* gloss.*in ver.consuetudine,de iudiciis, & ex c.*
*ad audientiam,& cap.fin.de conf.*vbi gloss.declarans,
quæ sit consuetudo irrationabilis,non præiudicans 9
iuri positiuo ait esse illam,per quam aliquid intro-
ducitur contra neruum Ecclesiasticæ disciplinæ,seu
libertatis: atque ita definiuit etiam Rota in anti-
quis *decis.*10.Vide etiam Euerardum *cons.193.num.*
7.Germonium *in assert.libert.Eccles.cap.4. §. 17.* Vi-
gianum *de immunitat. Eccles. disp.2. concl.4.* Fagna-
num *in Respons. pro censura Pauli V. par. 4. fol.*
mihi 115 & alios,quos ipsi citant,& sequuntur.

Adde secundò,quod in *cap.nouerit,de sent.excomm.* 10
excom

excommunicantur, qui seruari fecerint consuetudines introductas contra libertatem Ecclesiæ. Item excommunicantur Potestates, Consules, Rectores, aut Consiliarij locorum, in quibus eæ seruatæ fuerint: Item excommunicantur, qui secundùm illas præsumpserint iudicare, vel in publicam formam iudicata scribere: & in Bulla Cœnæ *num.* 15. excommunicantur, qui prætextu cuiusuis consuetudinis contra libertatem Ecclesiasticam aliquid fecerint, & ibidem num. 19. dicitur, quod ad hoc, vt quia quomolibet se interponere possit in causis criminalibus Ecclesiasticorum, requiritur specia-
11 lis, specifica, & expressa licentia Sedis Apostolicæ; ac tandem in fine eiusdem Bullæ habetur, quod in omnibus, & singulis, quæ in illa fuerunt præmissa, nullatenus potest, aut debet in posterum præiudicari per quoscumque actus contrarios, tacitos, vel expressos, neque etiam per patientiam, & tolerantiam ipsius Papæ, quantocumque tempore continuatam; quæ verba clarissimè excludunt omnem consuetudinem contrariam, quę possit induci etiam per patientiam, & tolerantiam Pontificis. Vide etiam Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, &c. à quibuscumque præ-
12 iudicialibus, quæ incipit, *Romanus Pontifex*. Vide tandem Baldellum, qui, quod quando lex ab initio resistit alicui consuetudini inducendæ, eamque vt irrationabilem, & iniquam reprobat, non possit postea talis consuetudo ita inualescere, vt legem abroget, rectè probat *tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 39.
13 *num.* 10. & ibidem *num.* 11. ex S. Thom. 2. 2. *q.* 97. *ar.* 3. *ad* 3. rectè etiam probat, quod quoad hoc, vt consuetudo, quæ est lex non scripta, possit obtinere contra legem scriptam, debet esse inducta à multitudine, penes quam sit potestas condendi legem, & abrogandi, vel saltem debet esse permissa, & tolerata à Principe talem potestatem habente: sed certum est, quod laici non habent potestatem condendi legem contra Ius Canonicum scriptum de immunitate Ecclesiastica, & certum etiam est, quod Papa talem consuetudinem (cùm quotannis in Bulla Cœnæ grauissimè illam damnet, ac reprobet) non permittat, & toleret, ergo certum est, quod laici non possint inducere consuetudinem contra
14 ius Canonicum scriptum de immunitate Ecclesiastica: non enim consuetudo potest habere maiorem vim, quàm habeat lex, vt dicebam *cit. cap.* 1. *dubit.* 15.

SECTIO III.

Secunda difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo particularis contra Immunitatem in aliquibus Prouinciis quibuscumque non obstantibus adductis per Couarruuiam non tenet, vide auctorem diffusiùs eiusdem opinionem reiicientem.*

1 OBiicies secundò, licet respectu consuetudinis vniuersaliter clericalem exemptionem abrogantis vera sint supradicta (nam talis generalis consuetudo præ se ferret indecentiam, & irreuerentiam Ecclesiæ, & statui Ecclesiastico, adeo vt propterea nec per legem scriptam talis vniuersalis derogatio immunitatis fieri posset) tamen non videntur illa procedere de consuetudine particulari; quæ non possit introduci in certis materiis, vel causis, vel personis, vel prouinciis, &c. quia in tali casu consuetudo non semper est irrationabilis: atque ita præter Guillel. Benedictum *in cap. Raynucius, de testam. num.* 321. Tiraquellum *lib.* 1. *de retract.* §. 32. *gloss.* 1. *num.* 81. Garsiam *de nobilit. Hisp. gloss.* 9. *num.* 44. Iulium Clarum *lib.* 5. *sent.* § *fin. q.* 36. *num.* 3. Bocrium *decis.* 61. *num.* 10. Salgadum *tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 1. *præl.* 3. *num.* 118. & Ioannem de Roa *in Apol. de iur. Princip. q.* 1. *n.* 61. docet Couar. *in pract. c.* 31. *n.* 1. vbi ait, quod in aliquibus casibus consuetudo legitimè præscripta possit restringere, aut limitare clericorum exemptionem, motus ex eo, quia illa sit de iure positiuo (quamuis fateatur ibidem, id non procedere posse, nec debere, si dedecus inferret ordini Ecclesiastico) & sic defendit quandam consuetudinem Angliæ, vbi clerici cogebantur coram Iudice seculari super realibus actionibus litigare, etsi eam reprobet in personalibus.

Respondetur, opinionem etiam istam Couarr. (remotis priuilegiis à sede Apostolica obtentis, de quibus *cit. c.* 1. *dubit.* 15. *sect.* 5. *& c.* 4. *dubit.* 31. dicebam, & *sect.* 7. *&* 8. dicam) nullo pacto esse admittendam, quia expressè est contra textum *in cap. clericus, de iudic.* vbi habetur, quod clerici (maximè in causis criminalibus) in nullo casu possint ab aliquo, quàm ab Ecclesiastico Iudice, condemnari, quamuis consuetudo Regia habeat, vt fures v. g. à Iudicibus laicis iudicentur, quæ verba apertè probant, etiam particularem consuetudinem non posse clericali priuilegio ex parte derogare: dicendum igitur est, omnem consuetudinem, siue generalem, siue paricularem, libertati Ecclesiasticæ contrariam esse irrationabilem, vtpote vtramque iure reprobatam, libertatem hanc consuetudine contraria etiam ex parte derogati; quod patet etiam ex omnibus decretis Canonicis; siquidem reprobando loquuntur de consuetudinibus particolaribus: atque ita etiam sæpe Pontifices, & Concilia declararunt, vti constat ex *cit. c. clerici, & ex c. nouit a, c. placuit, c. si clericus, c. si quis ex fratribus, & c. peruenit* 11 *q.* 5. & docent Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 31. *num.* 14. *& seqq.* Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *q.* 1. Valboa *in lect. Salmat. cap* 8 *de iudic.* Castrus Palaus *tom.* 2. *disp. vnic. punct.* 12. *num.* 2. *&* 3. & Bonacina *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 20. *punct.* 3. *num.* 10.

SECTIO IV.

An valeat Consuetudo, quod Clerici conueniantur in Curia Seculari pro debitis regalibus? Vbi etiam de feudis, & decimis.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, quod Clerici conueniantur in Curia seculari pro debitis regalibus non valet.*
2 *Clerici per sacros Canones sunt exempti à Iudice seculari in quocumque negotio, etiam in ciuilibus.*
3 *Omnes causæ ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes coram Ordinariis locorum dumtaxat cognosci debent ex Concilio Tridentino.*
4 *Iura declarant causas in quibus Clerici pro ciuilibus possunt conueniri coram Iudice seculari, inter quas non numerantur debita regia.*
5 *Consuetudo cognoscendi Clericos Debitores Regios*

per

per Regios ministros non videtur per se mala; si bona regalia concedantur Clericis sub ista conditione.

6 *Ecclesiastici habentes feudum à Rege, tenentur ratione feudi præstare Regi opem, & auxilium in Bello secundum feudorum conditionem.*

7 *Ecclesiastici non tenentur simul cum Rege ire ad bellum, quia id Ecclesiasticos dedecet; atque adeo in concessione feudi non censetur inclusum.*

8 *Ecclesiastici feudatarij Regis quamuis teneantur Regi obedire, non tamen ei, magis quam Papæ obedire debent.*

9 *Ecclesiastici tenentur prius obedire Metropolitano quam Regi.*

10 *Maius est vinculum spirituale, quam temporale.*

11 *Iuramentum fidelitatis semper intelligitur excepta auctoritate superioris in ordine maiori.*

12 *Cognitio decimarum Ecclesiæ in feudum concessarum non spectat ad Iudicem secularem, sed ad Ecclesiasticum.*

13 *Priuilegium percipiendi Decimas, vt pote exorbitans, & odiosum, extendi non debet ad cognitionem causæ.*

14 *Couarruuias & Rebuffus sunt cautè legendi, quia plus iusto inclinant in fauorem Principum secularium cum præiudicio Ecclesiasticæ libertatis.*

15 *Summus Pontifex non censetur, ius decimandi laicis concedens eiusdem iuris cognitionem à se abdicare, nisi aliud in contrarium euidenter appareat.*

16 *Quæstio decimarum quando est de facto, non autem de iure potest cognosci etiam per Iudicem laicum, vide casus contingentes, ibi, & sic est causa mixti fori.*

17 *Quæstio decimarum in sententia nonnullorum licet sit de facto spectat tantum ad Iudicem ecclesiasticum.*

18 *Ius decimarum non est ciuile, & profanum, sed Ecclesiasticum, & spirituale.*

29 *Causa spiritualium etiam cum quæstio est facti, ad Ecclesiasticum Iudicem solum spectat.*

20 *Quæstio decimarum quando est de iure tantum ad Iudicem Ecclesiasticum spectat.*

1 EX dictis sequitur contra Antonium Ripol. *de iurisdict. omn. Iud cap. 1. num. 17 & num. 182.* non
valere consuetudinem, quod clerici conueniantur
2 in Curia seculari pro debitis regalibus; cùm clerici
per sacros Canones simpliciter, & absolutè sint exempti à Iudice seculari in quocumque negotio, etiam in ciuilibus, *c. nullus clericus 11. quæst. 1.* ibi: *Omne negotium clericorum in Episcopi sui*, &c quapropter,
si omne negotium clerici agendum est coram Episcopo, agendum etiam erit coram Episcopo negotiũ
clerici debitoris Regis; tum quia in Tridentino *sess. 24. de reformat. cap. 20.* habetur, quod omnes causæ
3 ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinẽtes, coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, sed causa clerici debitoris Regis pertinet
ad forum Ecclesiasticum (cùm ex dictis clericus, etiam in ciuilibus, gaudeat priuilegio, vt patet ex *cap. nullus Episcopus*, ibi: *Neque pro ciuili causa*, &c.) ergo
dicta causa clerici debitoris Regis ex Tridentino
cognoscenda est coram Ordinariis locorum. Accedit, quod iura declarant causas, in quibus clerici pro
4 ciuilibus possunt cõueniri coram Iudice seculari (vt
patet ex *cap. transmissa, & cap. vtrum de foro compet.*)
& inter dictas causas non numeratur causa clerici
debitoris Regis, ergo, &c.

5 Nisi forsan dicas cum Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 14. num. 13.* & aliis, quod bona regalia,
quando conceduntur clericis, sub ista conditione
concedi censeãtur; & ratio esse potest, quia cùm talis conditio non sit per se mala; potuit voluntarie
apponi, atque adeo erit seruanda, *cap. verum, de foro compet. & cap. verum, de conditione apposita*, & ibi Doctores.

Confirmari potest à simili; quia Ecclesiastici ha- 6
bentes feudum à Rege, tenentur ratione feudi præstare Regi opem, & auxilium in bello, secundùm
feudorum conditionem; quia sic ipsis concessum
censetur feudum, sicuti docent Olibanus *de iure fisci cap. 8. num. 2.* Carolus Degrassalius *Regalium Franciæ lib. 2. iur. 14* Mattha *de iurisd. par 4. cent. 1. cas. 18. n. 26.* Intrigliolus *de feudis, q. 30. n. 24.* & Petrus
de Gregorio *tract. de concess. feudi, par. 8. q. 2. ver. tertiò limito*, ergo sic, &c.

Vnde tamen non inferas, quod Ecclesiastici te- 7
neantur simul cum Rege ire ad bellum; quia id Ecclesiasticos dedecet; atque adeo in concessione feudi nõ cẽsetur inclusum (quidquid in contrariũ dixerit Petrus Antibolus *de muneribus par. 3. numer. 97.*
to. 12. contractuum, fol. 28. col. 2. & Lancellot. *in templo* 8
Iudicum lib. 1. cap. 2. de Rege, §. 3. num. 9.) quamuis teneantur, vtpotè feudatarij, obedire Regi; nõ tamen
prius Regi, quàm Papæ, vt falsò dixerunt Olibanus
vbi supra, cap. 10. num. 6. & Degrassalius *iur. 13.* quin 9
tenentur obedire prius Metropolitano, quàm Regi, 10
vt rectè docet Mattha *in loco supra cit. num. 13.* & ratio est, quia maius est vinculum spirituale, quàm
temporale, *cap. solitæ de maior. & obed.* Nec obstat iuramentum fidelitatis directo domino præstitutum; 11
nam semper intelligitur excepta auctoritas superioris in ordine maiori.

Confirmari potest secundò è contra, quia si quid
Ecclesiæ, verbi gratia, decimæ sunt secularibus in 12
feudum concessæ, cognitio de iis non pertinet ad
Iudicem secularem, sed ad Ecclesiasticũ, sicuti Conar. *pract. qq. cap. 35. num. 2.* & Rebuffum *tract. de decimis quæst. 10 num. 39.* docent communiter Doctores, Azorius *par. 1. lib. 7. cap. 26. quæst. 3.* Fagundez
præcept 5. lib. 3. cap. 5. num. 5. & alij, quos ipsi citant, &
sequuntur: & ratio est, quia adhuc feudum ipsum
oritur ex iure decimarum, quod est Ecclesiasticum,
& spirituale; ergo sic è contra.

Adde, quod priuilegium percipiendi decimas
(vtpote exorbitans, & odiosum, cùm sit in præindi- 13
cium Ecclesiasticæ libertatis) extendi non debet ad
cognitionem causę, nisi id exprimatur: quare meritò 14
Conar. & Rebuffus, vt alibi dicebam, sunt cautè legendi; quia plus iusto inclinant in fauoré Principum
secularium cum præiudicio Ecclesiasticæ libertatis
sicuti præter alios notauit Suarez *de relig. to. 1. lib. 1. de diuino cultu, cap. 38. num. 16.*

At dato, quod esset vera opinio Couar. & Rebuffi sequitur saltem, quod in tali caso non solum
laicus, sed etiam Ecclesiasticus Iudex, posset causam,
decimarum cognoscere, & definire; sicuti notauit
Moneta de decimis *cap. 8. q. 1. num. 15.* & ratio est, 15
quia non censetur Summus Pontifex, aut Ecclesia,
ius decimandi laicis concedens, eiusdem iuris cognitionem, alias sibi de iure competentem, à se in
dubio abdicare voluisse, nisi aliud in contrarium euidenter appareat; cùm id, vt supra dicebam, sit
quid à iure exorbitans, & odiosum. Itaque in tali
casu cognitio decimarum ad Summum esset mixti
fori.

Si quæstio tamen decimarum esset facti; verbi 16
gratia an Titius perceperit, vel soluerit, vel percipiat, vel soluat decimas, ad effectum quoque, vt is
(de quo non dubitatur, quod de iure soluere decimas debeat) cogatur eas soluere Ecclesiæ, eiusque
Rectori; vel si conductor decimarum laicus ad eas
soluendas coram Iudice conuenitur, vel si agitur
contra

contra tertium detentorem decimandorum fructuum, vel tãdem si agitur de restitutione decimatum, vt si furto ablatæ essent, aut venditæ, aut in alios vsus tẽporales cõuersæ, &c. in tali casu Iudex laicus etiam potest cognoscere: nam quæstio tunc, licet sit de decimis, est tamen quæstio facti, & sic est causa mixti fori, sicuti ex communi docet Gutier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 2. num. 35. & pract. q. lib. 3. q. 26. num. 10.* Germonius *de sacr. immunitat. lib. 3. cap. 19. n. 84. & 99* Moneta *de decimis cap. 8. q. 1. num. 1. & 5.* Fagundez *præcept. 5. lib. 3. cap. 5. num. 1. & 2* & alij apud ipsum: quamuis Azor. *par. 1. lib. 7. cap. 36. q. 5.* & Homobonus *de exam. Eccles. par. 2. tract. 8. cap. 8. q. 24* ex Bald. Fulgos. Facchin. & aliis non improbabiliter asserant, quod etiam in tali casu, quando scilicet est quæstio facti, solùm Ecclesiasticus sit Iudex
17 competens; & ratio esse potest; quia etiam in tali casu causa ortum habet ex iure decimarum, quod
18 non ciuile, & profanum, sed Ecclesiasticum, & spirituale est, & causa spiritualium, etiam cùm quæ-
19 stio est facti, ad Ecclesiasticum Iudicem solum spectat; ergo, &c.

Dixi, si quæstio est facti, nam si sit quæstio iuris
20 v. g. ad quamnam Ecclesiam pertineat ius decimarum quonam titulo percipiãtur decimæ; sitne quis priuilegiatus, seu exemptus à decimis; item si agatur de modo decimandi, de tempore, &c. certum est, quod pertineat solùm ad Iudicem Ecclesiasticum, vt ferè apud omnes in confesso est.

Sed circa præsentem quæstionem, & alias quæstiones de decimis, præter citatos Doctores vide Tanoerum *in 2. 2. disp. 5. q. 3. dub. 2.* & Ceuallos *de cognit. per viam violen. par. 2. quæst. 25. per totam*: vide etiam, quæ dicentur *infra c. 10. dub. 4. & 5.*

SECTIO V.

Tertia difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo mixta Clericorum, & laicorum contra Immunitatem Ecclesiasticam reprobatur, etiam si ea sit particularis, & non vniuersalis.*

2 *Consensus Clericorum cum sit in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis, nihil operatur.*

3 *Nulla consuetudo Iuri Canonico derogans potest esse sine consensu summi Pontificis.*

4 *Consuetudo communis tunc Clericos ligat, si non sit præiudicialis iuri Canonico, vel dummodo adsit consensus Pontificis expressus, vel saltem implicitus.*

5 *Consensus quando non est prudens, & honestus in Principe non præsumitur.*

6 *Priuilegium clericale, sicut nulla consuetudine, ita nulla præscriptione diminui potest, licet quantacumque immemorabili.*

7 *Præscriptio numquam potest procedere sine bona fide.*

8 *Præscriptiones particulares iustificari non possunt per tacitum consensum Pontificis, quia id est mere figmentum.*

OBiicies tertiò; interdum fieri potest, quod cõsuetudo sit, non solùm laicorum, sed etiam clericorum (vt si hi in quibusdam casibus non coactè, sed liberè laicorum consuetudinem obseruent, eorum iudicia adeundo, vel tributa soluendo, &c.) & tunc consuetudo erit mixta, seu communis laicis, & clericis; atque adeò in Ecclesiasticos etiam vim habebit. ita Salgad. *loc. supra cit. num. 157.* ex Couarruuia, qui *in pract. dict. cap. 31.* docet in tali casu consuetudinem particularem posse propter rationem dictam Ecclesiasticæ libertati derogare, si aliàs illa sit rationabilis.

Respondetur, & opinionem istam nullo modo esse admittendam; quia consensus clericorum in 1
tali casu, cùm sit in præiudicium Ecclesiasticæ libertatis, nihil operatur: est enim priuata quædam 2
renunciatio priuilegij in præiudicium status clericalis, cui primò, & per se priuilegium competit, & sic omninò inefficax, sicuti dicebam *dubit. 13. & cap. 1. dubitat. 14.* tum quia tali consensui clericorum non assistit expressus, vel tacitus consensus Pontificis, sine quo nulla potest esse consuetudo iuri Canonico derogans, vt supra etiam dicebatur. 3
Vnde quando dicitur, consuetudinem clericis, & laicis communem clericos etiam ligare, intelligen- 4
dum est id de consuetudine, quæ non præiudicat sacris Canonibus, vel dummodo adsit consensus Pontificis expressus, vel saltem implicitus, qui in materia iurisdictionis non facilè præsumitur, cùm materia iurisdictionis sit valde odiosa. Adde, quod in tali casu non potest censeosus sine magna causa prudenter, & honestè dari: at quoties cõsensus non est prudens, & honestus, in Principe non præsumitur: ergo, &c. Vide Suar. *contra Regem Angl. lib. 4. cap. 14. num. 13.* & Valboam *in loco supra* 5
cit. & in c. 1 de foro compet. n. 6.

Et quod dixi de consuetudine, intelligo etiam 6
de præscriptione: sicut enim nulla consuetudine priuilegium clericale diminui potest, sic nec præscriptione, licet quantumcumque immemorabili: Ratio, quia laicus est incapax, & sic nõ potest possidere, atque adeo non potest contra immunitatem præscribere, vt patet ex *cap. causam, de præscript.* Ad- 7
de, quod semper in tali casu propter rationem dictam deest bona fides, sine qua numquam potest procedere præscriptio: atque ita docent Beltran. de Gueuara *in propugn. Eccles. libert. assert. 1. §. 7. num. 37.* Vigianus *de immunit. Eccles. disp. 2. concl. 4.* & alij contra Petrum de Vries *in otio æstiuo par. 1. numer. 98.*

Neque dicas, consuetudines, vel præscriptiones 8
istas particulares iustificari per tacitum consensũ, & tolerantiam Pontificis: nam (præter ea, quæ supra dicebantur) adesse talem consensum, est merum figmentum, vt rectè dixit Rota *decis. 16. de consuetud. in antiq.* &c docet Surdus *cons. 301. num. 57.* Barbosa *de iure Eccles. lib. 1. cap. 39. num. 195.* & alij, quos adducit, & sequitur Bellettus *in disquis. cler. par. 1. tit. de fauore Cler. pers. §. 3. num. 3.* & meritò, quia Pontifex tantum abest, quod implicitè in illas consentiat, vt potius singulis quibuscumque annis in Bulla Cœnæ expressè eas, tanquam corruptelas, & abusus, reprobet, vt ibi videre est, & in Rota Romana coram Pegna in vna Oscen. Canon. die 1. Decembris 1595. vide, quæ dicentur *infra sect. 6.* & Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium, &c. quæ incipit: *Romanus Pontifex.*

SECTIO VI.

Quarta difficultas, eiusque solutio:

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex non tolerat particulares Consuetudines Immunitati contrarias tolerantia approbatiua*

na, sed tolerantia permissiua ad euitanda maiora mala.

2 *Tolerantiam allegari impedit Bulla Cœnæ quotannis repetita.*

3 *Simplex tolerantia, quando Princeps non potest commodè prouidere, non satis est ad dispensandum.*

5 *Iudices laici aduocantes ad se causas Ecclesiasticas non excusantur à peccato, & censuris ex tolerantia summi Pontificis, item dic de similibus casibus.*

6 *Simplex tolerantia, saltem cum superior commodè obstare non potest, consensum non indicat, & priuilegium non inducit.*

7 *Tolerantia summi Pontificis circa id non datur, cum quotannis reclamet in Bulla Cœnæ.*

8 & 9 *Cõsuetudines aliquæ particulares, si sciẽter à summo Pontifice tolerentur non obstante Bullæ publicatione, non sunt reprobandæ, si ex certis signis mens Pontificis dignoscatur. Sed res est plena scrupulis, cum verba Bullæ sint clara, & extet etiam Bulla Vrbani VIII. super præseruatione iurium.*

OBiicies quartò; Summus Pontifex scit, & tolerat istas particulares consuetudines, ergo tacitè in illas consentit: ita etiam Salgad *loco supra cit. num.* 139.

1 Respondetur: distinguo antecedens: tolerat tolerantia approbatiua, nego; tolerantia permissiua, ad euitanda scilicet maiora incommoda, concedo: ergo implicitè in illas consentit, nego consequentiam; maximè, quia, sicuti dicebam, quotannis in Bulla Cœnæ cum amplissimis clausulis coram Principum Oratoribus reuocat omnes consuetudines, quæ sũt contra immunitatem Ecclesiasticam: atque ita docent communiter Doctores *lib. de Parlamentis Dubit.* 15 citati, quibus nunc addo Azorium *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. Filliucium *to.* 1 *tract.* 16 *cap.* 10. *num.* 156. Pesantium *de immunit. Eccles. disp.* 3. *num.* 2. Alterium *de censur. to.* 1. *lib.* 5. *disp.* 16. *cap.* 1. Acostam *in Bullam Cruciata q.* 79. Bellettũ *in disquis. cler. par.* 1. *tit.* 3. §. 3. Martham *de iurisd. par.* 4. *cent.* 2. *cas.* 102. Comitolum *in tract. Apolog contra* Venetos *cap.* 3. *nu.* 8. Vigianum *tract. de libert. Eccles. disp* 2. *concl.* 3. *& disp.* 3. *consil.* 1. Vgolinum *in respons ad Iurisconsʃ. Gymnasij Patauini, cap.* 7. Tannerum *in* 2. 2. *disp.* 5. *quæst.* 5. *dub.* 4. *numer.* 132. Bonacin. *de cens. disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 2. Franciscum Souzam *contra Venetos fol. mihi* 72. Baldellum *in disp. Theol. to.* 1. *lib.* 5. *disp.* 39. *num.* 11 Malderum *in par.*
2 1. *quæst.* 96. *ar.* 4. vbi ait. *Sanè nè tolerantia quidem Papæ allegari potest in defensionem consuetudinis: impedit enim Bulla Cœnæ quotannis repetita, quæ disertè resistit einsmodi consuetudini, aut verius corruptelæ: & multò minus præualere potest via præscriptionis, quia propter eandem causam numquam nititur in bona fide.* Idem tradit Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 10. *num.* 1. & Vigianus *vbi supra fol. mihi.* 43. vbi asserit: *Cùm quotannis Bulla Cœnæ excommunicet Magistratus, persuasissimum cuique esse debet, Summum Pontificem hanc consuetudinem, quã corruptelam vocant, æquo animo non sufferre; & consequẽter neque expressè, neque tacitè in eam consentire.* Idem docent Barbosa *in collect. lib* 1. *Decret. tit.* 2. *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit. num.* 25. Fagnanus *in tract. de instit. censur. Pauli V. par.* 4. *fol.* 116. Philiarchus *de of-*
3 *fic. Sacerd. par* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. & ratio est (quam affert Suarez *de legibus lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 11.) quia tolerantia sola, quamuis supposita scientia, non indicat sufficienter consensum: multa enim per patientiam tolerantur, quæ non approbantur, iuxta cap. *cùm iamdudum, de præbend.* quapropter dixit Filliucius
4 *vbi supra*, quod simplex tolerantia (quando scilicet Princeps non potest commodè prouidere) non satis est ad dispensandũ, ex *c. denique, dist.* 4. Et Sued. *to.* 3. *cons.* 301. *num.* 57. asseruit, tolerantiam Papæ in his, & similibus casibus non esse approbatiuam, animo inducendi, vel confirmandi consuetudinem, sed potius, vt scandalum vitetur, quod & postea docuerũt Collegium Bononiense *in respons. pro libert. Eccles. n.* 57. & alij Doctores *in locis supra cit.*

Ex quibus sequitur, quod Iudices laici auocan- 5
tes ad se causas Ecclesiasticas (idemque dico de similibus casibus contra immunitatem Ecclesiasticam) non excusentur, à peccato, & censuris, ex tolerantia Summi Pontificis; quidquid in contrarium dicant Coriolanus in Bullam Cœnæ circa finem, & alij, quos citat, & sequitur Ceuallos *in tract. de*
cogni. per viam violent. gloss. B. num. 42. quia (vt supra 6
dicebam) simplex tolerantia, saltem cùm superior commodè obstare non potest, consensum non indicat, & priuilegium non inducit, *cap iamdudum, de*
præbend. Accedit, quod in casu nostro neque adsit 7
tolerantia, cùm Summi Pontifices in Bulla Cœnæ Domini quotannis excludant omnes prætextus. Vide præter Doctores supra citatos, Bonacinam *in Bullam Cœnæ to.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 15 *punct* 4. §. 2. *num.* 5. Vide etiam, quæ dicebantur *lib. de Parlament. cit. dubit.* 15 *& supra cap.* 1. *dubit.* 15. *sect.* 5. *&* 6. *& cap.* 4. *dubit.* 31. ac tandem cit. Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, &c. à quibuscunque præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex.*

Non nego tamen, quod si Pontifex reuera scit, 8
& tolerat consuetudines aliquas particulares contra immunitatem Ecclesiasticam) quod ex rationibus, & signis satis fundatis colligendum est) nõ sint illæ (non obstante publicatione Bullæ Cœnę, quæ fit quotannis) reprobandæ, & damnandæ, sicuti colligitur ex dictis *supra sect.* 5. & docuerunt Molin. *de inst. & iur to.* 3. *tract.* 2. *disp.* 270. *num.* 5. Vasq. *opusc. de restit. cap.* 6. §. 1. *num.* 33. Lessius *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 5. *n.* 39. Turrian. *in* 2. 2. *to.* 2. *disp.* 14. *dub.* 4. *num.* 12. Salas *de legib. q.* 96. *tract.* 14. *sect.* 11. *numer.* 121. Malder. *vbi supra*, & alij. At quoniam verba Bullæ sunt satis clarè
in oppositum, & in dubio semper pro Ecclesia stan- 9
dum est, erit saltem res scrupulis plena, præsertim post prædictam Bullam Vrbani VIII. quapropter videant Principes, & iurisdictionis laicalis ministri quid faciant: nam de æternitate agitur, & de momento, vnde ipsa pendet æternitas.

SECTIO VII.

Quinta Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Constans fama priuilegij, & traditio æque antiqua, & immemorabilis, quod præcesserit priuilegium, coniuncta cum consuetudine immemorabili contra Immunitatem, non est reprobanda; si traditio integre probetur.*

2 *Summus Pontifex potest ex iusta causa in parte aliqua per priuilegium alicui concessum derogare Ecclesiasticæ Immunitati.*

3 *Laici virtute priuilegij summi Pontificis capaces sunt Ecclesiasticæ Iurisdictionis secundum limites concessionis.*

4 *Summus Pontifex potest tollere huiusmodi consuetudinem legitime præscriptam, sicut potest reuocare priuilegium, in quo ea fundatur.*

Exemptionem

5 *Exemptionem Ecclesiasticam conseruare, eandemque diminutam reintegrare pertinet ad Clauem supremæ spiritualis Iurisdictionis.*

6 *Non obstans concordata inter Prælatos Ecclesiæ, & Principes sæculares.*

7 *Consuetudo prædicta etiam immemorabilis cum constanti fama priuilegij reuocatur quotannis per Bullam Cœnæ.*

OBiicies quintò; adest in nostro casu consuetudo coniuncta cum fama priuilegij, quæ fama vaga, & incerta sufficit; ergo.

Respondetur primò: nego priorem partem antecedentis.

Respondetur secundò: transeat prior pars Ante-
1 cedentis; de qua te videri ot ij, qui eam asserunt: at
nego posteriorem partem illius; si simpliciter procedat: nam quod in illa asseritur, verum tantum est, si cum consuetudine immemorabili coniungeretur constans fama, & traditio æque antiqua, & immemorabilis, quod scilicet præcesserit priuilegium, & præterea talis traditio integrè probaretur, sicuti dixit Suarez *contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 34. n. 17.*
2 & rectè, quia Summus Pontifex, vtpote supremus
Ecclesiæ rerum administrator, per speciale priuilegium, ob iustam causam datum alicui Principi, aut Magistratui sæculari, potest ex parte aliqua derogare Ecclesiasticæ exemptioni, etiamsi de iure diuino illa sit, vt supra dicebam, vt proinde virtute
3 talis priuilegij laici capaces sint iurisdictionis in
Ecclesiasticas personas, secundùm limites concessionis. quapropter si accidat, titulum priuilegij, vel concessionis modò exhiberi non posse; si tamen constans semper fama, & traditio fuerit de accepto priuilegio, idcoque laici iurisdictionem aliquam in clericos exercuerint, fundantes se non in mera consuetudine, quippe quæ iuribus reprobata est, sed in titulo rationabiliter, ac bona fide præscripto, tunc præscriptioni locus sit per tempus, cuius memoria non extat; sicuti dicebam *cap. 1. dub. 15. sect. 5. & 6.* & docent Suarex *cit. num. 17.* & cæteri Doctores in materia de vsucapione, & præscriptione.

Id tamen interim fatendum est, talem nihilo-
4 minus immemorabilem, & legitimè præscriptam
consuetudinem posse à Summo Pontifice tolli, ac reuocari: nam cùm præscriptio aduersus Ecclesiasticam libertatem, vt legitima sit, fundari debeat in gratia, & priuilegio Pontificis, consequens est, quod sicuti priuilegium à Pontifice reuocari potest, vt infrà dicetur, ita etiam reuocari possit præscriptio, ex præsumptione priuilegij vim suas accipiens, sicuti rectè dixit Suarez *loco supra citato num. 18.*

Adde, quod exemptionem Ecclesiasticam con-
5 seruare, eandemque diminutam redintegrare, per-
tinet ad clauem supremæ spiritualis iurisdictionis, à Christo beato Petro, eiusque successoribus datæ; contra quam supremam potestatem in spiritualibus nunquam vlla præscriptio fieri potest, sicuti docet Innoc. *in cap. 2. de postul. Prælat.* & in hoc Doctores conuenire testatur Aym. Crauetta *de antiq. tempor. tom. 2. tract. iur. fol. 170.*

Neque obstat, quod concordata super ea re in-
6 ter Ecclesiæ Prælatos, & Principem sæcularem edi-
ta, atque Summi Pontificis consensu, & auctoritate confirmata sint, vt dicam *infrà sect. 10.*

Respondetur itaque ad argumentum. Primò, nego priorem partem antecedentis.

Respondetur secundò: transeat prior pars antecedentis. At nego posteriorem partem illius, si simpliciter procedat; quia simul cum consuetudine immemorabili requiritur constans fama, ac traditio æquè antiqua, & immemorabilis de accepto priuilegio: quæ omnia in casu nostro non contingunt.

Respondetur tertiò; esto, adsit talis fama, & tra- 7
ditio, & sic præsumatur tale priuilegium à Pontifice olim concessum: at nunc (vt mox *infra ad 6.* dicetur) reuocatur priuilegium istud per Bullam Cœnæ; cùm illa quotannis priuilegia omnia, quæ sunt contra immunitatem Ecclesiasticam, reuocet. Vide *cit. c. 1. dub. 15. sect. 1. & 6. & cit. c. 4. dub. 31.* & cit. Bullam Vrbani VIII. super præseruatione, &c. quæ incipit: *Romanus Pontifex.*

SECTIO VIII.

Sexta difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex potest per priuilegium aliquod particulare derogare ex parte libertati Ecclesiasticæ.*

2 *Hispaniarum Reges dicuntur habere priuilegium à Summo Pontifice circa Tribunal, quod nuncupatur* de la fuerza.

3 *Reges Galliarum ex priuilegio Summi Pontificis dicuntur in quibusdam casibus cognoscere Clericos, & conferre Canonicatus, & beneficia.*

4 *Respublica Veneta ex priuilegio Summi Pontificis dicitur in aliquibus casibus procedere contra Clericos.*

5 *Summus Pontifex reuocat coram horum Principum Oratoribus quotannis dicta priuilegia, quæ olim concessa dicuntur.*

6 *Iudices Galliarum, qui cognoscere, & iudicare solent Clericos super quibusdam casibus non incidunt in Bullam; quia priuilegia ista per viam remunerationis sunt concessa.*

7 *Legislatoris mens, & intentio ex verbis eius colligenda est.*

8 *Summus Pontifex in Bulla Cœnæ satis declarauit se reuocasse omnia dicta priuilegia.*

9 *Priuilegium prædictum, si existat, defendi potest satis probabiliter contraria opinio.*

10 *Lex vniuersalis posterior, non derogat priuilegio speciali anteriori.*

11 *Reges Galliarum, & Hispaniarum, si reuera habent dictum priuilegium, excusari poterunt, sicut eorum ministri.*

12 *Priuilegium datum Regibus, & Iudicibus sæcularibus cognoscendi causas Clericorum, nisi reuocatum sit, excusat illos.*

13 *Priuilegia omnia verius videntur non reuocari per Bullam Cœnæ; quia rigidiora verba, quæ erant in Bulla Gregorij XIII. temperata sunt à posterioribus Pontificibus.*

OBiicies sextò, adest in casu nostro priuilegium praticulare à Summo Pontifice concessum; ergo id, quod in dicto casu fit, non est
contra libertatem Ecclesiasticam. Consequentia 1
probatur; quia Summus Pontifex potest per priuilegium aliquod particulare derogare ex parte libertati Ecclesiasticæ, sicuti supra dicebam, & docent Bañez *in 2. 2. quæst. 67. art. 1. dubit. 2. conclus. 1.* Pesantius *de immunit. Ecclesiast. disp. 3.* Io. de la Cruz *par. 1. præcept. 8. q. 3. ar. 1. dub. 1. concl. 3.* qua-
tenus aiunt, Reges Hispaniæ habere priuilegium à 2
Summo Pontifice circa Tribunal, quod nuncupatur

eupatur de la Fuerza, & docent Carolus Degrassa-
liis in Regal. Franc. lib. 2. iur. 1. fol. mihi 229. & iur. 2.
3 fol. 237. & alii, quatenus asserunt, Reges Galliæ ex
priuilegio Pontificis in quibusdam casibus co-
gnoscere clericos, & conferre canonicatus, & bene-
ficia; & docent Zenardus to. 3. c. 50. & Decianus to. 1.
4 lib. 4. c. 9. 66. Gigas, & alij, quatenus aiunt, Rem-
publicā Venetā ex priuilegio etiam Summi Ponti-
ficis in aliquibus casibus procedere cōtra clericos.
Respondetur, transeat Antecedens; de qua re vi-
5 derint Aduersari, qui asserunt: at nego Consequē-
tiam quia quamuis Summus Pontifex concesserit
olim huiusmodi priuilegia, modò coram ipsorum
Principum Oratoribus reuocat illa quotannis in
Bulla Cœnæ Domini; atque ita docet Sayrus de cen-
suris, lib. 3. cap. 25. num. 10. vbi ait: Hinc patet sine cau-
6 sa dubitasse Nauarrum, An Iudices Galliarum, qui
cognoscere, & iudicare solent clericos super quibusdam
casibus, in censuram Bullæ incidant; quia priuilegia
ista per viam remunerationis sunt concessa, & sunt pri-
uilegia immemorabilia; in qua re quidem si dubitan-
dum esset de Summi Pontificis intentione, recurrendum
7 esse censerem ad iudicium Summi Pontificis, quia tamen
Legislatoris mens, & intentio ex verbis eius colligenda
est, non opus esse puto, vt quis pro huius rei, ac dubij
8 solutione ad Summum Pontificem recurrat, quandoqui-
dem his verbis Bullæ, omnia huiusmodi priuilegia se re-
uocasse Summus Pontifex satis declarauit. Idem docet
Maynardus de priuileg. Eccles. part. 1. art. 18. numero
10. vbi asserit; Priuilegia fuerunt postea à Sum-
mis Pontificibus reuocata, & inter cæteras reuocatio-
nes illa est, quæ legitur in Bulla Cœnæ Domini, ibi:
Excommunicamus, &c. Idem docet Vgolinus in re-
ponsi. ad Iur sconsult. Gymnasij Patauini cap. 7. fol. mi-
hi 93. vbi ait: Per Bullam Cœnæ Domini, quæ singulis
annis in die Iouis Hebdomadæ Sanctæ præsentibus Prin-
cipum Christianorum Nuncijs publicatur, illa clausu-
la, non obstantibus, &c. derogat omnibus priuilegiis
contra libertatem Ecclesiasticam. Idem docent Mar-
tha de iurisd. part. 4 cent. 1. cap. 7. num. 11. Duard. in
Bullam Cœnæ lib. 3. §. 5. q. 1. num. 1. Barbosa in collect.
lib. 5. decret. tit. 2. cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut.
num. 23. Io. Beltran. de Gueuarra in propugn. Ec-
clef. libert. §. 7. numero 43 & Theologi Religionis
Seruorum in defens. censur. Pauli V. cap. 8. num. 19.
in fine.
Non nego tamen quod si reuerà extat (sicuti as-
9 seritur) priuilegium à summo Pontifice concessum,
defendi possit non probabiliter opinio opposita,
quod scilicet per bullam Cœnæ, quæ quotannis in
die Iouis Hebdomadæ Sanctæ publicatur, non re-
uocetur priuilegium à Summis Pōtificibus conces-
sum: & ratio esse potest, quia lex vniuersalis poste-
10 rior non derogat priuilegio speciali anteriori; at-
que ita præter Nauarrum in Summa c. 27. num. 71.
docet Filliucius to. 1. tract. 16. cap. 10. num. 258. vbi
11 asserit: Dixi, sub prætextu; quia si reuerà adest (vt es-
se potest) priuilegium concessum à sede Apostolica, iu-
stè excusari poterunt Reges, & Regum ministri; & in
specie Regē Hispaniarum, & Regem Galliarum habere
huiusmodi priuilegia, testantur Bannes, & Degrassalius.
Ita etiam docet Suarez contra Regem Angliæ lib. 4. c.
34. n. 29. qui ex Cardinali Bellarmino non audet
damnare vsum talium priuilegiorum, sed Apostoli-
cæ sedi negotium totum remittit: idem tradit Vas-
quez in par. 2. to. 2. disp. 167. cap. 4. n. 32. Salas de legib.
disp. 14. sect. 9. num. 108. Becan. in Summa Theolog. par.
2. tract. 2. cap. 6. q. 11. num. 2. & Malderus par. 2. q. 96.
12 ar. 4. vbi ait: Priuilegium datum Regibus, & Iudicibus
secularibus cognoscendi causas clericorum, nisi reuoca-
tum sit, excusat illos. An autem priuilegia omnia quo-
tannis reuocentur per Bullam Cœnæ, aliqui dubita-
runt, verius videtur non reuocari, quia generalia verba,
quæ rigidiora de hac re erant in Bulla Gregorij XIII.
à posterioribus Pontificibus temperata sunt. Idem tandē
tenent Molina disp. 149. Lessius de iust. & iur. lib. 2.
cap. 42. dub. 12. Fagondez de precept. Eccles. tract. 1. lib.
3. c. 7. num. 17 & alij, quatenus defendunt quasdam
contra libertatem Ecclesiasticā consuetudines vi-
gentes in Lusitania, & in Regno Castellæ, ex vi pri-
uilegij à Summis Pontificibus concessi. Vide Sal-
gad. de protect. Regia, to. 2. part. 3. cap. 10. num. 96. &
97. vide etiam eu. cap. 1. dubit. 15. sect. 5. & 6. & cit. c.
4. Dubit. 31. & cit. Bullam Vrbani VIII. super præ-
seruatione iurium, &c. quæ incipit. Romanus Pon-
tifex.

SECTIO IX.

An, & quid dicendum de Casibus Regni Galliarum priuilegiatis, & de priuilegio Monarchiæ Regni Siciliæ?

SVMMARIVM.

1 *Recensentur nonnulli Doctores, quorum aliqui probant, aliqui negant priuilegium Regum Galliarum, & Monarchiæ Regni Siciliæ, nec non pro vtraque parte dicta priuilegia esse, vel non esse reuocata asserentes per Bullam Cœnæ.*

Hinc sequitur, quod casus Regni Galliarū (quos 1
priuilegiatos vocant, & quos distinctè ponit
Chassaneus super consuetu. Burgund. rubr. 1. tit. Des
iustices, & droicts d'icelles, §. 5 vers. 5. col. à grace, num.
48. & seqq.) nec non & priuilegium Monarchiæ
Regni Siciliæ, alij defendunt, alij verò reprehen-
dunt, & damnant: defendit siquidem eos, præter
Doctores supra citatos, Antonius Bouius in Respon-
sione ad Paulum Seruitam pro censur. Pauli V. part. 4.
ad argum. 10. vbi ait: In Francia il Rè ha priuilegij
dalla Sede Apostolica, onde, se procede solo nè delitti
priuilegiati, non eccede in cosa alcuna i suoi priuilegij,
i quali se non l'hauessero ecceduto i signori Venetiani,
non sarebbe loro stata detta cosa alcuna. At repre-
hendit, & damnat eosdem, præter Doctores su-
pra citatos, Petrus Binsfeldius in commen. de in-
iuriis, & damno dato cap. 7. concl. 13. vbi inquit: Per
Bullam Cœnæ Domini videntur etiam sublati casus Re-
gni Galliarum, quos priuilegiatos appellant, in quibus
Iudices seculares in illo Regno se intromittunt, etiam pro
criminibus aliquibus contra clericos: & priuilegium
Monarchiæ Regni Siciliæ reprehendunt, & dam-
nant Baronius tom. 11. anno 1097. & Hieronym.
Catena in vita Pij V. at defendunt illud Anto-
nius Xibecca in allegationib. ad Marcum Antonium
Columnam, & Io. Beltran. de Gueuara in discursu de
orig. & vsu Monarchiæ Regni Siciliæ: qua de re vide
etiam Henriquez in Summa lib. 10. c. 28. n. 1. & lib. 2.
de Summi Pontificis claue c. 10. § 3. Bonacinam in Bul-
lam Cœnæ to. 3 disp. 1. q. 21. punct. 1. n. 24. Sebastia-
num Cæsarem de Eccles. Hierarch. par. 1. disp. 3. §. 1.
num. 9. Goffredum lib. 4. de rebus gestis Roberti Guis-
cardi cap. 29. Camillum Berellum de præstantia Regis
Catholici c. 5. per totum. Fasellum lib. 5. posterioris De-
cadis, cap. 1. Ferdinandum Matute in responso pro im-
positione gabellæ contra Messanenses, fol. 24. Ioannem
histor.

histor. Hispan. *lib* 10. *cap.* 5. Antonium Costam *lib.* 1. *consf.* 1. *num.* 75. & 85. Maurolicum *in histor. Sicil. lib.* 3. *ar.* 98. Laurentium Ananiam *in fabrica Mundi tract.* 1. *fol.* 129. *&* Cumiam *in prael. c. si aliquem* , *num.* 49. *&* 52 nam ex inductiia de meo nihil ponere volo; illud tantum monuerim, quod, ne fortè pro momentaneis rebus æternæ amittantur, videatur, cit. nouissima Bulla Vrbani VIII. super præseruatione iurium, &c. quę incipit: *Romanus Pontifex.*

SECTIO X.

Septima Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Dubium est an priuilegia concordata sint reuocata per Bullam Cœnæ Domini.*

2 *Priuilegia concordata se habent per modum contractus; & ideo non videntur reuocata, nisi exprimantur.*

3 *Priuilegia Cruciata per Bullam Cœnæ Domini, non videntur reuocata, vel suspensa.*

4 *Priuilegio Cruciata probabiliter non intelligantur reuocata, vel suspensa per iubileum anni sancti.*

5 *Priuilegia Mendicantium non intelliguntur reuocata per Bullam Cœnæ Domini , etsi solum in remunerationem concessa sint.*

6 *Priuilegia concordata ob iustam causam ad bonum publicum pertinentem, reuocari possunt, quin & aliquando debent.*

7 *Concordia in gratuitis priuilegiis fundata ex causa aliqua reuocari potest, & debet.*

8 *Concordia, quæ transiit in pactum onerosum , atque reciprocum, & sic in naturam contractus ob grauissimā causam ad bonum publicum spectantem reuocari potest, dummodo fiat parti priuilegiata compensatio.*

9 *Bonum publicum anteferri debet priuato.*

10 *Immunitati Ecclesiastica in maximum bonum Ecclesia, & quidem Diuino iure introducta summus Pontifex non potest aliquatenus renunciare sine iusta causa; alioquin irrita erit renunciatio.*

11 *Quod à principio iustum videbatur in materia concessionis iurisdictionis Ecclesiastica per Laicos exercenda tractu temporis, iniquum euadere potest.*

2 OBiicies septimò, adest in casu nostro priuilegium concordatum, seu per modum concordiæ se habens; ergo huiusmodi priuilegium saltem non est reuocatum per Bullam Cœnæ Domini; quinimmò nec potest reuocari.

Respondetur primò: nego Antecedens. Respondetur secundò: transeat Antecedens, de quo aduersarij viderint; & transeat prior pars Consequentis, quod scilicet priuilegia concordata non sint reuocata per Bullam Cœnæ Domini; sicuti contra Azorium *to.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *ver. ex dictis* , & alios videtur
2 docere Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 14.
num. 22. *&* 29. & ratio esse potest, quia illa se habent per modum contractus (vt notauit Sanchez *de matrim. tom.* 3. *lib.* 8. *disp.* 33. *num.* 10.) vnde videntur meritò non intelligi debere reuocata , nisi ex-
3 plicentur. Accedit, quia per Bullam Cœnæ Domini propter eandem rationem non intelliguntur reuocata, vel suspensa priuilegia Cruciatæ, sicuti docent Henriquez *lib.* 7. *c.* 21. *num.* 2. Sanchez *in Summa tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 27. Fernandez *par.* 3. *c.* 9.
4 *sect.* 11. *cap.* 19. *num.* 5. *&* Duardus *in Bullam Cœnæ lib.* 3. §. 2. *q.* 11. *n.* 41. Immò probabiliter propter eandem rationem nec intelliguntur reuocata, vel suspensa per Iubilæum anni Sancti, sicuti contra Nauar. *not.* 33. *num.* 3. Fabrinum *de Iubilæo cap.* 21. & Lopez *tom.* 2. *cap.* 10. docent Henriq. *vbi supra num.* 3. Bonacina *de legib. disp.* 1. *q.* 3. *punct.* 8. §. 3. *num.* 13. Porrell. *in dub. regul. ver. Bulla Cruc. num.* 2. Salas *de legib. disp.* 20. *sect.* 10. Fernandez *in loc. cit.* §. 10. *num.* 6. Alfonsus de Leone *de Iubil. part.* 1. *q.* 6. *num.* 229. Zerola *de ann. Iubil. lib.* 2. *cap.* 19. *q.* 2. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 27. *clauf.* 12. *num.* 8 Acosta *in Bull. q.* 101. & Rodriguez *in Bull.* §. 12. *dub.* 6. *num.* 8. qui subdit, ita declarasse Clementem VIII. in suo Iubilæo anni Sancti 1600. & ita etiam declarauit Vr-
banus VIII Commissario Cruciatæ in anno 1615. 5
Item probabiliter nec intelliguntur (quod plus est) reuocata per Bullam Cœnæ Domini priuilegia Mendicantium, etsi solum in remunerationem cōcessa sint, sicuti contra Zenardum *part.* 1. *de Sacram. pœn. cap.* 24. §. 8. & contra Peregrinum *in Scholiis ad nostra priuilegia part.* 3. *tit. Bulla* Cœnæ §. 1. docent Sousa *in Bullam Cœnæ cap.* 23. *disp.* 10. *num.* 7. *& nel.* 3. Peirinus *in priuileg. Minimor. tom.* 1. *constit.* 4. *Sixti IV.* §. 5. *num.* 10. *& seqq.* Villalobos *tom.* 1. *tract.* 9. *diff.* 61. *num.* 5. Porrell. *in addit. ad dub. Regul. ver. Abbas, num.* 10. & videri etiam poterit Suarez *de Relig. tom.* 4. *tract.* 1. *lib.* 2. *cap.* 21. quapropter transeat Antecedens, & prior pars Consequentis: at nego posteriorem partem illius; quia quamuis concordata super aliqua re inter Ecclesiæ Prælatos , & Principem secularem edita, atque summi Pontificis consensu, & auctoritate confirmata sint, & sic numquam intelligantur reuocata, nisi exprimantur, ex eo , quia se habent per modum contractus, vt supra ex probabili dicebatur; quinimmò ob dictam causam reuo-
cari non debeant, nisi iusta causa sic exigit; nihilo- 6
minus ex graui causa ad bonum publicum pertinente reuocari poterunt, quin & aliquando debebunt: & ratio est, quia vel concordia ideo facta est,
vt intelligatur, quousque priuilegia à sede Aposto- 7
lica gratuitò concessa se extendere debeant, & tunc
manifestum est , concordiam in gratuitis priuile- 8
legiis fundatam ex causa aliqua reuocari posse, quin & aliquando debere: vel concordia transiit in pactum onerosum, atque reciprocum , & sic in naturam contractus, & tunc quoque ob causam grauissimam ad bonum Ecclesiæ pertinentem, reuocare illam Summus Pontifex potest , & aliquando debet, sicuti ex communi docet Suarez *lib.* 4 *de fens. fid. Cathol. cap.* 34. *num.* 24. & probatur ratione ex doctrina generali de priuilegiis , quæ per omnes Doctores licet à Principe ob merita, vel cum imposito onere alicui concessa fuerint , tamen ex plenitudine potestatis reuocari possunt , & aliquando debent, ob publicam scilicet causam , cùm bonum publicū anteferri debeat priuato , & cùm huiusmodi casus 9
in ipsa concessione, aut concordia exceptus censeatur, dummodo parti priuilegiatæ, si quod ex tali reuocatione damnum patiatur, compensatio fiat , sicuti rectè docet Suarez *loco supra cit. & lib.* 8. *de legibus, cap.* 37. *num.* 5. Baldellus *lib.* 3. *disp.* 40. & Cutellius *de Eccles. liber. lib.* 2. *q.* 96.
Adde, specialem hic rationem considerandam es- 10
se, nempe quod, cùm exemptio , seu immunitas in maximum bonum Ecclesiæ, & quidem diuino iure, saltem mediatè, seu radicaliter (vt plerique existimant, & ego supra probabam) introducta, & constituta sit, non potest ei summus Pontifex sine iusta causa aliquatenus renunciare ; alioquin irrita erit renunciatio, vel reuocari debebit.
Adde secundò, quod etsi à principio, causa sub- 11
sistente, iusta videbatur renunciatio, siue concessio

iurisdictionis in materia Ecclesiastica per laicos exerceodæ, tamen ob rerum,& temporum mutationem iniqua euadere potest, si scilicet cedere incipiat in contemptum Ecclesiastiei status, atque Ecclesiæ detrimeneum: quo itidem casu ad Summom Pontificem pertinebit reuocare concessionem: quãuis interdom ob maios malum vitandum toleret, & silentium adhibeat. Vide *lib. de Parlament. dub. 4. sect. 19. subsect. 4. & cit. c. 4. dob. 31.* & cit. Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium, &c.

SECTIO XI.

Octaua difficultas eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Princeps laicus non potest reuocare priuilegium semel Ecclesia concessum.*

2 *Summus Pontifex, quidquid fauoris, & priuilegij facit Principi laico, cum faciat subdito suo in spiritualibus, potest reuocare, Bono spirituali, seu recto regimine Ecclesia ita exigente.*

3 *Summus Pontifex per nullum contractum potest à se abdicare, vel minuere supremam potestatem, quam à Christo Domino accepit.*

4 *Omnis contractus & conuentio Pontificis cum quolibet Principe laico, cũ hac tacita conditione facta censetur, dummodo se non vergat in praeiudicium, & damnum Ecclesia.*

5 *Sixtus V. reuocauit omnia priuilegia concessa quibuscumque etiam si Pontificali, Imperiali, Regali, aut quauis Ecclesiastica, aut mundana dignitate prafulgeant, & ex quacumque causa essent concessa etiam per viam contractus, & remunerationis.*

6 *Amplia summum Pontificem posse reuocare priuilegia à se concessa, etiam si in concessione expresse profiteatur se non esse illa reuocaturum.*

7 *Summus Pontifex censetur priuilegia reuocare de facto, quando in posteriori constitutione apponit clausulas derogatorias.*

8 *Summus Pontifex semper sibi reseruat maiorem potestatem ad reuocandum, quam vmquam concedat per priuilegium.*

9 *Principes seculares, quamuis exemptio ab ipsis Clericis concessa, esset tantum de iure humano, adhuc non possunt eam amplius reuocare, quia concesserunt superiori statui.*

10 *Priuilegia semel concessa Ecclesia, vel ad pias causas non possunt amplius reuocari, quia eo ipso transeunt in ius alterius, in quem amplius non manet potestas.*

11 *Priuilegium Ecclesia à Potestate laica semel concessum, & ab Ecclesia acceptatum, inter bona Ecclesiastica connumeratur.*

12 *Concordata inter Ecclesiasticos, & seculares, etiam si in Concilio Prouinciali facta sint, nisi confirmentur à Summo Pontifice, nihil valent contra priuilegium Immunitatis Ecclesiastica, si laicis aliqua iurisdictio in Clericos concedatur.*

13 *Pralati Ecclesiasti in Concilio Prouinciali possunt nonnulla concedere laicis per viam concordia, & qua, vide diffusius.*

1 OBiicies octauò; non potest Princeps laicus priuilegium semel Ecclesiæ concessum reuocare (vti supra probabam ex communi sententia Doctorum *cit. lib. de Parlament. Dub. 27. sect. 5. subsect. 2.* & docet præter alios Abbas *in c. super in 2. de appell. n. 4.* & Soar. *de immun. lib. 4. c. 50.* ergo nec Ecclesia, seu Pontifex potest priuilegium semel Principi laico concessum similiter reuocare. Consequẽtia probatur à pari; tum quia exigit ratio, vt vtrobique seruetur æqualitas; ergo, &c.

Respondetur; concedo Antecedens: at nego cõsequentiam, & disparitas est, quia Princeps laicus si quid priuilegij, & fauoris facit Ecclesiæ per aliqua concordata, vel priuilegia, omninò id facit Superiori, & non subdito suo, & ideo manet irreuocabi-
le per potestatem ipsius: at Pontifex quidquid fauo- 2
ris, & priuilegii facit Principi laico, cùm semper id faciat subdito suo in spiritualibus, semper remanet per ipsum reuocabile, si ita postulet ratio boni cõ-
munis spiritualis, & bonum regimen Ecclesiæ: vnde
Pontifex per nullum contractum potest à se abdica- 3
re, vel minuere supremam potestatem, quàm à Christo Domino accepit, ad liberè disponendum de his omnibus, quæ faciunt ad bonam gubernationem
Ecclesiæ; sicuti notauit Felin. *in cap. nonnulli, de rescriptis,* 4
n. 8. & ideo omnis contractus, & conuentio Pontificis cum quolibet Principe laico, cum hac tacita conditione facta censetur, dummodo scilicet non vergat in præiudicium, & damnum Ecclesiæ: quæ generalis Doctrina speciali ratione locum habet in materia exemptionis Ecclesiasticæ; quia quidquid in ea remittitur ex parte Ecclesiæ, liberaliter ordinariè sine compensatione conceditur; tum quia in hac exemptione magis attendendum est bonum commune status clericalis, quàm vlla conuentio Pontificis facta cum Principe seculari: quapropter necesse est, vt conuentio semper habeat illam conditionem tacitè inclusam, nempè, *dummodò in praeiudicium, vexationem, vel vilipendium status Clericalis non cedat*: intercedente igitur simili causa poterit conuentio reuocari, & aliquando debebit; sine illa verò causa non poterit reuocari, saltem licitè; si tamen fiat, existimo factum tenere, tum propter supremam spiritualem potestatem Pontificis, quæ in se minui non potest (dummodo à Pontifice parti priuilegiatæ, si quod ex tali reuocatione damnum pariatur, compensatio fiat, vt supra dicebatur) tum quia huiusmodi priuilegia, vtpotè odiosa, sub hac forma semper concessa intelliguntur. Idemque dico de quibuscumque aliis similibus priuilegiis, &
ideo in Bulla Cœnæ anno 1586. à Sixto V. reuoca- 5
ta fuerunt omnia priuilegia concessa quibuscumque, etiamsi Pontificali, Imperiali, Regali, aut quauis Ecclesiastica, aut mundana dignitate præfulgeant, & ex quacumque causa essent concessa, etiã per viam contractus, aut remunerationis, &c. Et quoad violatores Ecclesiasticæ immunitatis ita habetur de iure communi, vt videre est *in c. cler. §. fin.*
de immun. Eccles. in 6. & *ibi* gloss. *ver. non obstantibus*: 6
quinimmò quamuis Pontifex in concessione alicuius priuilegij expressè profiteatur, quod numquam ipse sit illud reuocaturus, adhuc tamen ex dictis po-
test reuocare, cum causa; & censeri debet reuo- 7
care de facto, quando in posteriori constitutione apponit clausulas derogatorias; sicut expressè habe-
tur *in c. 1. de const. in 6.* & ratiò est, quia sẽper sibi re- 8
seruat maiorẽ potestatem ad reuocãdum, quàm vnquam concedat per priuilegiũ, ex *c. dud. §. nos igitur, de praeb. in 6.* & docent contra Rebuff. *in concordat. tit. de collation. §. insuper quaero,* & contra Gabrielem Pereiram *de manu Regia part. 1. cap. 6* ex communi Suarez *de immun. lib. 4. c. 34. num. 17.* Toscus *tom. 5. vers. libertas Ecclesiastica, concl. 342.* Baldellus *tom. 1. lib. 5. disp. 40. num. 7. & 8.* Alterius *de censur. disp. 22. lib. 5. cap. 5. in fine*, Bonacina *in Bull. Cœna tom. 3. disp. 1. quaest. 15. punct. 4. §. 1. num. 6.* & alij passim.

Hæc autem doctrina non procedit (vti *suprà* dicebam)

cebam)ex parte Principij secularis in ordine ad Ec-
9 clesiasticos, licet procedat ex parte Pontificis in
ordine ad Principes seculares; & ideo quamuis
exemptio clericorum esset tantum de iure huma-
no,adhuc non potest amplius reuocari à Principi-
bus successoribus secularibus: quapropter in vni-
uersum dicebam *supra sect.* 9. & docent Canonistæ
apud Felinum *in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 97. de
constit.& in c.nouit.de iudicijs n.6.*& Theologi apud
Azorium *to.1.lib.5.c.13.q.5.* quibus adde Gueuarã
in propugn.libert.Eccles.assert.1.§.7.n.33.& 34.&Bal-
10 dellũ *loco supra cit.l.5.disp.35.n.17.*quod priuilegia
semel concessa Ecclesiæ,vel ad pias causas,aut per-
sonis non subditis non possunt amplius reuocari;
quia eo ipso transeunt in ius alterius, in quem am-
plius nõ manet potestas;cùm non sit is,cui fit con-
cessio,subditus concedentis,&hoc tantò magis ve-
rum est, quantò priuilegia fuerunt concessa in re-
munerationem laborum, & ob merita præstita, si-
cuti in casu nostro contingit.

11 Confirmatur,quia bona Ecclesiastica iure diui-
no sunt libera,& immunia à potestate laica;sed pri-
uilegium Ecclesiæ semel concessum,& ab illa acce-
ptatum,inter bona Ecclesiastica connumeratur;er-
go non potest à Principe laico illud reuocari.alio-
quin Princeps laicus haberet potestatẽ super bona
Ecclesiastica,quæ de iure diuino,saltẽ mediatè,sunt
exempta ab omni potestate laicali, sicuti ex senten-
tia communi Doctorum *dubit.*8.probabam.

12 Cæterum aduerte hîc, concordata inter Eccle-
siasticos & seculares, etiamsi in Concilio prouin-
ciali facta sint,nisi confirmentur à Summo Ponti-
fice, nihil contra priuilegium immunitatis Eccle-
siasticæ operari; quod tamen intellige, quando
per concordiam conceditur laicis aliqua iurisdi-
ctio in clericos: nam si non conceditur iurisdi-
13 ctio, sed solùm executio,vel nudum factum (v. g.
eripere arma clericis noctu illa portantibus, vel
comprehendere clericum in flagranti crimine in-
uentum, &c. (valida erit talis concordia; quia id
non est aliquid iuris laicis in clericos cõcedere,sed
potius laicos ad exequẽdum ministros sibi assume-
re:atque ita docent Suarez *contra Regem Angliæ lib.
4. cap. 32.* & Baldellus *loco supra cit.* qui rectè ibi
subdunt,huiusmodi concordiam semper debere es-
se ab arbitrio Prælatorum Ecclesiæ dependentem.
Ratio, quia non possunt hi ius aliquod in clericos
Iudicibus laicis transferre;tum quia sic semper erit
integrum Prælatis Ecclesiæ,non obstante cõcordia
prohibere laicis, ne tales actiones in clericos exe-
quantur,quotiescumque sic expedire visum fuerit;
etiamsi concordata essent quacumque diuturna
consuetudine firmata.

SECTIO XII.

Nona difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex tenetur stare contractui etiam cum subditis.*
2 *Pontifex subditur si non iuri positiuo, saltem iuri
gentium & Diuino.*
3 *Pontifex non est Dominus mundi quoad proprietatẽ,
& non potest ab altero Dominium auferre sine causa.*
4 *Papa neque est Dominus bonorum Ecclesiasticorum
sed tantum Administrator & non ad dissipandum;sed
ad dispensandum.*
5 *Papa non potest sine causa alienare bona Ecclesiæ,
alioquin peccat.*

6 *Alienatio rerum Ecclesiasticarum facta à Papa, si
rationabili causa nitatur, est iusta, & valida.*
7 *Alienatio rerum Ecclesiasticarum de vna Ecclesia in
aliud est valida,sed non iusta,si fiat absque causa.*
8 *Alienatio rerum Ecclesiasticarum facta à Papa in
vsus profanos neque est valida, neque iusta.*
9 *Papa ex suo Contractu obligatur,item supremus Prin-
ceps,& si inuestiuit aliquem Baronia, vel Castro non
potest eũ,eiusque successores sine causa validè priuare.*
10 *Papa etiam de plenitudine potestatis non potest ab-
soluere aliquem ab obligatione, qua hic tenetur alteri;
nisi ex causa rationabili,& sic intellige Innoc.& alios.*
11 *Textus in l. bene à Zenone C. de prec. Imper. offe.l.
quoties l.venditor ff.comm.præd.declarantur.*
12 *Papa ex causa potest validè,& iustè exigere à secu-
laribus quodcumque subsidium temporale.*
13 *Pontifex tenetur stare contractui etiam cum subdi-
tis, nisi ratio aliqua suadeat in contrarium, præsertim
ratio boni communis Ecclesiæ,& status clericalis.*
14 *Princeps etiam secularis potest priuilegium subdito suo
concessum, quamuis in vim pacti transierit, reuocare,
dummodo sic exigat bonum commune Regni,& subdi-
to compenset.*
15 *Pontifex licet sine causa rationabili concordata re-
uocaret, iniustè quidem, sed validè reuocaret facta
parti compensatione, & cur.*

OBiicies nonò; Pontifex tenetur stare contra- 1
ctui,etiam cum subditis;ergo,&c. Antecedẽs
probatur,quia Pontifex subditur,si non iuri posi- 2
tiuo,saltem iuri gentium,& diuino;tum quia Pon-
tifex non est dominus mundi quoad proprietatem, 3
sicuti ex communiori tradunt glossa, & Doctores
in proœmio digestorum;in quo proportionẽ quan-
dam habet Papa cum Imperatore,qui propterea nõ
potest validè rei meæ dominium mihi auferre sine
causa,sicuti docẽt Bartol.& alij Doctores ibi,& ego 4
diffusè probabam *lib.de Parlament.Dubit.*4.quod &
verum est de Papa etiam in ordine ad bona Eccle-
siastica;quia nec istorum est Dominus Papa,sed(si-
cut &quicũq; clericus)solum administrator(quam-
uis superior)& non ad dissipandum, sed ad dispen-
sandum,vt ex communiori docuit S.Th.*in 6. quodli-
bet.ar.*12.quidquid in contrarium *in c.cùm venissent,
de iudic.*dixerit glossa, quam propterea ibi Docto-
res communiter impugnant. Vide, quæ dicebantur
*supra dubit.1.sect.5 & cit.dub.4.sect.11.subsect. 12. &
dub.24.sect.4 de Parlamentis.*

Hinc non potest Papa sine causa alienare bona 5
Ecclesiæ;quod si facit,saltẽ peccat, vti docet Arch.
12.q.2.*non licet*,& Nauarr.*comment.de spoliis clerico-* 6
*rum §.2.3.& 15.*vbi rectè distinguit,quod alia alie-
natio rerum Ecclesiasticarum facta à Papa est iusta 7
& valida, quæ videlicet rationabili causa nititur;
alia est valida,& non iusta,si absque causa res vnius
Ecclesiæ in aliam Ecclesiam, aliumve pium vsum
transferatur(quapropter si sine iusta causa Episco-
pis,aliisque beneficiatis beneficia auferantur,actus
est validus,quamuis non iustus;& sic beneficia va-
cabunt;atque adeo ab altero poterunt impetrari,ac
sine restituendi obligatione retineri) alia denique 9
alienatio facta à Papa neque est iusta,neque valida,
si res Ecclesiæ sine rationabili causa in vsus profa-
nos alienentur,vel laicis sine iusta causa donentur. 10

Hinc secundò Papa(quod etiam de supremo Prin-
cipe ex communi Doctorum sententia docet Bald.
in lib.de vsib. feud. in rubr. de natura feudi) ex suo
contractu obligatur;& sic si inuestiuit aliquem Ba-
ronia,vel Castro,non potest validè eum,eiusve suc-
cessores,sine culpa priuare:nec obstat,quod habeat

Papa plenitudinem potestatis; quia Deus subiecit ei leges, sed non contractus, ex quibus iure gentium & de iure naturali obligatur.

10 Hinc tertiò non potest validè Papa etiam de plenitudine potestatis, absoluere aliquem ab obligatione, qua hic tenetur alteri, nisi ex causa rationabili: & sic intellige Innoc. Host. & Ber. qui docent, posse Papam id efficere de plenitudine potestatis, *arg. 8 quæst. 3. per principalem C. de qua præ-*
11 *script. l. bene à Zenone C. de prec. Imper. offe. l. quoties.* Et ratio est, quia, vt supra dicebatur, ex communiori Papa non est est dominus mundi quoad proprietatem; atque adeo non potest legem condendo, aut alio modo, validè auferre mihi rei meæ dominium, sine causa rationabili, & multò minus potest Imperator; sic etiam intellige *l. venditor. §. si constat, ff. comm. præd. qui, §.* vt ait Bartolus in hac materia esse illam singularem; sic etiam intellige Panormitanum *in c. 2. de voto*, vbi ait, quod Papa auferre possit obligationem laici non subditi alicui temporaliter cõtractam ex fidei præstatione; intellige, inquam, cum causa rationabili, nõ aliter, cùm sit de iure gentium (vt habetur Clem. *Pastoralis de re iudic.*) non auferri illam alicui sine causa rationabili (sine qua nec potest validè Imperator, & multò minus Collegium Ciuitas, vel Vniuersitas) ex causa enim potest va-
12 lidè, & iustè id efficere Papa; sicuti ex causa potest & validè, & iustè exigere à secularibus quodcumque subsidium temporale, vt si verbi gratia Ecclesia inuaderetur, & aliter ipse prouidere nõ posset, &c.

13 Respondeo, distinguendo Antecedens: Pontifex tenetur stare contractui, etiam cum subditis; distinguo si ratio aliqua non suadet in contrarium, concedo; si suadet, præsertim ratio boni communis Ecclesiæ, & status clericalis, sicuti est in casu nostro, nego: quare retorquetur argumentum. Vide, quæ dicebantur *cit. dubit. 4. sect. 3. & seqq. de Parlament.*

14 Accedit, quod etiam Princeps secularis potest priuilegium subdito suo concessum (quamuis in vim pacti transierit) reuocare, dummodo sic exigat bonum cõmune Regni, & subdito compenset, quod is in pacto præcedenti ex parte sua contulerat, vt communiter dicitur in materia de priuilegiis.

15 Accedit secundò, quod Pontifex, etiamsi sine causa rationabili concordata reuocaret, licet iniustè reuocaret, validè tamen reuocaret, tum propter plenitudinem potestatis, quam habet, dummodo parti priuilegiatæ compensatio damni fiat, si quod ex tali reuocatione damnum patiatur, tum quia, vtpotè odiosa huiusmodi concordata sic facta semper intelliguntur, sicuti supra dicebatur; & ex his patet disparitas ad alia, quę in argumento adducebantur, nempè quod nec iustè, nec validè faceret Papa, si illa sine rationabili causa faceret, vel facere attentaret qua de re tamen vide, quę diffusè dicebantur *cit. dub. 4. sect. 21. per subsect. sequentes de Parlamentis.*

DVBITATIO XV.

An & quid senserit Rota Romana quoad ea, quæ dicta sunt superioribus dubitationibus?

SVMMARIVM.

1 *Sac. Rota Romana reuocauit sententiam condemnatoriã latam à Iudice Taurinensi contra Archiepiscopum Ecclesiæ Gorzenij, in qua declarabat ipsum teneri ad onera realia, ordinaria, certa, & inuariabilia ad fauorem Communitatis d. loci.*

2 *Bona Ecclesiastica ex propositione Theologorum, Canonistarum, & Iurisconsultorum immunia sunt ab oneribus & tributis impositis per Communitates & Principes laicos.*

3 *Consules, & alij Magistratus Ecclesiasticis, eorumque bonis collectas, & pedagia imponentes anathemate feriuntur ex Concilio Lateranensi.*

4 *Concilium Tridentinum innouando iura antiqua, & Bulla Cœnæ pedagia imponentes, & exigentes censuris afficit.*

5 *Constantinus Imperator Immunitatem hanc Ecclesiasticam, seu potius vsum illius exhibuit.*

6 *Nullus ex Orthodoxis Imperatoribus sublatis Ethnicis tributum de bonis Ecclesiarum exegit.*

7 *Iustinianus hanc Clericorum Immunitatem vel respectu bonorum edicto sanciuit.*

8 *Item Federicus Imperator.*

9 *Immunitas Ecclesiastica etiam respectu bonorum non à iure positiuo, & Imperatorum liberalitate, sed immediate à iure Diuino ortum habuit.*

10 *Nihil refert hanc Immunitatem respectu bonorum non legi scriptam in sacris literis.*

11 *Ioseph Prorex Pharaonis sacerdotes, eorumque agros etiam à Rege traditos in pristina libertate dimisit.*

12 *Non decet Ecclesiam Dei esse minus liberam tempore Principum Christianorum, ac fuerit tempore Pharaonis, immo ac fuerit tempore etiam Ethnicorum.*

13 *Flamines, Augures, Salij, Feciales, aliique sacerdotes vna cum bonis eorum immunes erant à Tributis.*

14 *Christus, qui est filius Regis Regum eximitur à tributo Principis, consequenter & Ecclesia, tanquam sponsa, familiaresque & domestici Christi.*

15 *Bona dum Ecclesiæ traduntur, eo ipso eximuntur à dominio, & potestate laicorum; & ex speciali iure sub Dominio Christi Domini constituuntur, non per metaphoram, sed per omnimodam proprietatem.*

16 *Christus immunis fuit à tributis, & consequenter etiam bona Ecclesiæ, quæ subsunt immediate, & proximè Domino Christi.*

17 *Dignitas Personalis Clericorum influit immunitatem in ipsamet bona, cum illa adhærent Personæ Clerici.*

18 *Persona non potest dici perfectè immunis, nisi etiam ipsius bona sint immunia.*

19 *Bona Ecclesiæ dicuntur Patrimonium Christi, non Clericorum, qui Christi famulatum gerunt.*

20 *Bona patrimonialia Clericorum existunt sub eorum dominio, quod eis competit vt Ciuibus, non autem vt Clericis, & propter sacram qualitatem cohærentem Personæ, adhuc sunt immunia.*

21 *Non obstat antiquitus aliquando Clericos soluisse tributa Principibus laicis, quia id fuit ante acceptatum Euangelium, licet iisdem de iure Immunitas competeret.*

22 *Non obstat potissimum prædicta Communitatis fundamentum, ipsa prædia affecta olim onere reali, transisse in Ecclesiam tributaria.*

23 *Primo quia probatur Ecclesia spoliata fuisse dictis bonis.*

24 *Redintegratio tantum restituere debet, quantum abstulit distractio.*

25 *Redintegratio retrahi debet perinde ac si semper penes Ecclesiam prædia permansissent.*

26 *Prædia prædicta si semper permansissent penes Ecclesiam*

Ecclesiā neque relata in Catastro, neque oneribus affecta fuissent.

27 *Bona semel à laicis etiam legitime possessa, non semper cum onere tributi in Ecclesiam transeunt.*

28 *Bona possessa ab Ecclesia iure spirituali, & dimino, vt decimæ, & oblationes, semper sunt immunia à quibuscumque oneribus secularibus.*

29 *Bona possessa ab Ecclesia concessa à priuatis, sed ad cultum diuinum, & ad officium spirituale destinata immunia sunt à tributis.*

30 *Bona possessa ab Ecclesia forte temporali, & iure ciuili immunia sunt ab oneribus impositis tempore quo penes Ecclesiam reperiuntur, non autem si tempore impositionis acquisita non erant Ecclesia.*

31 *Bartolus reprehenditur, & cur.*

32 *Conditio pōtestatiua non retrotrahitur in praeiudicium Ecclesia.*

33 *Vinculum proprie iniectum est cum collecta imponitur, & non per statutum de imponendis collectis in omnibus bonis Territorij.*

34 *Res non dicitur tributaria, nisi quando reuera, & ipso facto debita est solutio, vel contributia suis singulis temporibus.*

35 *Actus dicitur perfectus, seu consummatus tempore quo collecta imponitur.*

36 *Ecclesia & Ecclesiastici tenentur ad onera imposita priusquam bona ad Ecclesiam peruenerint, si hæc duo copulatiuè concurrant, sc. quod onera sint realia ipsis bonis infixa, & infixa bonis propter bona, non Personis propter bona, & sint perpetua, certa, & inuariabilia.*

37 *Ecclesia, & Ecclesiastici tempore, quo Imperatores erant Ethnici soluebant collectas non vt tributum, & in recognitionem Dominij, sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem.*

38 *Tributi exactio indicat superioritatem.*

39 *Ecclesia tenetur ad tributa, quæ vel ex pacto, vel ex alia causa, & conuentione Princeps infixit Prædiis, dum ea à laicis possessa sub ipsius potestate erant.*

40 *Vis Regiæ potestatis & Iurisdictionis penitus expirat, cum bona ad Ecclesiam perueniunt & res deuenit ad statum, qui incapax est illius subiectionis tributi erga Principem laicum.*

41 *Vis pacti, & contractus transit, & continuatur in quibuscumque Personis.*

Personis quibuscumque exemptis, & priuilegiatis

42 *Ecclesia, ratione, vel conditione adiecta in legato, vel in contractu, tenetur ad bonorum collectas, ad quas alias non teneretur.*

43 *Ecclesia ad doctrinam Baldi si faciat æstimum tenetur ad collectas in vim sui consensus, non ex vi iurisdictionis laicorum.*

44 *Descriptio bonorum Ecclesiæ in Catastro licet facta sit de consensu Rectoris, ipsi Ecclesia non præiudicat, nisi accedat Pontificis consensus.*

45 *Doctrina Baldi non procedit nisi data legitima descriptione in æstimo, seu Catastro, nempe accedente Pontificis auctoritate.*

46 *Solutiones pacta, quia processerunt à laicis non præiudicant Ecclesia.*

47 *Mutata Persona, mutatur status rei.*

48 *Redintegratio concessa Rectori, debet abolere quidquid post alienationem, gestum est in præiudicium Ecclesia.*

49 *Solutiones facta à Rectore non præiudicant Ecclesia, cum is non possit tollere priuilegium libertatis eiusdem.*

50 *Rector solutione per ipsum facta collectarum non obstante, non censetur priuatus sua immunitate ab ipsis collectis, & oneribus, quæ de iure sibi competit.*

Esponostvr; ita habet in vna 1
Albanensis gabellæ die 28. Iunij
1630. Iudex Taurinensis condemnat
Archiepiscopum Ecclesiæ
Gorzenij ad onera realia ordinaria
certa, & inuariabilia, in fauorem
Communitatis dicti loci pro prædiis eiusdem Ecclesiæ:
quam sententiam in hac parte omninò reuocandā
esse Domini censuerunt; quia certa est Theo- 2
lognrum, Canonistarum, & Iurisconfulto: um propositio,
quam nemo ex Catholicis audet impugnare;
bona Ecclesiastica immunia esse ab oneribus, &
triburis impositis per Communitates, & Principes
laicos: atque ita definitum est in Concilio Lateranensi
par. 1. cap. 19. & cap. 46. & habetur *in cap. non*
minus, vbi Consules, & alij magistratus, Ecclesiasti- 3
cis, eorumque bonis collectas, & pedagia imponentes
anathemate feriuntur; & *in cap. aduersus*
de immunitat. Eccles. cap. 1. & 3. eodem tit. in 6. cap.
quamquam de censib. in 6. & Clement. vnic. de immunitat.
Eccles. quæ iura innouauit Concilium Tri- 4
dent. *sess. 25. cap. 10. de reformat. & Bulla Cœnæ*
§. 18. quotannis huiusmodi pedagia imponentes,
& exigentes censuris afficit: & Constantinus Im- 5
perator palam Christianis immunitatem hanc Ecclesiasticā,
seu potius vsum illius exhibuit, vt apud
Euseb. *lib. 10. histor. Eccles. cap. 7.* & in Orat. de laudi- 6
bus Constantini videre est: & sublatis Ethnicis nullus
ex Ortbodnxis Imperatoribus tributum de bonis
Ecclesiarum exegit, vt obseruauit Baronius *to.* 7
3. Annal. sub anno 387. numer. 13. Et Iustinianus
etiam hanc clericorum immunitatem, vel respectu
bonorum, edicto sanciuit *in l. Sancimus, 20. Cod. de* 8
sacros. Eccles. & Fedet. *in auth. Item nulla Communitas,*
Cod. de Sanctiss. Episc. Nec à iure positiuo, & Impe- 9
ratorum liberalitate, sed immediate à iure diuino,
ortum habuit huiusmodi immunitas, etiam respectu
bonorum, vt disertis verbis asseritur *in cap.*
quamquam de censib. ibi; *Ecclesia, Ecclesiasticæque personæ,*
& res ipsorum non solum iure humano, quinimmò &
dimino à secularium personarum exactionibus sunt immunes.
Et in Concilio Tridentino *cit. sess. 25. cap. 10. de*
reformat. dicitur: *Immunitas hæc Dei ordinatione, &*
Canonicis sanctionibus instituta est. Quibus verbis clarè
diluitur callida quorundam interpretatio, qui
putauerunt verba illa, *de iure dimino, & humano* in
cit. cap. quamquam intelligi posse de iure positiuo,
scilicet Canonico, & ciuili.

Et nihil refert, hanc immunitatem respectu bo- 10
norum non legi scriptam in sacris literis; quia vt
iuris diuini dicatur, sufficit, quod ex testimoniis, vel
exemplis ex ipsa sacra Scriptura depromptis, vel ex
traditione Ecclesiæ deducatur, prout rectè deducitur
ex Genes. *cap. 47.* vbi Ioseph Prætex Pharaonis 11
sacerdotes, eorumque agros, etiam à Rege traditos,
in pristina libertate dimisit, quamuis reliquos totius
populi seruituti Regis subegerit: qua de re vide
Iosephum *de antiquit. Iud. lib. 1. cap. 4.* & Diodor.
in 1. lib. Histor.

Hinc rectè in cit. Concilio Lateranensi relato
in cap. non minus de immunitat. Eccles. in 6.
infertur, non decere Ecclesiam Dei esse minus 12
liberam tempore Principum Christianorum, ac
fuerit tempore Pharaonis: immò & addi potest,
ac fuerit tempore etiam Ethnicorum, qui Flamines,
Augures, Salios, Feciales, aliosque Sacerdotes 13
vnà cum bonis eorum immunes à triburis reddebant,
vt obseruat, & ad rem nostram rectè arguit
Præposit. *in cap. si tributum, n. 5. & ibid.* Cardin. 11.
q. 1. & Io. Anton. de Nigr. *in repet. Extrau. vn. n. 245.*

de vita, & honest. cleric. quod & magis patet
14 apud Matth. cap. 17. vbi Christus, qui est filius Re-
gis regum, eximitur à tributo Principis; conse-
quenter & Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ, tan-
quam sponsa, familiaresque; & domestici Christi,
prout adnotauit S. Hieronym. ibi, & S. Augustin.
lib. qq. Euangel. q. 35. Ioan. Anton. de Nigr. num. 223.
Suarez ad Regem Anglia, de immunit. Eccles. lib. 4. c. 5.
num. 12. & cap. 8. num. 16. Bellarmin. controuers. tom. 2.
lib. 1. de cleric. cap. 28. in 4. & 5. proposit. vbi pluribus
probat, tunc immunitatem esse de iure diuino;
sicut & probat Io. Montaig. de collat. Parlam. part. 2.
num. 11 Bursat. consil. 41. num. 1. lib. 1. & consil. 186.
num. 8. lib. 2. Borell. cons. 44. n. 1. Plot. in Addit. ad
vlt. consil. Laudens. num. 8. Ceuall. commun. contra com-
mun q. 899. n. 39. & 41. Cabed. decis. 83. n. 19. p. 2.
Thom. Bozz. de iure stat. Eccles. libert. lib. 3. cap. 8. Co-
mitol. respons. moral. lib. 1. c. 97. num. 6. & 7. Suarez ad
15 Regem Angl. cit. lib. 4. cap. 8. n. 9. Et bona, dum Eccle-
siis traduntur, eo ipso eximuntur à dominio, &
potestate laicorum, & ex speciali iure sub dominio
Christi Domini constituuntur, non per metapho-
ram, sed per omnimodam proprietatem, ita vt tale
dominium Christi in his Ecclesiarum bonis sit
proximum, & immediatum, illique dicatur acqui-
situm, tanquam principali domino, vt per Inno-
cent. in c. cum super, num. 2. de causa possess. & propr.
& in cap. verum, num. 2. de foro compet. Afflict. decis.
361. num. 22. & seq. Suarez cap. 17 num. 9. & cap. 18.
num. 5. & 7. & cap. 21. num. 5. & Comitol. cap. 70.
& 71.

16 Vnde si Christus immunis fuit à tributis, vt ad
literam habetur apud Matth. loco cit. & ibi notant
SS. Hieronym. Chrysost. Ambros. & alij per Suarez
cit. lib. 4 cap. 5. n. 1. in fin. consequens est, quod & bo-
na Ecclesiæ, quæ subsunt immediato, & proximo
dominio Christi, immunia sint etiam ab omnibus
tributis, vt per eundem Suarez lib. 4. cap. 18. n. 5. &
7. & c. 21. n. 5. cùm hoc sit valde consentaneum di-
uinitati, & excellentiæ personæ suæ. Accedit, quod
si bona patrimonialia clericorum, etiam laicalia,
sunt immunia ab oneribus laicalibus ob dignita-
17 tem personarum (quæ dignitas personalis influit
immunitatem in ipsamet bona; cùm illa adhæreant
18 personæ clerici; & persona non possit dici perfectè
immunis, nisi etiam ipsius bona sint immunia, vt
rectè adnotarunt Abb. Dec. Felin. & alij communi-
ter in cap. Ecclesia S. Mariæ, & in cap. quæ in Ecclesia-
rum, de constitut. Bald. in l. 2. C. de Episc. & cleric. &
alij, quos citat, & sequitur Suarez cit. lib. 4. cap. 25.
n. 4. & 5.) multò magis id locum habebit in bonis
Ecclesiæ, tum quia perpetuò sunt Ecclesiastica, &
per se ordinantur in diuinum cultum; tum quia
19 non clericorum, qui Christi famulatum gerunt,
sed ipsius Christi Domini sunt patrimonium, &,
20 vt dictum est, sub immediato dominio Dei: patri-
monialia verò bona clericorum existunt quidem
sub eorum dominio, sed hoc dominium illis com-
petit, vt ciuibus, non autem vt clericis, & adhuc ta-
men propter sacram qualitatem cohærentem per-
sonæ bona sunt immunia; quæ ratio fortiùs vrget
in bonis Ecclesiarum, vt rectè perpendit Suarez lo-
co cit. cap. 16. num. 11. & cap. 17. num. 1.

21 Nec obstat, antiquitùs aliquando clericos soluis-
se tributa Principibus laicis, & hoc fieri cessasse
iisdem Principibus indulgentibus; quoniam id ac-
cidit tempore, quo nondum Principes Euangelium
acceperant; quo tempore quidem immunitas à tri-
butis clericis competebat de iure, etsi de facto ma-
lè exigebatur; & sic immunitas est à iure diuino,
immunitatis autem vsus, seu exercitium est à san-
ctionibus Principum orthodoxorum, qui non pro-
priè Ecclesiasticis bonis exemptionem concesse-
runt, sed potiùs detexerunt, & in eam à Deo con-
cessam consenserunt, illiusque vsum, seu exerci-
tium decreuerunt: quod & indicat Iustinianus in
cit. l. sancimus 20. de sacros. Eccles. ibi: Cur enim non fa-
cimus discrimen inter res diuinas, & humanas, & cur
competens prærogatiua cælesti fauori non conseruetur:
quibus verbis satis innuit hanc immunitatem non
sua munificentia, quam in aliis rebus, & locis glo-
riosius commemorat, sed à dictamine diuino, & à
natura fluxisse. Vide Suar. cit. lib. 4. cap. 6. num. 4. &
c. 21. n. 3. & 8. & Comitolum in respons. moral. lib. 1.
cit. cap. 97. num. 11.

Nec obstat secundò potissimum communitatis 22
fundamentum, quod hæc onera olim imposita es-
sent istis prædiis, quæ posteà in Ecclesiam perue-
nerunt, & ideò transisse affecta tributaria, & cum
eodem onere ad quoscumque, quamuis priuilegia-
tos, etiam ipsas Ecclesias, iuxta Can. tributum, 23.
q. 8. quia pro Responsione duo notanda sunt, vnum
in facto, alterum in iure. In facto, quod antiquitùs 23
hæc prædia erant eiusdem Ecclesiæ Archipresby-
teri Gorzenij, & paucis solum abhinc annis di-
stracta in laicos, à quibus in catastro communita-
tis redacta sunt, detecta autem nullitate alienatio-
nis, meritò Ecclesia, ac pro ea Archipresbyter præ-
sens in iudicio spolij fuit redintegratus; & pro-
pterea vt redintegratio suum plenarium effectum
consequatur, opus est, quod Ecclesia recuperet
prædia libera à quibuscumque oneribus, prout
erant antequam ab antecessoribus distraherentur;
& consequenter reuocari debeat descriptio in Ca-
tastro, & impositio onerum, quæ tempore vsurpa-
tionis laicorum secuta sunt, tantum enim restitue-
re debet redintegratio, quantum abstulit distra- 24
ctio, l. fin. § fin. & ibi Bart. & alij, C. de sentent. pass.
l. quod si minor, § restitutio, ff. de minor. & notat Odd.
de restitut. in integr. p. 1. q. 44. art. 3. num. 23. & seq. Et 25
retrahi debet hæc redintegratio perinde ac si sem-
per penès Ecclesiam prædia permansissent, l. s.
§. vlt. ff. de quæst. l. 1. C. de sentent. pass. & tradit Baldus
in l. post editam, num. 1. C. de impuber. & aliis substit. &
Costa de retract. cap. 8. cons. 17. num. 23. quæ si per- 26
mansissent, neque relata in Catastro, neque oneri-
bus affecta fuissent.

In iure autem notandum est, quod bona semel 27
à laicis, etiam legitimè, possessa non semper cum
onere tributi, & vectigalis ad Ecclesiam transeant,
sed cum distinctione trium specierum bonorum.

Prima species bonorum est, quæ habet, & possi- 28
det Ecclesia iure spirituali, & diuino, vt decimæ, &
oblationes, & hæc semper immunia sunt à quibus-
cumque oneribus secularibus, tam præteritis, quàm
futuris; quia habet ea immediatè à Deo, nec
sunt commiscenda cum laicis, vt in Num. cap. 18.
& notant Canonistæ communiter in cap. si tribu-
tum, 11. q. 1. & in cap. secundum 23. q. 8.

Secunda species bonorum est, quæ quidem ha- 29
buit Ecclesia à priuatis, sed ad cultum diuinum, &
ad officium spirituale existunt destinata, vt situs
Ecclesiarum, & Cœmeterium pro sepulturis, hor-
tus iuxta Ecclesiam, &c. & sunt hæc pariter immu-
nia semper ab omnibus tributis, & oneribus, ne-
dum publicis, & regiis, sed etiam, quod plus est, à
priuatis, & præexistentibus, ob eorum specialem
sanctitatem, & habetur in cit. cap. secundum, 23. q. 8.
& tradit Baldus in l. omnes, num. 12. de sacros. Eccles.
Turrecremata in cap. si tributum, 11. q. 1. & in summ.
de

de Ecclef.lib.1.cap.98 ad 7.Io Anton. de Nigr. *in repet.Extrauag.vn.num.242.de vita, & honest. cleric.* & Suar.*cit.lib.4.cap.17.num.6.& 7.& cap.19.num.2. & 8.& cap.20.num.17.*

30 Tertia species bonorum est,quæ possidet Ecclesia sorte temporali,& iure ciuili,vt titulo venditionis,legati, vel alio simili, & in his etiam subdistinguendum est quòd quoad onera imposita tempore, quo penes Ecclesiam bona reperiuntur,certū sit ipsis omnino suffragari immunitatem ex dictis supra:quapropter Bart.*in l.rescripto §.fin. num.5. ff.de minor.*ingenuè fatetur,nullū dari remediūm,seu cantelam, quod clericis, seu Ecclesiis pro eorum prædiis imponatur collecta; cùm laici non possint imponere legem,per quam libertas Ecclesiastica infringatur;in quo consentiunt omnes Catholici te-
31 ste Suar.*cit.lib.4.cap.20.num.* 2. Fallitur tamen Bartolus *cit loco*, dùm subdit,posse laicos à principio efficere tributaria,& oneribus affecta omnia prædia sui territorij,ita vt prædia,quæ postea ad Ecclesias perueniūt,obnoxia sint collectis imponendis;fallitur,inquam quia indirectè permitteretur contra libertatem Ecclesiasticam,quod directè omninò prohibitum est,*cap.quæ in Ecclesiarum de Constit.*& Auth.*Cassa de sacrosf.Eccles* & licet eo tēpore,quo vniuersum territorium efficitur tributarium, prædia sint sub iurisdictione laicorum,tamen hoc tempus inspici non debet,sed illud,quo ipsę collectę imponuntur;quia tunc formam habent,& solum radicem aliquam causalem,& remotam habuerunt à statuto; quod etiam dum facit territorium tributarium pro collectis imponendis,habet tacitam conditionem si imponantur; quæ conditio,cùm sit potestatiua,
32 non retrotrahitur in præiudicium Ecclesiæ, quæ medio tempore acquisiuit non subiecta iurisdictioni laicorū; ita impugnando Bartolum arguit Bald. *in l.omnes num.12.& seqq Cod.sine cens.vel reliq. fund. compar.non poss.& in l.placet,num.* te.*Cod.de sacrosf.Eccles.& in l.neminem,& in consil.* 112.*num.* 7 *lib.*2.vbi quod Bartolus contra omnes,& non bene loquatur & illius cautela non valeat;quia nō potest considerari tributum, nisi post indictionem,& specificationem, quæ fieri non potest, postquam res fecit transitum ad Ecclesiam.Ita etiam Abb *in cap.fin.num.*13.*de vita, & honest. cleric.* Iason. *in cit.l.placet num.*21.vbi quod dictum Bartoli sit falsum,& damnatum per omnes;idemque testatur Guidopap. *quæst.* 381. Ruim*consil.*117.*num.* 8.*lib.* 4 Felin.*in cap.Ecclesia S. Mariæ,num.76.de Constit.*Plot.*in addit.ad consil.vlt.* Laudens.*num.*10.& 13.qui testatur,ita fuisse declaratum à Senatu Mediolani,Abb. *consil.*8 *num.* 4 & 5. Siluianus *consil.9.num.19.& consil.32.nu.*12. Marcambtun.*consil.40.nu.29*,vbi testatur de communi contra Bartolum,Pasech.*consil.31.num.* 8. Vegg. *consil 7 num.*11.Grass *comm.opin lib.1.cap.*18 *quæst.*2.qui testatur etiam de communi,Remig. Gonoy *de charit.subsid. quæst.* 62,*numer.*16.Card.Alban. *de immunit. Eccles.num* 92.qui ait,hanc esse opinionem Iuristarum validissimis rationibus confirmatam, & graue piaculum committere, qui contrarium docet, Ceual.*commun.contra commun.quæst.*899.*num.*72, & 106.Rimin.*iun.consil.*15.*num.*21.Azor.*par.1.lib.*5. *cap.*13.*quæst.*1.Thesaur.*decis.*134.*nu.*5.Ioannes Anton.de Nigr.*loco supra cit.num.* 190. Montalu *in foro leg.Castell lib.1 leg.2.vers.in contrarium*,Matrieu. *ad l. Hispan.l.5.l.11.gl.5.num.*5. & Gutierez *pract.qq. lib. 2.quæst.*132.*num.*5.vbi testatur de veriori, & communiori.

Nec potest dici,statuentes tunc vinculum iniecisse,cùm territorium effecerunt tributarium,&cùm iurisdictionem habebant in prædiis,quæ postea ad Ecclesiam peruenerunt, & sic transire cum onere 33
suo;quia vinculum propriè iniectum est,cùm collecta imponitur;si quidem declaratio illa de toto territorio tributario suum effectum sortitur cùm tributum imponitur,& res non dicitur tributaria,nisi 34
quando reuera, & ipso facto debita est solutio, vel contributio fuit singulis temporibus,vt post alios tradit Abbas *consil.*8.*num* 5.& 6. & tunc solum dicitur actus perfectus,seu cōsummatus,vt dixit Card. 35
Alban.*de immunit.Eccles.nu* 70.& 71.hoc autē tempore bona sunt extra iurisdictionem laicalem, & subiectum est inhabile ad recipienda onera laicalia; resque dicitur peruenisse ad casum,à quo non possit incipere.Sic Bald.*consil.*11.*num.*7.*lib.* 2. Alex. *consil.*210.*num.* 11. & *consil.*211.*num.*7. *lib.*2.Ruin. *consil.*204.*num.*12.*lib.*1.Surdus *decis.*20.*num.*8. Alba *consil.* 8. *num.* 4. & Card. Alban. *loco supra cit. num.*70.

Quoad onera autem imposita, priusquam bona 36
ad Ecclesiā peruenerint;solum ad ea tenetur Ecclesia,cùm hæc omnia copulatiuè concurrunt, quod scilicet onera sint realia ipsis bonis infixa,& infixa bonis propter bona, non personis propter bona,& sint perpetua, certa, & inuariabilia,non autem ex aliquibus causis vrgentibus,& illis cessantibus remouenda: sic communiter Canonistæ *in cap.* 1. *de immunit.Eccles.in 6* vbi præcipuè Geminianus *num.* 9.Abbas *in c.fin num.*12.*de vita,& honest.cleric.* Turrecrem. *in cap. si tributum*, 11.*quæst.*1 *vers.alia verò*, Barbar. *consil.* 1. *per totum,lib.*3.Felin *consil.* 46.*in* 4. *dub.*Niger *in repet.Extrauag.vn.de vita,& honest. cleric.num.*147.& *seqq.*Comitol.*in respons.moral.lib* 1.c. 94.*nu.*3.& videri potest decisio in Brundusina Gabellæ 13 Febr.1604.& textus *in cap.tributum*,23.*q.*8. ibi de exterioribus Ecclesiæ, quod constitutum est antiquitus(nempe illud, quod antequam ad Ecclesiam prædia peruenerint) persoluendum est;& *in cit cap tributum*, 11.*quæst.*1.*vt* ibi per Turrecrem,& per Comitolum *cit.lib.* 1. *quæst.* 93. *num* 16. Ceual. *commun.contra commun.quæst.*899. *n.*106. Montalu. *in foro.leg. Castell. l.1.dict.l.2.vers. ad quorum corroborationem*,& Suarez *contra Regem Angliæ cit.lib.* 4.*cap.* 2.*num.*13.qui etiam obseruat,ibi Vrbanum I. loqui iuxta morem sui temporis, quo Imperatores erant Ethnici; & Ecclesia nondum suam libertatem acquisiuerat ab huiusmodi tributis,in quo casu dum 37
Ecclesia soluebat collectas, non soluebat vt tributum,& in recognitionem dominij, vel superioritatis,quam indicat tributi exactio, *cap.1.de censibus*; 38
sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem;quia quemadmodum erga personas priuatas solueret census,& teneretur ad hypothecas,quæ ab eius auctoribus laicis prius essent impositæ,ita pari ratione tenetur Ecclesia ad tributa, quæ vel ex 39
pacto,vel alia ex causa,& conuentione Princeps infixit prædiis,dum ea à laicis possessa sub ipsius potestate erant; vt bene per Ioannem de Neapoli *in qq.Parisien.q.*39 *punct.*3.*ad* 4 *argum.*

Immò Card.Albanus *de immunit.Eccles.* Gutierez *pract.qq.lib.1.quæst.3.num.15.vers.præterea*,& Suarez *cit.lib.4.cap.10.num.6.quæst.11.& seq.*asserunt, tunc demum bona translata in Ecclesias retinere onus, & obligationem soluendi tributum, quando hoc tributum à Principe prius impositum fuit expresso pacto inter ipsum,& priuatos inito,vel ex peculiari dominio illius prædij, ita vt ipse in priuatos transtulerit, hac sibi reseruata pensione,censu, vel collecta,non autem si exegisset ex sola vi regiæ pote- 40
statis,& iurisdictionis: hæc enim penitus expirat,

cùm

cùm bona ad Ecclefiam perueniunt,& res deuenit
ad ftatum,qui incapax eft illius fubiectionis tribu-
ti erga Principem laicum;fecùs eft in pactis,& cō-
uentionibus per viam cootractus initis; quia vis il-
41 lorum tranfit , & continuatur in quibufcumque
perfonis,quomodocumque exemptis,& priuilegia-
tis,Felin.*in cap.Ecclefia S.Maria num.77. de Conftit.* Vegg. *confil.7 .n.5.& feqq.* Bellon. *confil.40.num.
4.& 5.* Feftus *de collect.par.4.cap.2.num.31.* Alderan.
Mafcard.*de gen.interpr.ftat.concl 1.num.* 100. Azot.
par.1.lib.5.cap.13.quaf. 1. verf. fecundò fciendum eft,
42 vbi quod ratione,vel conditione adiecta in legato,
vel in contractu Ecclefia tenetur ad bonorum col-
lectas,ad quas aliàs non teneretur,& Suarez *loco fu-
pra cit.num.6.15.& 28.*vbi refpondet ad motiuum,
quod res tranfit cum onere fuo;*& num.* 9. vbi ad-
uertit , quomodo probari poffit prædia fuiffe fub
particulari dominio Principis , vel tributum folui
ex conueotione,non autem ex folo iure vniuerfali
principatus.Ex quibus fit,quod cùm ooera,de qui-
bus agitur,nō fint antiqua,nec fint infixa , dum ad
Ecclefiam primò hæc bona tranfierunt,& conuen-
tio omninò excludatur , Ecclefia ad illa non obli-
getur.

Non obftat,hæc prædia defcripta effe in Cata-
ftro laicorum,ex quo regulatur taxa onerum , &
quod inde Aichipresbyter teneatur ad collectas
iuxta doctrinam Baldi *in Auth.fed & periculum,nu.*
43 *2.Cod.fine cenfu,vel relig.&c.*vbi ait, quod fi Ecclefia
facit æftimum,teneatur ad collectas in vim fui con-
fenfus,noo ex vi iurifdictionis laicorum. Non ob-
ftat,inquam; quia hæc defcriptio in Cataftro non
fuit facta de confenfu Rectoris , fed illorum laico-
rum.qui Ecclefiam hifce bonis fpoliarunt, vt fupra
44 dictum eft. Quin etiamfi facta fuiffet de coofenfu
Rectoris,ooo præiudicaret Ecclefiæ,fed opus fuif-
fet auctoritas,& confenfus Pontificis,ad quem fpe-
ctat communibus Ecclefiarum vtilitatibus proui-
dere, *it.cap.aduerfus de immunit.Ecclef.* & tradit Ab-
bas *ibi num.1.& 4.*& *in cap.non minus,num.8. eodem
tit.& confil.13.num.1.& 2.lib.2.* Maranta *confil.99.n.*
2.Natta *confil.203 num.4.& 5.*vbi declarat, Doctri-
45 nam Baldi procedere data legitima defcriptione
io æftimo,feu Cataftro,oempe quod acceflerit au-
ctoritas Pontificis.

46 Neque obftant folutiones pactæ ; quia vel pro-
ceflerunt à laicis , & tunc non præiudicaot Eccle-
fiæ ; laici quippe tanquam fubiecti tenebantur ad
collectas;dum verò extat perfooa immunis , ceffat
47 ratio fubiectionis , & fic etiam obligatio : mu-
tata enim perfona mutatur ftatus rei,*l.1.Cod.de im-
ponend. luc .defcr.lib.*1.Geminian.*in cit. cap.1.num.9.
de immunit.Ecclef.in 6.*Aocharan.*confil.*129. *num.* 2.
Niger.*in repetit. Extrauag.vn.de vita,& honeft.Cleric.
num.*214.Maranta *dicto confil.99.num.3.& 4.* Gutie-
rez *pract.qq.lib.1.q.3.num.15*,vbi ait, hunc effe ca-
fum,quo res ooo tranfit cum onere fuo;& vt fupra
48 dictum fuit , rediotegratio coocefla Rectori debet
abolere quidquid poft alienationem geftum eft io
præiudicium Ecclefiæ.

Quod fi folutiones prætendantur factæ à Re-
49 ctore,nec etiam præiudicant Ecclefiæ ; cùm Rector
non potuerit tollere priuilegium libertatis Eccle-
fiæ:non eoim eft beneficium perfooale,fed ipfi Or-
dini Ecclefiaftico , & ipfis Ecclefiæ bonis coocef-
fum,cui gefta priuatorum præiudicare non pof-
funt : quapropter in tali cafu opus fuiffet affeofus
Pontificis,vt dictum eft,& notat Caftr. *confil.* 423.
50 *num.2.lib.2* Ceuallos *commun.contra commun.q.*899.
*num.107.ad fin.*Et præfens Rector quatenus foluif-
fet,non inde cenfetur priuatus fua immunitate ab
hifce collectis,& oneribus , quæ de iure fibi com-
petit,*l.voluntariò,Cod.de excuf.tutor.* & tradunt Ale-
xandr.*confil.33.n.2.lib.5.*Caftr.*cit.confil.*423.*nu.*2. &
Natta *conf.447.n.16.*

DVBITATIO VII.

An Ecclefiaftici fint immunes, fi contributio facienda fit æque primariò in vtilitatem ipforum Ecclefiafticorum,& laicorum?

SVMMARIVM.

1 *Ecclefiaftici non funt immunes à contributione, qua facienda eft æquè primario in vtilitatem ipforum & laicorum fimul.Vide cafus occurrentes dicta contributionis.*

2 *Textus in cap.aduerfus de immunitate Ecclefiaftica locum non habet quando agitur de contributione, qua cedit in publicam , & priuatam vtilitatem ipforum Ecclefiafticorum.*

3 *Qui fentit commodum debet fentire & incommodum.*

4 *Ecclefiaftici,& Clerici,ficut & laici tenentur conferre pro expenfis Principis factis pro Ecclefia contra hoftes ipfius Ecclefia.*

5 *Impugnatores fidei cenfentur hoftes Ecclefia , nec non qui faciunt contra iuftitiam Regum , & Ciuitatum.*

6 *Contributio vero ab Ecclefiafticis exigenda eft per Epifcopum,non per laicos , non folum in cafu,de quo agitur, fed in omnibus cafibus contributionis , ficut eft fi neceffitate cogente Epifcopi prouidere , recufarent.*

7 *Ecclefiaftici ad mentem Abbatis tenentur ad dictam contributionem iure naturali ad voluntatem, & imperium Ecclefiafticorum Prælatorum.*

8 *Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.*

9 *Summus Pontifex opus non eft, vt confolatur cogente neceffitate ad dictam contributionem.*

10 *Neceffitas non habet legem , vnde in tali cafu non funt difcutienda laicorum facultates.*

11 *Nullus per Ecclefia fua nomen excufatur tempore neceffitatis à murorum vigiliis.*

12 *Clerici in magna neceffitate obligantur ad vigilias Ciuitatis naturali iure , fi aliter Ciuitas defendi non poteft.*

13 *Concilium Lateranenfe in cap. non minus declaratur.*

14 *Contributio in cafu , de quo agitur fieri non debet ad Principis,& Populi deliberationem , fed requiritur quod fimul cum Principe , & Populo , Clerus etiam confentiat,& deliberet.*

15 *Clero nolente confentire fine caufa legitima,poffunt laici auxilium fuperioris Ecclefiaftici , qui Clerum ad confentiendum etiam per cenfuras compellat,implorare.*

16 *Poteftas laica etiam in cafu , de quo agitur non poteft per fe compellere Ecclefiafticos recufantes ad contribuendum , fed folum per fuperiorem Ecclefiafticum.*

17 *Sententia in oppofitum Henrici à Gandauo, & Abbatis fc.quod Clerum confentire nolentem poffunt laici per fe ipfos ad id compellere neceffitate cogente, quando aliter fieri non poteft , non eft omnino improbanda, quia præfumi poteft ratihabitio Pontificis.*

18 *Probabilius*

18 *Probabilius est quod licentia expressè petatur.*

1 RESPONDETVR negatiuè, vt facienda sit pro reparatione aggerū, ne flumen vicinos agros Ecclesiasticorum, & laicorum inundet: pro auertione pestis; vel si facienda sit, quia alicubi vermium morsus deuastat prædia; vel quia, vt putat Abb. infra, vicini omnes contribuunt ad viam sternendam lapidibus; vel quia hostes infideles, aut hæretici (sicuti hoc tempore Caluinistæ faciunt in Germania) deuastār, aut proximè (nisi occurratur) deuastatuti existimantur regiones Catholicorum, in quibus sunt prædia, & alia bona Ecclesiastica, &c. Et ratio est quia in his, & similibus Ecclesiastici, non tam astringuntur à Principe, & iure positiuo, quàm à iustitia, & iure naturali: cùm bonum, quod intenditur, & ad quod contribuitur, directè, ac proximè respiciat etiam bona Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum.

2 Confirmatur, quia in his casibus contributio non fit solum propter vtilitatem publicam, sed etiam propter priuatam Ecclesiasticorum, & sic in ipsis locum non habet cap. *aduersus de immunitate Eccles.* quod tantum loquitur, cùm agitur de vtilitate publica vt mox infra dicetur.

3 Confirmatur secundò, quia in dictis casibus, cùm Ecclesiastici sentiant æquè primariò, ac laici, commodum; sentire debent simul cum laicis & incommodum, atque ita ex communi sententia Doctorum docent Henriquez *lib. 10. cap. 15 num. 8. & 9.* Molina *tract. 2. te. 3. 3 riorc, disp. 673.* Iulius Ferretus *tract. de*
4 *gabellis num. 129* & plus ampliè Henricus à Gandauo *quodlibet 9. quæst. 31 in fine*, vbi ait: *Pro expensis Principis factis pro Ecclesia in exercitu contra hostes Ecclesiæ,*
5 *debent Ecclesia, & clerici conferre, sicut & laici: intellige autem per hostes Ecclesiæ, impugnatores fidei, aut contra*
6 *iustitiam Regum, vel Ciuitatum: non tamen tunc (vt dicit glossa,* super illud necessitatis) *per laicos, sed per Episcopos petatur,* iuxta cap. non minus, de immunit. Eccles. *nec similiter in alijs casibus prædictis, in quibus contribuere tenentur; nisi quod fortè cogente necessitate, quæ legem non habet, in casu defensionis fidei, aut Regni, aut ciuitatis, ponere possent manus ad res ipsorum, si per Episcopum ad hoc compelli non posset.* Idem etiam docet Abbas *in cit. cap. non minus*, vbi ait, quod si sit casus necessitatis, quæ directè, ac immediatè respiciat e-
7 tiam bona Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum, debēt etiam Ecclesiæ, & Ecclesiastici contribuere, quia iure naturali in tali casu tenentur, quamuis non secundùm voluntatem & exactionem laicorum, sed præmissa deliberatione etiam ipsorum clericorum,
8 atque ad voluntatem, & imperium Ecclesiasticorū Prælatorum; quia quod omnes tangit, ad omnibus debet approbari; *cap. ad hæc, de offic. Archidiaconi, & reg. 29. in 6.*

9 Addit Abbas *vbi supra*, in tali necessitatis casu speciali necessarium non esse, quod Summus Pontifex prius consulatur, (sicut & quod facultates laicorum prius discutiantur) quia necessitas non ha-
10 bet legem; quare etiam *in cap. peruenit, de immunit. Eccles.* iuxta communiorem intellectum statuitur, vt tempore necessitatis nullus per Ecclesiæ suę no-
11 men excusetur à murorum vigilijs; quia in necessitate cessat priuilegium, ait gloss. ibi; & propterea
12 idem Abbas *num. 6.* concludit similiter, in magna necessitate, si aliter ciuitas defendi non possit, clericos obligari ad vigilias, idque naturali iure, præ-
13 sertim quia concilium Lateranense (quod in *dict. cap. non minus* prohibet Ecclesiasticis imponi tributa pro communi necessitate, vel vtilitate sine consensu Pontificis, vel si Pontifex consuli non potest sine consensu Episcopi, & Cleri, in casu quo facultates laicorum sufficiant) loquitur de necessitate, aut vtilitate publica, id est, per se, ac principaliter pertinente ad ipsam communitatem, seu Rempublicam, cuius clerici membra sunt, licet priuilegiata, & exempta; hîc autem sumus in casu, quo specialiter vertitur periculum etiam ipsarum Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum bonorum, ad quorum proinde defensionem naturali obligatione debent etiam Ecclesiastici concurrere; & non minus, immò magis, quàm si directè agatur de captiuorum, aut oppressorum Christianorum liberatione.

Itaque si contributio facienda sit æquè primariò directè, & immediatè in vtilitatem Ecclesiasticorum, & laicorum, debent simul cum laicis Ecclesiastici contribuere (etiamsi facultates laicorum non discutiantur, & consensus Summi Pontificis non expostuletur) non tamen ad delibe- 14
rationem solius Principis, & populi, sed requiritur quod simul cum Principe, & populo clerus etiam consentiat, & deliberet; quia, sicuti dicebam, quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari; atque ita præter Abbatem, & alios Doctores supra citatos docent Ledesma *in Sum. to. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 27.* Azor. *par. 1. lib. 5. cap. 19. quæst. 11* Silu. *ver. immunitas, quæst. 2.* Alter. *de censur. to. 1. disp. 56. lib. 5. cap 6. dub. 13.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 2. q. 41.* Diana *par. 1. tract. 2. resol. 40* Salonius *to. 2. in 2. 2. quæst. 78. ar. 5. contr. 1.* Rodriguez *in Sum. to. 2. cap. 75 num. 13.* Io. de la Cruz. *par. 1. pre cep. 7. q. 7. ar. 3 dub. 1. concl. 1.* Lopez *par. 2. cap. 40.* & Bellettus *par. 1. tit. 5. §. 2. n. 6.* Quamuis, si clerus sine causa legitima nolit con- 15
sentire, possint laici auxilium superioris Ecclesiastici, qui clerum ad consentiendum (etiam per censuras, si opus fuerit) compellat, implorare; cùm non 16
possit potestas laica etiam in tali casu Ecclesiasticos recusantes, ad contribuendum compellere per se, sed solum per superiorem Ecclesiasticum, vt rectè dicebat Henricus à Gandauo, & Abbas *vbi supra*, & nos *lib. de Parlamentis dubit. 4. sect. 19. & 20. per subsect. sequentes* dicebamus, & *cap. 9. dubit 1. & seqq.* dicemus; ex eo, quia cùm potestas laica in Ecclesiasticos, vtpote exemptos, iurisdictionem non habeat, multò minus in illos coactiuam, vel coërcitiuam habebit, quæ quam maximè omnium in ordine ad statum Ecclesiasticum repugnat in po- 17
testate laicali Quod si sic commodè fieri non potest, putant, vt supra dicebam, Henricus à Gandauo & Abbas *in loco supra cit* & alij, non esse omninò improbandum oppositum; quia in tali casu præsumi potest ratihabitio, seu tacita licentia Summi Pontificis, ex eo, quia Ecclesiastici in casu maximè necessitatis iure naturæ tenentur, & propterea si recusent, irrationabiliter, & sine iusta causa recusant: sed adhuc censeo probabilius, quod licentia 18
expressè (si potest) ad tales casus petatur; ne in tali materia, vbi magnum periculum inest, habenæ laxentur cum detrimento quidem animarum. Vide, quæ dicebamus *in cit. dubit. 4. sect. 19. subsect. 10. & 12. & in sect. 20. subsect. 1. & 2. de Parlamentis*, & quæ dicentur *infra dubit. 17. 18. & 19.*

* *
*

DVBI

DVBITATIO XVII.

An saltem sint immunes, si contributio facienda sit pro necessitate, vel vtilitate publica, id est, per se, ac principaliter pertinente ad ipsam Communitatem, seu Remp. cuius Ecclesiastici membra sunt, licet priuilegiata, & exempta v.g. pro reparatione pontium, turrium, murorum, viarum, & similium ad communem omnium vtilitatem spectantium.

SVMMARIVM.

1 *Recensentur plures Doctores negantes Ecclesiasticos immunes esse si con ributio facienda sit pro necessitate, vel vtilitate publico, id est per se ac principaliter pertinente ad ipsam Communitatem, seu Rempublicam.*

2 *Ecclesi-stici ex iure ciuili expressè pro instructione pontium, itinerum, & similium, & pro muner bus debitis propter aduentum Principis coguntur soluere tributum, & cur.*

3 *Respublica instructionem Pontium, itinerum, & similium aquè disponit in Clericorum, & laicorum vtilitatem, vnde intrat regula, quiscu: commodum debet sentire & incommodum.*

4 *Par non est quod laici non debeant in solidam soluere, qua sibi, & Clericis necess ria sunt.*

5 *Ecclesiastici prædictis non obstant bus immunes sunt à dicta contributione seclusa consensu Pont. ficis, vel Episcopi, vel Cleri, cum Pontifex adiri non potest.*

6 *Clericis expressè proh betur imponi tributum pro communibus necessitatibus sine consensu Pont ficis, vel si is adi i non potest sine consensu Episcopi, & Cleri.*

7 *Co sules, & Rectores Ciuitatum dictas contributiones exigentes sine consensu dictorum excommunicantur.*

8 *Romani Pontificis interest communibus vtilitatibus prouidere.*

9 *Pro fossatis Ciuitatis sub censura prohibetur aliquid exigi ab Ecclesiasticis.*

10 *Ancharanus reprehenditur & cur.*

11 *Ecclesiastici tenentur ad contributionem, si agatur de communi vtilitate, quæ de directo, & princ paliter Ecclesias, & Ecclesiasticos concernit etiam sine consensu summi Pontificis.*

12 *In Bulla Cœna absolute, & sine vlla distinctione prohibetur imponi Ecclesiasticis grauamina sine licentia Pontificis.*

13 *Bona Ecclesia deputata vsui spirituali sancta sanctorū sunt, non applicanda mundano, & publico vsui.*

14 *Ecclesiastici non tenentur ad dictas contributiones ex lege seculari, quia ab illa sunt exempti, neque ex pacto, neque ex aliquo beneficio accepto.*

15 *Dignitas Clericalis petit vt Clerici aliquo priuilegio sp ciali fruantur, esto etiam quod beneficiū sit cōmune.*

16 *Priuilegium militia eximit militem à contributione, ergo et magis Dignitas clericalis.*

17 *Priuilegium exemptionis compensant laicialiis beneficiis.*

18 *Pontifex, vel Episcopus consensum pro dicta contrib tione præstare tenetur, si iudicauerit opus faciendum cōmuni vtilitati expedire, & laicorum facultates non sufficere.*

19 *Cum negotium existimationi alicuius committitur, non relinquitur eius libera voluntati, sed arctatur ad existimationem iustam, & ratione regulatam.*

20 *Clerici non possunt cogi à laicis ad dictas contributiones faciendas Pontifice nolente consentire.*

21 *Lex ciuilis supra citata non vim habet, quia est contra immunitatem Ecclesiasticam, immo est derogata à iure Canonico.*

22 *Ecclesiarum & Ecclesiasticorum Agri pro pace, & quiete publica tributum soluunt de facto, non autem de iure & approbando.*

23 *Iura in oppositum correcta fuerunt per Canones subsequentes.*

24 *Contribuere ad necessitates, vel vtilitates communes non est propriè opus pietatis, sed est propriè opus conasctus, seu regiminis politici contra Ancharanum.*

25 *Ecclesiastici contribuere non tenentur in casu, quo facultates laicorum sufficiunt sine consensu Pontificis, vel si is consuli non potest, sine Episcopi, & Cleri consensu.*

26 *Ecclesiastici contribuere non tenentur pro manutentione Turriam, aut exercitus ad profligandos hostes, & Inimicos, vel vt tutius confinia Regni conseruentur.*

27 *Ecclesiastici contribuere non tenentur pro primo Regis in Ciuitatem ingressu.*

28 *Ecclesiastici cōtribuere nō tenētur pro solutione onerū impositorū pro Physico, Chirurgo, vel Ludi Magistro.*

RESPONDETVR, quod (quamuis plures 1
Iuristę, quos refert Guttierez, Gregor. Lopez, & Azor. *in locis infra citandis*, & alij Iuristæ, quos citat, & sequitur Cenedus *in collectan. ad ius Canon. par. 2. collect. 15 3. num. 5.* Borellus *de præst. Reg. cbar. cap. 62. num.* 48. Salgadus *de protect. Reg. par. 3. cap. 5. num. 9.* Cutellius *de immunit. Eccles. lib. 2. q. 29.* Francisc. Vico *tom. 2. pragm. 8. tit. 20. §. 4. & 5.* Humada *l. 54. t. 6. par. 1. gloss. 2. num. 1.* Mexia *in pragm. taxa panis concl. 5. num. 63.* Ladet. *lib. 1. conf. 145. num. 3.* & ex Theologis Henricus à Gandauo *quodlibet. 9. q. 31. in fin.* Henriquez *in sum. lib. 10. cap. 15. num. 5. in gloss. lit. I.* Rabardeus *sect. 3. n. 4. fol. 56. 57. 59. & 60* & Viualdus *in Bullam Cœna Can. 18. num. 5.* cum limitatione tamen, si scilicet reparatio fiat pro necessitate, vt pro bello, vel suspicione belli; secus, si fiat ad ornatum, negent ex *l. Regia 11. & 12. tit. 3. lib. 5. noua recopilat. & C. 54. tit. 6. par. 1 l. 20 tit. 22. par. 3. & ex l. cum ad felicissimam, Cod. de quibus munerib. & præstationib. lib. 10. l. ad portus C. de operibus publ. l. diuina domus, Cod. de exactoribus tribut. lib. 10. l. iubemus, & l. neminem, & l. ad Constitutiones, C. de sacros. Eccles.* vbi expressè pro institu- 2
tione pontiū, itinerum, & similium, & pro muneribus debitis propter aduentū Principis, Ecclesię coguntur soluere tributū: & ratio esse posset, quia hæc distributio non tā est tributū Principi exhibendum in signum suæ superioritatis, quàm quædam beneficij à Republica accepti solutio: cùm enim tā clerici, quā laici æquè fruātur viis, pōtibus, fontibus, &
similibus; & Respublica hæc omnia disponat æquè
in clericorum & laicorum, vtilitatem, & ipsi clerici 3
non possint hanc dispositionem, vt potè toti Reipublicæ necessariam, impedire; consequens est, quod tam clerici, quàm laici teneantur contribuere; quia sic iustitia distributiua petit, vt qui sentit commodū, debet sentire & incōmodū, iuxta *l. secundùm natu-* 4
rā, ff. de reg. iur. leg. qui sentit. de reg. iur. in 6 & quia par nō est, quod laici debeant in solidū soluere, quę sibi, & clericis necessaria sunt.) affirmandū tamen sit, se-
closo consensu Pontificis, vel Episcopi, & cleri (cùm 5
Pōtifex adiri nō potest) sicuti docent Abb. *c. cas. 3. & cap. non minus, de immun. Eccles.* Silu. *ver. Immunitas, num. 20* Piasecius *in prax. Episc. par. 2. cap. 4. ar. 8. nu. 5.* Suarez *lib. 4. de immunit. cap. 26. num. 3.* Lessius *lib. 2. cap. 17. dub. 3. num. 25.* Homobon. *par. 2. tract. 11.*

cap.

cap.6.q.9.suppos.2.Ioan.de la Croz par. 1. pr.7.q 7.
ar.3.dub.1.concl.5.Portell.in addition.ad dub. Regular.
ver.tributum,num.5.& 8.Salon.2.2.to. 2. q.78.ar.5.
contr.5.Megalius par.2.lib.2.cap.17.q.6.n. 121.Mol-
fes.in summa to.2.tract.15.cap.13 num. 174.Sahagum
de Villasante in c.decernimus de iudiciis,n.36.& 38.
Rodrig in sum.to.2.c. 75. n. 13.Ledesma to. 2.tract.7.
c. 5.concl. 27.Lop.Instruct.par. 2.c.40.Diana par.1.tr.
3.resol. 22.Valboa de Magrouecio in scriptura ad Re-
gem nomine Decani,& Capituli Ecclesia Salmanticensis
concl.12.n.147.Sanch.cons.mor.lib.2.c.2. n.10.& 11.
Duard.in Bull.Cœn.can.18.q.12.n.1.Sousa in eandem
Bul.Cœn.c.19.disp.92.n.6. Faustus in Specul. Confess.
disp.33.q.19.n.2.Alter.de censur.to.1. lib.5.c.6.d.16.
dub.13.Bellert.in disquis.Cler.tit.5.par.1.§.2.Garzias
de beneficiis to.1.par.2.c.4.n.13.Mattha de iurisd.par.
4.centur.1.cas.1.51.Gutt.to.2. lib.1.q.4.pract.qq.n.6.
Greg.Lopez d.l.54.& 6.par.1.Azor,1.par.lib.5.c.13.
q.8.Zaned.ad decret. collect.153.n.4.Barbos.de pote-
state Episc.2.par.allegat.13.n. 6. & in consiliis cons.8.
& Mol.de iust.& iur.to.3.disp.672.

6 Primo probatur ex c.non minus, & c.aduersus,de
immun.Eccles.vbi expressè prohibetur, clericis tri-
butum imponi pro iis communibus necessitatibus
sine consenso Pontificis,vel, si Pontifex aditi non
7 potest,sine consensu Episcopi, & cleri;sic enim ibi
habetur: Prohibemus Consules ciuitatum, & Rectores,
nec non & alios,qui potestatem habere videntur, sub ex-
communicatione,à clericis has contributiones exigere,ni-
si Episcopus,& clerus tantam necessitatem,& vtilitatem
aspexerint,vt absque illa exactione ad reparandas com-
munes vtilitates,vel necessitates, vbi laicorum non suffi-
8 ciunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment confe-
renda.Et subditur: Propter imprudentiam tamen quo-
rundam Romanus Pontifex consulatur, cuius interest
communibus vtilitatibus prouidere. Ex quibus clarè
constat,prius habendum esse Pontificis consensum
vel saltem,si Pontifex adiri non potest,habendum
esse prius consensum Episcopi, & cleri, vt clerici
ad dictas contributiones teneantur.

9 Confirmatur; quia Pontifex in cit.c.non minus,
agens de fossatis, quæ concernunt custodiam
Ciuitatis, in qua vertitur promiscua vtilitas
Ecclesiasticorum,& laicorum,sub censura prohibet
aliquid ad hūc effectum exigi:vnde patet, quod in
dicto c.non minus,Pontifex nō loquatur de cōmuni
necessitate,vel vtilitate laicorū tantum, sed de cō-
muni Ecclesiasticorū,& laicorū simul,sicuti repre-
hendens Ancharanū oppositū ibi docentem adno-
10 tauit Abbas,& rectè,tum ex eo, quod Pontifex ibi
nō subsecutus est de laicis, sed de cōmunibus lai-
corū,& Ecclesiasticorum:tum ex eo,quod si in dicto
c.nō minus,eximeret Pōtifex Ecclesiasticos ab one-
ribus concernentibus vtilitatem communem lai-
corum tantum,parum prodesset immunitati Eccle-
siasticæ:quapropter vt aliquid prosit, de communi
laicorum,& Ecclesiasticorū simul Pontificem, lo-
qui dicendum erit;sic Abbas ibi,quamuis,si agatur
11 de communi vtilitate,quæ de directo, & principa-
liter Ecclesias,& Ecclesiasticos concernit(vt si de-
beret resisti hominibus paratis ad deuastandos
agros,vbi Ecclesiastici damnum participarent)ad-
mittat Abbas ibidem, Ecclesiasticos debere simul
cum laicis contribuere,& sine consensu Sūmi Pō-
tificis,iuxta ea,quæ dub.præc.d.nti dicebantur.

12 Secundò probatur ex Bulla Cœnæ,vbi absolutè,
& sine vlla distinctione prohibetur imponi Eccle-
siasticis grauamina sine licentia Pontificis;ad quod
idem faciunt c.1.de immun.Eccles.in 6.c. quamquā de
censib in 6.Clem.præsenti eod.tit.c.fin.de vita,& honest.
cler.l.placet,C.de sacros.Eccles.l.2.C. de Episc. & cler.
Auth. Item nulla Communitas,eod.tit.c. generaliter,16. 13
q.1.& c.videntes,q.12.quatenus ibi dicitur, quod
bona Ecclesia deputata vsui spirituali Sanctum sancto-
rum sunt,non applicanda mundano, & publico vsui. 14

Tertiò probatur ratione; quia Ecclesiastici ad
dictas necessitates, vel vtilitates communes con-
tribuere teneri non possunt ex lege seculari(cùm
ab illa sint exempti, ex dictis iuribus Canonicis)
neque ex aliquo pacto inter clericos,& laicos ini-
to(cùm nullum tale pactū existat) neq; ex benefi-
cio accepto;cùm,esto beneficium commune sit cle-
ricis,& laicis, sumptus tamen non debeant esse 15
communes; siquidem dignitas clericalis petit, vt 16
clerici aliquo priuilegio speciali fruantur: nam si
priuilegium militiæ, & regiminis eximere solet
militem, & magistratum ab his contributionibus
communibus(quamuis de beneficio communi v-
terque participet)non est,cur etiam dignitas cleri-
calis non eximat clericum ab iisdem. Accedit,quod 17
clerici hoc beneficium à laicis acceptum aliis be-
neficiis compensant,cùm specialiter concurrant ad
subuentiones pauperum,templorum reparationem
& illorum ornatum,& cultum; quæ omnia cedunt
in vtilitatem laicorum:item cùm administrent Sa-
cramenta,& continuò fundant orationes pro lai-
cis,&c. Vide,quæ dicebantur supra dub.6.& 25. &
quæ dicentur infra.

Cæterum Pontifex, vel Episcopus consensum
præstare tenetur, si iudicauerit opus faciendum 18
communi vtilitati expedire,& laicorum facultates
non sufficere:ratio, quia ipsius iudicio hoc com-
mittitur,vti constat ex illis verbis, existiment faciē-
da. At cùm negotium existimationi alicuius com-
mittitur,non relinquitur eius liberæ voluntati,sed 19
arctatur ad existimationem iustam,& ratione regu-
latam, l.fidei commissum,§.si fideicommissum,vers.quam-
quam,ff.de legat.3.& docent Greg. Lopez d.l.54.tit.
6.par.1.Guttier.pract.qq.lib.1.c. 3. n. 8.& Suarez de
immun.Eccles.lib.4.c.26.n.5.ergo,&c. Quod si Pon- 20
tifex noluerit consentire, non possunt clerici co-
gi à laicis ad dictas contributiones faciendas; quia
tunc præsumendum est,Pontificem iudicasse, vel
opus faciendum non esse Reipbl.ita necessariū,vel
facultates laicorum sufficere,quin clerici grauen-
tur, vel alia via à clericis sumptus illos compen-
sari.

Ad opposita Responsio patet ex dictis. Accedit,
quod omnis lex ciuilis supra citata, vel citanda 21
vim non habeat, quia est contra immunitatem
Ecclesiasticam Lessius lib. 2.cap.33.dub.3. numer. 25.
Ortiz de politic.Eccles.par. 3. fol. 350. vt omittam,
quod sit derogata à iure Canonico, sicuti supra
dicebam,& adnotarunt cum glossa in cap. generali-
ter,ver.nouarum,& ver.collationibus.6 q. 1. Ioan.An-
drea,& Panormitano in cit.cap.non minus,Doctores
supracitati: quia & derogata etiam est ab Auth.
Item nulla Communitas, Cod.de Episc. & cleric. quia
ibi expressè Ecclesiastici fiunt immunes ab huius-
modi oneribus impositis,& imponendis,Hostiens.
in sum.de immun.Eccles.§.à quibus,ver.extraordinaria,
Silu.ver. Immunitas,§.16.Bart.apud Panorm.consil.3.
n.2.Sahagum de Villasante in c.decernimus, de iudic.
num.25.& 27.Mol tom.3.tract.1.disp.672. numero 4.
Salas de legib.disp.14.sect.11.num.125 Baldellos lib.
5.disp.34.num.10.Maximilianus Faust. de Ærario
clans.17.cons.44. Carolus Episcopus Nouariensis in
c.conuenior,23. q. 8.n. 15. apud Gatticum in allegat.
pro Eccles.fol.184.Card.de Lugo de iust. & iur.to.2.
disp.36.sect.8.num.124. Azor Portell. & alij in locis

supra cit. qui & adducunt etiam textum *in l. placet, Cod. de Sacros. Eccles. & l. 2. Cod. de Episc. & cleric.*

Dices *in c. tributum, 25. q. 8. c. si tributum 11. q. 1. & cap. fin. de censib.* expressè habetur, quod Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum agri tributum soluant pro pace, & quiete publica, ergo.

Respondetur, distinguo antecedens, de facto, & permittendo ad vitanda maiora mala, concedo: de
23 iure, & approbando, nego. Vt omittam dici posse, & hæc iura etiamsi quid faciant in oppositum, correcta postea fuisse per *cit. cap. non minus, & cit. cap. aduersus, de immunit. Eccles.* vel loqui de oneribus iam indictis, quæ solui semper consueuerant, tamquam certa, & rei inhærentia; cùm quoad semper res transeat in quemcumque, etiam in Ecclesiam, cum onere suo sicuti dicebam *dubit.* 1. & dicam *dubit. vlt.*

Instabis: *in c. sicut, c. expedit, c. Episc. c. tres Ecclesia, 11. q. 1. & c. gloria Episcopi, 12. q. 2.* dicitur, quod bona Ecclesiæ sint pro communi necessitate, quapropter pro captiuorum redemptione venumdari, & distrahi debent, *c. Apostolicos, cum tribus sequentibus, 12. q. 1.* & tradit S. Gregor. *Epist. 35. lib 6.* ibi: *Et sacrorum Canonum, & Legalia statuta permittunt ministeria Ecclesia pro captiuorum esse redemptione vendenda.* Ergo.

24 Respondetur: nego consequentiam; quia ad prædictas necessitates, vel vtilitates communes contribuere non est propriè opus pietatis (cùm non sit opus pietatis, aut misericordiæ, nisi ad summum, cùm facultates Laicorum nō sufficiunt) sed est propriè opus conuictus, seu regiminis politici, sicuti rectè contra Ancharanū adnotauit Abb. *loc. supra cit.*

25 Ex his sequitur, quod (sine consensu Pontificis, vel si Pontifex consuli non potest, sine consensu Episcopi, & Cleri, in casu quo facultates Laicorum sufficiunt) Ecclesiastici contribuere non teneantur, si contributio facienda sit, vt oppidum, quod Rex vendere intendebat, se redimat; sic contra Bobadillam *in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 18. num. 126.* Rabardeum *sect. 3. fol. 60.* & Hēriquez *loco supra cit.* (vbi in gloss. *lit. L.* subdit, per sententiam Senatus Regij pro sua sententia fuisse declaratum) tenent Doctores, quos citat. & sequitur Diana *par. 1. tract. 2. resol. 38.*

26 Sequitur secundò, quod, eodem stante, neque contribuere teneantur, si contributio facienda sit pro manutentione turrium, aut exercitus ad profugandos hostes, & inimicos, vel vt tutius confinia Regni conseruentur; sic contra Henriquez *lib. 10. cap. 13 num. 5. in gloss. lit. Q.* & Curtellium *de immun. Eccles. lib. 2. q. 79* tenent Doctores, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis, *de effect. cleric. eff. 3. num. 243.* & Diana *cit. part. 1. tract. 2. resol. 78.*

27 Sequitur tertiò, quod, eodem etiam stante, neque contribuere teneantur, si contributio facienda sit pro primo Regis in ciuitatem introitu: sic contra Remigium de Gon. *tract. de charitatiuo subsidio, q. 59. num. 13.* Bannium *part. 1. tract. 11. q. 33.* Paponium *lib. 5. tit. 11. arresti. 25.* (vbi subdit pro sua sententia mense Aprilis 1595. in Curia Parisiensi fuisse iudicatum) tenent Azor. *part. 3. lib. 5. cap. 19. q. 11.* & ex Iuristis Carolus de Grassis *de effect. Cleric. eff. 3. num. 264.* Sanch. *in opusc. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 55. num. 25.* Diana *part. 7. tract. 1. resol. 20.* Trullench. *in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 12. dub. 5. num. 24.* Aluarez *in specul. Pont. cap. 35.* & Aloysius de Leo. *in l. placet, num. 1. Cod. de Sacros. Eccles.* Vide, quæ dicentur *dubit.* 21. & 22. & sacram Congregationem Episcop. quæ die 19. Ianuarij 1593. & die 2. Augusti 1619 (quidquid in contrarium dixerint Menochius *cons. 800. num. 26.* & Gaspar Klockius *tract. de contribut. cap. 12. num. 127.* qui tenēt, clericos simpliciter obligari ad impensas Academiæ publicæ Principis secularis) declarauit, Ecclesiasticos neque contribuere teneri, si contributio facienda sit pro solutione onerum impositorum pro Physico, Chi- 28
rurgo, vel Ludimagistro. Quod intelligo, vt supra, in casu, quo non adsit consensus Pontificis, & si Pontifex consuli non potest, neque adsit consensus Episcopi, & cleri, quia scilicet facultates laicorum sufficiunt.

DVBITATIO XVIII.

An, Pontifice inconsulto, Episcopi, & Cleri consensus sufficiat?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Consensus Episcopi, & Cleri inconsulto Pontifice in sententia aliquorum sufficit.*

2 *Consensus Episcopi, & Cleri iure Ordinario est validus quin & sufficit.*

3 *Consensus Episcopi, & Cleri, licet reddatur iniquus, & punibilis, non irritatur.*

4 *Sententia in oppositum quod Clerici ad dictas contributiones non teneantur sine Pontificis consensu, cogique à Laicis non possint, dicitur probabilior.*

5 *Ad obligationem inducendam requiritur consensus Summi Pontificis, qua conditione cessante cessat & obligatio.*

6 *Actus corruit non seruata forma concessionis.*

7 *Clerus non potest in præiudicium totius ordinis Immunitati renunciare.*

8 *Clausula de consultando Summo Pontifice, fuit apposita propter imprudentiam quorumdam, qui nimium liberales, & promptiores essent in his subsidiis de ærario Ecclesiastico conferendis.*

9 *Præsumptio cum cedat veritati, cessat Lex in præsumptione fundata.*

10 *Textus in cit. cap. aduersus de immunit. non supponit rem præsumptam, in qua fundetur; sed solum morale periculum, & occasionem frequentis mali, quod satis est ad ferendum legem vniuersalem.*

11 *Summus Pontifex est Pater communis totius Christianitatis, & debet cōmunibus vtilitatibus prouidere.*

12 *Decretum Bonifacij VIII. in cap. Clericis de immunit. Eccles. in 6. reuocatū à Benedicto XI. & Clemente V. fuit postea renouatum à Leone X. in Concilio Lateranensi, & illud renouat quotannis Bulla Cœna.*

13 *Reges Galliarum possunt sine licentia Summi Pontificis subsidia pro publica necessitate accipere à Clero stante priuilegio Bonifacij VIII. concesso Philippo Pulchro etiam inexpectata Pontificis consensu necessitate vrgente, si tamen d. Priuilegium non sit reuocatum.*

14 *Vsus d. priuilegij simpliciter improbatur.*

15 *Consensus Episcopi, & Cleri sufficit, si Pontifex consuli non potest, & casus vrgeat; quia tunc adest præsumpta Pontificis voluntas.*

16 *Consensus Pontificis quando pro contributione Clero imponenda vrgente necessitate non fuit expositus, debet expostulari saltem pro continuatione contributionum.*

RESPON

1 Respondetur, quod (quamuis
aliqui, vt Suarez *cit. cap.* 26. *numer.*
17. Azor. *to.* 1. *lib.* 5 *cap.* 13. *q.* 8. Bo-
nacina *in Bullam Cœna d. §.* 21. *q.*
19 *punct.* 3. §. 3. *n.* 16. Rabardeus
sect. 3. *fol.* 56. *& seqq.* & Curtellius
lib. 2. *de immunit. Eccl.* *q.* 39. *n.* 55. *& q.* 13. *n.* 1. affir-
2 ment, ex eo, quia iure ordinario consensus Episco-
pi, & Cleri est validus, quin & sufficit; & ex alio
3 capite *in cit. c. aduersus*, consensus Episcopi, & cle-
ri, licet reddatur iniquus, & punibilis, non tamen
irritatur) ex probabiliori tamen negandum sit, si
4 Pontifex consuli potest; ita vt in tali casu sine cõ-
sensu Pontificis clerici ad dictas contributiones
faciendas cogi à laicis non possint, cùm ad illas nõ
obligentur; quia ad hanc obligationem inducendã
ex cit. iuribus, requiritur consensus Pontificis pro-
5 pter imprudentiam quorumdam; ergo cessante hoc
consensu cessat conditio ad obligationem, & con-
6 sequenter ipsa obligatio, cum non seruata forma
concessionis, corruat actus: vnde necessarium non
erat decretum irritans; eum quia, cùm immunitas
in fauorem totius Ordinis concessa sit, non potest,
7 etiam in sui præiudicium, Clerus renunciare, *cap. si
diligenti, de foro compet.* & nos dicebamus *supra sect.*
12. atque ita docent Sanchez *in opusc. to.* 1. *lib.* 2. *cap.*
4. *dub.* 56. *num.* 36. Ortiz *de Polit. immunit. Eccles. par.*
3. *fol.* 322 Maximilianus Faust. *de Ærario clauf.* 17.
conf. 4. Fragosus *de Regim. Reipubl. par.* 1. *lib.* 2. *disp.*
4. *n.* 334. Maynardus *de priuileg. Eccles. par.* 2. *ar.* 23.
num. 10. *&* 31. Comitolus *lib.* 1. *q.* 95. *& lib.* 4. *q.* 36.
n. 4. Tamburin. *de iure Abbat. to.* 1. *disp* 15. *q* 20. *num.*
5. Stephanus Baunius *in Theol. mor. par.* 1. *tract.* 11.
q. 32. Marchinus *de Peste par.* 4. *cap.* 4. *num.* 14. Ant.
Bottinius *in tract. de Caualcata, seu seruitiis vasallo-
rum par.* 3. *c.* 6. Card Baronius *to.* 4. *anno* 387. Card.
de Lugo *de iust. & iur. to.* 2. *disp.* 36. *sect.* 8. *n.* 127. Val-
boa de Magroueio *concl.* 11. *n.* 136. *& seq.* & Valen-
tinus *de potestate Summi Pontificis c.* 2.
Obiicies ex Rabardeu loco *supra cit. fol.* 61. Clau-
8 sula de consultando Summo Pontifice fuit appo-
sita propter imprudentiam quorumdam (qui nimiũ
liberales, & promptiores existerent in his subsidiis
de ærario Ecclesiastico conferendis) ergo quando
necessitas est vera, & notoria, non erit opus con-
sultatio Summi Pontificis.
Respondetur, quod, licet hæc clausula fundare-
tur (vt indicant illa verba, *propter imprudentiam quo-
rumdam*) in præsumptione; & ideo vbi fuerit eui-
dens iustitia, & ratio contributionis, & sic sit debi-
tus consensus, secundùm prudentiam obligare non
9 videatur *c. non minus*, & *c. aduersus* quoad ista clau-
sulam, seu conditionem; quia cùm præsumptio ce-
dat veritati, cessat lex in præsumptione fundata;
10 tamen neganda sit consequentia; quia reuera *in c.
non minus, & cit. c. aduersus* non supponit rem præ-
sumptam, in qua fundetur, sed solum morale peri-
culum, & occasionem frequentis mali, & nocumẽ-
ti, quod satis est, vt lex vniuersaliter feratur, & obli-
get, etiam in particulari casu, licet in eo cessat fi-
nis, seu ratio legis. Vel respondetur melius, quod
ratio textus *in cit. c. non minus, & c. aduersus* de con-
sultando Summo Pontifice desumatur ex illis ver-
bis, *cuius interest cõmunibus vtilitatibus prouidere*; cùm
Summus Pontifex sit pater communis totius
Christianitatis,
11 Instabis ex eodem Rabardeu: Decretum Bonifa-
cij VIII. *in cap. clericis, de immunit. Eccles. in* 6. (quod
scilicet clerici non possint pro communibus neces-
sitatibus subsidia ferre, nec Principes accipere sine

licentia Summi Pontificis) reuocauit Benedictus
XI. *in Extrauag. quod olim de immunit. Eccles.* & Cle-
mens V. *in Clem. quoniam eod. tit.* vt obseruat gloss. *in
dicto c. cler.* ergo.
Respondetur, quod licet tale decretum Bonifa- 12
cij VIII. reuocauerit Benedictus XI. & Clemens
V. tamen postea illud renouauit Leo X. in Conci-
lio Lateranensi anno 1521. *sess.* 9. sub fin. §. & cùm
à iure diuino: ibi: *Innouamus omnes Apostolicas
sanctiones in fauorem libertatis Ecclesiasticæ*, &c. &
illud renouat quotánis Bulla Cœnæ Can 18. sicuti
dicebam supra sect. 1. & tradunt Comitolus *lib.* 1.
q. 95 *& lib.* 4 *q.* 36. *num.* 4. Toler. *lib.* 1. *Bulla excom-
mun.* 9. Baunius *in Theol. moral. tract.* 11. *quæst.* 37. §.
Dico tertiò, Bellettus *par.* 1. *tit.* 5. §. 2. *numer.* 21. Tam-
burin *de iure Abbat. to.* 1. *disp.* 25. *quæst.* 21. *num.* 25.
Marchinus *de peste par.* 4. *cap.* 3. *numer.* 33. *& seqq.*
Carolus Episcopus Nouariensis *in cap. conuenior,*
23. *q.* 8 *num.* 14. apud Gatticum *in allegat. pro Eccles.
fol.* 183. & Sperellus *decis.* 37. *n.* 83. vbi subdit, itá
sensisse sacram Immunitatis Congregationem ap-
probante Vrbano VIII.
Instabis: saltem Reges Galliæ poterunt sine li- 13
centia Summi Pontificis pro publica necessitate
accipere à clero, stante priuilegio Bonifacij VIII.
concesso Philippo Pulchro, quod neque expe-
ctato Episcoporum consensu, possint vrgente
publica necessitate Ecclesiasticis onus impo-
nere.
Respondetur, transeat, stante priuilegio à Sede
Apostolica verè concesso, & non reuocato; sic Do-
ctores, quos citat Diana *par.* 7. *tr.* . 21. Sanchez *in
to.* 1 *lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 55. *num.* 30. Mexia *in* [illegible]
panis concl. 5. *num.* 64. & Maximilianus Faustus *de
Ærario clauf.* 17. *conf.* 44. quamuis de vsu talis pri-
uilegij valde dubitet Chassaneus *in consuet. Bur-
gund. tit. de iustitiis*, §. 4. *numer.* 34. *&* 35. qui *nu-
mer.* 28. obseruat, propterea anno 1522. Eccle-
siam Gallicanam opposuisse Francisco I. Ecclesiis 14
tributum imponenti. Quin vsum dicti priuilegij
simpliciter improbat Ioan. Arias Maldonatus de
cõtributione Ecclesiasticorum vrgente necessitate
numer. 11. & non omninò abs re, saltem propter
Concilium Lateranense supra, & Bullam Cœnæ,
quæ quotannis reuocat quæcumque priuilegia
concessa.
Dixi in Responsione, *si Pontifex consuli potest*, 15
quia si consuli non potest (vt quia casus vrget)
Consensus Episcopi, & Cleri sufficit, vti docent
Gigas *de pens. q.* 90. *in fin.* Greg. Lopez *ad l.* 54. *tit.* 6.
p 1. Medina *de restit. q.* 15. Narb. *ad lib.* 2. *Recopil. tit.* 4.
l. 57. *gloss. vn n.* 24 Guttierez, Lopez, Suarez, Frago-
sus, Maynardus, Baunius, Card. Baronius, Card. de
Lugo, Valboa de Magroueio, Valentinus, & alij su-
pra cit. quia tunc adest præsumpta Pontificis vo-
luntas. Accedit, quod sic concordantur cap. *non mi-
nus*, & cap. *aduersus* siquidem in cap. *non minus* nihil
dictum est de consensu Pontificis, sed solùm fuit
statutum, ex consensu Episcopi, & cleri deberi hæc
tributa; in cap. *aduersus* autem hic consensus fuit
expostulantis: quapropter debet intelligi, quan-
do commodè consensus peti potest; quòd si com-
modè non peti possit, sufficere consensum Epis-
copi, & Cleri.
Hinc, quia sæpè contingit ad imponendas
huiusmodi contributiones non posse consensum
Pontificis expostulari (quia vrget necessitas) at ad
illarum continuationem posse optimè Pontificem 16
consuli, consequens est, quod consensus Põtificis,
expostulandus sit ad ipsarum continuationem,

licet non ad impositionem; qua de re vide Suar. *cit. cap.* 26 *in fin.* & Cardinalem de Lugo *cit. sect.* 8. *n.* 127.

SECTIO II.

An consensus Pontificis expostulandus sit, si necessitas, vel vtilitas publica concernat æquè principaliter clericos, ac Laicos?

SVMMARIVM.

1 *Consensus Pontificis in sententia plurimorum Doctorum expostulandus non est, si necessitas, vel vtilitas publica concernat æquè principaliter Clericos, & Laicos.*
2 *Consensus Summi Pontificis expostulandus est, si negotium patiatur moram, ex satis probabili sententia multorum Doctorum.*
3 *Ciuitas Florentina obtinuit à Clemente VIII. Bullam pro imponenda contributione Clericis ad reparandum Flumen Arni, penes quod bona Clericorum erant.*
4 *Ciuitas Panormitana obtinuit Bullam ab Vrbano VIII. pro contributione Ecclesiasticorum ad expensas factas tempore pestis.*
5 *Similis Bulla obtenta est à Gregorio XV. pro Hetruria & ab Vrbano VIII. pro Ducatu Mediolanensi.*
6 *Maximilianus I. & Carolus V. Imperatores petierunt licentiam ab Alexandro VI. & Paulo III. obtinendi subsidium ab Ecclesiasticis pro bello contra Turcas, & Hæreticos.*
7 *Emanuel Rex Lusitaniæ obtinuit à Leone X. pro bello contra Mauritanos.*
8 *Respublica Veneta pro bello contra Turcas.*

1 NEgant, iuxta ea, quæ dicebantur *dubit.* 15. Abb. *in cap. non minus*, Silu. *ver. Immunitas*, 5. *num.* 25. Angelus *eod. ver. num.* 37. Tabiena *ver. Excommunicatio*, 5. *cas.* 58. *num.* 4. Mol. *de iust. tom.* 3. *disp.* 672. *num.* 5. *concl.* 3. Hippol. de Marsiliis *in pract. §. aggredior*, *num.* 63. Guillel. Benedict. *in relect. cap. Raynutius, ver. & vxorem decis.* 5. *numero* 470. Gratian. *in discept. forens. tom.* 2. *cap.* 390. *numero* 19. Carocius *part.* 4. *de Collectis numero* 37. Decianus *consil.* 51. *num.* 63. *vol.* 2. Megalius *in part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 17. *quæst.* 6. *num.* 121. *& consil.* 72. *num.* 18. Ledesma *in Sum. tom.* 2. *tract.* 7. *cap.* 2. *concl.* 27. Lopez *part.* 2. *cap.* 40. Rodriquez *in Sum. tom.* 1. *cap.* 75. *num.* 13. Io. de la Cruz *part.* 1. *pr.* 7. *q.* 7. *ar.* 3. *dub.* 1. Bobadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 291 & Garzias *de Nobil. Hispan. glos.* 9. *num.* 53. ex eo, quia in tali casu contributio non fit solum propter vtilitatem publicam, sed etiam propter priuatam Ecclesiasticorum; & sic hic locum non habet cap. *aduersus*, quod tantum loquitur, cùm agitur de vtilitate publica.

2 Quamuis (si negotium patiatur moram, vt consensus Pontificis expostulari possit) affirment, & satis probabiliter, Doctores, quos citat, & sequitur Narbona *in* 3. *part. Recopil. lib.* 2. *tit.* 4. *leg.* 57. *gloss. vnic. num.* 54. & Doctores, quos citat, & sequitur Marchinus *cit. cap.* 4. Castillo *de tertiis tom.* 7. *cap.* 9. *num.* 32. *& seqq.* Gutierez *de gabellis quæst.* 92. *per totam*, Peirinus *in Priuileg. Minim. tom.* 1. *constit.* 1. *Iulij II. §.* 33. *num.* 141. videri etiam poterit Medina *de restit. quæst.* 15. Gigas *de pens. quæst.* 90. Guttierez *qq. pract. lib.* 1. *q.* 3. *per tot.* Azeuedus *in l.* 11. *tit.* 3. *lib.* 1. *num.* 7. Auila *in cap.* 23. *Prætor. glos. de ordin. num.* 7. & Diana *part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 15. (quamuis *part.* 5. *tract.* 2. *resol.* 40. tenuerit contrarium, à quo hic se retractat) & fauet Rota Romana in vna Leodiensis gabellæ die 19. Martij 1604. coram Atrebaten. quæ habetur
in decis. nouis Farinacij *tom.* 1. *decis.* 71. *num.* 1. 3
& seruari videtur in praxi; quia ciuitas Florentina anno 1600. teste Martha *de iurisd. part.* 4. *cent.* 1. *cas.* 1. *num.* 52. obtinuit à Clemente VIII. Bullam pro imponenda contributione clericis ad reparandum flumen Arni, penes quod bona clericorum erant. Et ciuitas Panormitana anno 1634. teste
Diana *loco suprà cit.* pro expensis factis tempore pe- 4
stis impetrauit ab Vrbano VIII. Bullam, qua clerici per aliquot annos includerentur in contributione imposita super vino in introitu portæ ciuitatis.
Similis etiam Bulla obtenta est à Gregorio XV. 5
die 13 Febr. 1622. pro Etruria: & alia ab Vrbano VIII. die 10. Maij 1624. pro Ducatu Mediolanensi: Qua de re videri etiam poterit Maximilianus Faust. *de Ærario claus.* 17. *conf.* 4. qui refert
multa alia exempla, vt Maximiliani I. & Caroli 6
V. Imperatorum petentium licentiam ab Alexandro VI. & Paulo III. obtinendi subsidium ab Ec-
clesiasticis pro bello contra Turcas, & hæreticos; 7
prout etiam obtinuit Emmanuel Rex Lusitaniæ à
Leone X. pro bello contra Mauritanos; & Respu- 8
blica Veneta pro bello contra Turcas teste Bembo *lib.* 5. *Histor.*

SECTIO III.

Quidnam in hac materia præstare debeat Episcopus?

SVMMARIVM.

1 *Episcopi non debent statim licentias Pontificum executioni mandare, quando in Bullis ponuntur hæc verba, stantibus præmissis, constito tibi de narratis, &c. quia d. verba exigunt cognitionem iudicialem narratorum.*
2 *Item audiri debet Clerus, de cuius interesse agitur.*
3 *Forma cap. non minus de immunit. seruanda est etiam in casu, quo Princeps obtinuerit Bullam à Pontifice.*
4 *Exactio in casu dictæ contributionis facienda est à Persona Ecclesiastica.*
5 *Contributio non est iniusta etiam, si excedat octauam partem valoris rei; nisi ex aliis circumstantiis iniusta cognoscatur.*

REspondetur, & Dico primo, Episcopum non 1
debere statim licentias Pontificum executioni mandare, nisi prius visis videndis; quia in Bullis Pontificis ponuntur hæc, vel similia verba: *stantibus præmissis, constito tibi de narratis*, &c. quæ verba videntur requirere cognitionem iudicialem narratorum, vt rectè dixit Marchinus de peste *part.* 4. *cap.* 4. *num.* 29. Quin, cùm in dictis Bullis dicatur: *Vocato Clero*, &c. videtur etiam præter iudicialem cognitionem narratorum requiri, quod audiatur pars, sci-
licet Clerus, de cuius interesse agitur, vt etiam re- 2
ctè dixit Marchinus *loco suprà cit.*

Dico secundò, in casu quo Princeps obtinuerit 3
Bullam à Pontifice, quod Clerus in publicis necessitatibus, vel vtilitatibus contributionem præstet simul cum laicis, seruandam etiam esse formam dicti *cap. non minus, de immunit. Eccles.* vt ex probabiliori dixit Valboa de Magrouejo in iis, quæ scripsit ad Regem nomine Decani, & Capituli Ecclesiæ Salmanticensis *concl.* 12. *num.* 147. *& seqq.*

Dico

Dico tertiò, contributionem præstandam ab Ecclesiasticis per Ecclesiasticas personas tantum exigendam esse, vt habetur in Bulla Vrbani VIII. concessa pro ducatu Mediolanensi, ibi: *Volumus*, &c. & patet ex iis, quæ adducit Gutticrez *de gabellis q. 92. num. 65.* & dicebam ego *supra dubit. 4. & 15.* & dicam *infra dub. 21. & 6. 9. per totum.*

Dico quartò, contributionem, etiamsi excedat octauam partem valoris rei, si ex aliis circumstantiis iniusta non sit, ex hac parte iniustam non esse, & permitti posse ab Episcopo, sicuti contra Corsettum *in propugnaculo vectigalis ferm fol. 21.* & Curtellium *de immunit. Eccles. lib. 2. q. 133. n. 2. & seqq.* docet Iacob de Graff. *in decis. par. 1. decis. 126. num. 37.* Et ratio est, quia licet id prohibeatur *in l. ex præstatione, Cod. de vectigalib.* hæc tamen lex obligat tantum in Regnis Imperio subiectis; Suar. *de legib. lib. 5. cap. 16. num. 5. & 8.* & Megalius *par. 2. lib. 2. cap. 17. q. 5. num. 71.* Et dato, obligaret etiam in aliis Regnis, nunc dicta lex abrogata est per consuetudinem in contrarium; quæ consuetudo damnanda non est; vti neque damnanda est consuetudo contra *l. vniuersi, eod. tit. de vectigalib.* introducta soluendi collectas, vel gabellas ex rebus ad vsus proprios necessariis, & comestibilibus; & ratio in vtroque casu est, quia non sunt istæ gabellæ prohibitæ iure naturali, sed solùm ciuili, quod potest consuetudine abrogari, Malderus *2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 5. in fin.* Azor. *p. 1. lib. 5. cap. 21.* Suar. *ad Reg. Angl. lib. 4. cap. 26. num. 6.* Sanchez *consil. moral. lib. 2. c. 4. dubitat. 55. num. 20. & seqq.* Henriquez *lib. 10. cap. 15. num. 5. lit. P.* Less. *lib. 2. c. 33. dub. 3. numero 24.* idem Curtellius *de immun. lib. 2. q. 39. numero 8.* Faustus *in specul. Confess. disput. 33. q. 2 a n. 4.* Tanner. *in 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 1 2. n. 345.* Io. de la Cruz *par. 1. pr. 7. ar. 3. dub. 1. concl. 1.* & Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 5. q. 5. n. 6.*

Dico quintò propter easdem rationes, & auctoritates (propter quas non est ad Pontificem recurrendum, attenta necessitate, si talis sit, quæ sine scandalo dilationem non permittat) Episcopi etiam consensum, vbi per iniuriam consentire nolit, si in mora periculũ versetur, omitti similiter posse; quia *propter quod vnumquodq; tale, & illud magis*, ex Aristot. & ex auth. *quò magis C. de sacros. Eccles.* præsertim quia tunc locum habere videtur ius naturæ.

DVBITATIO XIX.

An, & quid intelligatur nomine Cleri, qui cum Episcopo consensum præstare debeat?

SVMMARIVM.

1 *Nonnulli Doctores putant consensum Episcopi, & Capituli sua Cathedralis sufficere.*
2 *Capitulum intelligitur sæpe nomine Cleri.*
3 *Totus Clerus committere consueuit Capitulo Ecclesiæ Cathedralis potestatem decidendi negotia, quæ ad ipsum totum Clerum spectant.*
4 *Nomine Cleri reuera non solum venit Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, sed etiã totus Clerus totius Diœcesis, vel saltẽ veniunt alia Capitula eiusdem Vrbis, si in illa adsint, & ex Diœcesi saltem Vicarij Foranei.*
5 *Affertur Praxis seruata Nouariæ, & Mediolani in facti contingentia.*
6 *Consensus Episcopi, & Capituli ad onera imponenda non sufficit, nisi accedat consensus Cleri.*
5 *Quod omnes tangit ab omnibus particulariter approbari debet.*
8 *Consensus Cleri in sententia aliquorum videtur requiri potius ad consilium, quàm ad decisionem.*
9 *Consensus Episcopi sine consensu Cleri non sufficit, quia æquè vtriusque iudicium expostulatur.*

RESPONDETVR, quod (quamuis nonnulli, vt Suarez *cit. c. 26. n. 16.* putent, Episcopi, & Capituli suæ Cathedralis Ecclesiæ consensum sufficere; quia totius Cleri consensus ferè est impossibilis; tum quia nomine Cleri sæpe Capitulum intelligitur; tum tandem quia regulariter totus Clerus Capitulo Ecclesiæ Cathedralis committere consueuit potestatem decidẽdi negotia, quæ ad ipsum totum Clerum spectant) tamen ex probabiliori dicendum sit oppositum; scilicet quod sub nomine Cleri veniat, nõ solum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, sed etiam veniat totus Clerus totius Diœcesis, vel saltẽ veniant alia capitula eiusdem Vrbis (si in illa adsint) & ex Diœcesi saltem Vicarij foranei: ratio quia illis omnibus tributum est imponendum; ergo omnes illi, saltem pro maiori parte, tributum approbare debent: atque atque ita tenent Barbosa *in Collectan. ad tit. Canon. tom. 2. lib. 3. tit. 49. num. 7* Belletus *in disquisit. Cleri. par. 1. tit. de exempt. cleric. & eorum bon. §. 2. num. 5.* Megalius *p. 11. 2. lib. 2. cap. 17. q. 6. num. 14* Bonacina *in Bullam Cœnæ disputat. 1. q. 19. punct. 3. §. 3. num 16.* Marchinus *de peste par. 4. cap. 4. n. 11.* & ita in facti contingentia anno 1624. practicatum fuit Nouariæ, & Mediolani, dum Ecclesiastici ad monitiones vrbis Nouariæ & aliorum locorum Mediolanensis Ducatus ex decreto Vrbani VIII. contributiones præstare cogerentur: & ita etiam definit Rota in vna Brundusina gabellæ die 13. Februarij 1604. coram Pegna apud Posthumas Farinacij *to. 2. decis. 42. n. 7.* quatenus ait, requiri, quod ad huiusmodi onera imponenda vocetur, & consentiat Clerus, nec sufficiat Episcopus cum Capitulo. ex eo, quia quod omnes tangit, ab omnibus particulariter approbari debet, *c. cum omnes de constitut. & c. quod omnes de reg. iur. in 6.* & probatur ex *c. aduersus*, ibi: *Verùm si quando fortè Episcopus simul cum clericis*, huiusque Rota Romana, de qua *infra sect. 21.*

1
2
3
4
5
6
7

An autem, si Clerus non consentiat, sufficiat solus consensus Episcopi.

8 Affirmant aliqui, quia Clerus potius videtur requiri ad consilium, quàm ad decisionem.

9 At mihi probabilius videtur, æquè Cleri, ac Episcopi consensũ requiri, & sic consensum vnius sine consensu alterius non sufficere; quia æquè vtriusq; iudicium expostulatur, *cit. c. non minus*, ibi: *Nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint*, &c. & cit. *c. aduersus*, ibi: *Verum si quando Episcopus simul cum Clericis tantam necessitatem, vel vtilitatem perspexerint, &c.*

DVBITATIO XX.

An, & quando censendum sit, laicorum facultates non sufficere, vt teneatur Pontifex, vel Episcopus cum Clero ad dictas contributiones communes pro Clericis consentire?

SVMMARIVM.

1 *Facultates laicorum tunc censentur non sufficere secundum aliquos, quando non sufficiunt facultates communes Ciuitatis.*

2 *Facultates Laicorum ex probabiliori tunc censentur non sufficere, quando moraliter constat communia Ciuitatis bona non satis esse, & singulos Ciues non posse sine amissione conuenientia status, vel sine magno incommodo communi necessitati prouidere.*

3 *Arguitur id ex verbis Bulla Vrbani pro Ducatu Mediolani.*

4 *Facultates communes Ciuitatum vt plurimum exhausta sunt, & nisi tenerentur particulares, ea non sufficerent pro contributione, ex quo colligitur facultates tunc dici non sufficere, quando non sufficiunt bona ciuium.*

5 *Discussio facultatum Laicorum an sufficiant, est solum facienda in communibus necessitatibus, vel vtilitatibus, qua respiciunt per se, & principaliter Communitatem, & Rempublicam.*

6 *Ecclesiastici in communibus necessitatibus, vel vtilitatibus aque primò ipsos, & Laicos respicientibus, non minus quam Laici contribuere simpliciter tenentur.*

7 *Contraria sententia nonnullorũ nempe quod pro necessitatibus vel vtilitatibus aque primo Ecclesiasticos, & Laicos respicientibus dicta discussio ita facienda sit vt non grauentur Ecclesiastici, si laicorum facultates sufficiant, videtur conformis Bulla Vrbani VIII.*

8 *Ponderantur verba Bulla Vrbani VIII. vbi dicitur Clericos Panormitanos posse collectari pro expensis factis tempore pestis in subsidium.*

9 *Item verba Bulla Clementis VIII. pro Florentinis, vbi etiam pro reparatione fluminis Arni in subsidium collectari pracipiebat Ecclesiasticos.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis aliqui, vt Suarez *loco supra cit.* & Narbona *in 3. par. recopil. lib. 2. tit. 4. l. 57. glos. vnic. n. 51.* putent, tunc censendum esse, laicorum facultates non sufficere, quando non sufficiunt facultates communes ciuitatis; moti ex eo, quia si non de communibus, sed de singulorum ciuium facultatibus intelligendum esset, raro, vel numquã clerici tenerentur ad huiusmodi contributiones; siquidem raro facultates ciuium ita exhaustæ sunt, vt ad hæc opera necessaria non suppetant: tum quia ferè est impossibile Prælatis Ecclesiasticis inuestigare an facultates singulorum laicorum sufficiant; ergo solum de facultatibus communibus intelligendum est; quod & satis indicant verba *in l. 11. tit. 3. lib. 1. nona Compilat.*) tamen ex probabiliori dicendum
2 sit, tunc censendum esse laicorũ facultates non sufficere, quando moraliter constat, communia ciuitatis bona non satis esse, & singulos ciues non posse sine amissione conuenientiæ status, vel sine magno incommodo suis solis sumptibus communi necessitati, vel vtilitati prouidere: sic Martha *de iurisd. par. 4. centur. 1 cas. 1. n. 49.* Megalius *par. 1. lib. 1. cap. 17. q. 6. num. 113.* & Marchinus *de peste par. 4. cap. 4. num. 59.* & probatur ex Bulla Vrbani VIII. con-
3 cessa pro ducatu Mediolanensi apud Marchinum *vbi sup à*, in qua sic habetur: *Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, in muniendis ciuitatibus, & locis predictis ingenti pecuniarum vi opus, erariumque ipsius Philippi Regis valde exhaustum, & attritum sit, ex munitioneque huiusmodi totius status, tam Cleri, quàm populi securitati prospiciatur; Communitatum verò, ac Vniuersitatum, & hominum eiusdem status propter eorum inopiam ad totam impensam necessariam supportandam facultates non suppetant, nisi Clerus & Ecclesiastici quoque eò aliquid conferant*, &c. ex quibus verbis clarè constat, in tali casu non solum facultates cõmunes, sed & particulares attendẽdas esse; cùm propterea Pontifex post illa verba, *communitatũ, & Vniuersitatum.* subiunxerit: *Et hominum eiusdem status*, &c. Probatur etiam ratione; quia alioquin ferè sem- 4
per clerici tenerentur dictas contributiones præstare: quia ferè semper Ciuitates in communi non sunt ita diuites, vt possint ex communibus reditibus publicæ necessitati, vel vtilitati prouidere; tum quia alioquin priuilegium Clericorum frustraretur: cùm & laici, quando bona Ciuitatis communia sufficiunt, ad contributiones præstandas nõ teneantur, nisi consuetudo legitimè præscripta sit in contrarium, vt præter alios docet Megalius *p. 1. lib. 1. cap. 17. q. 6. num. 113.* ergo, &c. Vnde & patet Responsio ad opposita.

Cæterum huiusmodi discussio facultatum Laï- 5
corum, an sufficiant, est solùm facienda in communibus necessitatibus, vel vtilitatibus, quæ respiciũt per se & principaliter Communitatem, vel Rempublicam, cuius Ecclesiastici membra sunt licet priuilegiata, & exempta; nam in communibus ne- 6
cessitatibus, vel vtilitatibus æquè primò Ecclesiasticos, & Laicos respicientibus, Ecclesiastici non minus, quàm Laici, contribuere simpliciter, tenẽtur, sicuti dixit Ancharan. *in cit. c. nõ minus*, Menoch. *consil. 800. n. 9.* & Ceuall. *to. 4. commun. contra commun. q. 899. n. 162. & seqq.* & colligitur ex iis, quæ dicebam *suprà dub. 15.*

Quamuis contrarium non improbabiliter tene- 7
ant Gratian. *in discept. forens. to. 2. cap. 390. n. 19.* Martha *de iurisd. pars. 4. centur. 1. cas. 5.* & Sousa *in Bullam Cœna c. 19. disp. 59. n. 2.* nempe, quod etiam in casibus, in quibus cõtributio facienda est pro communibus necessitatibus, vel vtilitatibus æquè primò Ecclesiasticos, ac Laicos respicientibus, dicta discussio facienda sit, ita vt si Laicorum facultates sufficiant, Ecclesiastici non grauentur; grauentur autem, si non sufficiant. Et huic sententiæ oppositæ (vt verum fatear) fauere videtur Bulla Vrbani VIII. 8
quatenus ibi dicitur, Clericos Panormitanos posse collectari pro expensis factis tẽpore pestis, in subsidium, supposito quod facultates Laicorum non sufficerent, vt ei narratum fuerat, quapropter in cit. Bulla Pontifex loquendo cum Archiepiscopo Panormitano subiunxit hæc verba: *Iniungimus, vt constiterit tibi de narratis*, &c. Et multò magis fauere videtur Bulla Clementis VIII. concessa concessa Flo- 9
rentinis pro necessitate æquè principaliter clericos, & laicos concernente, nempe pro reparatione fluminis Arni possessiones tam clericorum, quàm Laicorum, deuastantis; cùm adhuc Clemens VIII. in illa Bulla concedat, Ecclesias, & Ecclesiasticos grauari in subsidium; siquidem mandat Nuncio Florentino, quod discussis priùs bonis Laicorum, & his inuentis non sufficere, condemnet Ecclesias, & Ecclesiasticos ad contributionem faciendam, sicuti testantur Martha, & Sousa *in locis supra cit.* qui tamen subdunt, quod quotiescumque notorium est, facultates laicorum non sufficere (etiamsi paucorum Laicorum facultates magnæ sint: nam publicas necessitates subleuare, non spectat ad vnũ, vel alterum ciuem, sed ad omnes pro rata, *l. sicut, ff. quod cuiusque vniuers. nomine*) clericos autem ditiores esse, hos, omissa discussione, contributiones præstare teneri, ex traditis per Bart. *in l. decem, ff. de verb. obligat.* Capic *decis.* 54 Capell. Tholos. *decis.* 196. & Afflictum *decis.* 318. vbi refert, sic de facto seruatum

tum in casu supra dicto Florentinorũ(non obstante quod Bulla Clemẽtis VIII. dixerit, id fieri, discussis prius bonis laicorum) quia cuilibet constabat, inquit ipse, bona Florentinorum non sufficere, & propterea sine discussione executa fuit dicta Pontificis sententia.

DVBITATIO XXI.

An Ecclesiastici sint immunes à tributis, seu muneribus, obsequiisque personalibus communibus?

SVMMARIVM.

1 *Triplex Differentia munerum & obsequiorum personalium.*

2 *Ecclesiastici à muneribus sordidis eximuntur simpliciter, ita vt neque debeant illa acceptare, quia ipsorum dignitati contraria sunt.*

3 *Item Mancipia, & Domestici ipsorum Clericorum à dictis muneribus eximuntur.*

4 *Ecclesiastici à muneribus honorificis, & indifferentibus eximuntur volentes, secus nolentes.*

5 *Clerici necessitate vrgente defendendæ Ciuitatis non excusantur à murorum vigiliis.*

6 *Clerici necessitate vrgente ad murorum vigilias cogi non possunt nisi à suo Prælato, seu superiore.*

1 RESPONDETVR cum distinctione, siquidem hæc sunt in triplici differentia: alia sordida, vt mundandæ cloacæ purgandi stabuli, fodiendæ arenæ: alia honorabilia, vt regendæ ciuitatis: alia indifferentia, vt officium tutoris, curatoris, & testamentarij. A muneribus sordidis
2 eximuntur simpliciter, ita vt neque debeant illa acceptare; quia ipsorum dignitati, & honorifico statui contraria sunt, & multum dedecent, vt traditur
3 expressè in *l. 10. Cod. de Episc. & cler.* ibi: *Repellatur ab his exactio munerum sordidorum*: quod adeò verum est, vt non solùm clerici, sed etiam ipsorum mancipia, & domestici à dictis muneribus eximantur; *cap.*
4 *generaliter, cap. iuxta sanctionem, cap. placuit, 16. quæst. 1. & l. 2. Cod. de Episc. & Cler.* Ab aliis verò muneribus honorificis, & indifferentibus eximuntur, si velint, vt dicitur *in l. 1. 2. quæst. 10. & 11. Cod de Episc. & cler. & cit. cap. generaliter, 16. quæst. 1. & toto tit. de immun. Eccles. & tit. Ne clerici, vel Monachi*: & colligitur clarè ex *cap.*
5 *peruenit, de immun. Eccles.* quatenus ibi, necessitate vrgente defendendæ ciuitatis, non excusatur clericus à murorum vigiliis, & sic sequitur, quod è contra à muneribus non ita vrgentibus
6 maneat excusatus. Adde, neque ad murorum vigilias in dicto casu vrgentis necessitatis, ordinariè cogi posse clericum, nisi à suo Prælato, seu Superiore. Vide Suar. *lib. 4. de immun. cap. 22. num. 7. & seq.* & Azor. 2. *par. lib. 8. cap. 10. vers. tertium priuilegium* Vide etiam, quæ dicebantur *supra dubit. 4. & 15.* & quæ dicentur *infra dubit. seq.*

DVBITATIO XXII.

An, & quid senserit Rota Romana quoad ea, quæ dicta sunt in sex proximis superioribus Dubitationibus?

SVMMARIVM.

1 *Affertur tenor decisionis sacræ Rotæ in vna Brundusina Gabella.*

2 *Sententia Vicarij Archiepiscopi Brundusini lata fuit contra Clerum.*

3 *Sac. Rota Romana censuit sententiam Brundusinam non fuisse confirmandam.*

4 *Ecclesiastici non tenentur ad gabellas, collectas, impositiones, datia, & qualibet alia onera à laicis imposita.*

5 *Laici cogentes Clericos ad dictas contributiones, sunt excommunicati.*

6 *Laici non possunt compelli ad contributiones, nisi adsit magna necessitas.*

7 *Item nisi concurrat communis vtilitas, vel saltem pietas.*

8 *Item nisi laici non sufficiant ad illud onus sustinendũ quia Clerici contribuere tenentur solum in subsidium.*

9 *Item non tenetur ad dictas contributiones nisi ad oneris impositionem consentiat Clerus, nec sufficit Episcopus cum Capitulo.*

10 *Item non tenentur inconsulto Pontifice ad dictas contributiones.*

11 *Item non tenentur ad soluendum onera imposita, nisi exigantur à superiore Ecclesiastico.*

12 *Arrendatarij Brundusini prætendebant, quod bona de quibus agitur transire debuissent cum oneribus suis, præsertim cum essent hypothecata.*

13 *Ratio Thesauri fuit reprobata à Rota, quia licet possit habere locum respectu onerum realium impositorum priusquam bona peruenirent ad Ecclesiam, secus autem est quando onera non sunt mere realia.*

14 *Onus impositum bonis propter bona ipsa, res onerata ad quemcumque perueniat transit cum illo onere, & in hoc casu si perueniant ad Clericos, soluere tenentur.*

15 *Ecclesiastici, si ad eos peruenerit res grauata onere non perpetuo, sed quod variatur pro varietate negotiorum, non tenentur ad solutionem.*

16 *Onera imposita ratione Personæ tantum propter bona non ligant Ecclesiasticos.*

17 *Clerici non tenentur ad solutiones fiscales, quæ fiunt pro solido, & libra.*

RESPONDETVR: ita habet in vna Brundusina gabellæ die 13. Februarij anno 1604. Communitas quædam Brundusinæ Diœcesis, vt subuenirent vrgentibus necessitatibus, census super datiis panis, vini, & olei, & aliis redditibus imposuerunt in totum pro summa 57000. ducatorum, cum promissione, quam simul congregati, tam communi, quàm proprio nomine fecerunt, quod prædictos census, tanquam de propriis pecuniis emptos defenderent, & de euictione sub hypotheca omnium bonorum obligari voluerunt. Anno 1544. eadem vniuersitas datia prædicta, super quibus census fuerat impositus, ac omnes alios redditus, & prouentus publica citatione præcedente arrenda- 1

runt, seu locarunt ad 14. annos cum pacto, quod
intra dictum tempus prædictum debitum 57000.
ducatorum extinguerent, quolibet scilicet anno
certam partem. interim vero soluerent annuos fru-
ctus partis non extinctæ, & vlterius persoluerent
etiam annuarum debita fiscalia, & alia annua one-
ra eiusdem Vniuersitatis. Interim cùm Arrendato-
res maiorem partem prædictorũ ducatorum 57000.
extinxissent, & annua onera soluissent, & multa de
prædictis bonis hypothecatis in potestatem cleri-
corum peruenissent, à quibus prædicti Arrendato-
res exigere volebant eam partem, & portionem,
quam exigebant, antequam bona ad clericos per-
uenissent; & clerici contribuere alicui solutioni
debitorum fiscalium, vel extinctionis debiti cen-
suum recusarent, moto iudicio coram Archiepisco-
a po Brundusino, eius Vicarius pronunciauit, quod
clerici per decennium præteritum pro tribus ter-
tiis soluere in rebus emptis, & donatis tenerentur,
& in futurum quod possiderent, excepto ad titu-
lum Ordinis sacri, non tamen in fraudem, & pro
debitis contractis bona empta, & donata, & patri-
monialia transissent cum oneribus suis, & clericos
teneri contribuere, nõ tamẽ si donatores, & vendi-
tores fuissent soluẽdo. Rursus eosdẽ clericos teneri
pro bonis tenentibus contribuere, donec peruenis-
sent ad Ordines sacros de bonis donatis ad titu-
lum ordinationis. Causa in partibus sic definita in
gradu appellationis introducta in Rota, dubitatum
fuit, an sententia Brundusina esset confirmanda,
vel infirmanda; & quia articulus erat exemplaris,
proposita causa die 5. Martij, & 7. Nouembr. 1605.
solis Arrendatariis informantibus, non fuit facta
aliqua resolutio; quia domini maturè considerare
voluerunt naturam bonorum, super quibus im-
ponuntur hæc onera, & similiter naturam onerum
fiscalium. Denique in hac vltima propositione
Rota contra Arrendatores respondendum censuit,
3 sententiam Brundusinam non fuisse confirman-
dam, quia clarum est, Ecclesiasticas personas non
4 teneri ad gabellas, collectas, impositiones, datia, &
quælibet alia onera à laicis imposita, *cap. non mi-
nus, cap. aduersus, de immunit. Eccles. & cap. 1. eod. tit.
in 6.* & fuit in Rota sæpe decisum, & signanter in
causa Valent. gabellæ 4 Nouembr. 1595. & die 29.
Iannar. 1595. & die 9. Decembr. 1598. & in causa
Cordubén. gabellæ, die 19 Ianuar. 1607. & hoc
5 adeò verum est, vt laici cogentes clericos ad istas
contributiones sint excommunicati: ad effectum
enim, vt clerici legitimè possint subire ista onera,
& ad illa soluenda compelli, inspecto iure Cano-
nico, sequentia copulatiuè requiruntur.

6 Primò, vt adsit magna necessitas, cui aliàs facilè
subueniri non possit; quia tunc clerici cum laicis
contribuere tenentur, *cit. cap. non minus*, vbi Abb.
num. 5. & cit. c. aduersùs, de immunit. Eccles. vbi idem
Abb. *num. 4.* & clarius in Extrauag. Benedicti XI. *de
immunit. Eccles.*

7 Secundò, debet concurrere communis vtilitas,
vel saltem pietas, *cit. cap. non minus, & cit. cap. ad-
uersùs, & l. ad extractiones, C. de sacrosanct. Eccles.*

8 Tertiò, requiritur, quod illud onus sit tale, ad
quod sustinendum laici non sufficiant; quia cleri-
ci, & Ecclesiæ contribuere tenentur, solum in sub-
sidium, & quando laicorum non supersunt facul-
tates, *cit. cap. non minus, & cit. cap. aduersùs*; quas con-
ditiones considerauit Benedictus *in cit. Extrauag.*
ibi: *attentum attendant solicitè Ecclesiarum Prælati, &
clerici Lateran. Concilij, quod in huiusmodi subuentio-
nibus solum casum necessitatis, vel communis vtilitatis,
vbi laicorum ad id non supersunt facultates, deliberatio-
ne prouida nos iterum expressisse.*

Quartò, requiritur, quod ad onus huiusmodi 9
imponendum vocetur, & consentiat clerus, nec
sufficit Episcopus cum Capitulo; quia quod om-
nes tangit, ab omnibus particulariter approbari
debet, *cap. non omnes, de constitut. cap. quod omnes, de
reg. iur. in 6. & cit. cap. aduersùs*, ibi: *Verùm si quando
fortè Episcopus simul cum clericis*; & notat Abb. *in cit.
cap. non minus, num. 4. & 5.*

Quintò, in istis oneribus imponendis ad effe- 10
ctum, vt clerici teneantur, potissimum requiritur,
vt Papa consulatur, & ipso consulto, & non aliàs,
clerici contribuant, *cit. cap. aduersùs*, vbi notat Abb.
n. 5. & sic fuit expressè cautum per Benedictum
XI. in cit. Extrauag. de immun. Eccles. & meritò;
quia si arbitrio Episcopi, & cleri hoc relinquere-
tur facilè contingerent istæ impositiones per am-
bitum & preces Principum, & ministrorum laico-
rum, quibus occurrere solent Romani Pontifices,
qui non aliter, quàm causa cognita, ipsas faculta-
tes, vt clerici contribuant, concedere solent.

Postremò requiritur, quod ad istas impositiones 11
soluendas, postquam prædictis requisitis concur-
rentibus factæ fuerint, clerici non à ministris lai-
cis, sed ab Episcopo superiore Ecclesiastico com-
pellantur; quia Principes, & potestates secula-
res non possunt se in his intromittere. Inno-
cent. *in cit. cap. non minus, num. 6.* Iason *in l. ad in-
stitutiones, num. 4. & 6. Cod. de sacros. Eccles.* Abb. *in di-
cto cap. non minus, num. 18. de immun. Eccles.* & Guido-
pap. *decis. 78 in fin.*

Sed informantes pro Arrendatariis prætende- 12
bant, quod bona, de quibus agitur, transire debue-
rant cum oneribus suis, præsertim cùm essent hy-
pothecata, gloss. *in cap. 1. vers. senioribus, de cens.* Bald.
cons. 180. vers. nam cùm. Anchar. *cons. 403. n. 3. in fin.
& num. 4. vers. & confirmatur*, Bellon. *consil. 40. num.
5.* & Thesaur. *decis. 234. num. 9.* vbi ait, bis sic fuis- 13
se iudicatum. Hæc tamen ratio non placuit Ro-
tæ; quia licet possit habere locum respectu one-
rum realium impositorum prius quàm bona per-
uenirent ad Ecclesiam, secùs autem est, quando
onera non essent merè realia; quia tunc si deue-
niant ad Ecclesiam, vel clericos, non durant talia
onera; quod vt melius intelligeretur, distinguebran-
tur aliqui casus.

Primus est, quando possessionibus, prædiis, seu 14
bonis propter bona ipsa imponuntur onera, vt *leg.
rescripto §. fin. & leg. minus, §. matrimoniorum, de
muner. & honorib.* & tunc res onerata ad quemcum-
que perueniat, cum illo onere transit; & conse-
quenter clericus, ad quem peruenit, pro illis sol-
uere tenetur; quia est illud onus certum, reale,
& perpetuum Innocent. *in cap. non minus*, Cal-
der. *consil. 7. numer. 2. de Constitut.* Archidiac. *in
cap. 1. de immunitat. Eccles. in 6.* Ioan. Andr.
ibid. numer. 5. in princip. Geminian. *num. 9.* Abb. *con-
sil. 53. numer. 2. lib. 1.* Ancharan. *consil. 96. numer.
6.* Angelus *consil. 24* Bartol. *in leg. rescripto, §. vlt. n.
5. de muner. & honorib. & in leg. placet, num. 19. Cod.
de sacros. Eccles.* quos refert Alphonsus Aluarez *in
specul. iuris Pontif. cap. 25. §. & quoad principium, ver.
nam si dictum.*

Secundus casus est, quando impositio onerum 15
non est perpetua, & certa, sed pro varietate ne-
gotiorum imminentium, & immutatur imposi-
tio, quæ fit pro solido, & libra, & tunc si res
tali modo grauata perueniat ad Ecclesiam, vel
clericos, desinit durare tale onus, *cap. nouerit, 10.
quæst.*

quæst. 1. c. 1. *de iure patronat in6.* & docet Archidiac. *cit. cap.* 1. *de immunit. Eccles. in* 6. Ioannes Andr. *num.* 5. *in fin* Geminian. *num.* 9. & Calderin. *cit. consil.* 7. *de constitut. num.* 2. *circa fin.* qui licet paulò post *vers. ista quidem*, considerata rei grauitate subdat, quod ista indigerent declaratione summi Pontificis, siquidem in Ecclesiæ læsionem possunt talia statuta emanare, tam statim inhærendo Bartoli sententiæ, supradictā destructionem amplectitur.

16 Tertius casus est, cùm ista onera, collectæ, seu impositiones imponuntur ratione personæ tantum propter bona, & tunc, cùm non inhæreant rebus sed imponantur potissimum ratione personarum, non possunt imponi, nisi subditis, id est, ciuibus, & incolis. *l. scriptum*, §. *sciendum, vbi gloss. ff. de muner. & honorib.* Vnde, cùm clerici non sint subditi, non possunt talia onera imponi nec ipsis, nec Ecclesiæ siuè priusquam peruenirent ad Ecclesiam, fuerint imposita, siuè post. Ita cit. Doctores, & præcipuè Geminian. *in dicto cap.* 1. *de immunit. Eccles. num.* 9. *in fin.* vbi concluditur, ex hoc patere responsum ad omnia iura, quæ possent in contrarium adduci; quia loquuntur in prædiis tributariis, & sic quando onera sunt annexa rebus, & non personis.

Cùm ergo impositiones censuum, de quibus agebatur, non essent onera certa, & ordinaria, & perpetua, nec propriè realia, clerici, & Ecclesiæ, ad quas ista bona peruenerunt, non tenebantur ad eorum solutionem. Idem iudicium fuit de solutionibus fiscalibus, quis licet informantes pro Arrendatariis contenderent, esse onera perpetua, conformia, & consueta solui ab habitatoribus pro defensione maritimarum nauium, & militum stipendiis iuxta æstimationem, & descriptionem antiquitus in catastris factam, tamen quia citati Doctores tenebāt, ta-

17 les impositiones, quæ sunt pro solido & libra, non esse perpetuas, sed mutari pro varietate negotiorum imminentium, dicebant etiam Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ad istis solutiones non teneri, licet ad illas peruenerint bona huiusmodi solutionibus grauata, *cap.* 1. *de immunit. Eccles. in* 6. vbi Archidiac. Ioannes Andreas, & Geminian *num.* 9. Clement *de censibus* & communiter Doctores; vnde meritò fuit conclusum contra Arrendatores, & sententiam Brūdusini fuisse reuocandam.

DVBITATIO XXIII.

An, quando Clerus cum consensu Summi Pontificis, & aliis solemnibus requisitis consentit in aliquam contributionem, ad quam non tenebatur, afficiat etiam Ecclesiasticos successores?

SVMMARIVM.

1 *Consensus Cleri ad aliquam contributionem cum solemnitatibus requisitis factam de consensu summi Pontificis obligat etiam successores, licet aliàs non tenerentur.*

2 *Limita dummodo non fuerit præstitus consensus ad tempus limitatum.*

3 *Exemptus potest renunciare priuilegio Exemptionis cum consensu summi Pontificis.*

4 *Quilibet potest renunciare iuri suo simpliciter, & cum hoc spectat ad alium, cum consensu illius, ad quem illud spectat.*

5 *Exemptione sublata per ius commune afficiuntur etiam successores, vt pote iuri Communi subiecti.*

6 *Priuilegium speciale derogat vniuersali, saltem quādo de vniuersali sit spe[cia]lis mentio.*

7 *Priuilegium speciale derogat etiam Immunitati successorum, quia durat saltem dum causa durat.*

8 *Laici exigentes in dicto casu à successoribus Clericorum qui legitime consenserunt, dictam contributionem, non incurrunt excommunicationem latam contra violantes immunitatem Ecclesiasticam.*

9 *Exemptio à gabell[is] est priuilegium personale; sed cessat ex dispositione iuris communis in casu, de quo agitur.*

10 *Priuilegium Immunitatis à gabellis non est immediate concessum singulis Personis; sed toti ordini, seu statui clericali.*

11 *Priuilegium conces[su]m Communitati, non est personale, sed reale; & sic sub dispositione Communitatis consentiente superiore.*

RESPONDETVR affirmatiuè, ita vt hi etiam teneantur tali consensui stare 1 tamquam legitimo, & canonico, vtpote cum omnibus solemnitatibus, *in c. non minus, & cap. aduersus de immunit. Eccles.* requisitis præstito (dummodo non fuerit præstitus ad tempus limitatum, quod iam transiit, 2 & non cessauerit causa, ob quam fuit præstitus.) Et probatur, quia cùm exemptus possit renunciare priuilegio exemptionis cū cōsensu Sum. Pontificis; si- 3 4 quidem quilibet potest renunciare iuri suo simpliciter, & cùm hoc spectat ad alium cum consensu illius, ad quem illud spectat (sicuti notant Abbas *in cap. t. de re iudic. numer.* 19. & *in cap. si de terra, de priuileg. num.* 5. Felin *in cap. cum accessissent, de constitut. n.* 19 Decius *ibid. circa fin.* Castrens. *in l. penult. Cod. de pact.* Ias. *ibi num.* 14. & idem Castrens. *consil* 432. *num.* 3. *lib.* 1. Silu. *ver. exemptio num* 11. Armilla *numer.* 8. Roman *cons.* 369. *num.* 18. Cardinalis *cons.* 38. *in fin.* Gail. *observat.* 40 *numer.* 3. *lib.* 1. Tusch. *lit. C. concl.* 1027. *num.* 3. Rouitus *pragm.* 2. *n.* 25 *tit. de iurisdict. inu. non turb.* Cenedus *quæst.* 12. *num.* 8. & 9. Giurba *consil.* 95. *numer.* 13. Nouarius *in qq. forens. quæst.* 43. Rota coram Coccino in vna Vlyssipponensi monast. 19. Nouembr. 1625 & habetur ex cap. *cum tempore de arbitris*) consequens est, quod talis consensus sit validus, & sic afficiat etiam Ecclesiasticos successores; quia subintrat ius commune tollens exceptionem; siquidem, stante communi necessitate, remittitur exemptio à gabellis ab ipso Clero cum solemnitatibus requisitis in *dicto cap. non minus, & dict. cap. aduersus*; qua exemptione sublata per ius 5 commune afficiuntur etiam successores, vtpote iuri communi subiecti; præsertim quia consensus cleri est quædam declaratio, quod locum habeant iura prædicta; & consensus Pontificis est talis declarationis confirmatio; & sic quod iuxta prædicta iura cesset exemptio quoad ea, quæ expressa sunt in consensu, etiam quoad Ecclesiasticos successores, Vide Paulum Staibanum *resol.* 37

Confirmatur, quia priuilegium speciale derogat 6 vniuersali saltem quando de vniuersali fit specialis mentio, *gl. in cap.* 1. *ver. super priuilegiis, de rescript.* Abb. *ibidem, num.* 10. Felin. *num.* 3. *ver. limita*, Beroius *num.* 39. Ripa *num.* 74. & Alexand. *consil.* 155. *nu.* 21. *lib.* 6. At stante consensu Episcopi, & Cleri cum consensu summi Pontificis, subintrat priuilegium speciale per *cap. non minus, & cap. aduersus* exigendi gabellas, à quibus Clerus est immunis; ergo ex vi talium tu-

tium-

tium tale priuilegium speciale derogat priuilegium exemptionis vniuersale; siquidem, non obstante immunitate cleri, cōceditur secularibus per priuilegium speciale in dictis iuribus, quod, stante necessitate communi, exigatur contributio, in quam Clerus, & Episcopus simul cum summo Pontifice
7 consentit; quod priuilegium speciale derogat etiā immunitati successorum; quia durat saltem, dum causa durat, vt ex communi tradunt Doctores, quos citat & sequitur Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 30. numer.* 14 Suar. *de legib. lib. 8. cap. 30. numer.* 18. & Titaquell. *quod cessante causa cess. eff. par. 2. limit.* 12.

8 Ex his sequitur, quod laici in dicto casu petentes, & exigentes ab Ecclesiasticis contributionem, excommunicationem contra violantes immunitatem Ecclesiasticam latam non incurrant; quia nulla intercedit immunitatis Ecclesiasticæ violatio; cùm illa denegetur Ecclesiasticis ex communi partium consensu canonicè præstito.

9 Obiicies: exemptio à gabellis est priuilegium personale, ergo non potest quoad illud vnus alteri præiudicare.

Respondetur; nego consequentiam; quia tale priuilegium, vt dixi, cessat ex dispositione ipsius iuris communis, cùm agatur de publica necessitate, & cum consensu ipsius Cleri, & Summi Pontificis, iuxta *cit. cap. non minus, & cap. aduersus.* Respondetur
10 secundò; nego antecedens; quia dictum priuilegium non est immediatè concessum singulis personis, sed toti Ordini, seu statui, Clericali; atque adeò communitati Ecclesiasticorum: priuilegium autem cōcessum communitati non est personale, sed reale, & sic sub dispositione Communitatis, consentiente superiore, ad quem spectat dicti priuilegij conseruatio Dinus *in cap. priuileg. de regul. iur. in 6. numer.* 7. Bart. *in l. vlt. ff. de seruit. legat. num.* 5 Bald. *in l. omnia in princip. Cod. de Episc. & cleric.* Ancharan. *consil.* 317. *ver. primo namque,* Aretin. *in cap. nullus de foro compet.* Roman *consil.* 280. Decios *in l in omnibus causis, num.* 16. *& in l. qui in ius, num.* 1. *ff. de regul. iur.* Bellonus *consil.* 20. *numer.* 9. Zasius *lib. 1. singular. Resp. cap 4. in fin.* & Menoch. *de præsumpt lib. 3. præsumpt.* 103. *numer.* 24. *& consil.* 727. *numer.* 14. *& consil.* 1007. *num.* 98.

DVBITATIO XXIV.

An afficiat etiam Ecclesiasticos incolatum seu domicilium habentes?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici domicilium habentes tenentur ad contributiones legitime impositas de consensu Cleri, & summi Pontificis auctoritate.*

2 *Ecclesiastici habentes domicilium in aliqua Ciuitate censentur tanquam Ciues, & sic censetur in ipsis dispositum, quidquid disponitur de Ciuibus.*

3 *Incola habens domicilium est proprie subditus, & sic tenetur portare onera communia simul cum alijs, tanquam effectus pars de corpore, cum quo communicat.*

4 *Ecclesiastici ratione Domicilij gaudent commodis, & priuilegijs aliorum Ecclesiasticorum.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia tales ratione domicilij, seu incolatus 1
incorporantur communitati clerico- 2
rum loci, ita vt habeantur, tamquam ciues, & sic dispositum censeatur in ipsis quidquid disponitur in ciuilibus, Alexand. *consil. 19. num. 6. lib. 6.* Archidiac. *in cap. statuta, de Constitut.* Bald. *in l. 1. Cod. de summa Trinit. num.* 13. Socin. *consil. 129. ver. sextò prædicta, vol. 1.* Alciat. *in l. prouinciales, de verb. signific. num.* 2. Paris. *consil. 71. num. 3. & 4. lib. 1.* & Goradin. *consil. 49. num.* 13. & facit textus *in cap dilectis, de foro compet.* 3

Confirmatur; quia quod in vniuersum incola habēs domicilium sit propriè subditus, & sic teneatur portare onera communia simul cum alijs, tamquam effectus pars de corpore, cum quo communicet; docent communiter Doctores *in l. rescripto, ff. de muner. & hon. glos. in Clement. ver. subditos, de foro compet.* Zabarel. & Ancharan. *ibi.* Abb. *in cap. 3. de appellat.* Bald. *in l. omnes, §. si apparitor, Cod. de Episc. & cleric.* Ias. *in l. si placet, Cod de sacros. Eccles.* Imola *in cap fin. de vit. & honest. cler.* & Narra *consil 4 num. 1. lib. 1.*

Confirmatur secundò, quia prædicti Ecclesiastici 3
ratione domicilij gaudent commodis, & priuilegiis aliorum Ecclesiasticorum, Bart. *in tract de reg. regal. q. 5. princip. quæst. c. 1.* Aretin. *cons.* 77. Soccin. Senior. *cons. 129. num. 2. lib. 1.* Bertrand. *cons. 75. par. 1. lib. 2. & cons. 92. par. 2. lib. 2* & Andr. Gailius *lib. 2. pract. obseruat. cap. 15. num. 6 in fin.* ergo & gaudere debent incommodis, & oneribus eorumdem Ecclesiasticorum iuxta regul qui sentit, *de regul. iur. in 6.*

DVBITATIO XXV.

An Princeps debeat soluere pretium pro domibus ob vrbem muniendam, vel ab hostibus defendendam dirutis?

SVMMARIVM.

1 *Princeps non tenetur soluere pretium pro Domibus ob vrbem muniendam.*

2 *Ædificans prope mœnia subintrat periculum dirutionis.*

3 *Ædificia, quæ vulgo, Parapatasia, dicuntur vide quæ sint.*

4 *Ædificans, vel ædificia emens in talibus locis muniendis, sibi ipsi imputet, si damnum aliquod sentit.*

5 *Qui ex culpa sua damnum sentit, intelligitur damnum sentire.*

6 *Qui init societatē cum socio parum diligenti, ex quo damnum patiatur, sibi imputare debet.*

7 *Qui proprio facto possessionem amisit, sibi ipsi imputare debet, si à remedio redintegrationis excludatur.*

8 *Qui est prouidendus de prima Prabenda vacatura ex rescripto, si negligit petere primam quæ vacat, non potest prouideri de secunda ex vi talis rescripti.*

9 *Ius non assistit pro compensatione damni ei, qui illud ex propria culpa patitur.*

10 *Princeps, si quando compensat damnum, facit ex æquitate, non ex iustitia.*

11 *Princeps ratione publica vtilitatis, licet per altum dominium possit auferre rem alienam; tenetur tamen soluere pretium, & compensare damnum si tamen is cui res perit, non fuerit in culpa.*

12 *Idem dicendum est de illis ædificiis, quæ sunt in ex-*

tre

tremitatibus oppidorum , quæ non dum sunt muris
munita.
13 *Lex extendi debet ad extentionem rationis ipsius*
legis.
14 *Princeps si de nouo ædificet fortificium in interiori-*
bus partibus Ciuitatis , cum talis casus non potuerit
præuideri,debet damnum patienti compensare.

RESPONDETVR negatiuè; sic
1 in terminis Petrus Pechius *in cap.*
sine culpa , num. 11. & in cap. nemo
potest,num. 3. & in cap. damnum, quod
quis , num. 4. de regul. iur. in 6 &
probatur;quia huiusmodi ædificia
prohibentur à iure,*l. si cui loci,Cod.de ædif.priuat.* vbi
2 etiam indicitur ,quod ædificans in his locis sub-
intret periculum dirutionis,ibi :*Et priuatus ædifica-*
tor,velut perperam ædificato loco dirutionis quandoque fu-
turæ non timeat detrimentum:& *in l. ædificia,Cod de pu-*
blicis oper. omninò prohibentur,& dirui præcipiun-
3 tur talia ædificia,ibi:*Ædificia,quæ vulgo parapatasia*
nuncupantur,vel si qua alia opera mœnibus , vel publicis
operibus ita associata cohærent,vt ex his incendium,vel in-
sidias vicinus reformidet,aut angustientur spatia platearũ
vel minuatur porticibus latitudo,dirui,ac prosterni præci-
pimus. Ergo cùm lex semper loquatur , qui in his lo-
cis ædificat,vel ædificia emit voluntariè dirutionis
periculum subintrat;& sic si damnum aliquãdo pa-
4 tiatur,sibi imputare debet,ita vt non debeat Prin-
ceps illud compensare (iuxta regul. dãnũ de regul.
iur in. 6. *Quisque debet sibi;& non aliis imputare dãnũ,*
5 *quod ex propria culpa sentit*:& iuxta leg. quod quis,*ex*
culpa sua damnum sentit , non intelligitur damnum sen-
tire,ff.de regul.iuris: tenebatur enim præuidere casum
posse euenire , quod si non præuidit , fuit in culpa,
maximè sic lege loquente,vti dicebamus.
6 Confirmatur à simili ; quia qui init societatem
cum socio parum diligenti, ex quo damnum patia-
7 tiatur, sibi imputare debet,*§. fin. Instit de societate.* Itẽ
qui proprio facto possessionem amisit , sibi etiam
imputare tenetur , quod à remedio redintegratio-
nis excludatur, Rip. *in cap. sæpe,de restitut. spoliat num.*
27. Ruinus *cons 47. lib 4.* & Socin. *in l. item quæ robis,*
8 *ff. de acquir. poss.* Item si qui est prouidendus de prima
præbenda vacatura ex rescripto,negligit petere pri-
mam,quæ vacat,non potest prouideri de secunda,
ex vi talis rescripti , *cap si clericus ,de præbendis in 6.*
9 Ergo sic & in casu nostro:& ratio,sicuti dicebam,
horum omnium est,quia ius non assistit pro com-
pensatione damni ei, qui illud ex propria culpa, ne-
gligentia , vel inconsideratione patitur : quod si
10 quando Princeps compensat,facit ex æquitate ,non
ex iustitia;cùm ex iustitia , sicuti dicebam ,non te-
neatur.

Obiicies gloss. *in l. Barbarius,in fin. ff. de offic. Præ-*
tor. Afflict. *in cap. 1. §. plaustrorum, quæ sint Regalia;* Ro-
man. *consil. 310. ver. secundò* probatur , Ruin. *consil.*
88 *circa fin. lib. 4.* Ias. *consil. 46. lib. 3.* Decius *consil.*
520. *circa fin. & in cap. quæ in Eccle. de constitut. num.*
26. & Gozad *consil. 15. num. 12.* sentire videntur con-
11 trarium,quatenus docent,quod , licet Princeps ra-
tione publicæ vtilitatis per altum dominium pos-
sit auferre rem alienam , teneatur tamen soluere
pretium,& compẽsare damnum , & sic si pro mu-
nienda,vel defendenda vrbe diruat domus alterius,
teneatur soluere pretium iuxta valorem illa-
rum.

Respondetur,hos Doctores loqui iuxta *l. item si,*
ver. ratum, ff. de rei vindicat. scilicet si is,cui res perit,
non fuerit in culpa ;& sic hos Doctores explicant
alij Doctores *in cit. l. Item si*, & Felin. *in cap. quæ in*
Ecclesiarum, de Constitut. vbi etiam alij Canonistæ.
An autem idem dicendũ sit de illis ædificiis, quæ 12
sunt in extremitatibus oppidorum , quæ nondum
sunt muris munita & circumscripta,si contingat ea
muris muniri,& circumscribi.

Respondetur affirmatiuè ; quia militat eadem
ratio:nam ibi etiam ædificans , vel ædificia emens
tenebatur præuidere , fieri posse , quod necessitas
posceret, oppidũ debere muniri,& si dirui talia æ-
dificia:quapropter si adhuc ibi ædificat, vel ædifi-
cia emit , est in culpa , & sibi imputare debet , vt
propterea non teneatur Princeps damnum ipsi
compensare. Accedit ,quod cùm in hoc casu etiam
locum habeat ratio *l. si cui, Cod. de ædif. priuat.* (quia 13
scilicet in loco incongruo ædificauit)debeat etiam
locum habere ipsa lex ; cùm lex extendatur ad ex-
tensionem rationis ipsius legis , *l. illud quæsitum in*
princip. ff ad legem Aquiliam, & l. non solum §. simili-
liter , de excusat. & cap. inter cætera in fin. de re-
scriptis.

At secus dicendum , si Princeps de nouo fortifi- 14
cium erigat in interioribus partibus ciuitatis;quia
tunc cessat ratio legis,cum talis casus non potue-
rit præuideri,atque adeo ibi ædificans, vel ædificia
emens non sit in culpa,& sic debeat ipsi damnum
compẽsari;quia cùm cesset ratio legis, debet etiam
& lex cessare, *l. adigere , §. quamuis ff. de iure patron. &*
cap. cùm cessante , de appellat.

DVBITATIO XXVI.

An is , cui Princeps non dando æquiualens concessit immunitatem ab aliqua collecta imposita pro publica necessitate , sit seruandus immunis ?

SVMMARIVM.

1 *Is,cui à Principe concessa est Immunitas non dato æ-*
quiualenti ab aliqua collecta imposita pro publica ne-
cessitate,seruandus est immunis,si concessio facta sit ex
iusta causa , puta,quia ex industria iuuat Rempubli-
cam.
2 *Onus alicui remissum ceteris accrescit,si remissio facta*
sit à Principe ex iusta causa.
3 *Princeps non potest in præiudicium aliorum reddere*
aliquem immunem ab oneribus cõmunibus aliis se,onus
augendo.
4 *Princeps potest in lege positiua dispensare;secus ta-*
men est in lege naturali.
5 *Omnis consuetudo cõtra ius naturale est irrationalis.*
6 *Inferior non potest dispensare legem superioris , &*
contra illam ire.
7 *Deus est Auctor legis naturalis.*
8 *Princeps lege naturali tenetur iustitiam seruare cum*
subditis ; quia lege naturali obstringitur facere quod
iustum est, & euitare quod iniustum est.
9 *Sentientes commodum illius rei, pro qua imponitur*
collecta,sentire debent & incommodum.

RESPONDATVR affirmatiuè ; si concessit
ex iusta causa, verbi gratia quia talis, cui 1
Princeps concessit,est vtilis Reipublicæ;
ita vt per suam industriam, vel per alium
modum iuuet Rempublicam plus,vel saltem æqua-
liter ac iuuant alij qui contribuunt;sic colligitur ex
l. si

l. si nõ fuerint, in princip. & ex l. si coita, ff. pro socio, & tenēt Lucas de Penna *in l. vacuatis, Cod. de Decurionib.*
2 Petra *de potest. Principis c. 32. dub. 2. n. 9.* & in hoc sensu intelligēdi sunt Bart. *in l. 2. Cod. de publ. oper.* Imola *in l. ab omnibus ff. de legat. 1.* Bald. *in c. secūdo requiris in fin. de appellat.* Ias. *in l. auu, ff. de pr.* Abb. Io. Andr.
3 & Felin. *in cap. peruenit, de immun. Eccles.* quatenus aiunt, onus alicui remissum cæteris accrescere; intellige, scilicet in casu, quod remissio facta fuerit à Principe ex iusta causa.

At secus dicendum, si princeps non concessit ex iusta causa, quia non potest Princeps in præiudicium aliorum reddere aliquem immunem ab oneribus communibus, aliis scilicet onus augendo, *argum. cit. l. vacuatis. Cod. de Decurion. & l. immunitatem, Cod. de agr col. & cens. & l. fin. Cod. quemadmodum ciuil. mun. Ind.* & tradunt Lucas de Penna *loco supra cit. & in l. actores, Cod. de executor. tributor.* Socin. Sen. *cons. 72. in fin. lib.* 4. Boër. *decis. a 13. n. 3.* Bursat. *consil.* 16. *num.* 97. Vol. 1. Roland. à Valle *cons.* 76. *num.* 5. & 6. *vol.* 2. Cacher. *decis.* 95. *num.* 22. & 23. Menoch. *consil.* 744. *n.* 1. Felin. *in cap. accedent, de præscriptis*, Thomatus *de collectis num* 17. & 18. Pechius *in cap. qui*
4 *sentit, de regul. iur. in* 6. Petra *de potest Princip. cap.* 32. *dub.* 2. *num.* 9. Bocerus *de collectis cap.* 11. *num.* 53. & 54. & Petr. Antibol. *tract. de muner par.* 3. *num.* 32, & ratio est clara, quia faceret contra iustitiam.

Obiicies: Princeps est supra legem, & sic potest dispensare legem; ergo.

Respondetur, distinguo antecedens: si loquamur de lege positiua, transeat: si loquamur de lege naturali, in qua nunc sumus, nego; quia hæc immutabilis est, *§. sed naturalia, Instit. de iure natur. & cap. sunt quidam 25. q. 1. & cap. non debet, de consanguinit. & affinit.* & tradont commoniter Doctores cum S. Th. 1. 2. q. 94. *ar.* 4. & *seq.* Vnde nulla lex potest præuale-
5 re contra ius naturale, *cap. cum tanta de consuetud.* quia cùm ius naturale sit ipsa ratio dictans de honestate, omnis consuetudo contra ipsum est irra-
6 tionalis, vtpote contra ipsam rationem: tum quia inferior non potest dispensare legem superioris, & contra illam ire, *cap. inferior, dist.* 21. & Clement. *ne Romani, de elect.* qoia inferior subditur superiori: si verò posset contra legem superioris ire, oon subiiceretur superiori, sed sibi subiiceret illum; quandoquidem posse rationabiliter ire contra legem il-
7 lius, importaret potestatem supra legem illius, atqi adeò eminentiorem potestatem supra illom. At lex naturalis, cùm habeat pro auctore Deum (quia Deus oobis illam indidit) est lex superioris, ergo nullus
8 potest contra legem naturalem ire, vel legem naturalem dispensare: tenetur autem Princeps lege naturali instiriam seruare cum subditis, quia lege naturali obstringitur facere qood iustum est, & euitare quod iniustum est, cùm hoc sit intrinsecè malum, & lege naturali prohibitum: at iostitia exigit, quod si subditi sint grauandi, æqoaliter data pro-
9 portione grauentur; qoia cùm omnes sentiant commodom illios rei, pro qua imponitur collecta, omnes sentire debent & incommodum, iuxta *regul. qui sentit, de regul. iur. in* 6. Ergo si non fiat, consurget inæqualitas, atque adeò iniustitia contra ius naturale, cui subditur Princeps, & contra quod ire oon potest Princeps, vt supra dicebamos.

DVBITATIO XXVII.

Quinam Ecclesiastici sint immunes; & an hi dici possint vassalli Principis secularis?

SVMMARIVM.

1 *Vide sell. 1. & 2. & cap. 1. dubit. 5.*
2 *Item vide cap. 1. dubit. 13.*

ESPONDETVR, de hac re quoad priorem partem dixi supra *dubit. 1. & cap. 1.* 1
dubit. 5. & seqq. vsque ad 12. & cap. 2. dubit. 4. & cap. 4. dubit. 1. & seqq. Quoad 2
posteriorem autem dixi *cit. c. 1. dub. 13.*

DVBITATIO XXVIII.

An sint immunes Ecclesiæ Emphyteutæ, coloni, affectuarij, vel partiarij bonorum Ecclesiasticorū, ita vt hi neque teneantur soluere decimas pro sua portione colonica ex prædiis Ecclesiasticis percepta?

SVMMARIVM.

1 *Coloni, Affectuarij, vel partiarii bonorum Ecclesiæ Emphiteutæ gaudent exemptione collectarum tam ordinariarum, quam extraordinariarum pro portione colonica, neque tenentur de ea soluere decimas.*
2 *Coloni partiarii Episcoporum durante colonia, gaudent etiam priuilegio fori.*
3 *Clerici cultores agrorum suorum & conductores agrorum Ecclesiasticorum, non debent titulo negotiationis illicita molestari.*

Espondetur affirmatiuè; qua de re 1
dixi *lib. de Parlament. Dubit. 30 sect.* 17. 18. & 19. & *supra dubit.* 7. *sec.* 17. 18. & 19. & sic determinauit S. Cōgregatio Episcop. in vna Oppiden- 2
si die 18. Septembris 1618. quod scilicet coloni, affectuarij, vel partiatij bonorum Ecclesiasticorum gaudeant exemptione collactarum, tam ordinariarum, quàm extraordinariarum pro portione colonica. Quinimmò S. Congregatio
Immonitatis die 6 Decembris 1626. determinauit, 3
quod coloni partiarii Episcoporum durante colonia gaudeant etiam prioilegio fori. Vide tamen quę de hac de redicebantur *cap. 4. Dubit. 15.* & Sacræ eiosdem Congregationis die 19 Ianuarii 1593. determinationem aliam, quæ habet, quod clerici cultores agrorum suorum, & conductores agrorum Ecclesiasticorum non debeant titulo oegotiationis illicitæ molestari.

DVBITATIO XXIX.

An quæcumque immunitatis violatio sit culpa mortalis?

SVMMARIVM.

1 *Vide cap. 1. dub. 2.*

RESPON

5 Respondetur, de hac re dixi *cap. 1. dubit. 3. per totam.*

DVBITATIO XXX.

An Princeps iustas respectu Laicorum gabellas super bona Ecclesiasticorum imponens incurrat in excommunicationem Bullæ Cœnæ?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Princeps imponens iustas respectu laicorum gabellas super bona Ecclesiasticorum, incurrit in excommunicationem Bullæ cœnæ contra quamplures putantes incurrere tantum excommunicationem Papalem in cap. quamquam de censibus.*

2 *Principes excepta excommunicatione Bullæ Cœnæ, possunt ab excommunicatione papali satisfacta parte absolui virtute Bullæ cruciatæ.*

3 *Argumentũ aduersariorũ refellitur, & quibus rationib.*

4 *Ante Sixtum V. excommunicabantur solum, qui erant efficiens causa iniusta nouarum gabellarum, sc. si carerent potestate eas imponendi.*

5 *Sixtus V. extendit, mutando verba, ad quoscumque qui iniustis gabellis peccarent ratione quarumlibet causarum; quæ ibi ennmerantur speciatim.*

6 *Rari sunt, qui ex defectu potestatis in imponẽdis gabellis peccãt, quia recursũ habent ad Principes superiores.*

7 *Principes etiam non recognoscentes superiorem temporalem, non possunt nouas gabellas imponere, vel veteres augere, & exigere, nisi in casibus iure, vel Pontificis licentia permissis.*

8 *Ius numquam permittit; sed semper prohibet gabellas super bona Ecclesiasticorum imponi.*

9 *Pontifex in ordine ad spiritnale bonum indirecte potestatem habet in Principum secularium Regna.*

10 *Gregorius II. de facto prohibuit, ne Itali soluerent tributa Leoni Iconomacho à se excommunicato, quem etiam imperij parte puniuit.*

11 *Zacharias Childericum deposuit.*

12 *Pontifex potest alios eximere à tributis Principibus debitis dummodo hoc spirituali bono conducat.*

13 *Principes, si non incidunt in casu nostro, in 5. Canonem Bullæ Cœnæ, incidunt saltem in 18. cum in eo explicite contineantur etiamsi imponant gabellas super bona ipsorum Ecclesiasticorum.*

1 RESPONDETVR affirmatiue, atque ità contra Nauarrum *cap. 27. n. 61.* Cortellium *de immunit. Eccles. lib. 2. q. 48.* Graffium *in decis. part. 1. lib. 4. c. 18. n. 84.* Alterium *tom. 1. disp. 6. lib. 5. cap. 4. fol. 507.* Souzam *in Bull. Cœnæ cap. 6. disp. 41. concl. 3. n. 3. contr. 2.* Filliucium *tom. 1. tract. 17. dub. 20. num. 18* Saytum *de censur. lib. 3. cap. 9. n. 6.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 16. cap. 5. num. 105.* & Salonium *tom. 2. in 2. 2. q. 78. ar. 5. contr. 2.* (qui putat, quod incurrat tantum excommunicationem Papalem *in cap. quamquam de censib.* à qua satisfacta
2 parte, per Bullam Cruciatæ absolui potest) docent Gabriel, S. Antoninus, Angelus, Tabiena, Suarez, quos citat Filliucius *loco supra cit.* & sequitur Megalios *in 3. par. lib. 3. c. 4. n. 14* Doardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. Can. 5. q. 6. num. 15.* & Diana *par. 1. tract. 2. re-*
sol. 47. & probatur, quia, sicuti arguit Nauarrus, tota ratio, quare in dicto casu non incurrat Princeps excommunicationem in Bulla Cœnæ, est quia cùm Bulla Cœnæ in clausula quinta excommunicet eos, qui nouas gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, & postea in clausula 18 excommunicet eos, qui gabellas imponunt, vel impositas exigunt ab Ecclesiasticis, vel ab eorum, aut Ecclesiarum bonis, consequens est quod Bulla Cœnæ in priori clausula non excommunicet eos, qui Ecclesiasticos, & Ecclesias grauant gabellis, modò illæ sint licitæ, seu possint imponi respectu laicorum: in posteriori autem clausula non excommunicet eos, qui eas exigunt ratione bonorum patrimonialium, cùm restringatur posterior ista clausula ad bona, & reditus Ecclesiasticos; 3
sed hæc ratio quoad vtranque partem nulla est, ergo. Maior est Nauarri, & aliorum quorumdam Aduersariorum. Minor quoad partem posteriorem patet ex iis, quæ dicebantur *sup. a dub. 1. s.* quoad partem autem priorem probatur ex eo. quia licet ante Sixtum V. dicta clausula quinta ita haberet, nempe: 4
Qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt vel augent, &c. (vnde excommunicabantur solùm, qui erant efficiens causa iniusta nouarum gabellarum, scilicet si carerent potestate eas imponendi) tamen postea Sixtus Quintus mutando verba extendit ad quoscumque qui 5
iniustis gabellis peccarent, siuè ratione causæ efficientis, vt si carerent potestate eas imponendi, vt sunt Comites, Marchiones, &c. superiorẽ recognoscentes; siue ratione causæ materialis, vt si imponãt super rebus nõ permissis; siue ratione causæ formalis, vt si non seruent æqualitatẽ, v.g. magis grauent pauperiores, quàm diuites (cùm ratio potius cõtrariũ exigat) vel si grauent eos, quos grauare nõ possunt, v.g. Ecclesiasticos, qui sunt exẽpti; siue ratione finis, vt si non imponant ob legitimum finem, v.g. non imponant ad dissoluendũ æs alienum cõmune, ad reficiendos pontes, vias, vel quid simile, quod concernat bonum commune, Bart. *l. 1. Cod. de vectigal.* Felin. *cap. cum dilecti, de rescript. num. 20.* Tolet. *lib. 5. cap. 72. 73. & 74.* & alij communiter.

Quod sanè meritò fecit Sixtus V. cùm iã rari sint, 6
qui ex defectu potestatis in imponendis gabellis peccent; quandoquidẽ facilè subditi recursum habeant ad Principes superiores, à quibus coërceri possint Principes inferiores; Principes autẽ superiorem non recognoscentes possint faciliùs abuti auctoritate in imponendis gabellis; & ideo Sixtus V. vt consuleret indemnitati subditorum vtriusque generis Principum, Canonis verba immutauit, ampliando ad quoscumque; & Sixtũ V. secuti sunt cæteri Pontifices: ita vt nunc Principes, etiam non recognoscentes superiorem temporalẽ, non possint nouas gabellas imponere, vel veteres augere, & exigere, nisi in casibus, iure, vel Pontificia licentia permissis (qualis non est, quod gabellæ super bona Ecclesiasticorum imponantur, cùm id ius nusquam 8
permittat, sed semper prohibeat) aliàs in excommunicationem quintæ clausulæ incident: habet enim Pontifex in ordine ad spirituale bonum in- 9
directè potestatem in Principum secularium Regna; sicut *in lib. de Parlament. dub. 4. sect. 21.* ex communi sententia Doctorum dicebatur. Vnde Gregorius II. de facto prohibuit, ne Itali soluerent tributa Leoni Iconomacho à se ex- 10
communicato, quem etiam Imperij parte puniuit, vt ex eius vita constat. Et Zacharias rogatus à 11
Principibus Francorum Childericum deposuit:

12 quapropter & alios licitè potest Pontifex eximere à tributis Principi debitis, si id ipsi ad spirituale bonum conducere videatur. Vide Suar. *tom.5.disp. 21. sect. 2. num. 38.* & Seortiam *theor. 77. num. 6.* & quæ dicebantur *cap. 1. dub. 2. sect. 5. & supra dub. 11.*

13 At quidquid sit, an in casu posito Principes superiorem non recognoscentes incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ ex vi quintæ clausulæ, dicendum tamen est, quod saltem incidant in eam ex vi clausulæ 18. cùm in ista explicitè contineatur, ibi: *Etiamsi Regali, vel Imperiali dignitate præfulgeant*; idque non solum, si gabellas imponant super bona Ecclesiarum, quod & fatentur ipsi Aduersarij, sed etiam si imponant super bona Ecclesiasticorum, quocumque, etiam temporali titulo acquisita, sicuti contra Felinum *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 8. de constit.* & quosdam alios ex communi dicebam *cit. sect. 5 & 3.* Vnde & corruunt omnia, quæ congerit Curtellius *loco supra cit.*

SECTIO II.

An gabella imposita super rebus, quæ ad vsum familiæ necessarium emuntur, venduntur, vel aduehuntur, sit iniusta ratione formæ, vt propterea Princeps, etiam Superiorem non agnoscens, eam imponens incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ quintæ clausulæ, iuxta ea, quæ supra dicebantur?

SVMMARIVM.

1 *Gabella imposita super rebus ad vsum familiæ conducentibus est iniusta.*

2 *Gabella imposita super rebus causa negotiationis aduectis, non est iniusta.*

3 *Pauperes non tenentur ad æqualitatem cum diuitibus contribuere, & ideo, si fraudent gabellas, nō peccāt.*

4 *Exactores huiusmodi gabellarum non solum peccāt; sed sunt excommunicati in Bulla Cœnæ, cum excommunicentur exigentes etiam à laicis pedagia iniusta.*

5 *Iure ciuili prohibetur, ne ex rebus, quæ ad vsum proprium inuehuntur, vectigalia exigantur.*

6 *Vectigalia de iure ciuili exiguntur tantum pro rebus negotiationis causa delatis.*

7 *Idem dic procedere etiam de iure Canonico.*

8 *Vectigalia ne sint iniusta, debent Pauperiores non magis onerari, quam diuites.*

9 *Peregrini non debent grauari vectigalibus, cum ad eos eorum causa non pertineat.*

10 *Gabella prædicta secundum multos Doctores est iniusta, nec possunt pauperes eam defraudare; nam moraliter seruatur æqualitas.*

11 *Hæc sententia non est improbanda in tribus casibus, primò si publica necessitas vrgeat, & vectigalia aliunde commodè colligi non possint.*

12 *Membra Reipublicæ tenentur pro bono communi omnes facultates, quin & vitam exponere, si necesse sit.*

13 *Vectigal, quod soluunt Mercatores pro suis mercibus, etiam redundat in pauperes, qui sibi necessaria ad victum comparant, & tamen non damnatur.*

14 *Secūdò, d. sententia non est improbāda, si vectigalia ob aliquam causam publicam ex consensu totius populi statuantur.*

15 *Tertiò, si consuetudo existat immemorabilis, modo non constet causam impositionis ipsorum cessasse; secus si talis consuetudo sine murmure plebis fuisset seruata.*

16 *Leges ciuiles citatæ per contrariam consuetudinem abrogatæ fuerunt.*

17 *Textus in cap. quamquam de censibus, loquitur regulariter, non autem in casu, quo conditiones prædictæ concurrant.*

18 *Vectigalia, quæ imponuntur in rebus ad victum non necessariis, dicuntur æquiora.*

19 *Pauperes cum minus vendant, & emant, non soluunt plusquam diuites.*

20 *Peregrini non immeritò soluunt dicta vectigalia; quia & ipsi in sua patria alios peregrinos grauant.*

21 *Defraudantes vectigalia secundum prædictam posteriorem sententiam tenentur ad restitutionem, secus si emens, vel vendēs faciat ad solatium suæ magnæ necessitatis, seu ad supplenda necessaria vitæ.*

Affirmant non improbabiliter Angelus *verb. pedagium, num. 3.* Tabien. *eod. verb. num. 4.* Armilla *verb. gabella, num. 2.* Gabriel *in 4. dist. 15. q. 5. concl. 2. lit. Z.* Caiet. *verb. vectigal* (vbi condemnat huiusmodi gabellas, & solum admittit eas, quæ imponuntur super res causa negotiationis aduectas) Driedo *lib. 2. de libertate Christiana, cap. 5.* (vbi propterea subdit, non esse ingerendum scrupulum huiusmodi gabellas defraudantibus, præsertim pauperibus; quia non tenentur æqualiter diuitibus ad onera Reipub. contribuere, sed solum secundùm proportionem suarum facultatum) Tolet. *lib. 5. c. 73.* (vbi propterea ait, non solum peccare exactores huiusmodi gabellarum, sed etiam esse excommunicatos in Bulla Cœnæ: nam ibi excommunicantur, qui prohibita (qualia sunt hæc) pedagia exigunt; & sic non minus sunt excommunicati, qui exigunt à laicis, quàm qui exigunt ab Ecclesiasticis) Ledesma *2. 2. q. 18. a. 3.* Medina *in 1. 2. q. 56. a. 4.* Beia *p. 1. cas. 53.* & probatur ex iure ciuili; quia *in l. vniuersi, C. de vectigalib.* sub pœna capitis prohibetur, ne ex rebus, quæ ad vsum proprium inuehuntur, vectigalia exigantur, & *in l. omnium, eod. tit.* determinatur, quod vectigalia tantum imponantur, vel exigantur pro rebus negotiationis causa tantum delatis, vel asportatis. 1 2 3 4 5 6

7 Secundò, ex iure Canonico; quia *in cap. quamquam, de censib. in 6.* dicitur pedagiorum exactiones, tam iure Canonico, quàm ciuili, regulariter meritò esse damnatas; quod vtique intelligitur de pedagijs, quæ imponuntur rebus, quas ad suum quisque vsum defert.

8 Tertiò, quia in huiusmodi vectigalibus non seruatur iusta forma, quæ, ne vectigalia sint iniqua, postulat, vt pauperiores non magis onerentur, quàm diuites, sed quisque oneretur pro portione suarum facultatum, & lucrorum: at in dictis vectigalibus magis grauantur pauperes, quibus sunt paruæ facultates, & nihil lucri ex negotiatione; ergo, &c. Minor probatur, quia quò quis est pauperior, pluribusque filiis oppressus, eò plura de rebus suis debet vendere, & de rebus alienis emere ad necessarium suæ familiæ vsum: diuites autem non coguntur sua vendere; & præterea possunt sua pecora alere, & reliqua necessaria è suis villis parare: possunt etiam obseruare tempus, quo res sunt vilioris pretij, & tunc emere; ergo huiusmodi vectigalibus magis grauantur pauperes, quàm diuites.

9 Quartò, quia dictis vectigalibus grauantur etiam peregrini, ad quos causa vectigalis non pertinet.

10 Negant autem Sylu. *ver. gabella 3. q. 5.* S. Antonin. *2. p. tom. 1. c. 13. prope fin.* Mol. *tr. 2. to. 3. priore, disp. 669.* Nauar. *c. 17. n. 213.* Valentia *tom. 3. disp. 5. q. 6. punct. 5. in fi.* Petr. Nau. *de restit. lib. 3. c. 1. n. 210.* Laym. *lib. 3. tr. 3. c. 3. n. 3.* Suar. *de leg. lib. 5. c. 16.* & cōplures alij, quos citat, & sequitur Turr. *in 2. 2. to. 2. disp. 44. dub. 3. n. 4.* Malder.

Malder. *in* 2.2.*tr*.8.*c*.6.*dub*.6. Io. de la Cruz *part.1.pr.7.ar.3.dub.1.concl.1.* & Diana *part.1.tract.11.resol.*38. quia in dictis vectigalibus seruatur, quoad fieri potest, moraliter æqualitas, siquidè licet pauperes aliquando plures habeant filios, tamen, minus, quàm diuites, emunt ex iis rebus, quæ ad vsum vitæ sunt necessariæ; tũ quia licet pauperes æquè, vel etiã plus huiusmodi vectigalibus cõtribuant, quàm diuites, tamen, hoc ipsum pauperibus cõpensatur à ditioribus; cùm quò cariora sunt, quæ ad cõmunem victũ pertinent, eò cariùs soleant locari opera, quæ pauperes ditioribus in Republica præstant.

Hæc posterior sententia etiam mihi non improbatur, saltem in tribus casibus.

11 Primò, si publica necessitas vrgeat, & vectigalia aliunde commodè colligi non possint, sic S. Antoninus 2.*par.tit.1.cap.*13 §.9. Silu. *ver. gabella*, 3. q. 5. Nauar. *c*.17.*n*.202. & Medina *q*.13. Et ratio est; quia

12 membra Reipublicæ tenentur pro bono communi omnes facultates, quin & vitam, exponere, si necesse sit; ergo multò magis ex rebus ad victum necessariis aliquid soluere, si aliter bono communi pro-

13 uideri non possit: tum quia vectigal, quod soluunt mercatores pro suis mercibus, etiam redundat in pauperes qui sibi necessaria ad victum comparant, & tamen tale vectigal non damnatur; ergo sic & alia vectigalia damnari non debent, quando alia ratio commodior non suppetit; cùm in censu patrimonij, vel capitis plures querelæ interueniꝰ e soleat, quàm in supradictis vectigalibus; siquidè in æstimando singulorũ patrimonio multum odij multùque deprauati iudicij interri solet; & præterea necesse est, multos officiarios (quorum stipendia tributum augent) ad exigendum adhiberi: at per huiusmodi vectigalia super rebus ad victum necessariis (cùm per minorum Reipublicæ præstetur subsidium) insensibile fit quodammodo detrimentum soluentium: quapropter non mirum, si publicæ commoditatis gratia, dicta tributa non damnentur, sed vt licita permittantur.

14 Secundò si ob aliquam causam publicam ex consensu totius populi illa statuantur; sic Medina *loco supra cit.* Et ratio est, quia quisque potest sibi onus imponere eo modo quo vult, hic tamen consensus debet esse liber, & constringere solum consentientes: quare qui non consenserunt, vel coactè consenserunt, non tenentur.

15 Tertiò, si sit consuetudo, quæ memoriam hominum excedat: huiusmodi enim consuetudo potest talia vectigalia excusare; modò tamen non constet, causam, ob quam imposita fuerunt, cessasse; tune enim putarentur non bona fide continuata, ac proinde non legitimè præscripta; nisi dicta consuetudo sine murmure plebis fuisset seruata, quia tunc potius præsumendum esset, aliam causam legitimã in locum prioris successisse (v. g. merita Principis singularia, quæ ipsi compensari debeant) quàm dicta vectigalia tam longo tempore iniquè extorta fuisse: vius enim temporis immemorabilis vincit omnem iniustitiæ præsumptionem: atque sic adnotauit Silu. *ver. gabel.* 2. q.6. Med. *q*.13. & *de victribus*, Valent. *to*.1.*disp*.5.*q*.6.*p.unct*.5.*in fin*. Mol. *to*.3.*priore*, *disp*.674. Suarez *cap*.15.*n*.8. Layman *lib*.3.*tract*.3.*c*.3.*n*.2.& sumitur ex *cap. super q. ibusdam de verb. signif. iunct. gl. ver. non erat memoria* Quapropter

16 Ad primum respondetur, leges illas ciuiles, cùm non sint dispositio iuris naturalis, sed positiui, per contrariam consuetudinem, vel per Principem ipsum supremum, qui dicta vectigalia imponit, & Cæsareas leges abrogare potest, abrogatas fuisse, Graff. *decis. part.1.lib.4.cap.*18.*n*.8. Duard. *in Bullam Cænæ lib.2.Can.*5.*q*.5.*n*.6. & Megalius *in part.2.lib.2.c.*17.*q*.5.*num*.71.

Ad secundum respondetur, cap. *quamquam* loqui regulariter, quia regulariter dicta vectigalia à iusta forma solent exorbitare, & ideò iure Canonico, & ciuili regulariter sunt prohibita, præsertim quia æquiora sunt vectigalia, quæ rebus ad victum non ita necessariis, vt ad delicias, elegantiam, vel luxum spectantibus, & similibus, sine quibus homines viuere possunt, imponuntur, cùm tunc potissimùm onerentur ditiores, & qui commodè ferre possunt. 17 18

Ad tertium respondetur, patere Responsionem ex dictis; quia cùm pauperes modicò soleant esse contenti, & modicò viuere, modicũ venduat, & emunt, & consequenter modicum soluunt, attenta quantitate, quam ex emptionibus, & venditionibus pluribus, & maioribus diuites soluunt. 19

Ad quartum respondetur, peregrinos non immeritò talia vectigalia soluere; quia & ipsi in sua patria peregrinos similiter dictis vectigalibus grauant; sic Malderus *loco supra cit.* 20

Quapropter in hac posteriori sententia, qui defraudant prædicta vectigalia, tenentur ad restitutionem; quamuis auctores eiusdem huius sententiæ admittant, eum, qui rem aliquam defert, emit, vel vendit ad solatium suæ magnæ necessitatis, non debere in conscientia vectigal; quia æquitas non permittit; tum quia respectu talis personæ censetur modicum, ac proinde carens debita forma iusti vectigalis; sicuti ex Caietano, Perruza, Martino Nauarra, S. Antonino, Soto, Armilla, Siluestro, & Angelo notaunt Petr. Nauarra *cit. cap.* 2, *num.* 236. Vnde infert, pauperes, qui ex propriis fructibus, vel ex supellectili aliquid vendunt, nihil debere, cùm id faciant ad supplenda necessaria vitæ, vltra quæ nihil, vel parum habent; quod adeo verum arbitror, vt etiamsi sit consuetudo in oppositum, corruptela censenda sit, præsertim si Princeps aliundè necessaria habere possit teste Caietano, Gabriele, Siluestro, Angelo, & Petr. Nauarra *supra numero* 237. 21

DVBITATIO XXXI.

An possit dominus rebus, castris, & similibus apponere conditionem, vt hæc in quascumque manus deueniant, subsint oneribus à Principe imponendis?

SVMMARIVM.

1 *Dominus in dispositione suarum rerum potest vinculũ iniicere suis rebus, nempe in quascumque manus deuenerint subsint, oneribus à Principe imponendis.*
2 *Quilibet est rerum suarum moderator, & Arbiter, & potest ipsis imponere onus quodcumque voluerit.*
3 *Bona, quæ transeunt in Ecclesiam tali modo, retinent onus ipsis inuariabiliter impositum.*
4 *Onus annexum rei fundat ius Tertij.*
5 *Cõditio, sub qua Donatio facta est Ecclesiæ, seruãda est.*
6 *Conditio in fendatione apposita, quod res infeudata perpetuo sit subiecta oneribus à Principe imponendis in quascumque manus deuenerint, dicitur iusta.*
7 *Obligatio prodicta est onus inuariabile adhærens rei ex conditione apposita ab ipso Domino, & ideo cum ipsa transire debet.*

8 *Immunitas Ecclesiastica non laeditur ex eo, quod quis velit res suas peruenire ad Ecclesiam cum aliquo onere.*

1 ESPONDETVR ex dictis dubit.
1. & 15. affirmatiuè, & ita etiam do-
cent ex sententia communi Felin. in
cap. Ecclesia S. Mariae, de Constitut.
numer. 77. Hostiens. in cap. verum, de fo-
ro compet. Ioan. Andreas ibid. Abb. & alij passim in
cap. verum de condit. apposit. Aucharan. consil. 223.
Castrens. in l. si negotium, §. fin. ff. de negot. gest. Ioan.
Anton. de Nigro in Clement. de vita, & honest. cleric.
num. 253. Mol. de iust. & iur. tract. 5. disp. 6. Suarez
lib. 4. contra Regem Angliae, cap. 14, n. 13. Azor. 1. par.
lib. 5. cap. 13. q. 1. Bart. in leg. rescripto, §. secundum, ff. de
muner. & honor. Martha par. 4. de iurisdict. cas. 14.
Gutierez lib. 1. qq. pract. q. 3. Reginaldus lib. 9. num.
230. Alter. de censur. disp. 16 cap. 5. dub. 6. Duardus in
Bull. Coen. lib. 2. Can. 18. q. 6. num. 10. Bonacina de cen-
sur. disp. 19 punct. 3. §. 1. num. 18. Carolus de Grassis
de effect. lib. Cleric. effect. 2. num. 336. & effect. 3. numero
168. & 274. Squillante de priuileg. Cleric. cap. 8.
numero 56. & nos dicebamus supra dubitat. 1. & 15.
& lib. de Parlamentis Dubitat. 4. sect. 20. subsect. 2.
2 numero 10. & dubitat. 24 sect. 5. quia cùm quilibet
sit rerum suarum Dominus, & arbiter: leg. in re
mandata, Cod. mandati, leg. pollu. Cod. de his, qui-
bus vt indig. haered. aufer. & Instit. de his, qui sunt sui,
vel alien. iur. §. 1. potest ipsis imponere onus, quod-
cumque voluerit; & quando transfert in alterum
per infeudationem, vel alium modum, transferre
cum tali onere à se imposito; quia res transit cum
onere suo, cap. ex literis de pignoribus, & leg. si con-
uenit, 2. §. si fundus ff. de pignorib. act. & leg. bouem,
§. pignori, ff. de adilit. edict. leg. si diuina, Codic. de
exactorib. tribut. & legat. alienatio, ff. de contrah.
empt.

3 Vnde cùm res transeunt in Ecclesiam, reti-
nent onus ipsis inuariabiliter impositum, ex vi
priuati dominij, vt docent Bart. in lege de iis,
Codic. de Episcop. & Cleric. & leg. placet, Codic.
de sacrosanct. Eccles. Innocentius in cap. non minus
de immunitat. Eccles. Archidiaconus cap. secundum
Canonicam, 23. q. 8. Ioan. Monach. cap. 1. de im-
munitat. Eccles. in 6. Ioan. Andr. ibid. Abb. in cap.
de censib. & cap. fin. numero 12. de vita, & honestat.
Cleric. & consil. 26. vol. 1. & consil. 3. & 6. volum. 2.
Silu. ver. Immunitas, q. 5. Angel. numero 36. Gre-
gor. Lopez par. 1. tit. 6. leg. si gloss. 4. titulo 15. leg.
t. gloss. 4. in fin. Cardinalis Albanus tract. de im-
munitat. in solut. 4. rationis, Suar. lib. 4. contra Re-
gem Angl. cap. 20. numer. 6. Filliuc. tract. 6. cap. 11.
numer. 294. Azor. part. 3. lib. 5. cap. 19. quaestio. 8.
Duardus in Bull. Coen. lib. 2. can. 18. quaest. 6. numero
6, Megalius par. 2. lib. 5. cap. 17. quaest. 6. numero
98. & 103. Alter. de censur. tom. 1. disp. 19. lib. 5. cap. 6.
Molfes. par. 2. Sum. tract. 12. cap. 22. num. 167.
& seq. Mol. tom. 3. de iust. & iur. tract. 2. disp. 672.
Diana par. 1. tractat. 2. resol. 43. Prosper de August.
in addit. ad Summar. Quarant. ver. vectigal. Tur-
rian. tomo 2. in 2. 2. disputat. 44. dubitat. 4. numero
13. Sousa in Bull. Coen. cap. 19. disputat. 92. num.
5. Barbosa tomo 1. Collectan. in ius Canon. lib. 3. tit.
49. cap. 4. numero 5. & nos dicebamus locis supra
cit. & cit. Dubitat. 4. de Parlament. sect. 15. num.
5. & tradit etiam gloss. in cap. secundum Cano-
nicam, 23. quaestio 8. cap. tributum, ver. de exteriorib.
cap. sancitum, ver. annua, cap. secundum, eadem causa, &
quaest. & cap. 1. ver. bonorum, de immunitat. Eccles.
in 6. & habetur ex cap. conuenior, & aliis allegatis,
23. q. 8. & cap. si tributum, cap. magna, 11. q. 1. cap.
constit, cap. cùm sit, & cap. Pastoralis, de decimis: &
probatur; quia onus annexum rei fundat ius ter- 4
tij, cui ex vi talis oneris res restat obligata: ex eo
autem quod res transeat ad Ecclesiam, non priua-
tur quis iure suo; quia bona Ecclesiae sunt quidem
immunia sed seruata iustitia cuiuscumque quapro-
pter in cap. verum de condit. apposit. cap. praetereà
de iure patron. & cap. cùm dilecti de donat. habetur, 5
& docent ibi communiter Doctores, quod ser-
uanda sit conditio, sub qua donatio facta est
Ecclesiae; & sic cum conditio ista infeudationi
apposita (quod scilicet res infeudata perpetuò sit 6
subiecta oneribus à Principe imponendis in quas-
cumque manus deuenerit) sit iusta; quia respicit
bonum commune, erit seruanda ab Ecclesia; quan-
do res sub tali conditione concessa peruenit ad ma-
nus Ecclesiasticas.

Obiicies: onera imponenda sunt variabilia,
& incerta, ergo cum re non transeunt ad Ec-
clesiam, vt ex communi docet Abb. in cap. Ec-
clesia S. Mariae de Constitut. & nos dicebamus su-
prà.

Respondetur, aliud esse, quod res transeat cum
oneribus variabilibus, & aliud quod transeat cum 7
obligatione ad onera variabilia; siquidem haec
obligatio est onus inuariabile adhaerens rei ex con-
ditione apposita ab ipso Domino, & ideo cum ip-
sa transire debet: quapropter Ecclesiastici ratione
feudorum tenentur praestare auxilia Principi in
ordine ad bellum (vt ex communi docent Olibanus
de iure fisci cap. 8. numer. 2. Petr. de Gregorio de con-
cess. feudi par. 8. q. 2. Martha de iurisdict. par. 4. cen-
tur. 1. cas. 18. num. 26. Carolus de Grassis lib. 2. Re-
gal. Franc. iur. 14. & Intrigliol. de feudis q. 30. n. 24)
licet sint incerta, & variabilia, quia in feudo funda-
tur obligatio ad praestanda haec auxilia certa, & in-
uariabilia.

Obiicies secundò: videtur, quod sic laedatur
aliquo modo immunitas Ecclesiastica; quia talis
conditio apposita videtur esse in odium ipsius
immunitatis Ecclesiasticae, quod scilicet Eccle-
siasticae personae subiiciantur oneribus, quibus
non debent subiici; & quod bona, quae transeunt
ad ipsos, non gaudeant immunitate Ecclesiastica,
contra cap. quamquam de censib. in 6. cap. 1. de immun.
Eccles. & Bullam Coenae can. 18.

Respondetur, nego antecedens; quia non laedi- 8
tur ex eo, quod quis velit res suas peruenire ad Ec-
clesiam cum aliquo onere; siquidem in hoc vtitur
iure suo, nec facit aliquid in odium immunitatis,
cum donat rem grauatam, sed tantum per hoc mi-
nus donat; neque hinc acquiritur Principi seculari
aliquod ius supra personas Ecclesiasticas, ratione
cuius possit in illas exercere iurisdictionem, sed
tantum acquiritur ius ad rem, quae in Ecclesiam
transit; cùm imponendo onera caeteris rebus,
possit etiam ab ipsa exigere eadem one-
ra, seruata debita proportione, non
iurisdictionali modo sed per viam
iustitiae, & aliquid sibi de-
bitum, vt supra
dicebamus.

CAPVT

CAPVT SEXTVM

De Criminalibus.

DVBITATIO I.

An, & quomodo contra Bullam Cœnę violetor immunitas Ecclesiastica per tractionem personæ Ecclesiasticæ ad forum secularem in criminalibus?

SVMMARIVM.

1 *Potestas secularis (siue Laica, siue Ecclesiastica Persona sit) trahens Personam Ecclesiasticam ad forum secularem sponte, vel ad alterius instantiam, etiam per solam citationem, violat Immunitatem Ecclesiasticam.*

2 *Per solam citationem dicitur quis ad Tribunal trahi, cum citare sit iurisdictionem exercere.*

3 *Trahere faciens, vel procurans directe, vel indirecte Personam Ecclesiasticam, ad Tribunal Laicale, v. g. detinendo in aliquo loco; sub aliquo prætextu, vel molestiis afficiendo Consanguineos, famulos, Colonos, & similes, violat Immunitatem.*

4 *Persona Ecclesiastica in causa feudali trahuntur etiā ad Tribunal Laicale absque violatione Immunitatis.*

5 *Clericus ab Ecclesia tanquam incorrigibilis traditur brachio seculari.*

6 *Clericus in causa reconuentionis in causis ciuilibus subest Iudici seculari, secus in causis criminalibus.*

7 *Clericus ex delegatione facta à summo Pontifice, subest Iudici Laico.*

8 *Clericus post amissum secundum iura priuilegium clericale, subest Iudici Laico.*

9 *Item quando deprehenditur in flagranti delicto, vt interim Iudex iniuriam compescat, v. g. si Clericus asportet furtum; vel cum sit Debitor fugam arripiat, aut meditetur, & Iudex, vel etiam Pars eum capiat cum animo tamen tradendi eundem Iudici competenti.*

10 *Vide & Authent statuimus C. de Episc. & Cleric. & l. 47. de Episc. & Cleric. in C. Theodosiano.*

11 *Vide etiam Constitutionem Caroli IV. editam anno 1377. in qua præter alias pœnas, transgressores ipso facto redduntur infames, priuati omni honore, & à nobilium numero exclusi.*

12 *Vide Bullam 3. Vrbani VI. Bullam 4. Bonifacij IX. Bullam X. Martini V. & Bulla Cœnæ Canone 19.*

13 *Processantes Ecclesiasticas Personas in causis criminalibus cuiuscumque sint Dignitatis, & nominis, magistratus, Iudices, Notarij, scribæ, executores, subexecutores, & cæteri excommunicantur si id faciant sine licentia summi Pontificis.*

14 *Licentia per verba generalia non sufficit, sed debet esse specialis.*

15 *Licentia interpretatiua non sufficit; quia requiritur expressa.*

16 *An Licentia debeat esse expressa non solum quoad delictum in specie, sed etiam quoad personas, est opinio pro vtraque parte.*

17 *Licentia Prælati inferioris summo Pontifice non sufficit.*

RESpondetur, violari, si potestas secularis (siue Laica, siue Ecclesiastica persona sit) prætenso laicali, & temporali officio, & iurisdictione Principis secularis sponte, vel ad alterius instantiam abutens trahat ad suum 1
tribunal laicale (etiam per solam citationem, Abb. 2
in cap. significantibus, numero 2. de libelli oblat. & meritò; quia per solam citationem dicitur quis ad tribunal trahi; cum citare sit iurisdictionem exercere; sicuti rectè docuit idem Abb *in cap. super quæstionum, §. verùm, numero 1. de offic. deleg. & cap. relatum, numero 6. eod. tit.* & Bartol. *in l. si* 3
pluribus ff. de legat. 1.) vel trahi faciat, aut procuret, directè, vel indirectè (verbi gratia detinendo in aliquo loco sub aliquo prætextu, vel molestiis afficiendo consanguineos, famulos, colonos, & similes; de quibus Peña *part. 2. director. j. q. 54. comment. 79.*) personas Ecclesiasticas, & quarumcunque Ecclesiarum conuentus, seu capitula, præter iuris Canonici dispositionem: à iure Canonico enim in quibusdam casibus permittitur.

Primò, in causa feudali, *cap. cæterum de iudiciis*, & docent gl. *ibidem*, Guido Papa *decis. 139.* Surd. *lib. 3. consil. 396.* Farinacius *de Inquisit. q. 8. num. 22.* Menoch. *de retinend. possess. remedio 3. num. 396.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap. 20.* & nos dicebamus *lib. de Parlamentis Dubit. 4. sect. 20. per suas subsectiones.* 4

Secundò, cùm clericus ab Ecclesia, tanquam incorrigibilis, traditur brachio seculari, *cap. cùm non ab homine, de iudiciis, & c. non licuit, dist. 22.* & docent Farinac. *loco supra cit. num. 71.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap. 17. numero 7.* Molina *tom. 4. tract. 3. disp. 49 & 54* & nos dicebamus *infra dub. 5.* 5

Tertiò, in causa reconuentionis in causis ciuilibus, *3. quæst. 8. cap. 1.* & docent gl. *in cap. 2. de foro compet.* Boëtius *decis. 14.* Afflictus, *decis. 173.* Farinac. *num. 99.* Surdus *loco supra cit.* Tolet. *lib. 1. cap. 27.* Graff. *part. 1. lib. 4. cap. 18. num. 114.* & nos dicemus *infra cap. 7. Dubit. 1. & 11.* Dixi, in causis ciuilibus; quia in causis criminalibus nequaquam potest similiter conueniri, & dicemus *infra dubit. 11.* 6

Quartò, quando à summo Pontifice casus delegatur Laico, *argum. cap. illud 10. quæst. 5.* & docent Abb. *in cap. 2. numero 12. de foro compet.* Alter. *disp. 16. cap. 1. cas. 3.* & Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 11.* 7

Quintò, quando clericus secundùm iura perdit priuilegium clericale, Felio. Dec. Abb, *in cap. cùm non ab homine de iudiciis.* Graff. *loco supra cit.* Henriquez *lib. 10. cap. 15.* Sayr. *lib. 3. cap. 19. num. 5.* & nos dicemus *infra cit. dubit. 5.* 8

Sextò, quando clericus deprehenditur in flagranti delicto, vt interim Iudex iniuriam compescat, verbi gratia, si clericus asportet furtum; vel cùm sit debitor, fugam arripiat, aut meditetur, & Iudex, vel etiam pars eum capiat, cum animo tamen tradendi eundem Iudici competenti, Abb. *loco supra cit.* Sot. *in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 2.* Couarruuiam *in qq. practic. cap. 31. 32. & 33.* Mol. *de iust. tom. 1. disp. 31.* Nauar. *cap. 27. num. 83. & seq.* Graff. *lib. 4. cap. 18. num. 150. & seq.* Alter. *disp. 20. cap. 1.* Viualdus *in explic. Bullæ, numero 124* & nos dicebamus *lib. de Parlam. Dubit. 4. sect. 19. subsect. 5. & 6.* & dicemus etiam *infra dubit. 12. & cap. 9. Dubit. 7. & 8.* 9

Vide Bullæ Cœnæ Can. 15. vbi habentur, quæ dicebam *n. 1. 2. & 3.* vide etiam cap. *nullus Iudicum, 11. q. 1. cap. nullus Episcopus cap. nullus Iudicum, cap. si diligenti de foro compet. cap. si verò 1. cap. si Iudex laicus de sent. excommun. in 6. cap. clerici, & cap. qualiter de iudiciis.* Vide etiam Authent. *statuimus, Cod. de Episc. & cleric. & leg. 47. de Episc. & cleric. in Cod.*
50 *Theodosiano*, in qua habetur: *Priuilegia Ecclesiarum omnium, quæ sæculo nostro Tyrannus inuiderat, prona deuotione renouamus, scilicet vt quidquid à diuis Principibus constitutum, & quæ singuli quoque Antistites pro causis Ecclesiasticis impetrarunt, sub pœna priuilegij, iugi solidata æternitate seruentur. Clericos etiam, quos indiscretim ad seculares Principes debere deduci, infaustus præsumptor edixerat, Episcopali audientia reseruamus: fas enim non est, vt diuini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio.* Et in eodem Cod. Theodosiano *tit. de Episc. aud. cap. vlt.* dicitur: *Continua lege sancimus, vt nullus Episcoporum, vel eorum, qui Ecclesiæ necessitatibus seruiunt, ad iudicia Ordinariorum, siuè extraordinariorum Iudicum protrahatur: habent enim illi suos Iudices, nec quidquam his publicis est commune cum legibus.* Quæ intelliguntur non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus causis, ex cap. *si diligenti*, cap. *clerici*, & cap. *qualiter citatis*, & ex cit. Authent. *statuimus*, vbi dicitur: *Statuimus, vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat contra Constitutiones Imperiales, & Canonicas sanctiones: quod si actor fecerit, à suo iure cadat, iudicatum non teneat, & Iudex ex tunc potestate iudicandi priuetur.* Vide etiam Constitutionem
11 Caroli IV. anno 1377. editam in qua præter alias pœnas is transgressores ipso facto reddit infames, priuatos omni onere, & à nobilium numero ex-
12 clusos. Vide tandem Bullam tertiam Vrbani V I. quæ incipit: *Quia.* Bullam 4. Bonifacij IX. quæ incipit: *Iustis.* Bullam 10. Martini V quæ incipit: *Ad reprimendas*, & Bullæ Cœnæ Canonem 19. in quo excommunicantur quicumque (id est, cuiuscumque sint dignitatis, & nominis) magistratus,
13 iudices, notarij, scribæ (qui scilicet excepta per Notarios transcribunt) executores, subexecutores, & cæteri, quocumque nomine vocentur, qui quomodolibet se interponunt seu immiscent in causis criminalibus contra Ecclesiasticos, eos processando (quo verbo includuntur omnia acta in iudicio in aliqua causa) banniendo, id est in exilium mittendo (qua de re dixi *lib. de Parlamentis Dubit. 22. & 23.*) capiendo, sententias contra eos proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa licentia Apostolicæ Sedis, seu Summi Pontificis.

14 Vnde non sufficit primò licentia per verba generalia, vt si v.g. Principi concedatur, quod in suo dominio possint Iudices ipsius seculares cognoscere de causis clericorum; quia huiusmodi licentia est generalis, non specifica; cùm non exprimat de quibus clericis, constitutis in sacris, vel in Ordinibus minoribus tantum: nec de quibus causis, ciuilibus, vel criminalibus, grauibus, vel leuibus solum, &c.

15 Nec sufficit secundò, licentia interpretatiua, vt si v.g. Princeps longo temporis spatio publicè sibi vsurpasset iurisdictionem cognoscendi personas Ecclesiasticas, etiamsi probabiliter præsumeret id ad Pontificis aures peruenisse, & non fuisse reprehensum, & sic quasi tacitè Pontifex approbaret; quia ex dictis requiritur licentia expressa; & ex *cap. cumdudum de præbendis*, multa per patientiam tolerantur, quæ si fuissent ad iudicium deducta, tolerari non debuissent.

An autem debeat esse expressa, non solum quoad delictum in specie, sed etiam quoad personas? Affirmat probabilius Alter. *disp. 20. cap. 1* Negat autem non improbabiliter Suar. *disp. 21. sect. 2. numer. 103.* vbi ait, sufficere, si licentia sit ad tale delictum cognoscendum in specie, quamuis sit generalis quoad personas Ecclesiasticas, tempora, & loca, in quibus tale delictum inuentum fuerit. 16

Nec sufficit tertiò licentia Prælati inferioris Summo Pontifice, v. g. Episcopi, vt patet ex Bullæ Cœnæ cit. Can. 19. & docent ex communi Gloss. *in cap. decernimus, de iudiciis*, & ibidem Ripa, *num. 34.* & Clarus *§. fin. quæst. 41. numero 5. & 7.* 17

DVBITATIO II.

Ad quosnam alios extendatur excommunicatio Bullaris prædicta?

SVMMARIVM.

s *Abutentes licentia cognoscendi causas Clericorum in casibus non expressis, seu alias excommunicantur.*

2 *Principes seculares præsumentes Ecclesiasticorum causas criminales iudicare, quamuis suffulti sint speciali & expresso priuilegio sedis Apostolicæ, si tamen excedant fines priuilegij, excommunicantur.*

3 *Auxilium, consilium, vel fauorem dantes excommunicantur in prædicto Canone.*

4 *Iudices laici tenentur ius dicere quando Clerici sunt Actores, alias incurrunt pœnam priuationis Iurisdictionis.*

5 *Prælati administrare debent laicis conquerentibus de Clericis, iustitiam plenam, ne fortè pro defectu iustitiæ Clerici trahantur à laicis ad seculare Iudicium.*

6 *Clericus trahens Clericum ad seculare iudicium, excommunicatur, priuatur, & causam perdit, etiam si pro ipso lata sit sententia.*

7 *Actores Ecclesiastici præsumentes trahere Clericos ad forum seculare, incurrunt pœnas Concilij Toletani, adeo vt causam perdant, & cedat in lucrum Reo, quem protraxit.*

8 *Item excommunicantur vt habetur in Concilio Romano sub Siluestro.*

9 *Conuentus, & Capitula vt supra protrahentia, sunt suspensa, & interdicta, & cum fautoribus amittunt beneficia omnia cum inhabilitate in futurum.*

10 *Ecclesiasticus in causa criminali pulsatus, si trahat Actorem ad iudicium seculare habetur pro conuicto, & est deponendus neque ad vllam veniam peruenire potest, quia præiudicatur Episcopo sine cuius consensu iurare non potest, nec sibi alium iudicem constituere.*

s1 *Episcopus Clericorum causas iudicare debet.*

12 *Actor, si pœniteat post vocationem ad forum seculare, ante litis contestationem in sententia nonnullorum etiam perdit causam.*

13 *In iuribus ab ipsis allegatis ex sola porrectione libelli causa perditur, & non datur locus pœnitentiæ.*

14 *In sententia Archidiaconi (licet quis non fuerit litem contestatus) tamen ob solam depositionem, siue conuentionem in foro seculari super rebus spiritualibus factam, à iure suo cadit.*

15 Sen

15 *Sententia negatiua non est improbabilis, vbi dicitur, quod non inciditur in pœnam, si desistatur ab agendo, quia actus non est consummatus, sed tantum attentatus.*
16 *In sententia Auctoris opinio affirmatina est probabilior ob specialia iura canonica.*
17 *Actor praedictus perdit causam ipso iure ex Martini constitutione.*
18 *Capitula, & Conuentus ipso iure excommunicantur, suspenduntur, & interdicuntur.*

1 Respondetur, & dico primo, excommunicationem Bullarem prædictam extendi ad eos, qui huiusmodi licentiam protrahunt ad personas, & casus non expressos, vel aliàs illa perperam abutuntur, vt patet ex textu cit. Canonis 19. Idque, vt sciant Principes seculares, se in excommunicationem
2 incurrere, si præsumant Ecclesiasticorum causas criminales iudicare (quamuis suffulti sint speciali, & expresso priuilegio Sedis Apostolicæ) si quouis modo in tali cognitione, vel quoad personas, vel quoad casus, vel quoad alias conditiones priuilegij fines excedant.

3 Dico secundò, eandem excommunicationem Bullarem prædictam extendi etiam ad eos, qui dant auxilium, consilium, vel fauorem, vti docet præter alios Graffius *num.* 117. Quod saltem absque dubio dicendum est, attenta cit. Bulla 10. Martini V. in qua, cùm is excommunicatione Summo Pontifici reseruata excommunicarit similiter (vt fit in Bullæ Cœnæ cit. Can. 15. & 19.) iudices, executores, &c. trahentes personas Ecclesiasticas ad suum forum, expressè paulò post excommunicat etiam auxiliantes, consulentes, ac ratum habentes.

4 Dico tertiò, quod (licet clerici, si sint actores contra laicos, sequantur forum Rei. *cap. si clericus, & cap. cùm sit, de foro competent.* & Iudices tunc eis ius dicere teneantur, aliàs pœnam priuationis iurisdictionis incurrunt, vt in lege Frederici II. Imperatoris habetur; sicut etiam vicissim in cap. qualiter, de iudiciis, Prælatis præ-
5 cipitur, quod laicis conquerentibus de clericis, iustitiam plenam exhibeant, ne forte pro defectu iustitiæ, clerici trahantur à laicis ad secula-
6 re iudicium) tamen si clericus clericum ad sæculare iudicium trahat, excommunicatur, priuatur, & causam (etiamsi pro ipso lata sit sententia) perdit, *cap. si diligenti, de foro competent.* Quod & decreuit etiam Martinus V. in cit. Bulla 10. quæ in-
7 cipit: *Ad reprimendas*, vbi statuit, actores Ecclesiasticos id præsumentes in causa ciuili, incurrere pœnas Concilij Toletani 3. *cap.* 13. 11. *quæst.* 1. *c. inolita, & c. cap. si diligens, extra, de foro competent.* adeò vt (sicuti dicebam) causam perdat, & cedat in lucrum Rei, quem protraxit, *argum. l. generaliter, §. illud, ff. de calum. & cap. inolita, & seq.*
8 11. *quæst.* 1. Et sit excommunicatus, vt habetur quoque in Concilio Romano sub Syluestro *cap. si quis clericus* 11. *quæst.* 1. Conuentus autem, &
9 Capitula sint suspensa, & interdicta, & cum fautoribus amittant beneficia omnia cum inhabilitate in futurum; Si verò Ecclesiasticus in causa
10 criminali pulsatus trahat actorem ad iudicium seculare, habetur pro conuicto, ex Concilio Carthag. 3. *cap.* 9. & 11. *quæst.* 1. *cap. placuit, & de foro competent. cap. si diligenti*, & est deponendus, 11. *quæst.* 1. *cap. de diuersis, & cap. placuit, &* 11. *quæst.* 3. *cap. placuit, cap. si quis à proprio, & cap. si quis Episcopus*, vbi subditur, quod ad nullam veniam peruenire possit; quia præiudicatur Episcopo, sine cuius consensu iurare non potest, nec sibi alium Iudicem constituere; *cap. clericum*, 11. *quæst.* 1. & meritò; cùm Episcopus clericorum causas iu- 11
dicare debeat, 11. *quæst.* 1. *cap. experientia, & cap. peruenit, & de foro compet. cap.* 12. & 18.

An autem, si actorem pœniteat post vocationem ad forum seculare ante litis contestationem, causam is quoque perdat?

Affirmant probabilius *in cap. inolita*, 11. *quæst.* 1. 12
Hugo, Goffredus, Vincentius, & Turrecremata, tum ob *cap. placuit*, 1. in quo ex sola porrectio- 13
ne libelli causa perditur; tum ob *cap. grauem, extra de excessibus Prælat.* vbi quoad hoc non datur locus pœnitentiæ. Quapropter Archidiacon. ibi- 14
dem ait (licet quis non fuerit litem contestatus) tamen ob solam depositionem, seu conuentionem in foro seculari super rebus spiritualibus factam, à iure suo cadat.

Negat autem non improbabiliter *Innoc. cap. ino-* 15
lita, & in cap. placuit, 1. *glossa, & in l. criminali, C. de iurisdict. omn. iud.* Bartol. Bald. Angel. Cynus, & Paulus de Castro, ob *l. amplius, ff. rem ratam hab.* vbi dicitur, quod non inciditur in pœnam, si desistatur ab agendo. Et ratio esse potest, quia actus non est consummatus, sed tantum attentatus. At 16
quod dixi prius, videtur mihi probabilius ob iura Canonica specialia *suprà* adducta.

Et an in casu, quo causam perdit, perdat eam ipso iure, vel solum per sententiam Iudicis?

Respondetur, quod (licet gl. Innocent. Hostieo. 17
& Turrecremata *in cit. cap. inolita*, 11. *quæst.* 1. dixerint, quod perdat solum per sententiam Iudicis, ex eo, quia ibi dicitur: *Causam perdat*, non autem *perdit*, quasi dicatur, debet perdere, scilicet per sententiam) tamen hodie contrarium dicendum sit, ex eo, quod Martinus V. in cit. Bulla 10. quæ incipit: *Ad reprimendas*, expressè statuit: Eo ipso perdat penitus, & amittat, & singulares personæ excommunicationis, capitula verò, & conuentus suspensionis, & interdicti sententias incurrant ipso facto, Quapropter ipso iure causam 18
perdit, vt etiam ipso iure Capitula, & Conuentus, excommunicantur, suspenduntur, & interdicuntur.

DVBITATIO III.

An omnes clerici gaudeant priuilegio fori, & sic non possint trahi ad forum secularem, præsertim in criminalibus?

SVMMARIVM.

1 *Omnes clerici non solùm in sacris, & beneficiati (de quibus dubium non) sed etiam in minoribus sine beneficio, constituti, & coniugati si seruent conditiones à Concilio Tridentino requisitas, gaudent priuilegio fori.*
2 *Omnes Clerici prædicti gaudent priuilegio canonis, quia & (exceptis coniugatis) gabellarum exemptione.*

1 RESPONDETVR, quod omnes clerici, non solum in sacris, & beneficiati (de quibus dubium non est) sed etiam in Minoribus sine beneficio constituti, & coniugati (si seruent hi conditiones à concilio Tridentino requisitas) gaudeant priuilegio fori; & sic non possint sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum secularem, præsertim in criminalibus; patet ex dictis *supra dubit. prima*; & confirmatur; quia sic expressè generaliter decisum est de omnibus clericis *in supra citat iuribus*, & præcipuè *in cap. clerici, cap. qualiter*, & *quando de iudiciis, cap. 2. & cap si diligenti de foro compet.* &
2 specialiter de clericis coniugatis *in c. vnic. in 6.* tum quia omnes prædicti clerici modo, quo supra explicabatur, gaudét priuilegio Canonis, quin & (exceptis tamen coniugatis) gabellarum exemptionis; ergo, &c. Vide, quæ dicebamus *lib. de Parlamentis Dubit. 4. sect. 19. per suas subsectiones; & sect. 20 subsect. 1. & 2. & Dubit. 24. cum seqq.* Vide etiam, quæ dicebamus *suprà cap. 1. dubit. 5. & seqq. & cap. 2. dubit. 4. & cap 4. per totum.*

DVBITATIO IV.

An neque possint prædicti clerici trahi ad forum secularem, etiamsi agatur de criminibus grauissimis, nec non & degradatione dignis?

SVMMARIVM.

1 *Clerici prædicti non possunt sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum seculare, præsertim in criminalibus etiamsi agatur de criminibus grauissimis, nec non & forte degradatione dignis.*

2 *Iudices laici non possunt cognoscere contra Clericos in criminalibus causis etiamsi agatur de crimine læsæ maiestatis, de periurio, de falsa moneta, de parricidio, de homicidio, & aliis similibus, ac tandē de incorrigibilitate, nisi prius à Iudice Ecclesiastico Curiæ seculari remittātur.*

3 *Clerici non solum non possunt pro crimine à Iudice seculari condemnari, verum etiam acta coram tali Iudice (licet in eis Clericus conuictus, vel confessus sit) ei nocere non possunt.*

4 *Sacri canones imitantur leges generaliter statuentes, vt de omni crimine Clericus debeat coram Ecclesiastico Iudice conueniri.*

5 *Reges Hispaniarum in suis legibus prohibent laicis Iudicibus trahere ad eorum forum Personas Ecclesiasticas, & earum causas criminales cognoscere.*

6 *Consuetudo, quæ legis vim habet, introduci non potest, vt laici Iudices cognoscant causas criminales Clericorum.*

7 *Minister quidam Regius, qui allegationem Granatæ typis mandauerat, (defendendo consuetudinem iudicādi Clericos in quibusdā delictis enormibus) à propria dignitate depositus, sanctæ Inquisitionis censurā subiit.*

8 *Si in aliquo Regno introducta sit consuetudo vt Iudices laici cognoscant causas Clericorum in minoribus constitutorum, caueant an dicta consuetudo sit legitime introducta quia vti contraria Immunitati à summis Pontificibus abrogatur.*

9 *Opinio nonnullorum Doctorum asserentium quod in crimine proditionis contra Regem, rebellionis, seu criminis læsæ maiestatis Clerici possint puniri per Iudices laicos, non est admittenda.*

10 *Cognitio criminis proditionis contra Regem, rebellionis, seu criminis læsæ maiestatis in Regno Neapolis nisi delegetur à Papa, ad Ecclesiasticum, non autem ad secularem Iudicem spectat.*

11 *Constitutio Regni Neapolis circa prædicta iura vim vllā non habet, quia Princeps de immunitate Ecclesiastica statuere non potest, cum in Ecclesiasticos iurisdictionem non habeat.*

12 *Consuetudo contra Immunitatem Ecclesiasticam potius dicenda est corruptela, quam consuetudo, & licet fuerit quantumuis longa & continua ius laico in Ecclesiasticos dare non potest.*

13 *Laicus in Ecclesiasticos iurisdictionem, & potestatem, vt pote incapax, acquirere non potest.*

14 *Leges Principum (secularium) in quibus crimen læsæ maiestatis punitur) non possunt comprehendere, & ligare clericos.*

15 *Constitutio Regni Neapolis, & similes contra Immunitatem Ecclesiasticam iura non habent, tum quia est contra omnia Iura, tum ex defectu Iurisdictionis & expressa conuentione inita in Inuestitura Regni inter Ecclesiam, & Carolum I. quod Rex nullam habeat Iurisdictionem in Clericos, nisi ratione feudi.*

16 *Principes punientes Clericos in crimine læsæ maiestatis, non faciunt de iure, sed de facto.*

17 *Episcopi possunt, quin & debent contra Principes laicos, vt censuras effugiant, vti remediis Ecclesiasticis, illos monendo, declarando excommunicatos, feudis, si qua ab Ecclesia habent, priuando, & tandem loca interdicto subiciendo.*

18 *Clericus non potest iudicialiter, & auctoritatiue interrogari, examinari, iudicari, vel puniri à laica Potestate, Magistratu, Prætore, Rege pro crimine quantumuis graui, & enormi donec Curiæ seculari non tradatur.*

19 *Ludouicus XIII. Rex Galliarum vt quoad tale crimen læsæ maiestatis contra Clericos procederetur, in facti contingentia recursum habuit ad Pontificem Vrbanum VIII.*

20 & 21 *Rex Hispaniarum Philippus II. vt in dicto crimine contra Clericos procedere posset in facti contingentia, etiā petiit speciale. Breue à sede Apostolicam; idemque in alterius facti contingentia etiam fecit Rex Philippus III.*

22 *Multi, Principes, & Reges, qui sine speciali licentia sedis Apostolicæ in dicto crimine contrarium fecerunt, absolutionem à censuris à summo Pontifice, donec obtinerent, petierunt.*

23 *Clericus in suum Principem rebellis, vt pote non proprie Vassallus, crimen læsæ maiestatis non committit; & & tunc certum est quod non Curiæ laicali, sed Ecclesiasticæ subicitur.*

24 *Clericus feudum à Principe seculari habens non potest ratione læsæ maiestatis criminis personaliter distringi; quia Dominus feudi non habet in clericum Vassallum ratione cuiuscumque delicti personalem districtionem.*

25 *Clericus feudatarius, si propter crimen læsæ maiestatis feudo priuandus sit, non potest priuari directe, vel indirecte à Domino feudi; sed solum potest id præstare Iudex Ecclesiasticus ipsius Clerici.*

26 *Si à sententia per talem Iudicem Ecclesiasticum lata appelletur non ad Iudicem laicum feudalem; sed ad Iudicem Ecclesiasticum superiorem appellandum est.*

27 *Dicta de crimine læsæ maiestatis, eadem dicenda sunt de quocumque alio crimine quantumuis graui, exceptis iis, de quibus mox infra dicetur.*

28 *Vassalli, etiam clerici, quomodo Regi subdantur.*

RESPONDETVR

1 RESPONDETVR, quod neque possint prædicti
clerici modo, quo supra explicabatur, sine in-
cursione dictarum censurarum trahi ad forum sæ-
cularem, præsertim in criminalibus, etiamsi agatur
de criminibus grauissimis, nec non & forte degra-
datione dignis, vt de crimine læsæ Maiestatis, de
2 periurio, de falsa moneta, de parricidio, de homici-
dio, & aliis similibus, ac tandem de incorrigibilita-
te, nisi priùs à Iudice Ecclesiastico Curiæ seculari
remittantur; & consequenter non possint sine in-
cursione dictarum pœnarum pro aliquo ex dictis
criminibus à Iudice laico iudicari, & puniri, nisi
prius à Iudice Ecclesiastico clericus reus ipsi re-
mittatur. Patet etiam ex dictis *supra in eadem dub.1.*
& confirmatur; quia sic etiam expressè decisum est
in cit. iuribus, & in cap. cùm non ab homine, de iudic. ibi:
Siue in furto, siue in periurio, siue in homicidio, siue in
3 *alio crimine*, &c. & *in cap. at si clerici, eod. tit.* vbi idem
habetur, & absolutè dicitur, clericos non solum
non posse pro crimine à Iudice seculari condem-
nari, verùm etiam acta coram tali Iudice (licet in
eis clericus conuictus, vel confessus sit) nihil ei no-
cere: ex quo textu cum §. sequenti, constat tam ma-
iora, quàm minora crimina clericorum ad Ecclesia-
4 sticum Iudicem pertinere. Et *in cap. clerici* dicitur,
sacros Canones imitari leges generaliter statuen-
tes, vt de omni crimine clericus debeat coram Ec-
clesiastico Iudice conueniri. Idem statuitur in Con-
cilio Lateranensi sub Leone X. & Concilio Anti-
5 siodorensi *cap.35.* quod & confirmarunt Reges Hi-
spaniarum in suis legibus, vt patet *in par.1. leg.61.*
tit.6. Confirmatur etiam, quia in communi iure
nulla exceptio de crimine (nisi de iis, de quibus *in-*
6 *fra* dicetur) reperitur, & ea alio capite consuetudo,
quæ legis vim habeat, in oppositum introduci non
potest, vt expressè habetur *in cit. cap. clerici*, atque sic
etiam (quidquid in contrarium dixerit Rabardeus
de cauendo schismate. sect.1. n.2. & 3. fol.16. & seqq. do-
cent ea sententia omnium Doctorum Couarruuias
pract. qq. cap.32. n.2. Farinac. *lib.1. tit. de inquisit. q.8.*
n.74. Scaccia *de iudic. lib.1. cap.t8. num.58.* Suar. *lib.*
4. de immunit. cap.11. num 9. & seqq. Gambacurta *de*
immunit. lib.7. cap.14. num.2. Bonac. *tom.2. disp.10.*
q.2. punct.1. §.1. n.5. Maynardus *de priuileg. Ecclesiast.*
part.2. art.17. num.5. Valboa *tom.2. ad cap.2. de indic.*
num.69. & seqq. Valascus *in allegat. tom.1. allegat.15.*
num.4. Discatillus *lib.2. de iust. tract.1. disp.4. lib.9.*
num.151. Gretserus *lib.2. consider.12.* Diana *part.7.*
tract.1. resol.9. & Chartarius *in decis. crimin. decis.66.*
num.61. adeò, vt quendam ministrum Regium (qui
7 allegationem Granatæ typis mandauerat, defen-
dendo consuetudinem iudicandi clericos in qui-
busdam delictis enormibus) à propria dignitate de-
positum, sanctæ Inquisitionis censuram subiisse, te-
stetur Torreblanca *in practic. iur. spir. lib.15. cap.4. n.*
7. vide etiam, quæ diffusè dicebantur *cap.1. dub.35.*
cap.4. dub.31. cap.5. dub.14. & 15. & lib. de Parlamen-
tis cit. dub.4. sect.19. per suas subsectiones, & sect.20.
subsect.1. & seq.
8 Quod si in aliquo Regno, vel Prouincia, &c.
consuetudine introductum sit, clericos in minori-
bus constitutos à Iudicibus laicis iudicari, & pu-
niri pro aliquo ex dictis criminibus, satis viden-
dum, & examinandum est, an legitimè introducta
sit; quia facilè mihi illa non probatur, cùm iuri
Canonico (sicuti dicebam) contraria sit, & à Con-
cilio Trid. Bulla Cœnæ, & Bulla Vrbani VIII. su-
per præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & in-
feriorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesia-
sticarum à quibuscumque præiudicialibus, quæ in-
cipit: *Romanus Pontifex*, omnis consuetudo immu-
nitati Ecclesiasticæ contraria abrogetur: qua de re
vide, quæ dicebantur locis suprà cit.

Obiicies, nonnulli Doctores (inter quos Rabar-
deus *de cauendo schismate, sect.2. num.8. fol 42.* Calli-
stus Ramirez *in tract. de lege Regia, §.17. n.11. in gl.*
lit. D. Curtellius *de immun. Eccles. lib.2. q.20.* & He-
uia *in Curia Philippica, p.3. §.2. num.13.*) in crimine
proditionis contra Regem, rebellionis, seu criminis
læsæ Maiestatis docent oppositum; & ita habetur
in Constitutione Regni Neapolis, quæ incipit: *De*
personis; & firmatur à longa, & continuata consue-
tudine; ergo, &c.

Respondetur, quod talis opinio ex dictis admit- 9
tenda non sit; & in terminis ita docent communi-
ter Theologi, & Iuristæ, vt Vgianus *in tract. de im-*
munit. Eccles. disp.2. conc.2. Valenzuela *in defens. censur.*
Pauli V. *p.4. n.70. & seqq.* Salzedus *in pract. crim.*
Bernardi Diaz. cap.119. lit. B. Maynardus *de priuileg.*
Eccles. part.2. art.17. n.6. Tamburinus *de iure Abba-*
tum, tom 1. disp.15. num.16. Anton. Bouius *in Respon-*
sione contra N. part.4. arg.10. fol.75. Duardus *in Bul-*
lam Cœnæ, lib.2. can.15. q.11. num.31. Azor *part.1. lib.*
5. cap.13. q.8. in fin. Bernardus Iustus *in defens. libert.*
Eccles. fol.30. Martinus Magerus *de Aduocatia arma-*
ta, cap.17. num.186. & seq. Castaldus *de Imperatore*
q.101. num.10. Solorzanus *de Indiarum iure, tom.2.*
lib.3. cap.27. num.10. Mattha *de iurisd. p.4. centur.2.*
cas.13. Ioan. de Terra rubea *contra rebelles suorum*
Regum, tract.3. art.5. concl.17. Torreblanca *in pract.*
iur. Eccles. lib.15. cap.4. num.2. Thomas Michaël *in*
conclus. de iurisdict. concl.95. lit. B. Stephanus Barbe-
rius *in confutat. contra M. Fulgentium, part 4. num.65.*
& 66. Guenara *in propugnac. immunit. Eccles. assert.8.*
§.7. num.6. Bellertus *in disquisit. cleric. part.1. tit.3.*
§.1. num.4. multos alios referens, Pesantius *tract. de*
immunit. Eccles. disp.13. Zanardus *in direct. Confess.*
tom.3. cap.10. Diana *part.1. tract.2. resol.19.* & Ge-
nuensis *in prax. cap.72.* qui anno 1600. Clemen-
tem VIII sic declarasse testatur: vnde (inquit ipse, 10
& rectè) disputatio hæc in Regno Neapolis (quod
scilicet cognitio talis criminis, nisi delegetur à Pa-
pa, ad Ecclesiasticum, non autem ad Iudicem secu-
larem spectet) iam finem accepit. Quapropter ad 11
cit. Constitutionem Regni respondetur, quod illa
vim vllam non habeat; quia Princeps de immuni-
tate Ecclesiastica statuere non potest; cùm in Ec-
clesiasticos iurisdictionem non habeat. Et ad con- 12
suetudinem dicitur, quod talis consuetudo corru-
ptela sit; & quod, licet fuerit quantumuis longa, &
continua, ius laico in Ecclesiasticos dare non
queat; cùm laicus in Ecclesiasticos iurisdictionem,
& potestatem, vtpotè incapax, acquirere non 13
possit.

Vide Cabedum *part.2. decis.83. num.2.* vbi rectè 14
ait, quod leges Principum sæcularium (in quibus
crimen læsæ Maiestatis punitur) non possint com-
prehendere, & ligare clericos, iuxta notata *in cap.*
Ecclesia S. Mariæ de Constit. & cap. fin. de rebus Eccle-
siæ non alien. Vide etiam Mattham *de iurisdict. loco su-*
pra cit. num.28. vbi docet, quod (licet in Regno
Neapolis sit constitutio, vt supra. quæ incipit: *De*
personis, per quam disponitur, quod semper clericus
delinquens in quocumque delicto, debeat cogno-
sci, & iudicari per suum Episcopum, excepto si
commiserit crimen proditionis contra Regem, vel
aliud magnum crimen; quo casu debet iudicari per
Iudices seculares ipsius Regni) tamen talis Con-
stitutio sit contra omnia iura, tum ex defectu iu-
risdictionis, contra *cit. cap. Ecclesia S. Mariæ de con-*
stitut.

stitut.& contra Authent *Statuimus*, *Cod de Episc.&*
& cleric.per quam Authent. Andreas *ibi*,& Baldus
in cap.si clericus de pace tuenda expresè tenent,cō-
stitutionem talem,& similem,vim non habere:tum
quia conuentum fuit inter Carolum I. & Eccle-
siam Romanam in inuestitura Regni, quod Rex
nullam habeat iurisdictionem in clericos, nisi
ratione feudi;vti attestantur Andr.*in Repert.ver.Cle-*
ri. us si fuerit criminaliter,& Afflict.*in d.Constitut. De*
personis num.2.in fin.Et licet Clarus *lib.5.§.læsæ Ma-*
iestatis num.7 & Bossius *tit.de crimine læsæ Maiesta-*
tis num.87.dicant,quod in hoc casu Principes secu-
lares seruent contrarium,id tamen(vti tradit etiam
Farinac. *loco supra cit. num. 31*.) est solum de facto,
17 non de iure Quapropter possunt, quin & debent
Episcopi,vt censuras effugiant,vti remediis Eccle-
siasticis,illos monendo,declarando excommunica-
tos,feudis(si quæ ab Ecclesia habent)priuando,&
tandem loca interdicto subiiciendo;cit. Auth. *Sta-*
tuimus,& cap.*grauem de sentent.excommun*.Vide etiam
18 Dicastillum *de iust.lib.2 tract. 1. disp. 4.dub.9.numer.*
151.vbi docet, quod non possit clericus iudiciali-
ter,& auctoritatiuè interrogari,examinari,iudicari,
vel puniri à laica potestate,magistratu,Prætore,Re-
ge,&c.pro crimine, quantumuis graue,& enorme
illud sit,vt hæresis,proditio patriæ,blasphemia,fal-
sæ monetæ cusio.&c.quia de his examinare,iudica-
re,& punire,suppetit potestatem in reum clericum,
quam Iudices seculares non habent in exemptum,
donec exemptus manet,id est,donec Curiæ ipsorum
seculari à Curia Ecclesiastica non traditur. Vide et-
iam alios Doctures,quos *supra num.6*.citabam.

19 Hinc meritò (vti fatetur etiam Rabardeus vbi
supra(Rex Galliarum Ludouicus XIII. vt quuad
tale crimen læsæ Maiestatis contra clericos proce-
deretur, in facti contingentia recursum habuit ad
Pontificem Vrbanum VIII.& patet ex eiusdem Vr-
bani VIII.Bulla data in Arce Gandulphi die 8.O-
ctobris 1632.Et(vti restatur Bastidia in Antidoto
20 contra Paulum Venetum,*par.2.num*.58.Rex Hispa-
niarum Philippus II vt in dicto crimine contra cle-
ricos procedere posset,in facti contingentia etiam
petiit speciale Breue à Sede Apostolica;idemque in
21 alterius facti contingentia fecit Rex Philippus III.
Et tandem (vti testatur Horatius Capponius ad
22 Remp. Venetam *par.1.cap.7*.)multi Principes,& Re-
ges,qui sine speciali licentia sedis Apostolicę in di-
cto crimine contrarium fecerunt, absolutionem à
censuris humiliter à summo Pontifice,donec obti-
23 nerent,perierunt.Adde,quod forsan clericus in suū
Principem rebellis,vtpotè forsan(sicuti suprà *cap.1.*
dubit.15.dicebam,*& cap.16.dubit.23.num.26*.dicam)
non propriè vassallus,propriè crimen læsæ Maiesta-
tis non committit; & tunc certum est,quod non
Curia laicali,sed Ecclesiasticæ subiiciatur.

24 Cæterum quæ dixi, adeò vera sunt,vt clericus
feudum à Principe seculari habens, non possit ra-
tione læsæ Maiestatis criminis personaliter distrin-
gi;quia dominus feudi non habet in clericum vas-
sallum ratione cuiuscumque delicti personalē dis-
trictionem. Ita Abbas *in cap. verum, num.17.23.&*
seq.(vbi post Io.Andream dicit opinionem hanc es-
se probabiliorem,& tutiorem)& ibid.Barbat. *de foro*
compet.Baldus *in cap. delictis, num*.10.*de appellat*.Io.
Andreas *in cap.vinc*.vbi etiam Geminianus *de cleric.*
coniug in 6.& communiter Doctores *in Clem.1.de of-*
fic ordin & in Clem.Pastoralis,*de re iudic.*

25 Adde,quod si dictus clericus propter crimen læ-
sæ Maiestatis feudo priuandus sit,neque possit do-
minus feudi,& Iudex secularis directè,vel indire-
ctè,seu in consequentiam,puta ciuiliter,de crimine
cognoscere ad priuationem feudi procedendo, sed
solum possit id præstare Iudex ordinarius Ecclesia-
sticus ipsius clerici. Innocent. Abb. & Hostien.*in*
cap.non minus de immunit. Eccles. & in cit. cap.verum,
Soccinus senior *in cap.in transmissa, q.1.& 3.princi-*
palis membri de foro compet.& consil.12.num.12.& 23.
volum.1.Hostien.*in tit.de feud §.fin*. Roland. *consil.4.*
num.35.vol 1.Bero *consil.82.num.11.& seq. volum. 1.*
Surdus *consil. 338.num. 23.volum.3*.Clar.*in §.fin.q.*
36.num. 21. Menoch. *de recuper possess. remed.3.num.*
421.& 477.Rodrig. *q.Regul.to.2.quæst.62.art. 10* &
Azor. *Instit. Moral. par. 3. lib.10. cap. 19. quæst. 9.*
& 10.

Adde secundò,quod si à sententia per talem Iu- 26
dicem Ecclesiasticum lata appelletur, non ad Iudi-
cem laicum feudalem,sed ad Iudicem Ecclesiasticū
superiorem appellandum sit.Ita Bero *cit.consil.81.n.*
13.Vide etiam supra citatos Doctores,& quæ dice-
bantur *lib.de Parlamentis Dubit. 4. sect.20.subsect.2.*
vbi hæc omnia saltem iuxta probabiliorem senten-
tiam Doctorum dicenda probabam.

Et quæ dixi de crimine læsæ Maiestatis, quod 27
scilicet clericus non possit sine incursione censura-
rum pro tali crimine trahi ad forum secularem; &
consequenter non possit sine incursione censura-
rum pro tali crimine à Iudice laico iudicari,& pu-
niri,nisi prius à Iudice Ecclesiastico clericus reus
ipsi remittatur,&c. eadem dico propter easdem ra-
tiones,& multo magis de quocumque alio crimine,
quantumuis graui(exceptis iis,de quibus mox in-
fra dicetur) quidquid in contrarium dixerit etiam
Rabardeus *cit.sect.2.num.5.fol*.27.vbi præter crimen
læsæ Maiestatis excipit etiam crimen parricidij,via-
rum prædationis,& in vniuersum quodcumque a-
liud crimen, si illud sit graue;& citat Boërium in
decis.Burdegalensibus, Curtium *in suis Consiliis*, &
glossatorem *in cap. 1. de homicidio in 6*. sed minus
rectè,vt patet ex dictis.Qua de re præter iura supra
citata vide *cap.nouimus de verb.signific.cap.ad falsario-*
rum de crimine fals.& cap.ad abolendam de hæreticis;&
præter Doctores tam *num.6*.quam *num.9*.citatus,vi-
de Bannium *in Theol. mor. par. 2. tract. 6. disp.7*. de
Bulla Cœnæ, *quæst. 1. cap. 3. num.* 19.Paramum in
Confutat.decret. Venet.cap.1.art.4.num.17.& Guazzi-
num *defens.39.cap 1.num*.30.

Instabis ex Curtellio *cit.q*.20.Vassalli,etiam cle-
rici,subduntur Regi de iure diuino;ergo si in eum
delinquunt.debēt per illū illiusque Iudices puniri;
cùm non debeat immunitas destruere ius diuinum.

Respondetur,distinguo antecedens:Vassalli,etiā
clerici subduntur Regi de iure diuino, quoad vim
directiuam,concedo;quoad vim coactiuam,seu pu-
nitiuam,subdistinguo;exercendam per Iudices Ec- 28
clesiasticos,de quorum foro sunt,concedo;exercen-
dam per Iudices laicos,de quorum foro non sunt,
nego;nisi in casu quo Iudex Ecclesiasticus absit,&
periculū sit in mora;vel requisitus nolit prouidere,
pręsertim si delicti particeps timeatur;quia tunc lo-
cū habet ius naturę de defensione propria,&Regni,
ad quam ex officio tenetur,præstanda,iuxta ea,quæ
dicentur *cap.9.Dubit*.4.

An autem clericus in casu, quod crimen læsæ
Maiestatis,vel aliud crimen graue commiserit,de-
gradandus saltem sit,& Curiæ sęculari,vt puniatur,
tradendus,vide,quæ dicentur *infra dubit.sequent.*

DVBITATIO V.

An ob aliquod crimen Clericus Reus Iudici seculari remitti, seu tradi debeat, vt ab eo puniatur?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus spectato iure communi, ob nullum crimen quantumcumque graue, etiam proditionis contra Regem, rebellionis, & læsæ maiestatis, Curiæ seculari remitti, & tradi debet, nisi prius fuerit incorrigibilis.*

2 *In omni crimine quantumuis graui, ad traditionem incorrigibilitas prærequiritur.*

3 *Pronomen (quibuscumque) ampliat & extendit generalitatem dispositionis, & comprehendit omnem significationem verbi, cui adiicitur, etiamsi sit impropriissima.*

4 *Verba generalia, & vniuersalia recipiunt restrictionem ab aliis iuribus, aliter quod, sicut generaliter loquuntur, ita generaliter sint intelligenda.*

5 *Pontifex contra Rebelles sedis Apostolicæ, & schismaticos, cessante incorrigibilitate, pœnam tãtum excommunicationis imponit, & tamen Rebelles sedis Apostolicæ sunt Rei criminis læsæ maiestatis.*

6 *Clericus ob crimen Sodomiæ (quod est grauissimum) post depositionem, detruditur in monasterium, non autem traditur Curiæ seculari.*

7 *Occisor Cardinalis non traditur morti, sed cogitur ita viuere, vt mors ei vita sit.*

8 *Clerici in latrociniis, & aliis enormibus delictis deprehensi à suis ordinibus degradati, detrudi debent in arctis monasteriis ad pœnitentiam agendam.*

9 *Clerici Capientes, banniuentes, percutientes, vel interficientes Episcopum suum ex Clem. 1. in prin. de pœnis non sunt degradandi, Curiæque seculari tradendi, licet alias grauissimas pœnas incurrant, & crimen grauissimum sit.*

10 *Textus in C. si quis sacerdotum 12. q. 2. loquitur de Clerico, qui est incorrigibilis.*

RESPONDATVR, spectato iure com-
1 muni, ob nullum crimen, quantumcomque graue (etiam proditionis contra Regem, rebellionis, & læsæ Maiestatis) Curiæ seculari remitti, & tradi debet, nisi prius fuerit incorrigibilis. Atque ita ex *cap. cum non ab homine de iudic.* contra Curtellium *de immunit. Eccles. lib. 2. q. 24. num.* 18. & nonnullos alios (quos refert Farinac. *q.* 8. *numer.* 80. & Chartarius *decis. crimin. 66. num.* 1.) docent Imola Cardinalis, & Ioan. Andreas *in dict. cap. cum non ab homine*, Curtius *consil.* 154. Barbatius *lib. 3. consil. 12.* Salzed. *cap. 519. lit. C.* Diaz *in pract. Can. cap.* 90. Bossius *tit. de foro compet. num. 256. &* 142. Couar. *resol. lib. 2. cap. 10. num.* 7. Scaccia *de iudice lib. 1. cap. 11. n.* 60. Arctinus, Albertinus, & Decius, quos sequitur Farinac. *cit. q* 8. *num.* 80. Ita etiam docent Facchineus *in Controuers. lib. 8. cap.* 30. Sousa *in Bullam Cœnæ cap. 16. disp. 82. num.* 2. Clarus *in pract. crimin. lib. 5. q. 36. num.* 36. Alterius *de censur. tom. 2. disp. 2. cap. 2 §.* 7. Felicianus *de censur. cap.* 54. Caballos *cas. 60. num.* 23. Maceratensis *var. lib. 3. resol.* 2. Diana *par. 1. tract. 2. resol.* 129. Barbosa *in collect. to. 4. par 2. caus. 22. q. 5. cap. si quis laicus, num.* 2. Modius *de sacris Ordinibus cap. 32. num.* 7. & Placha *de delict. lib. 1. cap. 22 num.* 43. & probatur ex *cit. cap. cum non ab homine de iudiciis*, vbi generaliter dicitur, quod pro quibuscumque criminibus clerici non possint ad iudicium seculare trahi, sed debeant à Iudice Ecclesiastico
deponi, & si incorrigibiles fuerint, seculari Curiæ 2
tradi; ergo claré in omni crimine quantumuis graui,
ad traditionem incorrigibilitas prærequiritur; 3
cùm ly pronomen, *quibuscumque* (vt habetur *in l. qui autem, §. fin. ff. de constit. & cap. quia plerique de offic. Ordinar. in 6.*) ampliet, & extendat generalitatem dispositionis; & cùm (vt late probat Decianus *resp. 35 num. 23. vol. un. 1.*) comprehendat omnem significationem verbi, cui adiicitur, etiamsi sit impropriissima. Quod & docent Bartol. *in l. generali §. 1. xoris ff. de vsufruct. leg.* Bald. *in l. 1. q. 34 ff. de rer. diuis.* Decius *in cit. cap.* cùm non ab homine, & *in consil. 599. num. 2.* quatenus dicunt, quod verba, *quocumque*, & similia operentur, & amplient significatum verbi, cui adiunguntur, vt etiam extendatur ad latissimum significatum. Et docent Cardin. Alex. *in cap. si Romanorum, dist.* 19. & Aretin. *in l. 1. ff. de leg.* 1. qua-
tenus dicunt, quod verba generalia, & vniuersalia 4
recipiant restrictionem ab aliis iuribus, aliter quod sicut generaliter loquuntur, ita generaliter sint intelligenda. Item probatur *ex cap. de rebellibus 23 q. 5.*
vbi Pontifex contra rebelles sedis Apostolicæ, & 5
schismaticos, cessante incorrigibilitate, pœnam tãtum excommunicationis imponit; & tamen rebelles Sedis Apostolicæ sunt Rei criminis læsæ Maiestatis, vti tradunt gl. & Bartol. *in tit. qui sint rebelles,*
verb. rebellando. Item probatur ex *cap. clerici*, de exces- 6
sibus Prælatorum, vbi ob crimen Sodomiæ (quod est grauissimum) post depositionem clericus detruditur in monasterium, non autem traditur Curiæ seculari, Quamuis oppositum videatur dicendum, attento iure nouo Constitutionis Pij V. apud Quarant. ver. *Sodomia*, per quam tam clerici seculares, quã Regulares, ipso iure priuãtur omni priuilegio clericali, Doctores, quos citat, & sequitur Quarant. *loco cit.* Ceuall. *commun. contra comm. q.* 28. n. 4 Squillante *de priuil. cler. c. 4. n.* 215. & Castil. *dec.* 181. *n.* 6.

Item probatur ex *c. felicis de pœnis in 6.* vbi occi- 7
sor Cardinalis non traditur morti, sed cogitur ita viuere, vt mors ei vita sit. Item probatur ex *c. tuæ,*
de pœnis, vbi interrogatus Pontifex, qualiter clerici 8
in latrociniis, vel aliis enormibus delictis deprehẽsi puniri debeant? Respondet, quod à suis Ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis monaste-
riis ad pœnitentiam agendam. Item tandem proba- 9
tur ex *Clem. 1. in princ. de pœn.* vbi Clemens V. contra eos, qui ceperint, banniuerint, percusserint, vel interfecerint Episcopum suum, multas grauesque pœnas constituit; & tamen non statuit clericum Reum huius sacrilegij (quamuis grauissimum crimen illud sit) esse degradandum, Curiæque seculari tradendum, Ergo Iudici seculari remitti, & tradi, clericus Reus non debet, nisi prius fuerit incorrigibilis.

Neque huic textui repugnat text. *in c. si quis sacerdotum, 11. q. 1.* vbi statuitur, quod si quis sacerdotum, vel aliorum clericorum Episcopo suo fuerit inobediens, vel ei parauerit insidias, vel intulerit contumeliam, calumniam, aut conuicia, &c. ita vt de hac re conuinci possit, depositus Curiæ seculari tradatur.

Respondeo

10 Respondetur enim talem textum intelligi quando clericus est incorrigibilis; sicuti rectè notauit gl. in d. cap. si quis sacerdotum, verb. mox, in cap. si qui sunt, 2. quæst. verb. vituperatores, in c. nouimus de verb. signif. verb. degradatur, & in cap. cum non ab homine de iudic. & notarunt Doctores, quos citat, & sequitur Martha de iurisd. par. 4. censur. 2. cas. 130. num. 4. Farinaceus Contr. Iuris lib. 9 cap. 29. per totum, Chartarius in decisionib. crim. decis. 66. num. 48. & Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 1. nu. 60. & seq.

SECTIO II.

An aliqua crimina excipienda sint?

SVMMARIVM.

1 *Clericus committens assassinium ipso facto absque alia sententia est depositus, & à Clericali priuilegio exclusus.*

2 *Assasinus dicitur qui conductus pretio, hominem occidit.*

3 *Clericus dummodo prius non constet de Assasinij crimine, Curia seculari non traditur, & priuilegium clericale non amittit.*

4 *Crimen assasinij constare sufficienter non potest, nisi per declarationem authenticam, & iudicialem ab Ecclesiastico Iudice factam.*

5 *Pœna delicto annexa executioni non mandantur quousque delicta declarentur; & consequenter pœna depositionis, & priuationis priuilegij Clericalis assasino facta, executioni mandari non debet, quousque assasinum à Iudice Ecclesiastico declaretur.*

6 *Qualitas tribuens iurisdictionem ante omnia discuti, & probari debet; præsertim si a Parte aduersa negetur.*

7 *Crimen assasinij, quod Iudici laico iurisdictionem in clericum, vt illum punire possit, tribuit, prius probandum est.*

8 *Declaratio criminis assasinij ferri debet solum à Iudice Ecclesiastico, cuius declaratio est quædam Clerici Iudici seculari remissio, & traditio.*

9 *Clericus, hoc ipso, quod declaratus est assasinus, Iudici laico subest.*

10 *Clericus vt assasinus, tunc solum à Iudice laico puniri potest, cum vt assasinus à Iudice Ecclesiastico fuerit bannitus, diffidatus, & condemnatus.*

11 *Aliquem esse exemptum est rei spiritualis, & de re spirituali cognoscere pertinet ad Iudicem Ecclesiasticum.*

12 *Quando exoritur lis inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem ad quemnam ipsorum de re aliqua cognoscere spectet, spectat de facto ad Ecclesiasticum, cum ipse sit maioris auctoritatis Iudex.*

13 *Obseruantia in contrarium non potuit ordini Ecclesiastico præiudicium importare.*

14 *Non obstat quod Iudex laicus ex satis probabili sententia Doctorum procedat contra Clericum assasinum sine degradatione ex indulto Pontificis.*

15 *Degradatio in ceteris delictis quantumuis grauibus, quoad Clericos in sacris constitutos, præmitti hodie consueuit.*

16 *Iudex laicus non potest procedere ad executionem dictæ pœnæ, nisi prius facta declaratione per Iudicem Ecclesiasticum.*

17 *De qualitate assasinij Clericorum non potest cognoscere Iudex laicus, licet assasinium esset notorium; sed assasinij declaratio spectat solum ad Iudicem Ecclesiasticum.*

18 *Iudex laicus si aliquo modo præuenerit, poterit Iudex Ecclesiasticus vti remedijs Ecclesiasticis, & illum censuris cogere ad desistendum.*

19 *Clericus assasinus notorius, non potest sine incursione censurarum etiam in Bulla cœnæ Domini, a Iudice laico cognosci, & puniri, nisi prius per Iudicem Ecclesiasticum sententia criminis declaratoria præcesserit.*

20 *Idem dic de Clerico incorrigibili notorio.*

21 *Et de clerico quodcumque aliud crimen exceptum committente similiter notorio.*

22 *Idemque multò magis dic de clerico sodomita, etiam notorio, & de similibus, cum tale crimen non sit vnum ex quinque delictis exceptis à iure.*

23 *Vt assassinus puniri possit a Iudice laico, videtur sufficere, quod delictum sit notorium.*

24 *Notorium ex Innocentio est, quod tergiuersationem non admittit.*

25 *In notorio non requiritur delicti probatio.*

26 *Verba* ipso facto *irrogant pœnam ipso iure.*

27 *Verba* ipso facto, & ipso, iure *sunt synonyma.*

28 *Si delictum assassinij sit notorium, laicus procedit in clericum sine læsione immunitatis.*

29 *Idem dicitur, si sit notorium delictum incorrigibilitatis.*

30 *Idemque dicitur, si sit notorium delictum Sodomiæ.*

31 *Nullum est absurdum, quod Iudex Ecclesiasticus factum declaret.*

32 *Clericus ob crimen hæresis traditur Curiæ seculari.*

33 *Clericus non traditur Curiæ seculari pro quacumque hæresi; sed solum pro hæresi repetita post sententiam, & sic post monitionem, & monitionem trinam authenticam.*

34 *Clericus ob crimen falsi in literis apostolicis tradebatur Curiæ seculari; sed hodie id receptum non est; sed incorrigibilitas prærequiritur.*

35 *Clericus ob crimen conspirationis in suum Episcopum tradebatur Curiæ seculari; sed hodie incorrigibilitas expectatur.*

36 *Clericus ob quodlibet crimen enorme traditur Curiæ seculari.*

37 *Delictum an sit enorme, spectatis delicti, & Personæ circumstantijs, relinquitur arbitrio Prudentis Viri.*

38 *Clericus tradi potest Curiæ seculari propter homicidiū, furtum adulterium, raptū, & generaliter quodcumque crimen infamiam irrogans, & si bis, vel ter repetitum fuerit.*

39 *Vide, quādo Clericus dicatur enormibus se immiscere.*

40 *In Regno vtriusque Siciliæ ad instantiam Imperatoris Caroli V. Clemens VII. pro bono Regimine concessit contra Clericos sine habitu, & tonsura incedentes, ac se fauis, & enormibus delictis immiscentes, absque trina monitione procedi posse.*

41 *Clericus, vt tradatur Curiæ seculari, non sufficit enormis criminis repetitio; sed prærequiritur, vt ter prius monitus fuerit.*

42 *Priuilegium Clericale vt perdatur, requiritur primò quod Clericus non incedat in habitu, & tonsura.*

43 *Secundo, quod se immisceat enormibus.*

44 *Tertio, quod id frequentauerit.*

45 *Quarto, quod in illis sit deprehensus.*

46 *Deprehensus dicitur Clericus in delictis enormibus si fuerit in flagranti crimine captus; vel si ipse antequam opponat de priuilegio clericali delictum fateatur, vel de eo sit legitime conuictus, vel si crimen ita sit notorium, vt celari non possit.*

47 *Quinto requiritur quod sit monitus.*

48 *Sexto quod post monitionem fuerit incorrigibilis.*

49 *Clericus quocumque modo incorrigibilis nisi ter monitus, non amittit priuilegium clericale.*

Iura

50 *Iura superius adducta intelligi debent, dummodo praecesserit trina monitio.*

51 *Diuturnitas temporis in casu nostro, non operatur item ac trina monitio, quia iura trinam monitionem requirunt explicite, & absolute.*

52 *Priuilegium Canonis vt pote de iure positiuo facilius amittitur, quam priuilegium fori & cap. perpendimus, & cap. contingit de sententia excommunicationis loquuntur de priuilegio Canonis. vide ibi exemplum.*

53 *Item iura praedicta intelligi debent quando periculum est in mora.*

54 *Textus in cap. ex parte de priuilegiis loquitur similiter casu, quo processerit trina monitio; vel de Clericis minoribus, in quibus facilius habet locum opposita opinio.*

55 *Professi in approbata Religione, quoad priuilegium fori aequales sunt Clericis in maioribus; ex eo quia seruitio Ecclesiae, & Religionis mancipati, & diuino obsequio addicti, ad statum secularem amplius redire non possunt.*

56 *Professus in approbata Religione, si à Religione apostataret, & habitum dimitteret, non amittit priuilegium fori; nisi in casibus in quibus tale priuilegium propter delictum aliquod ex expressis in iure, amittunt Clerici in sacris constituti.*

57 *Textus in cap. cit. ex parte, sicut & cetera in contrarium adducta, vt poenalia in casibus particularibus loquentia, non sunt extendenda ad alios casus.*

58 *Textus in cap. 1. de Apostatis loquitur casu, quo praecesserit trina monitio. item loquitur de Clericis minoribus, & non loquitur de iurisdictione Ecclesiastica.*

59 *Indignum est ab Ecclesia subueniri eis, per quos constat in Ecclesia scandalum generari.*

60 *Textus in cap. 1. de Apostatis non probat Indices Laicos punire posse Clericum, de quo ibi agitur.*

61 *Iudices Ecclesiastici possunt per censuras compellere Iudices Laicos, vt remittant ad suum tribunal tales Clericos Apostatas; quamuis si taceant, non propterea ius aliquod Iudicibus laicis acquiritur ad eos puniendum.*

62 *Priuilegium Clementis VII. (dato quod sit verum, & non sit reuocatum) est pro sententia auctoris, quia eo supposito, de iure communi sequitur quod non possint Principes sine monitionibus Clericos facinorosos punire.*

63 *Item loquitur de Clericis minoribus, non autem de constitutis in sacris, nec de Religiosis professis, qui quoad fori priuilegium, Clericis in sacris aequiparantur, & in casu, quod sine habitu, & tonsura incedant.*

64 *Complures non modicae auctoritatis Doctores tenent, vt Clericus priuilegium clericale perdat, non sufficere, quod multa delicta commiserit, & in eis perseuerauerit; sed praeterea trinam monitionem requiri.*

65 *In dubio amplectenda est opinio illa, quae Religioni, & Ecclesiasticae libertati magis fauet.*

1 RESpondetur, quinque crimina tantum excipi solere.

Primum est crimen assasinij; eo quod assasinus à toto populo sit diffidatus, & quasi iam morti traditus, *cap. 1. de homicidio in 6.* (vbi probatur, clericum assasinum ipso facto, absque alia sententia depositum esse, & à clericali priuilegio exclusum; ad cuius textus explicationem sciendum est, assasinum dici, qui conductus pretio hominem occidit, vt ibidem explicant Imola, & Ancharanus, Bart. *in l. non solum, §. si mandato, numero* 14. *ff. de iniuriis, & in l. Cicero, ff. de poenis*, Baldus, & Salicet. *in l. non ideo minus, Cod. de accusatione.* Angel. *in l. qui sepulchra Cod. de sepulchro violato*, & Hippolytus *in l. vnic. num.* 101. *Cod. de rapta virginum*; qui communiter Constitutionem illam intelligunt etiam de eo, qui quemcumque, saltem Christianum, occidi iubet per homicidam pecunia conductum, etiamsi hic Christianus fuerit, quorum sententia iam consuetudine communiter recepta est; sicuti rectè notauit Mascardus *de probation. tom. 1. concl.* 137. *& seq.* & nos late *cap. 16. Dubit.* 21. & tradit ex pluribus Clarus *§. assasinium, vers. sed quaero, & q. 36. vers. Item quaero*, Decian. *2. part. lib. 6. cap. 18. num.* 18. Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 11. num.* 55. Mastril. *decis.* 285 Giurba *cons.* 48. *&* 49. Auendan. *de exequendis mandat. part. 1. cap. 22. num.* 4. Curtellius *de immun. Eccles. lib. 2. q. 24. num.* 25. *&* 27. (qui ex nonnullis Iuristis extendit, sed minus rectè, cùm simus in poenis, ad homicidam ex industria, & ad publicum latronem cum effusione sanguinis) & Farinac. *de inquisit. q. 8. num.* 82. Quod & ego concedo, dummodo prius 3
constet de assasinij crimine; aliàs enim clericus reus Curiae seculari non traditur, & priuilegium clericale non amittit, vt rectè probat Farinacius *loco supra cit.* & Cardinalis Albanus *consil.* 13. Constare 4
autem sufficienter assasinii crimen) quidquid in contrarium dixerit Clarus *cit. q. 36. vers. sed quaero*) non potest, nisi per declarationem authenticam, & iudicialem ab Ecclesiastico iudice factam. Ratio; 5
quia poenae delictis annexae executioni non mandantur, quousque delicta declarentur; & consequenter poena diffidationis, & priuationis priuilegij clericalis assasino facta, executioni mandari non debet, quousque assasinium declaretur, quod declarari tantum à Iudice Ecclesiastico debet; quia ante illam declarationem alius iurisdictionem, 6
non habet; & quia qualitas tribuens iurisdictionem, ante omnia discuti & probari debet (praesertim si à parte aduersa negetur, vt tradit Bartol. *in l. mutuum, ff. de condit. & demonstrat. & in l. si finita, §. Iulianus, ff. de damno infecto*, & constat ex *l. 2. §. sed si dubitatur, ff. de iudic. l. si quis aliena, Cod. eod. titulo & l. 1. §. ait praetor, ff. ne quid in flumine publico*, & docent Abb. *cap. si clericus Laicum de foro compet.*) & sic crimen assasinij, quod iudici Laico iurisdictionem in clericum, vt illum punire possit, tribuit, prius probandum est; 7
cuius probationes, cùm parte citata, & priuilegio fori tunc gaudente faciendae sint, necessariò à Iudice Ecclesiastico fieri debent; & consequenter declarare potest ipse solus Iudex Ecclesiasticus, cuius declaratio est quaedam clerici Iudici seculari remissio, & traditio (sicuti rectè notauit Farinac. *cit. quaest. 8. numero* 86 & Cardinalis Albanus *cit. consil.* 13.) ad quam propterea incorrigibilitas expectari necessariò non debet; quia hoc ipso, quod clericus assasinus declaratus est, iurisdictioni seculari subiicitur, sicuti constat ex *capite 1. de homicid. in 6.* & tradunt Doctores, quos refert, & sequitur Farinac. *loco supra citato numero* 84. 8 9

10 Itaque clericus vt assasinus tunc solum à Iudice Laico puniri potest, cùm, vt assasinus, à Iudice Ecclesiastico fuerit bannitus, diffidatus, & condẽnatus; quia qualitas iurisdictionem tribuens debet ante omnia discuti, & probari, vti supra dicebã; & statuitur

tur *in cap.si Iudex de sent. excommun. in 6.* Et confir-
matur primò; quia aliquem esse exemptum, est res
spiritualis, at de re spirituali cognoscere, pertinet
12 ad Iudicem Ecclesiasticum. Confirmatur secundò;
quia quando exoritur lis inter Iudicem Ecclesia-
sticum & secularem, ad quemnam ipsorum de re
aliqua cognoscere spectet, spectat de facto ad Ec-
clesiasticum; cùm ipse sit maioris auctoritatis Iu-
dex. *cit. cap. si Iudex de sent. excommun. in 6.* Atque ita
præter Cardinalem Albanum, & Farinacium supra
citatos, docent etiam Ioannes Andreas, & Gemi-
nianus *in cap. 1. de homicidio in 6.* Alex. *consil.* 166.
numero 5. *volum.* 7. Rolandus à Valle, *consil.* 24. *num.*
62. *volum.* 1. Mulin. *tom.* 4 *tract.* 3. *disput.* 49. Palaus
tom. 2. tract 12. *disp. vnic. punct.* 6 *numero* 3. Thesau-
rus *in prax. de pœnis, par. 2. ver. assasinum, cap.* 1 *numer.*
7. Dicastillus *de iust. & iur. tract. 1. disp. 4. dub. 20. nu.*
366. Barberius *par. 4. numero* 52. Barbosa *de potest.*
Episcopi, par. 3. allegat. 110. *numero* 13. Scaccia *de iu-*
dic. lib. 1. cap. 11. numer. 70 Bellettus *in disquisit. cleric.*
par. 1. tit. 3. §. 7. numero 6. & patet ex Bulla Clemen-
tis VIII quæ incipit: *Æqua, & circumspectia,*
data Romæ die 18. Decembris anno 1595. Et licet
Clarus, & Capycius apud Martham *de iurisdict. par.*
4. cent. 2. cas. 129. *numero* 17. dicant in Curia se-
13 culari contrarium obseruari, tamen (vt rectè do-
cet idem Martha *loco cit.* Farinacius *quæst.* 8. *numero*
86. *&* Scaccia *de iudic. lib. 1. cap. 11. numero* 70.) talis
obseruantia non potuit Ordini Ecclesiastico præ-
iudicium importare: qua de re vide, quæ *supra Dub.*
14 19 dicebantur.

Neque obstat, quod Iudex laicus ex satis pro-
babili sententia Doctorum (vt *infra Dubitat.* 9 dice-
tur) procedat contra clericum assasinum sine de-
gradatione, Quapropter dixit præter alios Decia-
nus *consil.* 82. *vol.* 2. declarationem Iudicis Eccle-
siastici non prærequiri.

Respondetur enim, vtrumque stare posse, & Iu-
dicem laicum procedere contra clericum assasinum
sine degradatione, ex indulto Pontificis per notata
15 à Glossa *in cap. laicis*, 17. *quæstio.* 7. & à Cardinali
in cap. perpendimus, *numero 6. & 7. de sent. excommu-*
nicat. (quæ degradatio tamen in cæteris delictis,
quantumuis grauibus, quoad clericos in sacris cō-
16 stitutos permitti hodie consueuit, vt *cit. Dubitat.* 9.
dicemus,) & ipsum Iudicem laicum non posse
procedere ad executionem dictæ pœnæ, nisi prius
facta declaratione per Iudicem Ecclesiasticum; quia
alioquin sequeretur, quod clericus ex sola imputa-
tione assasinij, priuilegium clericatus amitteret,
quod est absurdum, & nullibi dispositum, quin est
contra omnes regulas iuris, debet igitur de assasi-
nij crimine per declarationem Iudicis Ecclesiasti-
ci prius constare, vt possit postea assasinij pœnas
contra clericum Iudex laicus exequi, sicuti supra
17 dicebamus. Et ideò contra Doctores mox infra ci-
tandos cum Doctoribus mox infra etiam citandis
dicendum est quod de qualitate assasinij clerico-
rum non possit cognoscere Iudex laicus. sed assasi-
nij declaratio spectet solum ad Iudicem Ecclesia-
18 sticum; quapropter si Iudex laicus aliquo modo
præuenerit, poterit Iudex Ecclesiasticus vti reme-
diis Ecclesiasticis, & illum censuris cogere ad de-
sistendum.

Quæ adeò vera sunt, vt Sot. *de iust. & iur. lib. 1. q.*
6. art. 6. conclus. 3. Rota *dec.* 728. *numero* 2. *par.* 3. Sar-
nen. *de iur. quæsit. non toll. quæstio.* 513. Achil de Grass.
decis. vnic. numero 3 tit. de pœnit. Curtellius *de immun.*
Eccles. lib. 2. q. 24. num. 30. Martha *de iurisd. par. 4. cent.*
2. cas. 129. *n.* 17. Mastrillus *to. 3. dec.* 288. *n.* 28. Ambro-
sinus *de immunit. Eccles. cap. 17. n.* 10 Duardus *in Bull.*
Cœn. lib. 2. can 15. q. 51. n. 63. Guazzinus *defens. 39. c.*
1. n. 10 Bellettus *in Disquis. cler. part. 1. tit. 3. §. 7. num.*
6. Marius Antonius *lib. 3. resol. 2. numero* 9. Salze-
dus *in pract. crimin. Bernardi Diaz cap. 98. lit. B.* Me-
galius *in 3. par. lib. 2. cap. 10, quæstio. 4. numero* 35. Bo-
nacina *de legibus disput. 10. quæstio. 2. punct. 1. §. 4. num.*
8. & Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. par. 2.*
quæstio. 102. *numero 6 & quæstio. 87. numero* 4. contra
Grammaticum, & Capycium quos citat, & sequi-
tur Farinac. *quæstio. 8. numero* 86. & contra Iacobum
de Graff. *in decis. par. 1. lib. 4. cap. 18. numero* 15. Ca-
rolum de Grassis *de effect. b. cleric. effect. 1. numer.* 668.
Petrum de Cened *in collect. iur. Can. par. 1. collect.* 37.
n. 11. (quorum sententiam probabilem vocant Mo-
lina *to. 4. tract. 3. disp. 25. n. 6. & disp. 49. n.* 20. Curtell.
cit. lib. 1. q. 52. & Gambacurta *de immunit. Eccl. lib. 7.* 19
c. 14. n. 13.) idem propter easdem ferè rationes do-
ceant, & rectè de clerico assasino notorio, vt
scilicet neque clericus assasinus notorius possit,
sine incursione censurarum, etiam in Bulla Cœ-
næ Domini, à Iudice laico cognosci, & puniri,
nisi prius per Iudicem Ecclesiasticum sententia
criminis declaratoria, modo quo supra dicebatur,
præcesserit.

Idemque doceant, & etiam rectè, de clerico in- 20
corrigibili, vel quodcumque crimen exceptum
committente similiter notorio. Sic etiam docent
Suarez *de censur. disput. 22 sect. 1. num.* 9. Coninch *de* 21
Sacramentis disp. 14. dub. 15. numero 19. & Sayr. *de*
cons. lib. 3. cap. 19. num. 5. & habetur *in cap. cum non ab*
homine de iudic. & in cit. Bulla Clementis VIII.
data Romæ 18. Decembris 1595. & nos dicemus
infra.

Idemque multò magis contra Garziam *de No-*
bil. gloss. 9. doceant, & etiam rectè, de clerico Sodo- 22
mita, etiam notorio, & similibus; cùm tale crimen
non sit vnum ex quinque delictis exceptis à iure.
Sic Doctores *supra cit.* & præcipuè Martha *de iu-*
risdict. par. 2. cap. 16. numero 4. Duardus *numero* 61.
Megalius *c. 11. n.* 13 Ceuallos *cit. par. 2. q. 43. n. 6. &*
9. quibus etiam adde Bobadillam *in Polit. to. 1. lib. 2.*
c. 18. n. 19.

Obiicies, *in cit. cap. 1. de homicid. in 6.* Pontifex in
delicto assasinij nullatenus requirit depositionis
sententiam, quæ per competentem Iudicem fe-
renda sit; ergo vt puniri possit à Iudice laico tale 23
delictum, sufficit, quod sit notorium; quando
verò sit notorium, colligitur ex Innocentio com-
muniter recepto *in cap. tua nos, de cohabitat. cler. &*
mulier. numero 2. vbi ait, quod *notorius homicida ille*
sit, qui in populi conspectu aliquem interemit; quodque,
vt tamquam in notorio procedatur, hanc qualitatem
probari, opus sit, quod publice occisio secuta fuerit: quo 24
casu dicitur, tergiuersationem non admittere, vt
ait *ibidem numero 7. in fin.* & habet locum processus
sine iudiciario ordine; facit Abb. *in cap. dudum, num.*
7. de elect. cum aliis per Menoch. *casu 166. numero*
4. Tuschus *lit. N. concl.* 104. Farinacius *quæstio. 21.*
numero 80. & seqq. Vasq. Menchac. *Controuers. illustr.*
cap. 1. numero 12. Surd. *decis. 259. numer. 34. & decis.*
326. num. 82. & Barbos. *Appell. 166. numero* 2. qui
aiunt, hoc casu nullam requiri probationem, nec 25
processum, quia notorium supplet processum, &
sententiam, Doctores, quos citat & sequitur Cur-
tellius *de immunit. Eccles. lib. 1. quæstio. 14. numero*
9. & 10.

Item ex alio capite *in citat. cap.* 1. Ponti-
fex vsus fuit vocibus canonem latæ sententiæ
importantibus, ibi: *Depositionis dignitate, ho-*
nore,

26 nere, ordine, officio incurrat sententias ipso facto, quæ verba etiam pœnam ipso iure irrogant, vt ait glossa in dicto cap. 1. ver. ipso facto, vbi etiam Archidiaconus in princip. & in cap. 1. ne clerici, vel monachi eod. lib. 6. & in Clement. Attendentes, gloss. vlt. de statu Monach. cum aliis per Decium consil. 238. Socin. regul. 360. fallent. 2. Suarez de legib. 5. cap. 7. numero 4. & capite 8. numero 5. & 2. Salas eodem tract. quæst. 96. tract. 14. disp. 15. sect. 5. numero 77. & disp. 16. sect. 8. numero 29. Barbosa dict. 178. numero 4. Sayr. in Clau. Reg. lib. 3.
27 cap. 8. numero 24. & Tusch. lit. D. concl. 302. vbi numero 4. ait, has clausulas ipso iure, & ipso facto synonymas, idemque, separatim positas importare.

Ex quibus sequitur, quod si delictum sit notorium, id est, clericus sit assassinus, vel mandans, idque constet, vel palam ipse fateatur; vel si, probato assassinio, homicida in domo clerici receptus reperiatur, illumque notoriè defendat, armisque tueatur (ita vt hæc tergiuersatio-
28 ne nulla celari, nec vacuari possint, vt dicitur in dicto cap. tua nos, de cohabit. cleric. & mulier. ibi: *Si crimen eorum ita publicum est, vt meritò debeat appellari notorium, in eo casu nec testis, nec accusator est necessarius, cum huiusmodi crimen nulla possit tergiuersatione celari*) tunc secundum hæc, cùm depositio (ob pœnam ipso facto impositam) necessaria non sit, nec processus, nec super crimine sententia, non mirum, si Iudex Laicus pœnas Canonicas exequatur; cùm per notorium, ac si sententia præcessisset, ei non iurisdictio, sed executio solum præstetur, nihilo minus, quàm per factam à Iudice Ecclesiastico depositionem, ex capite cum olim, de verbor. signific. quod sine immunitatis Ecclesiasticæ iniuria fieret: iuris enim executio solum est, l. nullus videtur, vbi Dec. & Cagnol. ff. de regulis iuris, Gama decis. 35. Surd. decis. 21. numero 14. & seq. & Barbosa axiom. 135. num 3.

Idemque dicendum de clerico incorrigibili,
29 vel Sodomita notorio, cum Bulla Leonis X. similiter ipso iure priuet talem clericum omni clericali priuilegio, officio, dignitate, & beneficio;
30 qua de re Nauar. cap. 27. numero 294. Vnde notorij probatio etiam hic succedere poterit, si clericus actu tale facinus committere notoriè inueniatur, vel commisisse iudicialiter fateatur, ex iisdem iuris principiis in assassino adductis.

At ad hæc, & similia facilè patet Responsum
31 ex dictis supra, præsertim cum ipsi Aduersarij admittant, nullum esse absurdum, quod Iudex Ecclesiasticus factum declaret.

32 Secundum est crimen hæresis, ob quod clericus Curiæ seculari etiam traditur, cap. ad abolendam, de hæreticis, cap. super eo, & cap. accusatus,
33 de hæreticis in 6. Sed, vt ex iisdem iuribus constat, non pro quacumque hæresi hæc pœna infligitur, sed solum pro hæresi repetita post sententiam, & sic post monitionem, & monitionem nimis authenticam; quapropter tunc incorrigibilis præsumitur, vt rectè notarunt Bosius tit. de foro compet. numero 137. Farinac. quæst. 8. numero 76. & Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 11. num. 60. & seqq.

34 Tertium est crimen falsi in literis Apostolicis, & cap. falsariorum de crimine falsi; sed (vt docent Farinac. & Scaccia in locis suprà cit.) id hodie receptum non est, sed incorrigibilitas prærequiritur.

Quartum est crimen conspirationis in suum 35
Episcopum, ex c. si quis sacerdotum, 11. q. 1. Sed (vt dicebam suprà num. 9. & 10. & ex communi docent Farinac. & Scaccia ibidem, & notauit etiam glossa in cap. cum non ab homine de iudic.) ad hoc etiam hodie incorrigibilitas expectatur.

Quintum est crimen quodlibet, si sit enorme 36
(quod quando sit enorme, ex cap. cùm illarum, & 37
cap. peruenit. de sent. excommun. spectatis delicti, & personæ circumstantiis, relinquitur arbitrio prudentis viri; Et ex Doctoribus, quos citat, & sequitur Farinac. cit. q. 8. num. 59. & q. 18. num. 88. & seqq. 38
ad hunc effectum, vt scilicet clericus tradi possit Curiæ seculari, est quodlibet homicidium, furtum, adulterium, raptus, & generaliter quodque crimen infamiam irrogans, & si bis, vel ter repetitum fuerit, quando clericus dicitur enormibus se immiscere) colligitur ex cap. perpendimus, & cap. 39
contingit, 2. de sent. excommun. ex cap. ex parte de priuilegiis, & ex cap. 1. de Apostatis; & docent Doctores, quos citat, & sequitur Claros in pract. crim. lib. 5. q. 36. num. 23. Couar pract. qq. cap. 32. num. 2. vers. 3. Curtellius de immun. Eccles. lib. 2. q. 14. & Farinac. cit. q. 8. num. 54 & 55. Item docent Caiet. verb. Excommunicatio, cap. 12. not. 7. Silu. eod. verb. Excommunicatio, 6. num. 7. Molina tom. 4. tract. 3. disp. 49. num. 21. Graff. in decis. part. 1. lib. 4. cap. 20. num. 151. Scaccia de iudic. tom. 1. cap. 11. num. 79. Vincentius de Franchis decis. 463. num. 15. Coriolanus in Exposit. Bull. Cœn. excommun. 19. cas. 3. Reginald. tom. 2. lib. 19. cap. vlt. sect. 1. num. 70. Caballus cas. 60. num. 22. Bobadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 58. num. 95. Heuia in Curia Philippica par. 3. §. 3. num. 30. & Riccius in prax. tom. 1. resol. 172. num. 2. vbi ait, quod in Regno vtriusque Siciliæ ad instan- 40
tiam Imperatoris Caroli V. Clemens VII. pro bono regimine concesserit, contra clericos sine habitu, & tonsura incedentes, ac se sæcularis, & enormibus delictis immiscentes, absque trina monitione procedi posse.

Sed, vt clericus Curiæ secolari tradi possit, hanc 41
enormis criminis repetitionem non sufficere, sed prærequiri, vt ter prius monitus fuerit, quia tunc solum interuenit contemptus fori Ecclesiastici, & Superiorum, qui oritur ex incorrigibilitate, & desperata emendatione, docent Doctores alij, quos refert Farinacius loco supra cit. Item docent Angel. ver. clericus 10. num. 1. Cæpol. cons. 11. num. 36. Tabiena, ver. Excommunicatio, 5. num. 25. (vbi se degente Bononiæ, sic toto approbante Studio practicatum esse, testatur.) Comitolus in respons. moral. lib. 1. q. 96. num. 3. Suar. contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 27. num. 24. Filliuc. tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 314. Megal. in 3. part. lib. 3. cap. 11. numero 30. & seqq. Io. de la Cruz in direct. conscient. part. 2. de Sacram. Ordin. lib. 8. concl. 4. Nauar. consil. 25. de priuilegiis, Rodriguez tom. 2. quæst. 2. art. 5. Bonacina de legib. disp. 10. q. 4. 2. punct. 1. §. 1. num. 5. Abb. Io. Andr. apud Farinacium loco suprà cit. Burrius in cap. ex parte de priuileg. Albertinus in capite quamquam de hæret. quæst. 14. num. 11. Alexander de Imola lib. 1. consil. 8. Ambrosio. de immunit. Eccles. cap. 17. num. 16. Pacchineus in controuers. libro 9. capite 18. Triuisanus lib. 2. decis. 48. num. 17. Franciscus de Ponte consil. 24. numero 4. (vbi ex Burrio, & aliis ait, 42
quod ad priuilegium clericale perdendum requiratur primò, quod clericus non incedat in habitu

43 & tonfura: fecnndò, quod fe immifeeat enormi-
44 bus: tertiò, quod id frequentauerit: quartò, quod
45 in illis fit deprehenfus: dicitur autem deprehen-
46 fus, fi fue.it in flagranti crimine captus, vel
fi ipfe, antequam opponat de priuilegio clerica-
li, delictum fateatur, vel de eo fit legitimè con-
uictus, vel tandem fi crimen ita fit notorium, vt
nullus detur inficiationi locus, tefte Barbofa *in Collectan. tom. 2. lib. 5. tit. 9. cap. 1. num. 2. & fe-*
47 *quentib. & tit. 31. cap. 27. per totum.* Quintò,
48 quod fit monitus: fextò quod poft monitionem
fue.it incorrigibilis) Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violentiæ, part 2. quæft. 75. per totam,* Anguian. *de legib. lib. 2. contr. 15 num. 19. 21. & 24.* Salzedus *in Annotat. ad practic. crimin.* Bernardi Diaz *cap. 141.* Bellettus *in difquifit cleric. part. 1. tit. 4. §. 7. num. 3.* Barbofa *in Collectan. tom. 2. lib. 5. tit. 39. cap. 15. num. 2.* Zipeus *in nouo iure Pontificio, lib. 2. tit. de foro competent. num. 36.* Alterius *de cenfuris, tom. 1. difp. 1. lib. 2. cap. 6. fol. 182.* Ioan. Lupus *tract. de libert. Eccl. f. part. 2. quæft. 9.* & fumitur ex *cap. audientiam, cap. contingit, & cap. fi Iudex, de fentent. excommun. in 6* & ex *cap. fin. de vita, & honeft. cleric.* vbi Pontifex clarè determinat, quod clericus non amittat priuilegium fori, nifi præcef-
49 ferit trina monitio. Quod adeò verum eft, vt clericus, etiam quocumque alio modo incorrigibilis, illud non amittat, nifi prius ter monitus fuerit, vt ex multis probat Alterius *in loco fupra cit.*

Quapropter ad iura in contrarium adducta (ne
50 iura iuribus difcordantia fint) Refpondetur, illa intelligenda effe, fi præcefferit trina monitio. Sic Ambrofius, Megalius, Albertinus, Alterius, & Io. Lupus *in locis fupra cit.*

Nec dicas cum gloff. *in cap. 1. de vita, & honeft.*
51 *Cler. in 6. ver. annuis,* Cutellio *num. 11* & Vincentio de Franchis *decif. 463. num. 15.* & aliis, quod in cafu noftro idem operetur diuturnitas temporis, ac trina monitio.

Refpondetur enim, quod cùm iura non diftinguant, fed trinam monitionem requiri, explicitè, & abfolutè determinent, non eft, cur id dicatur; præfertim cùm iura illa fint fauorabilia; quare Doctores prædicti, & de clericis in enormibus inueteratis loquuntur, & de iifdem clericis iura citata interpretantur. Vide Martham *de iurifd. part. 2. cap. 36. num. 9.*

Itaque in fpecie *ad cap. perpendimus, & cap. contingit, 2. de fentent. excommunic.* Refpondetur intelligi illa, fi præcefferit trina monitio. Sic præcitati Doctores. Vel refpondetur fecundo, intelligi de priuilegio Canonis (quod, vtpote de iure pofitiuo, facilius amittitur Vide *cap. 2. dubit. 4.* vbi ex profeffo agitur, quandonam amittatur, vel non amit-
52 tatur, priuilegium Canonis) non autem de priuilegio fori; quia ibi narratur, quod quidam Comes fufpendendum per quofdam curauerit Presbyterum, qui abiecto habitu feditionem fecerat, & fubditur, quod interfectores mittendi non fint pro abfolutione ad Pontificem; quia non erant excommunicati; iniungenda tamen fit illis pœnitentia; quia vfurpauerant iurifdictionem in non fubditum. Vnde clarè patet, quod ibi non tractetur de priuilegio fori, fed de priuilegio Canonis; quandoquidem fi Presbyter amififfet priuilegium fori, fuiffet Comiti illi fubiectus, & fic meritò, & iure fufpenfus; & interfectores non peccaffent, iurifdictionem vfurpando. Ita Suarez, Ambrofinus, Barbofa, Bonacina *in loc. fupra cit.* & Coninch *de Sacram. difp. 14. dub. 15. num. 160.* Vel refpondetur

tertiò, intelligi, fi, nifi ftatim clericus talis fa- 53
cinorofus morti damnetur, periculum fit in mora, quod iuftitia impediatur, & nunquam in executionem mandetur. Sic Anguian. *cit. contr. 15. n. 20.* & nos infrà dicemus.

Ad *cap. ex parte, de priuilegiis,* refpondetur, ca- 54
put illud intelligi fimiliter, fi præcefferit trina monitio. Vel refpondetur fecundò, loqui de clericis minoribus (in quibus quidem, vt *infrà,* facilius locum habere poteft oppofita opinio, quàm in clericis maioribus, & in profeffis approbatæ
Religionis, qui quoad priuilegium fori æquales 55
eis funt, ex eo quia feruitio Ecclefiæ, & Religionis mancipati, & diuino obfequio addicti, ad ftatum fæcularem amplius redire non poffunt. Qua-
propter fi quis ex his etiam à Religione apoftara- 56
ret, & habitum dimitteret, priuilegium fori non amittit, nifi in cafibus, in quibus tale priuilegium propter delictum aliquod ex expreffis in iure amittunt clerici in facris conftituti. Qua de re Syluest. *verb. Excommunicatio, 6. num. 7* Nauar. *confil. 25. de priuileg. num. 7.* Rodrig. *tom. 2. quæft. 2. art. 5.* Scaccia *de iudic. tom. 1. cap. 12. num 82.* Aldrete *de religiofa difciplina tuenda, lib. 1. cap. 3. per totum;* Laymann *lib. 4. tract. 9. cap. 7. num. 5.* apud Antoninum
Diana *part. 1. tract. 2. refol. 129. in principio.*) Sic 57
Butrius, & Suarez *vbi fupra.* Vel refpondetur tertiò, dictum caput ex parte, (ficut & cætera in contrarium adducta) cùm fint Conftitutiones pœnales, & in cafibus particularibus loquentia, non effe ad alios cafus, & præcipuè maiores, extendenda Ita Alterius *loco fupra cit. fol. 184.* & Facchineus *cit. c. 28. in fin.* quod docuit etiam Abb. *in cit. cap. perpendimus, num. 8.* & fatetur Couar. *cit. cap. 32. num. 8.*

Ad *cap. 1. de apoftatis.* Refpondetur, caput illud 58
intelligi etiam, fi præcefferit trina monitio. Vel refpondetur fecundò, loqui etiam de clericis minoribus. Ita Suarez, & alij. Vel refpondetur tertiò, non loqui de iurifdictione Ecclefiaftica, fed an clericus priuilegium clericale fine vlla monitione perdat: ad quod refpondet Pontifex: *Eum per cenfuram Ecclefiafticam non præcipimus liberari.* Et fic non vult Pontifex ibi ei fuccurrere, vt libere-
tur; & rationem affignat; quia indignum eft, ab 59
Ecclefia fubueniri eis, per quos conftat in Ecclefia fcandalum generari. Quapropter non tractatur ibi, an qui talem clericum comprehendunt, excommunicationem incurrant, fed folum, quod non velit Pontifex talem clericum iuuare. Vnde tamen non fequitur, permitti Iudicibus fecularibus facultatem comprehendendi illum, tanquam omni priuilegio clericali denudatum; cùm illud reuera retineat, ex eo, quia ter monitus non fuerat. Sic Facchinæus *in Contr. lib. 8. cap. 29.* Ceuallos
num. 35. & Megalius *cit. cap. 12. q. 3. num. 31.* vbi pro- 60
pterea fubdit, & rectè, dictum *cap. 1. de Apoftat.* non probare, Iudices laicos punire poffe prædictum clericum Apoftatam, fed tantum non præcipere Iudicibus Ecclefiafticis, vt per nouas cenfuras Iudices feculares, qui talem clericum retinent, ad il-
lum dimittendum compellant. Vnde fit, quod in ta- 61
li cafu poffint quidem Iudices Ecclefiaftici, Iudices laicos per nouas cenfuras Ecclefiafticas, vt talem clericum ad fuum tribunal Ecclefiafticum remittant, cogere, fi velint; quamuis fi taceant, non propterea ius aliquod Iudices laici ad illum puniendum acquirant, cùm non ob id de illorum foro efficiatur.

Ad priuilegium Clementis VII. (dato, quod fit 62
verum;

verum;& modò per Bullam Cœnæ, & per Bullam
Vrbani VIII. *Romanus Pontifex*, reuocatum non sit;
quod videant, qui affirmant.) Respondetur, potius esse pro sententia nostra, quia ex illo sequitur, quod de iure communi (ipso seposito) non
possint Principes sine monitionibus clericos faci-
63 norosos punire. Respondetur secundò, loqui (vt
patet ex contextu apud Martham *de iurisd. par. 2. cap. 71. num.* 38.) de clericis minoribus (non autem
de constitutis in sacris, nec de Religiosis professis, qui quoad fori priuilegium clericis in sacris
æquiparantur) & in casu, quod sine habitu, & tonsura incedant; quod vltrò (vt mox infra dicetur)
concedo. Vide præter Doctores supra citatos, etiam
ex Aduersariis, Clarum, & Farinacium, qui cum
formidine, & cum protestatione correctionis Romanæ Ecclesiæ contrariam sententiam docent. Vi-
64 de etiam Caballum, qui licet etiam cōtrariam sententiam sequatur, tandem subdit, quod ipsius opinio dubitatione non careat; quia cōplures non modicæ auctoritatis Doctores tenēt, vt clericus priuilegium clericale perdat, non sufficere, quod multa
delicta commiserit, & in eis perseuerauerit, sed
præterea trinam monitionem requiri; & negari
non possit, quod in dubio amplectenda sit Opinio
65 illa, quæ Religioni, & Ecclesiasticæ libertati magis fauet. Quapropter in casu occurrenti, saltem
summum Pontificem consulendum putarem.

SECTIO III.

An quæ dicta sunt, semper in omni casu locum habeant?

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus tantum constitutus si dimisso habitu Clericali, & tonsura, immisceat se enormibus, hoc ipso sine aliqua degradatione, & sine aliqua monitione priuilegium clericale perdit, & Curiæ seculari puniendus traditur.*

2 *Iudex secularis non poterit Clericum in minoribus constitutum, incedentem sine habitu, & tonsura punire, nisi per sententiam Iudicis Ecclesiastici notum fiat, Clericum enormibus se immiscuisse, & sine habitu, & tonsura incedere, vel cum habitu, & tonsura incedentem ter monitum fuisse, vt enormia non committeret.*

3 *Qualitas iurisdictionem tribuens prius est probanda; & eius probatio non à Iudice seculari; sed Ecclesiastico fieri debet.*

4 *Clericus sine degratione (excepto vno, vel altero casu) à Iudice seculari non punitur.*

5 *Degradatio non fit, nisi criminis sufficiens probatio, & Iudicis Ecclesiastici sententia declaratoria præcedat.*

6 *Non desunt Doctores, qui dicant, quod Clericus qualiscunque ille sit, siue in minoribus, siue in sacris constitutus, hoc ipso quod relicto habitu, & tonsura enormibus se immisceat, sine aliqua degradatione, & sine trina monitione priuilegium Clericale perdat, & per Iudicem secularem conueniri, & puniri possit contra sententiam Auctoris.*

7 *Clerici scurræ exercitium per annum exercentes ipso facto omne priuilegium clericale perdunt, & à Iudice seculari puniuntur.*

8 *Limita in sententia nonnullorum de Clerico in minoribus, ita vt Clericus in sacris numquam priuilegium Clericale perdat, nec per Iudicem secularem conueniri, & puniri possit etiamsi quodcumque atrocissimum delictum commiserit, nisi præcesserit trina monitio.*

9 *Clericus ipso facto perdit solum priuilegiū Canonis, non item priuilegium fori, iuxta mentem grauissimorum Doctorum.*

10 *Clerici, si à Prælato ter moniti militaria noluerint arma deponere, de priuilegio Clericorum subsidium aliquod habere non possunt.*

11 *Clerici si prætermissis Diuinis officiis ter moniti negotiationibus insisteāt, de facto priuilegiū Clericale amittūt.*

12 *Iura Iuribus contraria esse non debent & ideo non obstat textus in cap. vnico de vit. & honest. Clericorum, vbi Clericus scurræ incumbens, vt priuetur ante annum, trina monitio requiritur & dictus Textus loquitur pro vt supra diximus de aliis Canonibus.*

13 *Clericus licet spectato iure communi in criminibus supra recensitis non sit remittendus Iudici seculari, attamen de consuetudine si crimen sit nimis atrox, & scandalosum, quamuis in iure expressum non sit, nulla expectata incorrigibilitate, remitti, & tradi aliquando solet.*

14 *Quod est concessum in fauorem, & bonum statum Clericalis, non debet in eius dedecus, & infamiā conuerti.*

15 *Iudicibus secularibus ex Bulla Pauli III. edita anno 1542. conceditur licentia procedendi contra Clericos in enormibus delictis.*

16 *In dubio semper iudicandum est in fauorem Clerici, & Immunitatis Ecclesiasticæ, & sic numquam Clericus Curiæ seculari tradendus, nisi constet de atrocitate, & enormitate delicti, & incorrigibilitate ipsius Delinquentis.*

17 *Ius commune semper quoad fieri potest seruari debet, & in tali casu saltem consulendus est summus Pontifex.*

18 *Reprehenduntur multi miseri Episcopi, qui Clericum captum pro enormi delicto, statim sine consultatione summi Pontificis degradant, & Curiæ seculari tradunt.*

19 *Iudex Laicus Rei Clerici traditione Curiæ seculari facta potest ipsum punire pœnis à iure Ciuili taxatis, quia tunc non punitur vt Clericus; sed vt secularis.*

Respondetur, quæ dixi, locum habere, dummo- 1
do clericus, si scilicet solum sit in Minoribus,
retineat habitum, & tonsuram; quia si talis saltem,
relictis his, immisceat se enormibus, hoc ipso sine
aliqua degradatione, & sine trina monitione priuilegium clericale perdit, & Curiæ seculari puniendus traditur; vt dicti Doctores notarunt *in locis supra cit.* & habetur ex Trid Concilio *sess. 23. cap. 6.*
Quamuis requiratur in tali casu, quod per sententiā 2
Iudicis Ecclesiastici notum fiat, clericū enormibus
se immiscuisse, & sine habitu, & tonsura incedere,
vel cum habitu, & tonsura incedentem ter moni-
tum fuisse, vt enormia non committeret: aliàs Iu- 3
dex secularis non poterit illum iudicare, & punire, cùm qualitas iurisdictionem tribuens (vt supra
dicebatur) priùs sit probanda; & eius probatio non
à Iudice seculari (qui nullam ante probationem iurisdictionem habet) sed ab Ecclesiastico (cui clericus subiicitur) facienda sit.

Confirmatur; quia sine degradatione (excepto vno, vel altero casu) nullus clericus à Iudice seculari punitur; sed degradatio non fit, nisi criminis sufficiens probatio, & Iudicis Ecclesiastici sententia declaratoria præcedat; Ergo antequam Iudex secularis clericum enormibus se immiscentem iudicet, & puniat; debet ille à Iudice Ecclesiastico sic esse declaratus. Vide Farinacium

cit. q. 8. n. 57. & seqq. & Scacciam de Iudiciis, lib. 1. c. 1. n. 80. & seqq.

Dixi, Dummodo clericus, si scilicet solùm sit in Minoribus, retineat habitum, & tonsuram, quia si talis fidem, relictis his, immisceat se enormibus, hoc ipso priuilegium clericale perdit, & Curiæ seculari puniendus traditur; quia non desunt Doctores, qui dicant, quod clericus, qualiscumque ille sit, siuè 6 in Minoribus, siuè in sacris constitutus, hoc ipso, quod relicto habitu, & tonsura, enormibus se immiscet, sine aliqua degradatione, & sine trina monitione priuilegium clericale perdat, & per Iudicem secularem conueniri, & puniri possit. Sic gloss. in cap. ex parte de priuileg. Hostiens. & Butrius in cap. perpendimus per illum textum de sentent. excommunica. Aufrerius in Clement. 1. de offic. Ordinarij, regul. 1. & fall. 19. & fauet text. in cap. 1. de Apostatis. Sic etiam Alex. de Neuo consil. 59. Heuia in Curia Philippica part. 3. numero 30. Bobadilla in Polit. tomo 1. lib. 2. cap. 18. numero 95. plures alios referens, & Riccius in prax. tomo 2. resol. 172. numero 2. quam sententiam in praxi receptam esse testantur relati à Couar. vbi supra, & in cap. vnic. de vita, & honest. clericor. in 6. vbi clerici 7 scurræ exercitium per annum exercentes ipso facto omne priuilegium clericale perdunt, & à iudice seculari puniuntur.

Contra quos alij ex communi sententia Doctorum id limitent ad clericum in Minoribus; ita vt 8 clericus in sacris numquam priuilegium clericale perdat, nec per Iudicem secularem conueniri, & puniri possit (etiamsi quodcumque atrocissimum delictum commiserit) nisi præcesserit trina monitio, iuxtà ea, quæ dicebantur numero 41. & seqq. quin ex probabiliori (vt infra Dub. 9. dicemus) etiam degradationis sententia realis, aut ficta, quæ in absentem à Iudice ferri solet (excepto vnico casu cap. 1. de homicid. in 6. quem explicabamus supra num. 11. & 12 & explicant Silu. ver. Assassini, quæst. 3. & 4. Couarruuias 1. resol. cap. 20. numer. 10. & Clarus §. fin. quæstio. 36. numer. 30.) Sic Ancharanus in cit. cap. 1. de Apostatis, vbi ait, quod talis Capituli decisio seruanda sit, vt clericus ipso facto perdat solum priuilegium Canonis, non item priuile- 9 gium fori, iuxta mentem Panormitani, & Cardinalis in cap. perpendimus. Sic etiam Alex. consi. 8. lib. 1. numero 2. Socinus Consil. 12. lib. 1. Silu. ver. Clericus, 3. §. 9. Ioannes Lupus tract. de libert. Eccles. part. 2. quæst. 5. numero 5. & 9. & quæstio. 8. Suarez lib. 4. de sens. cap. 17. num. 24. gl. cap. 1. de Apostatis, verb. liberari. Couar. in pract. qq. cap. 31. nu. 2. §. secundò est adnotandum. Ioan. Monachus in Addit. Glossa ad cap. 1. de vita, & honest. cleric. Clarus cit. §. fin. numer. 23. Torreblanca in tract. iur. spir. lib. 15. cap. 4. num. 18. & seqq. Dicastillus lib. 2. de iust. tract. 1. disp. 4. dubitat. 9. num. 154 Valboa tom. 1 ad cap. 9. de iudic. numer. 3. Chartarius decis. crimin. 58. num. 10. Layman. lib. 1. tract. 5. par. 1 cap. 5. num. 3. Filliucius to. 1. tract. 16. cap. 11. num. 314 Bonacina de legib. disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. num. 6. Megalius in 3. par. lib. 3. cap. 11. q. 1. num. 31. & 32. Diana par. 1. tract. 2. resol. 23 Ceuallos tract. de cognit. per viam violent. par. 1. q. 76. numero 6. & 7. plurimos alios Iuristas citans Belletus in disquisit. cleric. par. 1. tit. 3. §. 7. numero 3. Martha de iurisdict. par. 4. cent. 2. cas. 135 Barbosa in collectan. tomo 2. lib. 5. tit. 39. cap. 25. numero 2. Ambrosinus de immunit. Eccles. cap. 17. numer. 16. Carolus de Grassis de effect. cleric. effect. 1. num. 891. & probatur ex cit. cap. contingit, cit. cap. si Iudex, & cit. cap. audientia de sentent. excommun. in 6. ibi: Huiusmodi clerici si à Prælato ter moniti militaria noluerint arma deponere, de priuilegio clericorum subsidium aliquod habere non possunt. 10 Et ex cit. cap. fin. de vita, & honest. cleric. ibi: Mandamus, quatenus si tales ter à te 11 moniti, ab huiusmodi non resipuerint, sed prætermissis diuinis officiis, negotiationibus institerint supradictis, de facto priuilegium amittant clericale. Quæ saltem de clericis in sacris intelligenda sunt.

Neque obstant alia iura, quæ in contrarium 12 adduci possent, vt citat. cap. vnic. de vita & honestat. cleric. in 6. vbi clerici scurræ exercitium per annum exercentes ipso facto omne priuilegium clericale perdunt, & à Iudice seculari puniuntur; quia, cum iura iuribus contraria esse non debeant, respondetur quod talium iurium constitutio, cùm sit pœnalis, ad alios casus extendi non debeat. Adde, quod, vt priuentur ante annum, ex eod. c. vnic. trina monitio prærequiritur; Vel respondetur, quod loquantur de priuilegio Canonis solum, non item de priuilegio fori; vel si loquuntur de omni priuilegio clericali, loquantur de clerico in Minoribus, non item de clerico in Maioribus, seu in sacris constituto. Vide, quæ cap. 2. Dub. 4. dicebantur; vbi etiam agitur, quando nam à clericis priuilegium Canonis deperdatur.

Dixi etiam suprà sect. 1. numero 1 Spectato iure com- 13 muni, ob nullum crimen quantumcumque graue (etiam proditionis contra Regem, rebellionis, & læsæ maiestatis) clericus Curiæ seculari remitti, & tradi debet, nisi prius fuerit incorrigibilis. Quia hodie (si crimen sit nimis atrox, & scandalosum, quamuis in iure expressum non sit) ex consuetudine quadam recepta, nulla expectata incorrigibilitate, is ei remitti, & tradi aliquando solet, eo, quia sic Reipublicæ expedire videatur; & quia alioquin priuilegium Ecclesiasticæ immunitatis in fauorem, & honorem status clericalis concessum, in eius indecorem, & infamiam conuerteretur. Atque ita 14 contra Aretinum, Albertinum, Decium, Barbatium, Curtium, Barbosam in collectan. Felicianum, Antoninum Dianā, Facchinæum, Sonsam, Clarum, Alterium, & Modium in locis supra cit. (qui tenenent, quod non possit clericus degradari, & Curiæ seculari tradi, nisi in quinque casibus à iure supra exceptis) docent Decianus lib. 2. consil. 82. numero 9. (vbi affert Bullam Pauli III. 15 anno 1542 editam, in qua Iudicibus secularibus conceditur licentia procedendi contra clericos in enormibus delictis; quam Bullam tamen Ceuallos in tract. de cognit. per viam violent. par. 2. q. 102. num. 4. negat extare.) Conat. lib. 2. var. cap. 20. numero 7. Clar. in pract. quæstio. 36. vers. pariter, & in fin. Placha epit. delict. cap. 21. num. 13. Farinac. cit. quæst. 8. numero 55. & 81. in fin. Aldrete de disciplina religiosi tuenda lib. 2. cap. 15. numero 4. Romanus consil. 36 Ioannes de Heuia in Curia Philippica par. 3. §. 1. numero 23. Molina de iust. & iur. tomo 4. tract. 3. disp. 49. numero 18. Delrius in disquisit. Mag. lib. 5. sect. 16. Alterius de censur. tomo 1. disput. 1. lib. 2. cap. 6. fol. 186. col. 1. Auila par. 4. disput. vnic. dubitat. 3. concl. 5. Ambrosinus de immunit. Eccles. cap. 17. numero 40. Bellett. in disquisit. cleric. p. 1. tit. 3. §. 10 numero 6. Barbosa de potest. Episc. par. 3. allegat. 110. numero 13. de vniuerso iure Ecclesiastico to. 2. & in collectan. ad Trid. Conc. ad sess. 23. cap. 6. num. 25. (vbi post Sel. in selectis Canon. cap. 18. numero 15. refert declarationem

Con

Congregationis in vna Motnlensi t. Febr. 1620: nullam hodie monitionem requiri, quando quis dimisso habitu enormia exercet.) Gambacurta *de immunit. Eccles. lib. 7. cap. 14. num. 12.* Villalob. *in summa tom. 1. tract. 18. diffic. 12.* & Grass. *de effect. Cleric.*
16 *eff. 1. numer. 916.* Quamuis in dubio, in fauorem clerici, & immunitatis Ecclesiasticæ (vtpote quam maximè fauorabilis) semper iudicandum sit: & sic nunquam clericus Curię seculari tradendus, nisi constet de atrocitate, & enormitate delicti, quin & ferè semper etiam de incorrigibilitate ipsius delinquentis; maximè, quia semper (quoad fieri potest) ius commune seruari debet, vti notarunt dicti Doctores *in locis suprà cit.* Quapropter
17 in tali casu saltem consulendum Summum Pontificem putarem, sicuti faciendum fatetur etiam ex aduersariis Farinacius *cit. q. 8. num. 81.* & docet Episcopus Scalensis *tract. de irregularit. cap. 14.* Felicianus *de censuris cap. 14.* & Albertinus *in cap. quamquam de hæreticis in 6. q. 11. num. 45.* qui omninò sic faciendum semper esse contendit, subditque esse notandum contra multos miscios Episcopos, qui
18 clericum captum pro enormi delicto, statim sine consultatione Summi Pontificis degradant, & Curiæ sæculari tradunt.

Confirmatur, quia de facto Florentiæ consultus fuit Summus Pontifex in casu cuiusdam clerici banniti apud Caballum *cit. casu 60. num. 23.* Papiæ in casu cuiusdam clerici assassini, apud Maceratensem, *var. lib. 3. resol. 2.* & Hispali in casu quorundam Religiosorum, qui suum Prouincialem occiderant, apud Bernardum Diaz *in pract. crim. cap. 97.*

19 Traditione autem Rei clerici Curiæ seculari facta, poterit Iudex laicus dictum clericum sibi traditum pœnis à iure Ciuili taxatis punire; quia tunc non punitur vt clericus, sed vt secularis. Vide *cap. ad falsariorum de crimine falsi, & cap. cum non ab homine, de iudic.* Couarr. *pract. qq. cap. 32. num. 2. vers. 2.* Clarum *pract. q. 36. vers. successiuè, & q. 37. vers. dixi etiam,* & Farin. *tit. de inquisit. q. 8. num. 47.*

DVBITATIO VI.

An, & quid requiratur, vt Clericus incorrigibilis dici possit?

SVMMARIVM.

1 *Clericus vt incorrigibilis dici possit, spectato iure communi requiritur quod ter moneatur, primò, sub depositione: secundò, sub excommunicatione: tertiò sub anathemate.*

2 *Clericus vt incorrigibilis dicatur, spectata consuetudine, sufficit, si ter moneatur sub excommunicatione, & adhuc contumacia perseueret.*

1 Espondetvr, iure spectato communi, requiri, quod ter moneatur, primo sub depositiona: secundò, sub excommunicatione: tertiò sub anathemate. Ita expresse habetur *in cap. cum non ab homine, de iudiciis:* sed, spectata consuetudine, sufficit, si ter moneatur sub excommunicatione, & adhuc contumacia perseue-
2 ret; quia sic satis ille duritiam suam ostendit, cùm sic ter monitus præceptis non obediat; Quamuis Curtellius *de immunit. Eccles. lib. 1. q. 14. n. 19. & seqq.* dixerit, sufficere, monitionem fieri per verba reprehensiua, & citat Felinum *in cit. cap. cùm non ab homine, num. 9. vers. Dominicus*; quin & sufficere fugam è carcere, quæ fuerit cum reiteratione delictorum: talis enim fuga sufficit ad efficiendum aliquem incorrigibilem (adeò vt fori priuilegium amittat, vt docent Canonistæ *in d. cap. cum non ab homine*, post Abb. *num. 11.*) cùm sit realis quædam monitio, quæ plus valet, quàm verbalis: qualitas enim fugæ supplet cæteras monitiones, quia continet in se expressum contemptum iurisdictionis Ecclesiasticæ, & arguit impœnitentiam, & desperationem maiorem & citat Costam *de fact. scient. ina spect. 7. num. 7. fol. 100.*

DVBITATIO VII.

An, & qualiter Clericus monendus sit, vt incorrigibilis dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vt incorrigibilis dicatur, ter monendus est personaliter, nec sufficit semel moneri generaliter.*

2 *Limita nisi talis monitio in Synodo facta fuerit, quia cum habeat constitutionis vigorem, sufficit vnica monitio.*

Espondatvr, ter monendum esse 1
personaliter, nec sufficere semel moneri generaliter, *arg. text. Clem. 1. de vita, & honest. cleric.* & tradunt ibi communiter Doctores, glossa, Cardin. Imola, & cæteri teste Couar. *pract. qq. cap. 35. num. 1,* & Farinacio *cit. q. 8. num. 61.* Monendus etiam est interposito aliquot dierum spatio; sicuti notarunt Clarus, & Farinacius *in locis suprà cit.*

Excipe, nisi talis monitio in Synodo facta fuerit; quia cùm tunc vim Constitutionis habere vi- 2
deatur, ad vigorem eius sufficit vnica monitio. *c. 2. de Constitut. in 6.* & *cap. 1. de locato.*

DVBITATIO VIII.

An, perseuerante contumacia, possit Iudex sæcularis clericum, tanquam suæ iurisdictioni subiectum, sine incorrigibilitatis declaratione à Iudice Ecclesiastico facta, iudicare, & punire?

SVMMARIVM.

1 *Sententia asserentium quod possit Iudex secularis absque alia declaratione incorrigibilitatis, perseuerante contumacia Clericum punire, est satis probabilis.*

2 *Opposita sententia quod non possit sine Iudicis Ecclesiastici declaratione, est probabilior.*

3 *Incorrigibilitas est, quæ Clericum priuat priuilegio Clericali, & subdit Iudici seculari.*

4 *Nullus subiit pœnam, etiam ipso iure latam, quousque delictum fuerit declaratum.*

5 *Incorrigibilitas etiam est, quæ tribuit iurisdictionem, & qualitas tribuens iurisdictionem primò probari debet.*

6 *Iudex Ecclesiasticus raro procedit contra Clericum delinquentem per viam incorrigibilitatis obseruando integre formam; & raro integre perficit eius solemnitates, vt Iudici seculari pateat aditus procedendi contra illum absque alia declaratione.*

1 RESPONDETVR (quamuis glossa *in cap. 1 de apostat. vbi liberari*, Couar. *in pract. qq. cap. 32. num. 1. §. secundò est annotandum*, Mattha *de iurisdict. casu 135*. Petrus de Vrtes *ad Ritum 235. p. 1. num. 167*. Bosius *tit. de foro compet. numer 132*. Alexand. de Neuo *consil. 59. num. 20 & 30*. Clar. *in pract. §. fin. q. 36. vers. sed quaritur* Scaccia *lib. 1 de iudic. cap. 11. num. 55*. & Farinac *cit. quæst. 8. num. 31*. satis probabiliter affirment ex eo, quia in tali casu Ecclesia ipsa illum ob pertinaciam à se abdicat;& sic superflua videtur esse declaratio; tum quia trina monitio facta clerico inobedienti, ob quam ille incorrigibilis appareat, instar sententiæ, & degradationis esse solet, per iuris adminiculum, *cap. in audientia, de sentent. excommun.*) oppositū
2 tan en(quod docent Suar. *de cens. disp. 22. sect. 1. num. 9*. Coninch. *de sacram. disp. 14. dub. 5. num. 159*. Dicostillus *de iust. & iure lib. 2. tract. 3 disp. 4. dub. 19. nu. 34* Palaus *to. 2. tract. 12. disp. vnic. punct. 6. num. 8*. Valboa *to. 2. ad cap. 2. de iudic. num. 124*. & Diana
3 *par. 7. tract. 1. resol. 15*)esse probabilius;quia incorrigibilitas est quæ clericum priuat priuilegio cleri-
4 ci,& subdit Iudici seculari,sed nullus subiit pœnam,etiam ipso iure latam,quousque delictum fuerit declaratum,vt ex communiori sententia Docto-
5 rum dicitur in c. actatu de legibus. Ergo;cum quia incorrigibilitas etiam est, quæ tribuit iurisdictionem,sed qualitas tribuens iurisdictionem, (vt supra dicebam) prius debet probari, Ergo,&c. Adde
6 quod raro Iudex Ecclesiasticus procedit cōtra clericum delinquentem per viam incorrigibilitatis,obseruando integrè formam,*cap. cum non ab homine*;& rarò integrè perficit eius solemnitates,vt Iudici seculari pateat aditus procedendi contra illum absq; alia declaratione. Vide,& quæ *cap. 2. Dubit. 4* dicebantur; vbi agitur,quandonam amittatur priuilegium Canonis;& vide, quæ dicebantur *cap. 4. & cap. 5.* vbi agitur,quandonam amittatur priuilegium exemptionis gabellarum.

DVBITATIO IX.

An sufficiat declaratio, clericum incorrigibilem esse,vt Iudici seculari puniendus tradatur; vel, vt hoc fiat, requiratur etiam actualis depositio, seu degradatio?

SECTIO I,

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vt Iudici seculari puniendus tradatur, ex communi sufficit incorrigibilitatis declaratio, nullo alio superaddito, maximè si forma seruata fuerit, cum ibi nulla degradationis mentio fiat.*

2 *Limita id habere locum in Clericis minoribus, non item in iis, qui sunt in sacris; cum hi, etiam si fuerint assassini, antequam Iudici seculari tradantur, degradari à superiore consueuerint.*

3 *Sublimita nisi expediat Reipublicæ statim ob atrocitatem delicti sine degradatione Clericum in sacris puniri.*

4 *Textus in cap. 1. de homicid. in 6. qui adducitur ad probandum, quod Ecclesiastici in delictis grauibus à Iudice laico puniri possunt sine prauia degradatione, loquitur tantum de delicto assassinij, & sic extendi non debet ad alia delicta licet grauissima.*

5 *Lex pœnalis, & correctoria loquens in vno casu, etiamsi adsit eadem ratio, extendenda non est ad similes.*

6 *In materia odiosa præsertim contra immunitatem Ecclesiasticam, quæ quam maxime fauorabilis est, non facienda extensio.*

7 *Clerici in delictis supra recensitis non sunt ipso facto priuilegio clericali denudati, sed priuantur præcedente degradatione, obtenta etiam prius summi Pontificis licentia.*

8 *Vid. nonnulla exempla ab Auctore allata.*

9 *Refellitur opinio Roberti asserentis, quod etiam Episcopi in delictis grauibus ipso facto priuilegio clericali sint priuati.*

10 *Episcopi ratione potestatis ordinis Episcopalis sunt cæteris Clericis, & sacerdotibus superiores, quin & Apostolis equales, & à iure Principum secularium, & simpliciter illis inferiores.*

11 *Omnes causæ criminales grauiores contra Episcopos, à solo Pontifice cognoscendæ, & determinandæ sunt.*

12 *Episcopus propter crimen læsæ maiestatis etiam, non solum non condemnari, sed nec citari ad personaliter comparendum potest per quoscumque Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, nisi de expressa, & speciali commissione Pontificis signata.*

13 *Episcopus neque propter hæresim citari ab Inquisitoribus, vel puniri potest; sed id etiam soli Pontifici reseruatur.*

14 *Concilium Prouinciale non potest hodie formare processum contra Episcopum in causis criminalibus atrocioribus, ad effectum transmittendi illum ad summum Pontificem.*

RESPONDETVR ex communi, sufficere incorrigibilitatis declarationē nullo alio superaddito, maximè si forma seruata fuerit *cit. cap. cum non ab homine de iudic.* cùm ibi nulla degradationis mentio fiat. Quod tamen credo solum in clericis Minoribus locum habere; non item in iis,qui sunt in sacris;cùm hi(etiamsi fuerint assassini) semper, antequam Iudici seculari puniendi tradantur,degradari à suo superiori consueuerint. Atque ita præter alios docent Ioannes Lupus *tract. de libert. Eccles. par. 2. quæst. 5 nu. 5. & 9. & quæst. 8. nu. vnic.* Suar. *lib. 4. defens. cap. 27. num. 24.* Layman *lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. num. 3*. Farinac. *cit. quæst. 8. num. 58. 109 & seqq.* & Bellarminus *ex Nouella 83 Iustiniani Imp.* etiam,nedum ex sacris Canonibus,in Responsione ad Epistolam cuiusdam Theologi *fol. 12*. 1 2

Excipe, nisi expediat Reipublicæ, statim ob atrocitatem delicti sine degradatione clericum in sacris puniri;vel si desit Iudex degradans,& ob moram impunitatis suspicio sit, iustitiam impediendā fore. Vide *cap. 2. dubit. 4. cap. 5. & cap. 9. dubit. 4. 5. & 6.* 3

Cæterùm quæ dixi, adeò vera sunt,vt nonnulli Doctores(inter quos Stephanus Baunius *in Theolog. mor. par. 1. disp. 3 tract. 6. de Bulla Cœnæ, quæst. 1 cap. 3. num.* 4

num.19)doceant quod textus *in cap. 1. de homicid.*
in 6.(qui adduci solet ad firmandam sententiam,
quod Ecclesiastici in delictis grauibus à Iudice lai-
co puniri possint sine præuia degradatione Iudi-
cis Ecclesiastici)loquatur tantum de delicto assassi-
nij,& sic extendi non debeat ad alia delicta, licet
grauissima,cùm lex pœnalis,& correctoria loquens
5 in vno casu,(etiamsi adsit eadem ratio)extendenda
non sit ad similes,vt ex multis probat Barbosa *A-*
*xiom.193.num.6.*Et cùm in materia odiosa,præser-
6 tim contra libertatem Ecclesiasticam , quæ quam
maximè fauorabilis est, non sit extensio facienda,
vt ex cōmuni tradit Bonacina *to.1.disp.10.q.2.punct.*
1.§.4.num.5 Et licet nos supra cum nonnullis Do-
7 ctoribus dicebamus,ex quadam consuetudine ho-
die recepta posse clericos in delictis grauibus,nul-
la expectata incorrigibilitate,Curiæ seculari,vt pu-
niantur,tradi;id tamen non intelligitur contra Ra-
bardeum *sect.2.fol.17.*quasi clerici in dictis delictis
sint ipso facto priuilegio clericali denudati,& sic
nullo pacto degradatio prærequiratur ; sed intel-
ligitur,præcedente degradatione modo quo supra
dicebamus;quin immò ex sententia multorum,ob-
8 tenta etiam prius Summi Pontificis licentia,vt ob-
seruat Modernus , & Farinacius *loco supra cit.* Sic
obseruatum fuit Parisiis in casu sacerdotis homici-
dæ qualificati , teste Felician. Episcopo Scalensi
tract.de deposit.& degradat.cap.34. Florentiæ in casu
clerici banniti,teste Caballo *cas.60.num.23.* Hispa-
li in casu quorumdam Religiosorum , qui suum
Prouincialem occiderunt , teste Bernardo Diaz *in*
pract.crim.cap 97.& Papiæ in casu etiam clerici as-
sassini,teste Antonio Maceratensi, *var. lib.3. resol.2.*
Quia quotiescumque est aliquod dubium, deficere
videtur lex inanimata,& sic recurri debet ad ani-
matam,iuxtà text.*in cap.3.de rescript.l.1. ad munici-*
pal.l.loci corpus,Cod.si seruit.vendic.l. 2. Cod.de edend.
*l.1.de execut.rei iudic.& l.1.C.de thesaur. lib. 10.*præ-
9 sertim in casu nostro,vti suprà dicebam.

Et hæc multò magis contra Rabardeum loco
supra cit.(qui tenet, quod etiam Episcopi in deli-
ctis grauibus ipso facto priuilegio clericali sint
priuati,& sic sine præuia depositione, vel degrada-
10 tione à Iudice seculari possint puniri)de Episcopis
dicenda sunt quia ratione potestatis Ordinis Epi-
scopalis sunt cæteris clericis,& sacerdotibus supe-
riores,quin & Apostolis æquales,& patres Princi-
pum secularium,& simpliciter illis superiores Sic
præter alios Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4.cap.*
10.num.6.& Valboa *to.2.ad cap. 1. de iudiciis*;& pa-
tet ex *l.vlt.Cod.Theodos.de Episc.iudic. ex c.continua,*
11.q.1.c.si quis Episcopus criminaliter,6. q.4. c.accusa-
tionis,c.qui omnis,& c.multum stupeo,3.q.6 cap.2.de trans-
11 *lat. Episcop.*Item ex *cap.vt debitus de appellat. & cap.*
*maiores de baptis.*Item ex Concilio Tridentino *sess.*
24.cap. 5. de reformat. vbi decernitur quod omnes
causæ criminales grauiores contra Episcopos à so-
lo Pontifice cognoscendæ , & determinandæ sint.
12 Item ex Bulla 10. Pij IV. vbi Episcopus propter
crimen læsæ maiestatis etiam non solum non con-
demnari, sed nec citari ad personaliter comparen-
dum potest per quoscumque Iudices Ordinarios,
vel delegatos,etiam S.R.E. Cardinales , nisi de ex-
pressa , & speciali commissione Pontificis signata.
Qua de re Gonzales *in Reg. 8. Cancell. gl. 41.num.5.*
13 & Cochier *de Iurisd.Ordinar.in exemptos,par.1.q.41.*
& in eadem Bulla iuxta Tridentinum *loco supra cit.*
etiam statuitur,quod nec propter hæresim Episco-
pus ab Inquisitoribus citari,vel puniri possit , sed
quod & hæc causa etiam soli Pontifici reseruetur.

Qua de re Molina *de iust.& iur.tract. 5.disp. 28.nu.*
*19.*Pegna *in direct.par.3.comment.76.* Simancha *de*
*Cathol.instit.cap.25.num.7.*Sanchez *de matrim. lib.8.*
*disp.2.num.15.*Acugna *tract.de Confess.solicit. q.12.n.*
6.& 7.& Farinac.*de haresi,q.186.num.113.*Vide et-
iam Riccium *in prax.par.4.resol.491.& in decis.Cur.*
Archiep.Neapol.par.4.decis.142 vbi subdit,quod ne- 14
que Concilium Prouinciale possit hodie processum
in causis criminalibus atrocioribus contra Episco-
pum formare , ad effectum transmittendi illum ad
summum Pontificem.

SECTIO II.

An,& quid dicendum sit de clericis in Minoribus,si Regulares professi sint?

SVMMARIVM.

1 *Clerici in Minoribus, Regulares professi si declarati fuerint incorrigibiles,tradi possunt,saltem de consuetudine,Iudici seculari,vt puniantur , absque eo,quod interueniat actualis degradatio.*

2 *In Pontificali Romano adest formula degradandi huiusmodi clericos Regulares professos.*

3 *Regulares professi tales æquiparantur sacerdotibus,sed non quoad omnia.*

RESpondetur,hos probabiliter, si declarati fue-
rint,esse incorrigibiles , tradi posse saltem de 1
consuetudine,Iudici seculari,vt puniantur, absque
eo quod interueniat actualis depositio , seu degra-
datio,sicuti supra dicebam de clericis in minori-
bus,si sint seculares:quamuis contrarium satis pro-
babiliter sentiant Maiol.*de irregul.lib. 3.cap.22.n.4.*
Mandos.*ad Repertor.Inquisit. ver. degradatio , lit.B.*
Martinus del Rio *disquis.Magic. lib. 5.sect. 6.vers.*
Maius opus,& complures alij.

Dixi,*saltem de consuetudine*; quia in Pontificali 2
Romano adest formula hos deponendi , seu degra-
dandi,quæ tamen numquam in praxi posita est,te-
ste Diaz *in praxi cap.90* Couar.*pract.qq.q. 32.numer.*
32.vers.hac equidem,& Auendan.*de exequend.mandat.*
c.21.n.3.lib.3.

Obiicies:Regulares professi æquiparantur sacer-
dotibus(vt videre est apud Nauar.*consil.25. n.7.lib.*
*5 tit.de Regular.*Scaccia *de iudic.to.1.c.81.n.82.*Silu.
*ver. Excommunicatio,6.n.6.*Roderic. *qq. Regular. to.*
2.q 2.ar.5. & Diana *1. par. tract. 2.resol. 119.*) Er-
go,&c.

Respondetur:distinguo antecedens:æquiparan-
tur sacerdotibus quoad hoc quod professi perpetuò 3
Ecclesiæ ascripti sint per vota ad instar existentium
in sacris,concedo : quoad similem characterem im-
pressum,quo degradari , & in omnibus membris,
quibus sacra consecuturi sunt , exauctorizari , ne-
dum vestibus exui,debeant,nego.

DVBITATIO X.

An neque possint prædicti clerici trahi ad forum seculare, etiamsi agatur indirectè, propter negligentiam Iudicis Ecclesiastici supplendam?

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Clerici non non possunt, sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum seculare præsertim in criminalibus, etiam si agatur indirectè propter negligentiam Iudicis Ecclesiastici in punitione sc. alicuius Clerici delinquentis supplendam.*

2 *Iurisdictio Ecclesiastica non subest Iurisdictioni laicali; sed potius è contra; & ideo non potest Iurisdictio laicalis negligentiam Ecclesiastica Iurisdictione supplere.*

3 & 4. *Negligente Ordinario Ecclesiastico, recurrendum est ad alium Ecclesiasticum illius superiorem; & negligentibus omnibus Ecclesiasticis recurrendum est ad summum Pontificem, quo tamen negligente ad Principem laicum recurri non potest nisi forte id necessarium sit in defensionem suorum subditorum.*

5 *Prælatis negligentibus in c. filiis 16. q. 7 imploratur auxilium Regis, sc. vt Protectoris, & defensoris, non autem vt Iudicis.*

6 *Negligentibus Iudicibus secularibus non obstat quod recurrendum sit ad Episcopum, quia non id procedit è conuerso ob rationes recensitas.*

7 *Clerici vt Ciues debent parere Principi in re iusta, quæ ad bonum commune pertineat; non ideo ab eo puniri possunt aliqua pœna, cum clerici exempti sint ab eius iurisdictione præsertim coërcitiua seu punitiua.*

8 *Clerici, non possunt è Regno expelli à Principe auctoritatiuè, seu per modum iurisdictionis contentiosæ, & iudicialis, defensiuè, seu per modum Iurisdictionis œco-*
2 *nomicæ, quia subsunt Papæ, & non Principibus.*

9 *In Hispania est praxis, quod Clerici, & Episcopi iurisdictionem Regiam perturbantes expellantur è Regno. quæ quidem praxis potius est de facto, quam de iure. de iure tamen esse potest si periculum sit in mora, vel si Papa consultus nolit prouidere.*

10 *Sac. Congregatio Cardinalium specialiter ab Vrbano VIII. die 9. Aprilis 1641. & die 1. Octobris eodem anno ad id deputata declarauit Ministros Regios Sardiniæ violasse libertatem Ecclesiasticam, & contraxisse censuras, temporalitates Episcopi Algarensis occupando & illum è Regno expellendo.*

11 *Ioannes Lopez ex decreto dictæ Sac. Congregationis inter Auctores prohibitos, quod conatus sit defendere dictam Expulsionem, recensetur.*

1 RESPONDETVR, quod neque possint
prædicti clerici modo, quo supra ex-
plicabatur, sine incursione dictarum
censurarum trahi ad forum secularem
præsertim in criminalibus, etiamsi
agatur indirectè, propter negligentiam Iudi-
cis Ecclesiastici, in punitione scilicet alicuius cle-
rici delinquentis, supplendam. Patet etiam ex dictis
supra dubit. 1. & quia sic habetur in iuribus cit. &
2 præcipuè in Bullæ Cœnæ *Can.* 15: tum quia, cùm
iurisdictio Ecclesiastica, non subiiciatur iurisdictio-
ni laicali, sed potius è contrà, non potest iurisdictio
laicalis negligentiam iurisdictionis Ecclesiasticæ
supplere, sed potius è contra *cap. licet ex suscepto de
foro compet.* & ex communi docet Farinac. *cit. quæst.* 8.
3 *num 46. in fin.* vbi ex communi etiam affirmat, negli-
gente Ordinario Ecclesiastico recurrendum esse ad
alium Ecclesiasticum illius superiorem; & negli-
gentibus omnibus Ecclesiasticis recurrendum esse
ad Summum Pontificem. *cap. qualiter in fin. de iu-
4 dic. & cap. placuit,* 11. *quæst.* 1. quo tamen negligen-
te ad Principem laicum recurri non potest; nisi
fortè id necessarium sit in defensionem suorum
subditorum; quia tunc locum habet ius puræ na-
turæ, & fit per modum defensionis purè naturalis. 5
Et sic respondetur ad textum *in cap. filiis*, 16. *quæst.*
7. vbi Prælatis negligentibus imploratur auxilium
Regis, scilicet vt protectoris, & defensoris, non au-
tem vt Iudicis. Nec obstat *cit. cap.* licet ex suscepto,
quatenus ibi dicitur, negligentibus Iudicibus se- 6
cularibus recurri ad Episcopum, vel Pontificem,
vnde sequi videtur, quod è contrà, negligente
Iudice Ecclesiastico ad secularem Iudicem recurri
possit: nam ad hoc patet ex iis, quæ modò suprà, &
ex iis, quæ *cap.* 1. *dubit.* 15. *sect.* 5. *& lib. de parlamentis,
dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 1. 2. 3. 4 5. 13. & 20. dicebantur
& infra cap. 7 *dubit.* 8. dicentur.

Dices; Clerici, vt ciues, debent parere Principi 7
in re iusta, quæ ad bonum commune pertineat, er-
go & puniri pœna, etiā exilii, & emissionis è Reg-
no imposita iis, qui commiserint aliquid, quod bo-
no communi aduersetur.

Respondetur, concedo antecedens; at nego con-
sequentiam: & disparitas est; quia in ordine ad
primum, Princeps habet sufficientem, & ido-
neam potestatem dirigendo; non sic in ordine
ad secundum; cùm clerici exempti sint ab eius
iurisdictione, præsertim coërcitiua, seu puniti-
ua. Vide *cit. cap. etsi clerici, & cit. cap. clerici, de
iudic.* Stephanum Baunium *par.* 1. *tract.* 11.
quæst. 37. *dub.* 11. & quæ dicebantur lib. de Par-
lamentis *cit. Dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 7. *dubit.* 22.
& Dubit. 23. *per totam*; & quæ dicentur *cap.* 9. *dubit.*
1. *& seqq.*

Instabis, clerici, licet non possint è Regno ex- 8
pelli à Principe auctoritatiuè, seu per modum iu-
risdictionis contentiosæ, & iudicialis, non est, cur
non possint expelli defensiuè, seu per modum iu-
risdictionis œconomicæ, ad eum modum, quo
expelli possunt è domo filij clerici à patre, &
serui clerici à domino, si domus pacem pertur-
bent.

Respondetur, Disparitas est; quia filij clerici,
& serui clerici non habent ius commorandi apud
patrem, vel dominum, nisi quamdiu, & quanto
tempore patri, vel domino placuerit: quod non
contingit in clericis in ordine ad Principes; cùm
non à Principibus, sed à Papa illi ad ministeria Ec-
clesiæ adhibeantur: quapropter à Principibus expelli
non poterunt, vt pote ad regimen Ecclesiæ consti-
tuti à Papa, cuius voluntati Principes aduersari non
possunt, nec debent.

Vrgebis, in Hispania est praxis, quod clerici, 9
& Episcopi iurisdictionem Regiam verbi gratia
perturbantes, expellantur è Regno, si non au-
ctoritatiuè, seu per viam iurisdictionis conten-
tiosæ, vel iudicialis, saltem defensiuè, seu per
viam iurisdictionis œconomicæ (sicuti dicebam,
& testantur Salgadus *de retent. Bull. par.* 1. *cap.*
3. §. 7. *num.* 68. Gonzalez *de lege politica
lib.* 1. *cap.* 10 Larrea *in allegat. Fiscal. par.* 1. *allegat.* 64.
num. 16 & Solorzanus *de Indiarum iure to.* 2. *lib.* 3. *cap.*
27. *num.* 34. *& seq.*) Ergo.

Respondetur, distinguo antecedens: est praxis,
de facto, concedo: est praxis, de iure, subdistin-
guo: si Papa non possit consuli, & periculum sit
in mora; vel si Papa consultus nolit prouidere,
concedo: quia tunc fit per modum defensionis
purè naturalis, & locum habet ius puræ naturæ.
Aliter, nego. Quapropter sacra Cardinalium 10
Congregatio specialiter ab Vrbano VIII. die 9.
Aprilis 1941. & die 1. Octobris eodem anno ad id
deputata declarauit, ministros Regios Sardiniæ vio-
lasse

lasse libertatem Ecclesiasticam, & contraxisse censuras, temporalitates Episcopi Algarensis occupando, & illum è Regno expellendo. Et postea anno 1642. sacra Congregatio Indicis in decreto particulari publicauit, & apposuit inter auctores
11 prohibitos Ioannem Lopez de Baylo qui ex principiis, & rationibus vbi supra adductis, conatus est in quadam allegatione defendere potuisse dictos ministros Regni Sardiniæ expellere è Regno dictum Episcopum, & eiusdem temporalitates occupare. Vide, quæ dicentur *cap.9. dub.9.* & quæ dicebantur *lib.de Parlam.dubit.4.sect.19.subsect.1.& 25. & dub.22.& 23.*

DVBITATIO XI.

An neque possint prædicti clerici trahi ad forum sæcularem, etiamsi agatur indirectè, per reconuentionem clerici coram iudice sæculari?

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt absque incursione censurarum trahi ad forum sæcularem in criminalibus, etiamsi agatur indirectè per reconuentionem Clerici coram Iudice sæculari.*

2 *Clericus, qui coram Iudice laico accusauit laicum, non potest coram eo de calumnia reconueniri.*

3 *Iudex sæcularis non potest contra Clericum calumniæ reconuentionem admittere, ad effectum, vt Clericus saltem pecunialiter puniatur.*

4 *Pontifex cognitionem causarum Clerici in criminalibus à Iudice sæculari faciendam prohibet, per particulam (omnino) qua sonat, siue per principaliter, siue incidenter, siue per viam exceptionis.*

5 *Iudex potest punire testem priuilegiatum falsum coram se deponentem; quamuis alias cognoscere non potuit, quia in tali casu à iure ciuili auferitur priuilegium, sed non sic aufertur Clerico à iure Canonico.*

6 *Iudex laicus ad effectum vitandi calumniam, & sic repellendi calumniatorem, & defendendi innocentem, potest admittere reconuentionem, de falsitate scilicet cognoscendo; quia aliàs non posset in dicto casu veritatem attingere.*

1 RESPONDETVR, quod neque possint prædicti clerici modo, quo supra explicabatur, sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum sæcularem in criminalibus, etiamsi agatur indirectè, per reconuentionem
2 clerici coram Iudice sæculari. Exempli causa, accusauit calumniosè clericus coram Iudice sæculari laicum, non poterit laicus coram eodem Iudice sæ-
3 culari clericum de calumnia reconuenire, nec poterit Iudex sæcularis calumniæ reconuentionem admittere ad effectum, vt clericus saltem pecunialiter, puniatur; quia sic etiam patet ex dictis *in eadem dub.1.* & ex communi docent Couar. Clarus, & Farinac. *in locis infra citandis.* Suar. *lib.4. de immunitat. Eccles.cap.15.num.11.* Gutierrez *lib.2.pract.qq.q.24.* & alij passim. Confirmatur ex text. *in cap.qualiter, &*
4 *quando, de iudic.* vbi Pontifex cognitionem causarum clerici in criminalibus à Iudice sæculari faciendam prohibet per particulam *omnino*; id est, siue principaliter, siue incidenter, siue per viam exceptionis, &c. ita vt omnem omnino casum comprehendat; ergo, &c.

Neque obstat textus *in l.nullum, C.de testibus*, vbi 5 priuilegiatos deponens falsum coram Iudice, potest ratione falsitatis eum punire, quamois aliàs cognoscere non potuerit; quia loquitur talis textus de teste priuilegiato, cui priuilegium in tali casu à iure Ciuili aufertur; vt non contingit in clerico, cui in simili casu à iure Canonico illud non aufertur.

Dixi, *ad effectum, vt neque etiam pecunialiter puniatur*; quia ad effectum vitandi calumniam, & sic repellendi calumniatorem, & defendendi innocentem, poterit clericos coram Iudice sæculari reconuenire, & poterit Iudex sæcularis reconuentionem admittere, de falsitate scilicet cognoscendo, sicuti ex communi tradunt Couarruuias *pract.quæst.c.16. in fin. vers. Sed id quæro*, & alij multi (quos citat, & sequitur Farinacius *cit.q.8.n.26.in fin.*) ex eo; quia alioquin non posset Iudex secularis in dicto casu veritatem attingere. 6

DVBITATIO XII.

An neque possint prædicti clerici trahi ad forum secularem, etiamsi agatur indirectè, per capturam clerici faciendam?

SVMMARIVM.

1 *Clerici prædicti sine incursione dictarum censurarum trahi non possunt ad forum secularem, præsertim in criminalibus, etiamsi agatur indirectè per capturam, & carcerationem Clerici, scil. per se, & ex propria auctoritate faciendam.*

2 *Laicus siue Iudex, siue priuatus ex auctoritate Ecclesiæ expressa, vel etiam ex præsumpta, potest capere Clericum.*

3 *Primo de mandato superioris Ecclesiastici.*

5 *Secundo potest laicus (siue etiam Iudex, siue priuatus) capere Clericum post delictum commissum ad effectum præsentandi illum Iudici Ecclesiastico; dummodo tamen delictum sit notorium, & Clericus sit suspectus de fuga, & Iudex Ecclesiasticus consuli non potuerit.*

5 *Deficiente vna ex tribus necessariis conditionibus captura est illicita, quia tunc rationabiliter Iudex Ecclesiasticus consentire non præsumitur.*

6 *Clericus non potest vltra viginti horas in carcere sæculari detineri, at probabilius est, non posse retineri per tempus breuius, si scil. citius possit commodè Iudici Ecclesiastico remitti.*

7 *Tertiò Laicus, siue Iudex, siue priuatus, vt creditorem potest capere Clericum pro solutione debiti ciuilis, vt illum Iudici Ecclesiastico sistat, & præsentet; dummodo similiter sit suspectus de fuga, & concurrant recensita requisita; quia in tali casu carceratio non est actus iurisdictionis, sed defensionis naturalis.*

8 *Iudex laicus, vel creditor, si certo sciat, quod Clericus fugiens, vel de fuga suspectus, bona non habeat, vel si habeat, iis absque eo quod personaliter capiatur, & carceretur spoliari possit, non potest Clericum capere, carcerare, vel detinere.*

9 *Ob difficultatem sciendi qualitatem Clerici, captura cohonestatur ad illum sistendum Iudici Ecclesiastico.*

10 Quarto

10 *Quarto potest laicus siue etiam Iudex, siue priuatus capere Clericum ad impediendum delictum, quod aliter impediri non posset in tertiam personam perpetrandum; dummodo similiter adsint conditiones supra recensita.*

11 *Cuilibet datum est Innocentem defendere, & iniuriam propulsare,*

12 *Non improbabiliter etiam potest laicus capere Clericum ad impediendum delictum, quod similiter aliter impediri non posset, sine damno Tertiæ Personæ committendum v.g. delictum fornicationis.*

13 *Quinto potest laicus, siue similiter Iudex, siue priuatus capere clericum in flagranti delicto deprehensum, dummodo adsint recensita conditiones.*

14 *Sexto potest laicus, siue similiter Iudex, siue priuatus, capere Clericum, quoties is occidi, vel verberari ab aliquo potest, ad vitandum maius damnum.*

15 *In recensitis laicus potest capere Clericum, sed non titulo Iurisdictionis; sed de expressa, vel tacita voluntate Prælatorum.*

1
RESPONDETVR, quod neque possint prædicti clerici modo, quo supra explicabatur, sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum secularem, præsertim in criminalibus, etiamsi agatur indirectè, per capturam vel carcerationem clerici, scilicet per se, & ex propria auctoritate faciendam: patet etiam ex dictis *supra in eadem Dubit. Prima*; cùm captio, & carceratio actus sit iurisdictionis; sicuti rectè docet gl. communiter recepta *in cap. cum non ab homine de iudic. cap si verò de sent. excommun. cap. si clericus de foro compet. & cap. si canonici de officio Ordinarij in 6.* Bosius *tit. de captura num. 5 & de foro compet. num. 150.* Farinac. *cit quæst. 8. num. 115.* & alij passim.

2 Dixi, *per se, & ex propria auctoritate*, &c. quia ex auctoritate Ecclesiæ expressa, vel etiam ex præsumpta potest laicus (siuè Iudex, siuè priuatus) capere clericum.

3 Primò, de mandato Superioris Ecclesiastici; quia tunc captio (cùm fiat nomine, & auctoritate Superioris Ecclesiastici) non est secularis, sed Ecclesiastica *cap. vt famæ, § fin. de sent. excommun* & docet Diaz *in pract. cap. 114. in fin. vers. non etiam* Bosius *tit. de captura, num. 37. & tit. de foro compet. num. 150.* Scaccia *de iudic lib. 1. cap. 11. num. 41.* & Farinacius *cit. quæst. 8. num. 115*

4 Secundò potest laicus (siuè etiam Iudex, siue priuatus) capere clericum post delictum commissum ad effectum præsentandi illum Iudici Ecclesiastico; quia tunc rationabiliter Iudex Ecclesiasticus præsumitur de tali captura, & carceratione esse contentus; dummodo tamen delictum sit notorium, clericus sit suspectus de fuga, & Iudex Ecclesiasticus nō

5 potuerit consuli: ita vt si vna ex his tribus conditionibus deficiat, captura, & carceratio sit illicita; quia tunc proprio nomine censebitur facta, & sine fundamento rationabili; cùm tunc rationabiliter Iudex Ecclesiasticus consentire non præsumatur. Atque ita ex communi docet Menoch. *de arbitr. lib. 2. cap. 8 num 22. & seqq* & Farinac. *cit. quæst. 8. nu.*

6 *116. & seqq* qui subdit, non posse clericum vltra viginti horas in carcere seculari detineri: quin ego probabilius puto non posse detineri per tempus breuius, si scilicet citius possit commodè Iudici Ecclesiastico remitti. Ratio; quia tunc, nec Iudex secularis habet causam illum detinendi, nec Iudex Ecclesiasticus habet causam ad id consentiendi. Vide Felinum *in cit. cap. cum non ab homine de iudicijs, n. 4. in fin.* Viuium *commun. opin. verb. Iudex laicus*, & quæ dicebam *lib. de Parlament. Dubit. 4. sect. 19 subsect. 5. & 6* & quæ dicam *cap. 9. Dubit. 7. & 8.*

Tertiò, potest laicus (siuè etiam Iudex, siuè pri- 7
uatus, vt creditor, &c.) capere clericum pro solutione debiti ciuilis, vt illum Iudici Ecclesiastico sistat, & præsentet; dummodo similiter (vti dicebam) sit suspectus de fuga; ab Ecclesiastico Iudice non potuerit de capiendo impetrari mandatum: & quamprimum fieri possit, Iudici Ecclesiastico sistatur, quia in tali casu captura, & carceratio, vel detentio non est actus iurisdictionis naturalis: sicuti rectè docent Bosius *tit. de captura, num. 27.* Couar. *2 var. c. 1. num. 9.* Gutierez *pract. qq. lib. 1. quæst. 82. num. 2.* Farinac. *cit. quæst. 8. num. 119. & tit. de carceribus, quæst. 27. num. 71.* & nos dicebamus & dicemus *locis suprà cit.*

Si tamen Iudex laicus, vel creditor certò sciret, 8
quod clericus fugiens, vel de fuga suspectus bona non habeat, vel si habet, iis, absque eo, quod personaliter capiatur, & carceretur, spoliari possit, non poterit clericum capere, & carcerare, vel detinere, iuxta textum *in cap. Odoardus de solutionib. & cap. 2. de fideiussorib.* & docent Couar. *2. var. cap. 1. num. 9.* Menoch. *casu 183. num 29. & lib. 1. quæst. 88. num. 8.* & Farinac. *de carcerib. quæst. 27. numer. 65. & seqq.* & fauet lex, ait prætor, §. si debitorem, ff quæ in fraudem creditorum. Quia tamen id rarò sciri certò po- 9
test, sed semper dubitari, quod scilicet clericus fugiens, vel suspectus de fuga, bona occultet, propterea ferè semper captura honestatur, ad finem, quod Iudex Ecclesiasticus eum satisfactionem debitam exhibere compellat, vel, si non potest, impotentem declaret.

Quartò, potest laicus (siuè etiam Iudex, siue 10
priuatus) capere clericum ad impediendum delictum (quod aliter impediri non posset) in tertiam personam perpetrandum; dummodo similiter adsint conditiones supra dictæ: quia cuilibet datum est, innocentem defendere, & iniu- 11
riam propulsare. Atque ita docent Abb. *in cap. cum non ab homine num. 23. de iudic.* Nauar. *in cap. 17. numer. 83.* Clar. *lib. 5. §. fin. quæst. 28. numer. 6.* Suarez *lib. 4. cap. 34. numer. 15.* Menochius *casu 180 numer. 21.* & Farinacius *tit. de Inquisit. cit. quæst.* 12
8. numer. 120 Quinimò non improbabiliter etiam potest laicus capere clericum ad impediendum delictum (quod similiter aliter impediri non posset) sine damno tertiæ personæ committendum, verbi gratia delictum fornicationis, &c. quia in tali casu etiam non capitur titulo iurisdictionis, sed defensionis honoris diuini, & boni communis Reipublicæ, cuius interest, vt eius ciues à delictis, committendis detineantur. Vide Doctores supra dictos *in locis supra cit.* & quæ nos dicebamus, & dicemus *in locis suprà dictis.*

Quintò potest laicus (siuè similiter Iudex, siuè 13
priuatos) capere clericum in flagranti delicto deprehensum; dummodo etiam adsint conditiones, quas supra dicebam; quia tunc cuilibet censetur à iure data talis potestas. *ex l. raptores, Cod. de Episc. & Cler.* & tradunt Nauar. & Suar. *vbi supra*, Diaz *in pract. crimin. cap. 114. ad fin.* Clar. etiam *in pract. quæst. 28. vers. si verò loquimur*, Scaccia *de iudic. libro. 1. cap. 11. numer. 9.* Vilalob. *in commun. opin. ver. Clericus, numer. 76. & 77.* Farinac. *tit. de inquisit. quæst. 8. num. 122.* & dicebamus, & dicemus *in locis supra cit.*

Sextò, potest laicus (siuè similiter Iudex siuè pri-
uatos) capere clericum, quoties is occidi, vel ver- 14
berari

berari à quolibet potest: quia cùm captura minus damnum inferat, quàm occisio, vel verberatio, valet argumentum à maiori ad minus: tum quia tunc videtur clericus priuilegio clericali spoliatus, & seculari foro remissus Atque ita docent Decius, Io. Andreas, & Abb. *in cit. cap. cùm non ab homine, de iudiciis*, Bosius *tit. de captura, num.* 36. & Farinac. *titulo de inquisit. citat. quæst.* 8. *numero* 123.

15 In his ergo omnibus potest laicus (siuè Iudex, siuè priuatus) capere clericum, non titulo iurisdictionis, vti constat ex *cit. capite cùm non ab homine de iudic. cit. capite, si verè de sententia excommunicat. & cit. capite si clericus de foro compet.* Sed (vti dicebam) ex expressa, vel tacita voluntate Prælatorum; vel quia tunc à iure censetur cuilibet data talis potestas. *argum. cit. lib. raptores, Cod. de Episc. & Cleric.* Vide supra citatos Doctores, & præcipuè Clarum *in pract. q.* 28. *num.* 6. Farinacium *q.* 8. *num.* 121. Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 34. *num* 15. Scacciam *de iudic. lib.* 1. *cap.* 11 *num.* 9. & Antoninum Diana *part.* 5. *tract.* 1. *res.* 22.

DVBITATIO XIII.

An neque possint prædicti clerici trahi ad forum secularem, etiamsi indirectè agatur, in casu quo clericus deliquerit simul cum seculari?

SVMMARIVM.

1 *Clerici prædicti neque sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum secularem in criminalibus possunt, etiamsi indirectè agatur in casu, quo Clericus deliquerit simul cum seculari.*

2 *Non obstat, quod accessorium sequatur naturam sui principalis, quia textus supra citati Clericum à Iurisdictione seculari eximentes non limitant ad delicta commissa principaliter; sed loquuntur indistinctè, & generaliter, siue directè, siue indirectè.*

3 *Accessorium sequitur naturam sui principalis in eadem Personæ; secus autem in diuersis.*

4 *Laicus si simul cum Clerico hæres sit, & super hæreditate lis ab alio moueatur, causa agitari debet coram Iudice Ecclesiastico, & non seculari.*

5 *Vnica causa vnicum habet delictum, licet à multis commissum; & vnicus debet esse Iudex illius.*

6 *Secularis non potest esse Iudex Clerici ob eius priuilegium.*

7 *Priuilegiatus, & magis dignus trahit ad se non priuilegiatum & minus dignum.*

8 *Laicus ratione societatis potest esse simul cum Clerico arbiter in causa spirituali.*

9 *Ratione societatis potest quis viam, & vsum retinere quem alius per se retinere non poterat.*

10 *Sententia opposita quod Laicus simul cum Clerico delinquens conueniri debeat coram Iudice seculari, & non coram Ecclesiastico non est omnino improbabilis; quin fortasse in praxi frequentior.*

11 *Socius Criminis, nempe maritus, qui furtum commisit, non gaudet priuilegio socij, nempe Vxoris; sed ille tenetur actione furti, ista solum actione rerũ amotarũ.*

12 *Delictum licet sit vnicum in esse physice ab vna causa proueniens, est tamen multiplex in esse morali.*

13 *Ratione diuiduitatis, seu multiplicitatis potest optime quilibet delinquens coram suo Iudice conueniri; & castigari,*

14 *Cognitio, & punitio vnius non impedit cognitionem, & punitionem alterius.*

15 *Hæreditate relicta pluribus fratribus alteri Clerico, alteri vero Laico, solus Clericus pro parte sibi competente eximitur à tributis.*

16 *Delictum Clerici, & Laici, licet sit commune; tamen à Iurisdictione laicali, solum exemptum est; non item quatenus est delictum etiam Laici.*

17 *In sententia aliquorum Auctorum potest Laicus simul cum Clerico coram Iudice Ecclesiastico conueniri, si Iudex Ecclesiasticus Iudicem laicum in captura praueniat.*

18 *Delictum licet sit vnicum physice, dicitur tamen multiplex moraliter per ordinem scilicet ad multiplicitatem Delinquentium; & propterea optime possunt plures ferri sententiæ.*

19 *Laicus solus non potest esse arbiter in causa spirituali, non quidem ob incapacitatem; sed ob quamdam decentiam; quæ suppletur si simul cum Clerico arbitrium suscipiatur.*

20 *Punitio Laici non prohibetur Ecclesiastico Iudici ob incapacitatem; sed ob decentiam, at non ob id Ecclesiasticus priuatus est Iudicio, & iurisdictione in Laicum Delinquentem.*

21 *Lex, si communem, intelligenda est in causa, quæ nullam vel saltem non commodam diuisionem admittit.*

RESPONDETVR, quod neque possint præ- 1 dicti clerici modo, quo supra explicabatur, sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum secularem in criminalibus, etiamsi indirectè agatur, in casu quo clericus deliquerit simul cum seculari. Patet etiam ex dictis *supra in eadem dubit. prima.*

Neque obstat, quod ex *reg. accessorium de Reg. iu-* 2 *ris in* 6. accessorium sequitur naturam sui principalis: & sic cùm laicus (vti supponitur) fuerit principalis delinquens, clericus autem adiutor, clericus conueniri debeat coram Iudice seculari, coram quo conuenitur laicus.

Non, inquam, id obstat; quia textus supra citati, clericum à iurisdictione seculari eximentes, non limitant ad delicta commissa principaliter, sed loquuntur indistinctè & generaliter, siuè directè, siuè indirectè; & ex alio capite, vbi lex non distinguit, nec nos (præsertim in fauorabilibus) distinguere debemus.

Ad illud verò, quod dicitur, accessorium sequi 3 naturam sui principalis, Respondetur id verum esse in eadem persona, non autem in diuersa, ratione cuius diuersitatis crimen clerici criminis laici accessorium, est in suo genere principale.

Quinimmò (vt *lib. de Parlamen. Dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 31. dicebam cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Bosium *titulo de foro compet. numero* 116. *in fin. & numero* 146. *& seqq.* Menochium *de arbitr. libro* 2. *cas.* 371. *numero* 13. & Decianum *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *capite* 9. *numero* 44.) conueniri potius laicus debet coram Iudice Ecclesiastico, coram quo clericus omninò conueniendus venit (idque non solum in ordine ad causas criminales, sed etiam in ordine ad causas ciuiles; ita vt si verbi gratia, simul cum clerico lai- 4 cus hæres sit, & super hæreditate lis ab alio ipsis moueatur, causa agitari debeat coram Iu- 5 dice Ecclesiastico, & non seculari.) Ratio; quia (vt ibi dicebam) vnica est causa, & vnicum

est delictum (licet à multis commissum) ergo vni-
cus debet esse Iudex illius *leg. nulli Codic. de iudic.*
(aliàs in eadem causa, in eodem delicto plures
6 ferrentur sententiæ, quod videtur absurdum) Et sic
cùm vnicus debeat esse Iudex illius, potius debet
7 esse Iudex Ecclesiasticus, quàm secularis; quia se-
cularis non potest esse Iudex clerici ob eius priui-
legium; tum quia priuilegiatus, & magis dignus
trahit ad se non priuilegiatum, & minus dignum;
vt patet ex *cap. quando de iudic.* item *ex cap. per tuas*
8 *de arbitr.* vbi ratione societatis potest laicus simul
cum clerico esse arbiter in causa spirituali: & ex
9 *leg. si communem, ff. quemadmodum seruitutes amit-
tantur*, vbi ratione societatis potest quis viam, &
vsum retinere, quem alius per se retinere non pote-
rat. Vide *cit. Dubit. 4. sect. 19. subsect.* 31. vbi etiam
Cardinalium declarationem referebam, & testimo-
nium Doctorum testantium, sententiam hanc in
praxi vigere.

Quamuis opposita, nempè quod laicus simul
10 cum clerico delinquens conueniri debeat coram
Iudice seculari, & non coram Ecclesiastico, non sit
omninò improbabilis, quin fortasse in praxi fre-
quentior; & probari potest ex *leg. si quis vxori, ff de
11 furtis in princip.* vbi socius criminis (nempe mari-
tus, qui furtum commiserat) non gaudet priuile-
gio socij, nempe vxoris, sed ille tenetur actione
furti; ista solum actione rerum amotarum: cum
probari potest ratione, quia licet causa, vel delictum
12 sit vnicum in esse physico, scilicet in ordine ad
personam læsam, est tamen multiplex in esse mo-
rali, scilicet in ordine ad personas lædentes (cùm
quot sunt personæ lædentes, seu delinquentes, tot
13 sint delicta commissa) & sic ratione huius diui-
duitatis, seu multiplicitatis potest optimè quilibet
delinquens coram suo Iudice conueniri, & castiga-
ri; quia cognitio, & punitio vnius non impedit co-
14 gnitionem, & punitionem alterius, sicuti si pluri-
bus fratribus, vni clerico, alteri laico, hæreditas
15 relinquatur, solus clericus pro parte sibi compe-
tente eximeretur à tributis, non item laicus etiam
pro sua, tametsi cum clerico commune patrimo-
nium, & communem hæreditatem habeat (vt ex
16 communi cum Speculatore, & Decio docet Co-
uar. *pract. qq. 34. numero 2. in fin.*) Ergo similiter in ca-
su nostro dicendum est, quod licet delictum cle-
rici, & laici sit commune, tamen à iurisdictione
laicali solum exemptum sit, quatenus est delictum
clerici, non item quatenus est delictum etiam
laici. Atque ita præter complures Theologos,
& Iuristas, quos *in cit. Dubitat. 4. sect. 19. sub-
sect.* 31. referebam, docent Clarus *in pract. quæst.
36. vers. euenit plerumque*, Anton. Gom. *opis. de-
lict. cap.* 50. *numero* 6. & Farinacius *lib. 1. tit. 1. de
17 inquisit. quæstio.* 8 *numero* 151. quorum tamen ali-
qui admittunt, posse laicum simul cum Clerico co-
ram Iudice Ecclesiastico conueniri, & puniri, si Iu-
dex Ecclesiasticus Iudicem laicum in captura præ-
ueniat; & si alij, & non omninò improbabiliter et-
iã, neque hoc admittant propter rationes iã dictas.

Quapropter ad rationes nostras respondere quis
posset, quod causa sit vnica, & vnicum sit deli-
ctum (v. g. vnicum furtum, vnicum homicidium,
&c.) in ratione physica, per ordinem scilicet ad
vnitatem eius, qui damnum patitur: at sit multi-
plex in ratione morali, per ordinem scilicet ad
18 multiplicitatem delinquentium; & propterea op-
timè possint plures ferri sententiæ, quin aduer-
sentur, *leg. nulli*; quia feruntur de causa, & deli-
cto moraliter diuiduo, & distincto. Et ad textum
in cap. per tuas respondere posset, quod laicus si-
mul cum clerico possit esse arbiter in causa spiri- 19
tuali, quamuis solus esse nequeat; quia nõ prohibe-
tur esse arbiter ob incapacitatem (aliàs enim nec
cum clerico esse posset ex *leg. Pedius, ff. de arbitr.*)
sed prohibetur ob quandam decentiam (vt rectè
dixit Abb. *in cap. cum dilectus de arbitr.*) quæ de-
centia suppletur, si simul cum clerico arbitrium
suscipiatur. Ex hoc tamen solum sequitur, quod
possit laicus à Iudice Ecclesiastico puniri, quia pu-
nitio laici non prohibetur Ecclesiastico Iudici ob 20
incapacitatem, sed ob decentiam: at non sequitur,
quod Iudex laicus priuandus sit iudicio, & iurisdi-
ctione in laicum delinquentem. Et tandem ad l. 21
si communem respondere posset, intelligendam
illam esse in causa, quæ nullam, vel saltem non
commodam diuisionem admittit. Vide quæ dicen-
tur *c. seq. dub. 10. & c. 10. dub. 17.*

DVBITATIO XXIV.

An saltem possit quis ex Ecclesiasticis sine incursione censurarum trahi ad forum seculare in criminalibus, in casu, quod solum post delictum commissum effectus fuerit Clericus, Nouitius, vel Religiosus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus effectus post delictum commissum non potest sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum secularem.*

2 *Priuilegio exemptionis in honorem status clericalis introducto omnes gaudere debent, qui habitum clericalem assumpserunt.*

3 *Priuilegium exemptionis, cum maximè fauorabile sit potius extendi, quam restringi debet.*

4 *Confugiens ad Ecclesiam pro tempore, quo ibi manet etiam post delictum, puniri non potest, ergo multo minus, qui confugit ad statum clericalem.*

5 *Limita tamen, nisi quis in fraudem Clericus, vel Religiosus effectus fuerit, quia tunc contra ipsum à Iudice seculari procedi poterit, non quoad pœnam corporalem, nisi præuia degradatione, tradatur Curiæ seculari, sed solum quoad pœnam pecuniariam seu in bonis.*

6 *Si Persona in carcere à Iudice laico coniecta, inde aufugiens Clericus in fraudem effectus fuerit, plenum ius Iudici seculari reseruatur procedendi contra personam, nisi in sacris sit constituta, quia necessario requiritur Iudicis Ecclesiastici sententia, degradatio, & traditio.*

7 *Iudex secularis præuenta causa potest procedere contra Clericum saltem quoad pœnam pecuniariam non obstante quod Reus conuentus Ecclesiasticum statum non in fraudem assumpserit.*

8 *Sixtus V. plenam Iudicibus secularibus concessit potestatem procedendi contra eos, qui post susceptam accusationem, aut institutam inquisitionem, Religiosi facti fuerint, quinimmo eorundem professionem irritam esse decreuit.*

9 *Constitu*

9 *Constitutio recensita Sixti V. quoad hoc moderata fuit à Clemente VIII.*

10 *Iudex sæcularis causa non præuenta, nec persona, si tantum præcesserit infamatio, & inquisitio, non potest procedere contra infamatum, & inquisitum etiam quoad pœnam pecuniariam, si is clericalem statum postea non fraudulenter assumpserit.*

11 *In casu etiam recensito aliquando fraudis præsumptio, & suspicio esse potest; vt si quis post crimen de quo accusatus fuit, minores tantum Ordines, vel beneficium assumat.*

12 *In sententia Genuensis, laicus siue post delictum commissum Clericus factus sit in fraudem, siue non; & siue simus in causa criminali, siue in causa ciuili, non potest à Iudice laico contra talem procedi, ex eo quia confugiens ad Ecclesiam post delictum commissum etiam animo defraudandi gaudet immunitate; ergo multo magis qui Deo se dedicat gaudere debet priuilegio exemptionis.*

13 *Reus de capitali crimine accusatus, miles factus non remittitur; sed à Iudice militia iudicatur.*

14 *In Concilio Tridentino prohibetur Episcopis, ne tales, qui fraude; & animo effugiendi iudicium seculare, ordines suscipere volunt, ordinent.*

15 *Ad euitandas fraudes illorum, qui ad fugiendas pœnas Clerici, vel Religiosi fieri curant, satis prouisum est à sacris Canonibus.*

16 *Canones expressè, & in specie determinant; quod exempta persona molestari non possit in bonis, idque ne per vnam viam concedatur, quod per aliam prohibetur.*

17 *Cessante præuentione Iudicis, cessante fraude delinquentis; criminosus factus postea Clericus, vel Nouitius, in vlla pœna à Iudice laico potest condemnari.*

18 *Iudex non potest cognoscere personas, super quibus ius non acquisiuit, & iurisdictionem de præsenti non habet.*

19 *Probare Clericum in fraudem post delictum effectum esse, est onus incumbens dicenti.*

20 *Clericus si dicat se ex voto clericasse, non esse standum eius iuramento affirmat Farinacius probabiliter, præsertim si sint aliqua adminicula in contrarium.*

21 *Esse standum eius iuramento probabiliter dicunt alij, si sint aliqua adminicula in fauorem.*

1 RESPONDETVR, & dico primo, quod
neque in hoc casu talis sine incursione dictarum censurarum ad forum
secularem possit trahi; quia cùm pri-
2 uilegium exemptionis in honorem
status clericalis introductum sit, eo gaudere debent omnes, qui habitum clericalem assumpse-
3 runt; præsertim, quia, cùm tale priuilegium maximè fauorabile sit, potius extendi, quàm restringi
debet. Et confirmatur; quia qui confugit ad Ecclesiã
4 (quamuis laicus remaneat, & ad tempus in ea moretur) inde extrahi, & à Iudice sæculari puniri non potest; ergo multò minus, qui confugit ad statum clericalem, & sic ipsemet in persona pro semper sacer efficitur. Atque ita ex communi docent Abb. *in cap. de obligatis ad ratiocinia*, Conar. *in pract. qq. cap. 31. num. 4.* Nauar. *in comment. 2. de Regular. num. 60.* Clar. *in pract. crim. q. 36. num. 43.* Molina *de iust. & iur. tom. 4. tract. 3. disp. 49. num. 21.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. q. 76. num. 15.* Ambrosinus *de immunit. Ecclesiast. cap. 19. num. 5.* Cenallos *tra. de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 44. num. 7.* Bellettus *in disquisit. cleric. part. 1. tit. 4. §. 4. num. 3.* alios citans, Petrus Cenedus, *in collect. iur. Can. part. 1. collect. 3. n. 13.* Clarus *quæst. 36. num. 38.* & eius additionator *ibidem lit. G.* Zerola *verb. Clericus, num. 6.* Farinacius *tit. de inquisit. quæst. 8. num. 107.* Bellamer. *in cap. proposuisti, quæst. 2. de foro competen.* Gomez *tit. quando Reus gaudit immuni. Ecclesiast.* Curtellius *lib. 2. quæst. 27.* Homobonus *in consult. moral. vol. 1. prac. 8. part. 2. resp. 190* Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouit. disp 51. dub. 12. num. 11.* Dianà *part. 4. tract. 2. resol. 95.* Martha *de iurisdict. part. 4. cent. 2. cas 121. num. 12. & seq.* Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. quæst. 2. ar. 3.* Gutierrez *lib. 1. pract. qq. q 5.* Sà *verb. Clericus, num. 9.* Suarez *lib. 4. defens. cap. 15. num 16. argum. l. hos accusare, ff. de accusat.* & alij passim.

Excipiunt tamen prædicti Doctores, nisi quis 5
in fraudem clericus, vel Religiosus effectus fuerit; quia tunc, inquiunt, contra ipsum à Iudice sæculari procedi poterit, non quidem quoad pœnam corporalem (nisi Iudex Ecclesiasticus illum degradet & tradat Curiæ sæculari; ad quod tamen nullo iure cogi potest; qua de re tamen vide quæ *suprà dubit. 9.* diffusè dicebantur) sed solum quoad pœnam pecuniariam, seu in bonis. Et fauet exemplum, quod supra adducebam de eo, qui confugit ad Ecclesiam: nam talis si post delictum commissum ad Ecclesiam, etiam in fraudem, confugiat, non potest inde extrahi, & à Iudice sæculari quoad pœnam corporalem puniri. Et sic Romæ in quadam Cardinalium Congregatione anno 1645. decisum vidi.

At his non obstantibus, cùm de tali decisione Romæ facta non constet authenticè, dicerem non esse omninò improbabile (quamuis oppositum sit multò probabilius, maximè propter exemplum, quod afferebam de eo, qui confugit ad Ecclesiam, etiam in fraudem, licet reuerà
rà fraus non sit, sed proprium ius) quod, si per- 6
sona à Iudice sæculari præuenta fuerit, id est, in custodiam coniecta (vnde illegitimè; vel contra fidem datam aufugit) tunc (etiamsi Reus non in fraudem clericus effectus fuerit) plenum ius Iudici sæculari reseruetur, vt possit is procedere, etiam contra personam, nisi in sacris illa constituta sit; quin necessariò prærequiritur Iudicis Ecclesiastici sententia, degradatio, ac traditio, iuxta ea, quæ *suprà citato dubitat. 9.* dicebantur.

Dico secundò, quod si à Iudice sæculari præ- 7
uenta fuerit solum causa (nempe per citationem, vel litis contestationem) procedi possit contra illum, saltem quoad pœnam pecuniariam, non obstante, quod Reus conuentus Ecclesiasticum statum non in fraudem assumpserit, sicuti docent ex Doctoribus dictis complures *in locis suprà cit.* & sumitur ex *cap. proposuisti, de foro competen. iuncta gloss. verb. citatus*, vbi per solam citationem
perpetuatur iurisdictio quoad causam illam. Et 8
confirmatur; quia Sixtus V apud Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. quæst. 2. art. 3.* plenam Iudicibus sæcularibus concessit potestatem procedendi contra eos, qui post susceptam accusationem, aut institutam inquisitionem Religiosi facti fuerunt; quinimò eorumdem professionem irritam esse de-
creuit. Quamuis quoad hoc Constitutio Sixti V. 9
à Clemente VIII moderata fuerit; vt videre est apud Homobonum, & Bartholom. de Vecchis *in locis supra cit.*

Dico tertiò, quod si tandem nec causa, nec 10
persona à Iudice sæculari præuenta fuerit, sed solum infamatio, & inquisitio præcesse-

rit, infamatus autem, & inquisitus clericalem statum postea non in fraudem assumpserit, procedi non possit contra illum, nec etiam quoad pœnam pecuniariam; sicuti *in locis supra citat.* docent Martha, Suarez, & Diana contra Couatruuiam Clarum, & Rodriguez qui putant contra talem etiam (tanquam fraude clericum, Nouitium, vel Religiosum) procedi posse; sed quod cum Martha, Diana, & Suarez dicebam, est multò probabilius propter rationes iam supra dictas; & quia ex alio capite Iudex secularis ius in illum non acquisiuit præueniendo, nec tūc fraude videtur factum, quod Reus iure suo vtendo fecit; cùm criminosus saltem, si de crimine infamatus, & inquisitus solum fuerit, iure possit post actam pœnitentiam clericatum, vel habitum religiosum assumere; Ergo, &c.

11 Non nego tamen, quod etiam in tali casu fraudis suspicio, & præsumptio aliquando esse possit (vt si quis post crimen, de quo infamatus, accusatus, & inquisitus fuerat, minores tantum Ordines, vel beneficium Ecclesiasticum assumat) non id fieri ea animo sed icandi Deo, sed solùm effugiendi manus Iudicis secularis, cum proposito, quod postea, cessante periculo, ad statum laicalem regrediatur; in quo casu etiam non improbabiliter fraus criminoso prodesse non debet, vt (si non ipso facto priuilegio clericali priuatus est) saltem dignus sit, qui illo priuetur; sicuti fatetur etiam Suarez *loco suprà cit.* & docent Doctores, quos citat, & sequitur Curtellius *de immun. Eccles. lib. 2. q. 27. n. 9.*

12 Quamuis Genuensis *in prax. Archiep. cap. 8. numero 5* & Bonacina *in Bullam Cœna tomo 3. disput. 1. quæstio. 16. sect. 1. punct. 5. numero 9. & de legibus disput. 10. quæstio. 2. punct. 1. numero 16.* teneant, & satis probabiliter, quod absolutè (siuè laicus post delictum commissum clericus factus sit in fraudem, siuè non; & siuè simus in causa criminali, siuè in ciuili) non possit à Iudice laico contra talem procedi, ex eo quia si qui confugit ad Ecclesiam post delictum commissum, etiam ex animo defraudandi Curiam secularem, immunitate gaudet, quamuis remaneat laicus, & ad tempus in ea moretur, multò magis gaudere debebit, qui personam suam per Ordinis susceptionem, vt Deo perpetuò famuletur, consecrat: tum quia *in*
13 *leg. qui cum uno, §. Reus, ff. de re militari*, Reus de capitali crimine accusatus, si miles factus fuerit, non remittitur, sed à Iudice Militiæ iudicatur. Ergo multò magis idem dicendum erit, si quis miles cælestis factus sit. Tum quia Concilium
14 Tridentinum *sess. 13. cap. 4. de reformat.* prohibet Episcopis, ne tales, qui fraude, & animo effugiendi iudicium seculare Ordines suscipere volunt, ordinent; quæ prohibitio frustratoria esset, si fraus illos à seculari potestate non eximeret. Ergo, &c.

15 Quod si dicas contra Genuensem, & Bonacinam; Si talis sententia vera esset, sequeretur, quod multi in fraudem, vt pœnas euitarent, & sic in perniciem Reipublicæ, ordinarentur. Respondent ad id satis prouisum esse per sacros Canones, & præcipuè per dictum Concilium Tridentinum *in loco citat.* quatenus ibi expressè prohibet, ne tales ordinentur, sed solum qui de vita, & moribus probi subtili indagatione inuenti fuerint.

Quod si dicas secundò, quod saltem quoad pœnam pecuniariam, & etiam quoad confiscationem bonorum (si sic exegerit eorum delictum) tales à Iudice laico puniri debeant. Respondent, neque id verum esse; cùm Canones expressè, & in specie determinent, quod exempta persona molesta- 16
ri non possit in bonis; idque ne per vnam viam concedatur, quod per aliam prohibetur. *cap. vnic. de cleric. coniug. in 6* & nos *lib. de Parlamentis Dubit. 4 sect. 19. subsect. 12. & 16 & sect. 20. subsect. 2. & dub. 26. sectio. 4.* dicebamus, *& cap. 9. Dubitat. 35.* diximus.

At quidquid sit de hac opinione, an illa pro- 17
babilior dicenda sit, illud saltem omninò dicendum est, quod, si fraus absit, criminosum factum postea clericum, vel Nouitium, &c. (qui saltem nec per capturam, vel per coniectionem in carceres, nec per citationem, vel litis contestationem præuentus fuit) non possit Iudex secularis, neque in bonis, seu pœna pecuniaria, punire; cùm non possit Iudex cognoscere personas, super quibus ius non acquisiuit, & iurisdictionem de præsenti non habet; & sic non possit Iudex secularis
punire personas, quæ iure non præuento, forum ip- 18
sius, & statum sæcularem cum Ecclesiastico commutarunt.

Cæterum, an & quomodo probetur, quod quis 19
post delictum commissum clericus in fraudem effectus sit (quod est onus incumbens dicenti. *leg. 2. de probat. & leg. in bello, §. facte, ff. de captiuis, & postliminio reuersis*, vide *cap. 4. dub. 26. & seqq.* Mattham *de iurisd par. 4. cas. 176.* Ambrosinum *de immun. Eccl. cap. 19.* Mascardum *tomo 2. concl. 815.* Gabrielem *in commun. opin. tit. de præsumpt. conc. 13. n. 2.* & Duar-
dum *in Bullam Cœna lib. 2. can. 15. quæst. 11.* & in ca- 20
su, quod ipse dicat se clericum ea voto effectum esse, an iuramento ipsius standum sit, vide Farinacium *tit. de inquisit. quæstio. 8. numero 154.* qui negat, & probabiliter; præsertim si sint aliqua adminicula in contrarium: vide etiam Ambrosinum *loco supra*
cit. num. 12 & Hieronymum Rodriguez *in Compen.* 21
qq. Regul. r. sol. 101. n. 9. qui affirmant, & probabiliter etiam, præsertim si sint aliqua adminicula in fauorem.

SECTIO II.

Difficultates earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Criminosus assumpto Clericatu, vel habitu Religioso licet non fuerit aliquo modo præuentus à Iudice laico, subiectus tamen est vi ratione saltem bonorum si loquamur de bonis, quæ sunt ipso iure fisco obligata, secus si loquamur de bonis, quæ sunt obligata per accidens.*

2 *Cessante obligatione, seu subiectione Personæ cessat obligatio bonorum.*

3 *Clericus in delicto patrato de tempore Clericatus, etiam Clericatu omisso, debet cognosci à Iudice Ecclesiastico ratione priuilegij, quo de tempore commissi delicti, gaudebat, sed non procedit in laico facto postea Clerico.*

4 *Clericus vel Nouitius transiens ad statum laicalem, non tam mutat forum, quam cumulat forum cum foro, vt nihil obstet etiam à Iudice Ecclesiastico etiam cognosci posse.*

5 *Laicus transiens ad statum clericalem, vel Religiosum, non tantum mutat forum, sed etiam statum Personæ secundum quem incapax sit, vt à Iudice seculari cognosci possit.*

6 Sæcularia

6 *Secularia subordinantur spiritualibus, & non è contra.*

7 *Inter Personas Ecclesiasticas quædam sunt quæ statum immutabilem habent, vt Clerici in sacris cõstituti, & Religiosi professi: & qui priuilegium fori regulariter non amittunt nisi per sententiam in criminibus exceptis.*

8 *Quædam Personæ sunt, quæ statum mutabilem habent, vt Clerici in minoribus constituti, & Religiosorum Nouitij, qui tali statu, quem pro arbitratu suo abiicere possunt, abiecto, priuilegiis clericalibus priuantur.*

9 *Exceptio Clericatus quandocumque potest opponi etiam post latam sententiam; cum is nec expressè, nec tacite in secularem Iudicẽ consentire possit, & ab Ecclesiastico Iudice debet cognosci; quia quæstio est de re Ecclesiastica.*

10 *Mota quæstione super Iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum & secularem, meritò illius decisio ad Ecclesiasticum spectare debet.*

11 *Iudex secularis opposita per Iudicem Ecclesiasticum friuola, inani, & fallaci exceptione, dummodo de hoc notorium sit, tali exceptione reiecta, potest in causa principali procedere.*

1

OBiicies primò, criminosus, assumpto clericatu, vel habitu religioso, manet (etiamsi id non fecerit in fraudem, nec fuerit præuentus per capturam, vel carcerationem, nec per citationem, vel litis contestationem) Iudici seculari subiectus, si non ratione personæ, saltem ratione bonorum: ergo in bonis, seu pœna pecuniaria saltem, ab illo puniri poterit.

Respondetur, distinguo antecedens: manet subiectus ratione bonorum, si loquamur de bonis, quæ sunt obligata per se, id est, ipso iure per criminis commissionem fisco obligata, vel commissa, concedo; quia tunc Iudex secularis de proprio iure cognoscit, & proprium ius exequitur. Si loquamur de bonis, quæ sunt obligata per ac-
2 cidens, id est, per dependentiam ab obligatione personæ, nego; quia cessante obligatione, seu subiectione personæ, cessat obligatio bonorum.

3 Obiicies secundò, si quis existens clericus, vel Nouitius, & sic gaudens priuilegio fori, delictum committit, & postea ducta vxore illud amittit, à Iudice Ecclesiastico, non à seculari cognoscitur (inspicitur enim tempus delicti, sicuti colligitur ex l. 1. ff. de pœnis, & determinauit sacra Congregatio Immunitatis in Nullius Gazopoli die 9. Septembr. 1631. vbi expressè dicitur, quod fori priuilegio gaudeat laicus pro tempore, quo fuit clericus; & ex communi sententia Doctorum docet Couar. *in pract. qq. cap.* 31. *numer.* 8. Clar. *cit. quæst.* 46. *numer.* 11. Genuens. *in prax. cap.* 8. *numer.* 3. Madius *in tract. de sacris Ordinibus cap.* 13. *numer.* 44. Riccius *par.* 5. *collect.* 1864. Sanchez *in opusc. to.* 2. *libro.* 6. *cap.* 1. *dubit.* 3. & alij infra citandi *sect.* 5. & 6.) Ergo è contra si quis existens laicus, delictum commiserit, & postea clericus, Nouitius, vel Religiosus efficitur, à Iudice seculari, non ab Ecclesiastico cognoscetur.

Respondetur, concedo antecedens: at nego
4 consequentiam; & disparitas est, quia clericus, vel Nouitius transiens ad statum laicalem, non tam murat forum quàm cumulat forum cum foro,
5 vt nihil obstet, cùm à Iudice Ecclesiastico etiam cognosci posse. At laicus transiens ad statum clericalem, vel Religiosum, non tantum mutat forum, sed etiam statum personæ, secundùm quem incapax sit, vt à Iudice seculari cognosci possit. Et ratio disparitatis est; quia nihil obstat, quo minus quis in statu laicali positus à Iudice Ecclesiastico cognosci possit: obstat verò ob clericorũ immunitatem, quo minus quis in statu clericali, vel Religioso positus à Iudice seculari cognosci queat; cùm secularia subordinentur spiritualibus, 6
sicut corpus animæ, & non è contrà.

Hoc autem dixi; quia inter personas Ecclesiasti- 7
cas quædam personæ sunt, quæ statum immutabilem habent, vt clerici in sacris constituti, & Religiosi professi, qui priuilegium fori, seu exemptionis à iurisdictione, & potestate seculari regulariter non amittunt, nisi per sententiam Iudicis in pœnam criminis commissi illo priuentur, vt ex communi docet Suar. *lib.* 4. *contra Regem Angliæ cap.* 29. *n.* 8. & nos dicebamus *supra*. Quædam autem sunt, quæ statum mutabilem habent, vt clerici in mi-
noribus constituti, & Religionum Nouitij, qui tali 8
statu, quem pro arbitratu suo abiicere possunt, abiecto, priuilegiis clericalibus priuantur; præterquam, quod ob crimina, quæ in dicto statu Ecclesiastico priori commiserunt, ob quæ, etiam post talis status mutationem, non à Iudice seculari, sed ab Ecclesiastico conueniri, & puniri debent; cùm quoad hoc inspiciendum sit tempus delicti, vt supra dicebamus, & ex communi docent Couar. Clarus, Genuensis, Madius, Riccius, Sanchez, & alij *in locis cit.*

Quinimò si quis à Iudice seculari captus ex- 9
cipiat, se clericum esse (qualis exceptio, etiam post latam sententiam, à clerico opponi potest; cùm is nec expressè, nec tacitè in secularem Iudicem consentire possit) talis causa, seu incidens quæstio non à seculari, sed ab Ecclesiastico Iudice cognosci debet. *cap. si iudex de sentent. excommun. in* 6. quia (vt ibi dicitur) hoc ipso, quod est quæstio de clericatu, quæstio est de re Ecclesiastica: tum quia (vt rectè docet Couar.
in pract. qq. cap. 33. *numer.* 1.) mota quæstione 10
super iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, meritò illius decisio ad Ecclesiasticum, vt potè superioris ordinis auctoritate
præditum, spectare debet; quamuis si, excep- 11
tionem friuolam, inanem, & solum fallendi causa, oppositam esse, notorium sit, possit Iudex secularis, tali exceptione reiecta, in casu principali procedere, vt rectè dixit Clarus *lib.* 5. *sent. §. fin. quæst.* 36. *n.* 21.

SECTIO III.

An, si quis existens laicus in exilium damnetur à Iudice laico, & postea effectus clericus exilium rumpat, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVMMARIVM.

1 *Si quis existens laicus in exilium damnetur à Iudice seculari ad certum tempus infra quod Clericus effectus exilium rumpit, à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debet.*

2 *Idem dicas si fuerit bannitus à Iudice secu-*

6 *Iudex Ecclesiasticus raro procedit contra Clericum delinquentem per viam incorrigibilitatis obseruando integre formam; & raro integre perficit eius solemnitates, vt Iudici seculari pateat aditus procedendi contra illum absque alia declaratione.*

1 RESPONDETVR (quamuis glossa *in cap 1 de apostat v. r. liberari*, Couar.
in pract qq. cap. 32. num. 1. 5. secundò
est annotandum, Martha *de iurisdict.*
casu 135. Petrus de Vries *ad Situm*
235. p. r. 2. num. 167. Bosius *tit. de foro*
compet. numer 132. Alexand. de Neuo *consil. 59. num.*
10 & 30. Clar. *in pract. §. fin. q. 36. vers. sed quaritur*
Scacria *lib. 1. de iudic. cap. 11. num. 55.* & Farinac *cit.*
quæ 18. num. 31. satis probabiliter affirment ex eo,
quia in tali casu Ecclesia ipsa illum ob pertinaciam
à se abdicat; & sic superflua videtur esse declaratio;
tum quia trina monitio facta clerico inobedienti,
ob quam ille incorrigibilis appareat, instar senten-
tiæ, & degradationis esse solet, per iuris adminicu-
2 lum, *cap. in audientia, de sentent. excommun.*) oppositū
tamen (quod docent Suar. *de cens. disp. 22. sect. 1. num.*
9. Coninch. *de sacram. disp. 14. dub. 5. num. 159.* Di-
castillus *de iust. & iure lib. 2. tract. 1 disp. 4. dub. 19. nu.*
3 4 Palaus *to. 2. tract. 12. disp. vnic. punct. 6. num.*
8. Valloa *to. 2. ad cap. 2. de iudic. num. 124.* & Diana
3 *par. 7. tract. 1. resol. 11*) esse probabilius; quia incorri-
gibilitas est quæ clericum priuat priuilegio cleri-
4 cali, & subdit Iudici seculari, sed nullus subiit pœ-
nam, etiam ipso iure latam, quousque delictum fue-
rit declaratum, vt ex communiori sententia Docto-
5 rum dicitur in tractatu de legibus. Ergo; tum quia
incorrigibilitas etiam est, quæ tribuit iurisdictio-
nem, sed qualitas tribuens iurisdictionem, (vti su-
pra dicebam) prius debet probari, Ergo, &c. Adde
6 quod raro Iudex Ecclesiasticus procedit cōtra cleri-
cum delinquentem per viam incorrigibilitatis, ob-
seruando integrè formam, *cap. cùm non ab homine*; &
rarò integrè perficit eius solemnitates, vt Iudici se-
culari pateat aditus procedendi contra illum absq;
alia declaratione. Vide, & quæ *cap. 2. Dubit. 4.* dice-
bantur; vbi agitur, quandonam amittatur priuile-
gium Canonis; & vide, quæ dicebantur *cap. 4. &*
cap. 5. vbi agitur, quandonam amittatur priuilegium
exemptionis gabellarum.

DVBITATIO IX.

An sufficiat declaratio, clericum incorrigibilem esse, vt Iudici seculari puniendus tradatur; vel, vt hoc fiat, requiratur etiam actualis depositio, seu degradatio?

SECTIO I,

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vt Iudici seculari puniendus tradatur, ex communi sufficit incorrigibilitatis declaratio, nullo alio superaddito, maximè si forma seruata fuerit; cum ibi nulla degradationis mentio fiat.*

2 *Limita id habere locum in Clericis minoribus, non item in iis, qui sunt in sacris; cum hi, etiam si fuerint assasini, antequam Iudici seculari tradantur, degradari à superiore consueuerint.*

3 *Sublimita nisi expediat Reipublicæ statim ob atrocitatem delicti sine degradatione Clericum in sacris puniri.*

4 *Textus in cap. 1 de homicid. in 6. qui adducitur ad probandum, quod Ecclesiastici in delictis grauibus à Iudice laico puniri possunt sine praeuia degradatione, loquitur tantum de delicto assasinij, & sic extendi non debet ad alia delicta licet grauissima.*

5 *Lex pœnalis, & correctoria loquens in vno casu, etiamsi adsit eadem ratio, extendenda non est ad similes.*

6 *In materia odiosa præsertim contra immunitatem Ecclesiasticam, quæ quam maxime fauorabilis est, non facienda extensio.*

7 *Clerici in delictis supra recensitis non sunt ipso facto priuilegio clericali denudati, sed priuantur præcedente degradatione, obtenta etiam prius summi Pontificis licentia.*

8 *Vide nonnulla exempla ab Auctore allata.*

9 *Refellitur opinio Raberdei asserentis, quod etiam Episcopi in delictis grauibus ipso facto priuilegio clericali sint priuati.*

10 *Episcopi ratione potestatis ordinis Episcopalis sunt ceteris Clericis, & sacerdotibus superiores, quin & Apostolis æquales, & maiores Principum secularium, & simpliciter aliis superiores.*

11 *Omnes causæ criminales grauiores contra Episcopos, à solo Pontifice cognoscendæ, & determinandæ sunt.*

12 *Episcopus propter crimen læsæ maiestatis etiam, non solum non condemnari, sed nec citari ad personaliter comparendum potest per quoscumque Iudices ordinarios, vel delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, nisi de expressa, & speciali commissione Pontificis signata.*

13 *Episcopus neque propter hæresim citari ab Inquisitoribus, vel puniri potest; sed id etiam soli Pontifici reseruatur.*

14 *Concilium Prouinciale non potest hodie formare processum contra Episcopum in causis criminalibus atrocioribus, ad effectum transmittendi illum ad summum Pontificem.*

ESPONDETVR ex communi, suffi- 1
cere incorrigibilitatis declarationē
nullo alio superaddito, maximè si
forma seruata fuerit *cit. cap. cùm*
non ab homine de iudic. cùm ibi nulla
degradationis mentio fiat. Quod tamen credo so- 2
lum in clericis Minoribus locum habere; non item
in iis, qui sunt in sacris; cùm hi (etiamsi fuerint as-
sasini) semper, antequam Iudici seculari puniendi
tradantur, degradari à suo superiori consueuerint.
Atque ita præter alios docent Ioannes Lupus *tract.*
de libert. Eccles par. 2. quæst. 5 nu. 5. & 9. & quæst. 8. nu.
vnic Suar. *lib. 4. defens. cap. 27. num. 24.* Layman *lib. 1.*
tract. 5. par. 2. cap. 5. num 3. Farinac. *cit. quæst. 8. num. 58.*
109 & seqq. & Bellarminus *ex Nouella 83 Iustiniani*
Imp. etiam, nedum ex sacris Canonibus, in Respon-
sione ad Epistolam cuiusdam Theologi *fol. 11.*

Excipe, nisi expediat Reipublicæ, statim ob 3
atrocitatem delicti sine degradatione clericum in
sacris puniri; vel si desit Iudex degradans, & ob mo-
ram impunitatis, suspicio sit, iustitiam impediendā
fore. Vide *cap 2. dubit. 4. cap 5. & cap. 9. dubit. 4. 5.*
& 6.

Cæterùm quæ dixi, adeò vera sunt, vt nonnulli 4
Doctores (inter quos Stephanus Baunius *in Theolog.*
mor. par. 2. disp. 3 tract. 6. de Bulla Cœnæ, quæst. 1 cap. 3.
num.

m m.19)doceant quod textus *in cap. 1. de homicid.*
in 6.(qui adduci solet ad firmandam sententiam,
quod Ecclesiastici in delictis grauibus à Iudice lai-
co puniri possint sine præuia degradatione Iudi-
cia Ecclesiastici)loquatur tantum de delicto assasi-
nij,& sic extendi non debeat ad alia delicta, licet
grauissima,cùm lex pœnalis,& correctoria loquens
5 in vno casu,(etiamsi adsit eadem ratio)extendenda
non sit ad similes,vt ex multis probat Barbosa *A-*
*xi m.193.num.6.*Et cùm in materia odiosa,præser-
6 tim contra libertatem Ecclesiasticam, quæ quam
maximè fauorabilis est, non sit extensio facienda,
vt ex cõmuni tradit Bonacina *to.1.disp.10.q.2.punct.*
1.§.4.num.5 Et licet nos supra cum nonnullis Do-
7 ctoribus dicebamus,ex quadam consuetudine ho-
die recepta posse clericos in delictis grauibus,nul-
la expectata incorrigibilitate,Curiæ sęculari,vt pu-
niantur,tradi;id tamen non intelligitur contra Ra-
bardeum *sect.2.fol.27.*quasi clerici in dictis delictis
sint ipso facto priuilegio clericali denudati,& sic
nullo pacto degradatio prærequiratur; sed intel-
ligitur,præcedente degradatione modo quo supra
dicebamus;quin immò ex sententia multorum,ob-
8 tenta etiam prius Summi Pontificis licentia,vt ob-
seruat Modernus, & Farinacius *loco supra cit.* Sic
obseruatum fuit Parisiis in casu sacerdotis homici-
dæ qualificati, teste Felician. Episcopo Scalensi
tract. de deposit.& degradat.cap.14 Florentiæ in casu
clerici banniti,teste Caballo *cas.60.num.23.* Hispa-
li in casu quorumdam Religiosorum, qui suum
Prouincialem occiderunt, teste Bernardo Diaz *in*
pract.crim.cap 97.& Papiæ in casu etiam clerici as-
sasini,teste Antonio Maceratensi, *var. lib.3. resol.2.*
Quia quotiescumque est aliquod dubium, deficere
videtur lex inanimata,& sic recurri debet ad ani-
matam,iuxtà text.*in cap.1.de rescript.l.1. ad munici-*
pal.l.loci corpus,Cod.si seruit.vendic.l. 2. Cod.de edend.
l.1.de execut.rei iudic.& l.1.C.de thesaur. lib. 10.præ-
9 sertim in casu nostro,vti suprà dicebam.

Et hæc multò magis contra Rabardeum loco
supra cit.(qui tenet, quod etiam Episcopi in deli-
ctis grauibus ipso facto priuilegio clericali sint
priuati;& sic sine præuia depositione, vel degrada-
10 tione à Iudice seculari possint puniri)de Episcopis
dicenda sunt quia ratione potestatis Ordinis Epi-
scopalis sunt cæteris clericis,& sacerdotibus supe-
riores,quin & Apostolis æquales,& patres Princi-
pum secularium,& simpliciter illis superiores Sic
præter alios Suarez *contra Regem Angliæ lib. 4.cap.*
10.num.6.& Valboa *to.2.ad cap. 1. de iudiciis,*& pa-
tet ex *l.vlt.Cod.Theodos.de Episc.iudic. ex c.continua,*
12.q.1.c.si quis Episcopus criminaliter,6. q.4. c.accusa-
tionis,c.qui maius,& c.multum stupeo,3.q.6 cap.2.de trans-
11 *lat. Episcop.*Item ex *cap.vt debitus de appellat. & cap.*
*maiores de baptis.*Item ex Concilio Tridentino *sess.*
24.cap. 5. de reformat. vbi decernitur quod omnes
causæ criminales grauiores contra Episcopos à so-
lo Pontifice cognoscendæ, & determinandæ sint.
12 Item ex Bulla 10. Pij IV. vbi Episcopus propter
crimen læsæ maiestatis etiam non solum non con-
demnari, sed nec citari ad personaliter comparen-
dum potest per quoscumque Iudices Ordinarios,
vel delegatos,etiam S.R.E. Cardinales, nisi de ex-
pressa, & speciali commissione Pontificis signata.
Qua de re Gonzales *in Reg.8. Cancell. gl. 41.num.5.*
13 & Cochier *de Iurisd.Ordinar.in exemptos,par.1.q.41.*
& in eadem Bulla iuxta Tridentinum *loco supra cit.*
etiam statuitur,quod nec propter hæresim Episco-
pus ab Inquisitoribus citari,vel puniri possit, sed
quod & hæ causæ etiam soli Pontifici reseruentur.

Qua de re Molina *de iust.& iur.tract. 5.disp. 28.nu.*
*19.*Pegna *in direct.par.3.comment.76.* Simancha *de*
*Cathol.instit.cap.25.num.7.*Sanchez *de matrim. lib.8.*
*disp.2.num.15.*Acugna *tract.de Confess.solicit. q.12.n.*
6.& 7.& Farinac.*de hæresi,q.186.num.113.*Vide et-
iam Riccium *in prax.par.4.resol.491.& in decis.Cur.*
Archiep.Neapol.par.4.decis.142 vbi subdit,quod ne- 14
que Concilium Prouinciale possit hodie processum
in causis criminalibus atrocioribus contra Episco-
pum formare, ad effectum transmittendi illum ad
summum Pontificem.

SECTIO II.

An,& quid dicendum sit de clericis in Minoribus,si Regulares professi sint?

SVMMARIVM.

1 *Clerici in Minoribus, Regulares professi si declarati fuerint incorrigibiles,tradi possunt,saltem de consuetudine, Iudici seculari,vt puniantur, absque eo,quod interueniat actualis degradatio.*
2 *In Pontificali Romano adest formula degradandi huiusmodi clericos Regulares professos.*
3 *Regulares professi tales æquiparantur sacerdotibus,sed non quoad omnia.*

REsponderur,hos probabiliter, si declarati fue-
rint,esse incorrigibiles, tradi posse saltem de 1
consuetudine,Iudici seculari,vt puniantur, absque
eo quod interueniat actualis depositio, seu degra-
datio,sicuti supra dicebam de clericis in minori-
bus,si sint seculares:quamuis contrarium satis pro-
babiliter sentiant Maiol.*de irregul.lib. 3.cap.22.n.4.*
Mandos.*ad Repertor.Inquisit. ver. degradatio, lit.B.*
Martinus del Rio *disquis.Magic. lib. 5.sect. 6.vers.*
Maius opus,& complures alij.

Dixi,*saltem de consuetudine*; quia in Pontificali 2
Romano adest formula hos deponendi, seu degra-
dandi,quæ tamen numquam in praxi posita est,te-
ste Diaz *in praxi cap.90* Couar.*pract.qq.q. 32.numer.*
32.vers.hac equidem,& Auendan.*de exequend.mandat.*
c.22.n.3.lib.3.

Obiicies:Regulares professi æquiparantur sacer-
dotibus(vt videre est apud Nauar.*consil.25.n.7.lib.*
*5 tit.de Regular.*Scaccia *de iudic.lo.2.c.11.n.82.*Silu.
*ver. Excommunicatio,6.n.6.*Roderic. *qq. Regular. to.*
2.q 2.ar.5. & Diana *1. par. tract. 2. resol. 129.*) Er-
go,&c.

Respondetur:distinguo antecedens:æquiparan-
tur sacerdotibus quoad hoc quod professi perpetuò 3
Ecclesiæ ascripti sint per vota ad instar existentium
in sacris,concedo: quoad similem characterem im-
pressum,quo degradari, & in omnibus membris,
quibus sacra consecuti sunt, exauctorizari, ne-
dum vestibus exui,debeant,nego.

DVBITATIO X.

An neque possint prædicti clerici trahi ad forum seculare, etiamsi agatur indirectè, propter negligentiam Iudicis Ecclesiastici supplendam?

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Clerici non non poſſunt, ſine incurſione dictarum cenſurarum trahi ad forum ſeculare præſertim in criminalibus, etiam ſi agatur indirectè propter negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici in punitione ſc. alicuius Clerici delinquentis ſupplendam.*

2 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica non ſubeſt Iuriſdictioni laicali, ſed potius è contra; & ideo non poteſt Iuriſdictio laicalis negligentiam Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis ſupplere.*

3 *& 4. Negligente Ordinario Eccleſiaſtico, recurrendum eſt ad alium Eccleſiaſticum illius ſuperiorem; & negligentibus omnibus Eccleſiaſticis recurrendum eſt ad ſummum Pontificem, quo tamen negligente ad Principem laicum recurri non poteſt niſi forte id neceſſarium ſit in defenſionem ſuorum ſubditorum.*

5 *Prælatis negligentibus in c. filiis 16. q. 7. imploratur auxilium Regis, ſc. vt Protectoris, & defenſoris, non autem vt Iudicis.*

6 *Negligentibus Iudicibus ſecularibus non obſtat quod recurrendum ſit ad Epiſcopum, quia non id procedit è conuerſo ob rationes recenſitas.*

7 *Clerici vt Ciues debent parere Principi in re iuſta, quæ ad bonum commune pertineat; non ideo ab eo puniri poſſunt aliqua pœna, cum clerici exempti ſint ab eius iuriſdictione præſertim coërcitiua ſeu punitiua.*

8 *Clerici, non poſſunt è Regno expelli à Principe auctoritatiuè, ſeu per modum iuriſdictionis contentioſæ, & iudicialis, defenſiuè, ſeu per modum Iuriſdictionis œconomicæ, quia ſubſunt Papæ, & non Principibus.*

9 *In Hiſpania eſt praxis, quod Clerici, & Epiſcopi iuriſdictionem Regiam perturbantes expellantur è Regno. quæ quidem praxis potius eſt de facto, quam de iure. de iure tamen eſſe poteſt ſi periculum ſit in mora, vel ſi Papa conſultus nolit prouidere.*

10 *Sac. Congregatio Cardinalium ſpecialiter ab Vrbano VIII. die 9. Aprilis 1641. & die 1. Octobris eodem anno ad id deputata declarauit Miniſtros Regios Sardiniæ violaſſe libertatem Eccleſiaſticam, & contraxiſſe cenſuras, temporalitates Epiſcopi Algarenſis occupando & illum è Regno expellendo.*

11 *Ioannes Lopez ex decreto dictæ Sac. Congregationis inter Auctores prohibitos, quod conatus ſit defendere dictam Expulſionem, recenſetur.*

1 RESPONDETVR, quod neque poſſint
prædicti clerici modo, quo ſupra ex-
plicabatur, ſine incurſione dictarum
cenſurarum trahi ad forum ſecularem
præſertim in criminalibus, etiamſi
agatur indirectè, propter negligentiam Iudi-
cis Eccleſiaſtici, in punitione ſcilicet alicuius cle-
rici delinquentis, ſupplendam. Patet etiam ex dictis
ſupra dubit. 1. & quia ſic habetur in iuribus cit. &
2 præcipuè in Bullæ Cœnæ *Can.* 15: tum quia, cùm
iuriſdictio Eccleſiaſtica, non ſubiiciatur iuriſdictio-
ni laicali, ſed potius è contrà, non poteſt iuriſdictio
laicalis negligentiam iuriſdictionis Eccleſiaſticæ
ſupplere, ſed potius è contra *cap. licet ex ſuſcepto de
foro compet.* & ex communi docet Farinac. *cit. quæſt.* 8.
3 *num* 46. *in fin.* vbi ex communi etiam affirmat, negli-
gente Ordinario Eccleſiaſtico recurrendum eſſe ad
alium Eccleſiaſticum illius ſuperiorem; & negli-
gentibus omnibus Eccleſiaſticis recurrendom eſſe
ad Summum Pontificem. *cap. qualiter in fin. de iu-
4 dic. & cap. placuit,* 11. *quæſt.* 1. quo tamen negligen-
te ad Principem laicum recurri non poteſt; niſi
fortè id neceſſarium ſit in defenſionem ſuorum
ſubditorum; quia tunc locum habet ius puræ na-
turæ, & fit per modum defenſionis purè naturalis. 5
Et ſic reſpondetur ad textum *in cap. filiis*, 16. *quæſt.*
7. vbi Prælatis negligentibus imploratur auxilium
Regis, ſcilicet vt protectoris, & defenſoris, non au-
tem vt Iudicis. Nec obſtat *cit. cap.* licet ex ſuſcepto,
quatenus ibi dicitur, negligentibus Iudicibus ſe- 6
cularibus recurri ad Epiſcopum, vel Pontificem,
vnde ſequi videtur, quod è contrà, negligente
Iudice Eccleſiaſtico ad ſecularem Iudicem recurri
poſſit: nam ad hoc patet ex iis, quæ modò ſuprà, &
ex iis, quæ *cap.* 1. *dubit.* 15. *ſect.* 5. *& lib. de parlamentis,
dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 1. 2. 3. 4. 5. 13. & 20. dicebantur
& infrà cap. 7 *dubit.* 8. dicentur.

Dices; Clerici, vt ciues, debent parere Principi 7
in re iuſta, quæ ad bonum commune pertineat, er-
go & puniri pœna, etiā exilii, & emiſſionis è Reg-
no impoſita iis, qui commiſerint aliquid, quod bo-
no communi aduerſetur.

Reſpondetur, concedo antecedens; at nego con-
ſequentiam: & diſparitas eſt; quia in ordine ad
primum, Princeps habet ſufficientem, & ido-
neam poteſtatem dirigendo; non ſic in ordine
ad ſecundum; cùm clerici exempti ſint ab eius
iuriſdictione, præſertim coërcitiua, ſeu puniti-
ua. Vide *cit. cap. etſi clerici, & cit. cap. clerici, de
iudic.* Stephanum Bannium *par.* 1. *tract.* 11.
quæſt. 37. *dub.* 11. & quæ dicebantur lib. de Par-
lamentis *cit. Dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 7. *dubit.* 21.
& Dubit. 13. *per totam*; & quæ dicentur *cap.* 9. *dubit.*
1. *& ſeqq.*

Inſtabis, clerici, licet non poſſint è Regno ex- 8
pelli à Principe auctoritatiuè, ſeu per modum iu-
riſdictionis contentioſæ, & iudicialis, non eſt, cur
non poſſint expelli defenſiuè, ſeu per modum iu-
riſdictionis œconomicæ, ad eum modum, quo
expelli poſſunt è domo filij clerici à patre, &
ſerui clerici à domino, ſi domus pacem pertur-
bent.

Reſpondetur, Diſparitas eſt; quia filij clerici,
& ſerui clerici non habent ius commorandi apud
patrem, vel dominum, niſi quamdiu, & quanto
tempore patri, vel domino placuerit: quod non
contingit in clericis in ordine ad Principes; cùm
non à Principibus, ſed à Papa illi ad miniſteria Ec-
cleſiæ adhibeantur: quapropter à Principibus expelli
non poterunt, vt pote ad regimen Eccleſiæ conſti-
tuti à Papa, cuius voluntati Principes aduerſari non
poſſunt, nec debent.

Vrgebis, in Hiſpania eſt praxis, quod clerici, 9
& Epiſcopi iuriſdictionem Regiam verbi gratia
perturbantes, expellantur è Regno, ſi non au-
ctoritatiuè, ſeu per viam iuriſdictionis conten-
tioſæ, vel iudicialis, ſaltem defenſiuè, ſeu per
viam iuriſdictionis œconomicæ (ſicuti dicebam,
& teſtantur Salgadus *de retent. Bull. par.* 1. *cap.*
3. §. 7. *num.* 68. Gonzalez *de lege politica
lib.* 1. *cap.* 10. Larrea *in allegat. Fiſcal. par.* 1. *allegat.* 64.
num. 16 & Solorzanus *de Indiarum iure to.* 1. *lib.* 3. *cap.*
27. *num.* 34. *& ſeq.*) Ergo.

Reſpondetur, diſtinguo antecedens: eſt praxis,
de facto, concedo: eſt praxis, de iure, ſubdiſtin-
guo: ſi Papa non poſſit conſuli, & periculum ſit
in mora; vel ſi Papa conſultus nolit prouidere,
concedo: quia tunc fit per modum defenſionis
purè naturalis, & locum habet ius puræ naturæ.
Aliter, nego. Quapropter ſacra Cardinalium 10
Congregatio ſpecialiter ab Vrbano VIII. die 9.
Aprilis 1941. & die 1. Octobris eodem anno ad id
deputata declarauit, miniſtros Regios Sardiniæ vio-

laſſe

laſſe libertatem Eccleſiaſticam, & contraxiſſe cenſuras, temporalitates Epiſcopi Algarcnſis occupando, & illum è Regno expellendo. Et poſtea anno 1642. ſacra Congregatio Indicis in decreto particulari publicauit, & appoſuit inter auctores
11 prohibitos Ioannem Lopez de Baylo qui ex principiis, & rationibus vbi ſupra adductis, conatus eſt in quadam allegatione defendere potuiſſe dictos miniſtros Regni Sardiniæ expellere è Regno dictum Epiſcopum, & eiuſdem temporalitates occupare. Vide, quæ dicentur *cap.9. dub.9.* & quæ dicebantur *lib. de Parlam. dubit.4. ſect.19. ſubſect.1. & 25. & dub.22. & 23.*

DVBITATIO XI.

An neque poſſint prædicti clerici trahi ad forum ſæcularem, etiamſi agatur indirectè, per reconuentionem clerici coram iudice ſæculari?

SVMMARIVM.

1 *Clerici non poſſunt abſque incurſione cenſurarum trahi ad forum ſæcularem in criminalibus, etiamſi agatur indirectè per reconuentionem Clerici coram Iudice ſæculari.*

2 *Clericus, qui coram Iudice laico accuſauit laicum, non poteſt coram eo de calumnia reconueniri.*

3 *Iudex ſæcularis non poteſt contra Clericum calumniæ reconuentionem admittere, ad effectum, vt Clericus ſaltem pecuniali:er puniatur.*

4 *Pontifex cognitionem cauſarum Clerici in criminalibus à Iudice ſeculari faciendam prohibet, per particulam (omnino) quæ ſonat, ſiue per principaliter, ſiue incidenter, ſiue per viam exceptionis.*

5 *Iudex poteſt punire teſtem priuilegiatum falſum coram ſe deponentem; quamuis alias cognoſcere non potuit, quia in tali caſu à iure ciuili aufertur priuilegium; ſed non ſic aufertur Clerico à iure Canonico.*

6 *Iudex laicus ad effectum vitandi calumniam, & ſic repellendi calumniatorem, & defendendi innocentem, poteſt admittere reconuentionem, de falſitate ſcilicet cognoſcendo; quia aliàs non poſſet in dicto caſu veritatem attingere.*

1 RESPONDETVR, quod neque poſſint prædicti clerici modo, quo ſupra explicabatur, ſine incurſione dictarum cenſurarum trahi ad forum ſæcularem in criminalibus, etiamſi agatur indirectè, per reconuentionem
2 clerici coram Iudice ſæculari. Exempli cauſa, accuſauit calumnioſè clericus coram Iudice ſæculari laicum, non poterit laicus coram eodem Iudice ſæ-
3 culari clericum de calumnia reconuenire, nec poterit Iudex ſæcularis calumniæ reconuentionem admittere ad effectum, vt clericus ſaltem pecunialiter, puniatur; quia ſic etiam patet ex dictis *in eodem dub.1.* & ex communi docent Couar. Clarus, & Farinac. *in locis infra citandis.* Suar. *lib.4. de immunitat. Eccleſ. cap.15. num.11.* Gutierrez *lib.1. pract. qq. q.14.* & alij paſſim. Confirmatur ex text. *in cap. qualiter, & quando, de iudic.* vbi Pontifex cognitionem cauſa-
4 rum clerici in criminalibus à Iudice ſæculari faciendam prohibet per particulam ly *omnino*; id eſt, ſiue principaliter, ſiue incidenter, ſiue per viam exceptionis, &c. ita vt omnem omnino caſum comprehendat; ergo, &c.

Neque obſtat textus *in l. nullum, C. de teſtibus*, vbi 5
priuilegiatus deponens falſum coram Iudice, poteſt ratione falſitatis eum punire, quamuis aliàs cognoſcere non potuerit; quia loquitur talis textus de teſte priuilegiato, cui priuilegium in tali caſu à iure Ciuili aufertur; vt non contingit in clerico, cui in ſimili caſu à iure Canonico illud non aufertur.

Dixi, *ad effectum, vt neque etiam pecunialiter puniatur*; quia ad effectum vitandi calumniam, & ſic repellendi calumniatorem, & defendendi innocentem, poterit clericus coram Iudice ſæculari reconueniri, & poterit Iudex ſæcularis reconuentionem admittere, de falſitate ſcilicet cognoſcendo; ſicuti ex communi tradunt Couarruuias *pract. quæſt. c.16. in fin. verſ. Sed id quæro*, & alij multi (quos citat, & ſequitur Farinacius *cit. q.8. n.26. in fin.*) ex eo; quia alioquin non poſſet Iudex ſecularis in dicto caſu veritatem attingere. 6

DVBITATIO XII.

An neque poſſint prædicti clerici trahi ad forum ſecularem, etiamſi agatur indirectè, per capturam clerici faciendam?

SVMMARIVM.

1 *Clerici prædicti ſine incurſione dictarum cenſurarum trahi non poſſunt ad forum ſecularem, præſertim in criminalibus, etiamſi agatur indirectè per capturam, & carcerationem Clerici, ſcil. per ſe, & ex propria auctoritate faciendam.*

2 *Laicus ſiue Iudex, ſiue priuatus ex auctoritate Eccleſiæ expreſſa, vel etiam ex præſumpta, poteſt capere Clericum.*

3 *Primo de mandato ſuperioris Eccleſiaſtici.*

5 *Secundo poteſt laicus (ſiue etiam Iudex, ſiue priuatus) capere Clericum poſt delictum commiſſum ad effectum præſentandi illum Iudici Eccleſiaſtico; dummodo tamen delictum ſit notorium, & Clericus ſit ſuſpectus de fuga, & Iudex Eccleſiaſticus conſuli non potuerit.*

5 *Deficiente vna ex tribus recenſitis conditionibus captura eſt illicita, quia tunc rationabiliter Iudex Eccleſiaſticus conſentire non præſumitur.*

6 *Clericus non poteſt vltra viginti horas in carcere ſæculari detineri, et probabilius eſt, non poſſe retinere per tempus breuius, ſi ſcil. citius poſſit commodè Iudici Eccleſiaſtico remitti.*

7 *Tertiò Laicus, ſiue Iudex, ſiue priuatus, vt creditorem poteſt capere Clericum pro ſolutione debiti ciuilis, vt illum Iudici Eccleſiaſtico ſiſtat, & præſentet; dummodo ſimiliter ſit ſuſpectus de fuga, & concurrant recenſita requiſita; quia in tali caſu carceratio non eſt actus iuriſdictionis, ſed defenſionis naturalis.*

8 *Iudex laicus, vel creditor, ſi certo ſciat, quod Clericus fugiens, vel de fuga ſuſpectus, bona non habeat, vel ſi habeat, iis abſque eo quod perſonaliter capiatur, & carceretur ſpoliari poſſit, non poteſt Clericum capere, carcerare, vel detinere.*

9 *Ob difficultatem ſciendi qualitatem Clerici, captura cohoneſtatur ad illum ſiſtendum Iudici Eccleſiaſtico.*

10 Quarto

10 *Quarto potest laicus siue etiam Iudex, siue priuatus capere Clericum ad impediendum delictum, quod aliter im ediri non posset in tertiam personam perpetrandum; dummodo similiter adsint conditiones supra recensita.*

11 *Cuilibet datum est Innocentem defendere, & iniuriam propulsare,*

12 *Non improbabiliter etiam potest laicus capere Clericum ad impediendum delictum, quod similiter aliter im ediri non po et, sine damno Tertia Persona committendum v.g. delictum fornicationis.*

13 *Quinto potest laicus, siue similiter Iudex, siue priuatus capere clericum in flagranti delicto deprehensum, dummodo adsint recensita conditiones.*

14 *Sexto potest laicus, siue similiter Iudex, siue priuatus, capere Clericum, quoties is occidi, vel verberari ab aliquo potest, ad vitandum maius damnum.*

15 *In recensitis laicus potest capere Clericum, sed non titulo Iurisdictionis; sed de expressa, vel tacita voluntate Prælatorum.*

1 RESPONDETVR, quod neque possint prædicti clerici modo, quo supra explicabatur, sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum secularem, præsertim in criminalibus, etiamsi agatur indirectè, per capturam vel carcerationem clerici, scilicet per se, & ex propria auctoritate faciendam: patet etiam ex dictis *supra in eadem Dubit.* Prima; cùm captio, & carceratio actus sit iurisdictionis; sicuti rectè docet gl. communiter recepta *in cap. cum non ab homine de iudic. cap. si verò de sent. excommun. cap. si clericus de foro compet. & cap. si canonici de officio Ordinarij in 6.* Bosius *tit. de captura nu. 5 & de foro compet. num. 150.* Farinac. *cit quæst. 8. num. 115.* & alij passim.

2 Dixi, *per se, & ex propria auctoritate*, &c. quia ex auctoritate Ecclesiæ expressa, vel etiam ex præsumpta potest laicus (siuè Iudex, siuè priuatus) capere clericum.

3 Primò, de mandato Superioris Ecclesiastici; quia tunc captio (cùm fiat nomine, & auctoritate Superioris Ecclesiastici) non est secularis, sed Ecclesiastica *cap. vt famæ, § fin. de sent. excommun* & docet Diaz *in pract. cap. 114. in fin. vers. non etiam* Bosius *tit. de captura, num. 57. & tit. de foro compet. num. 150.* Scaccia *de iudic lib. 1. cap. 11. num. 41.* & Farinacius *cit. quæst. 8. num. 111*

4 Secundò potest laicus (siuè etiam Iudex, siue priuatus) capere clericum post delictum commissum ad effectum præsentandi illum Iudici Ecclesiastico; quia tunc rationabiliter Iudex Ecclesiasticus præsumitur de tali captura, & carceratione esse contentos; dummodo tamen delictum sit notorium, clericus sit suspectus de fuga, & Iudex Ecclesiasticus nõ
5 potuerit consuli: ita vt si vna ex his tribus conditionibus deficiat, captura, & carceratio sit illicita; quia tunc proprio nomine censebitur facta, & sine fundamento rationabili; cùm tunc rationabiliter Iudex Ecclesiasticus consentire non præsumatur. Atque ita ex communi docet Menoch. *de arbitr. lib. 2 cap. 8 num 22. & seqq.* & Farinac. *cit. quæst. 8. nu.*
6 *116. & seqq* qui subdit, non posse clericum vltra viginti horas in carcere seculari detineri: quin ego probabilius puto non posse detineri per tempus breuius, si scilicet citius possit commodè Iudici Ecclesiastico remitti. Ratio; quia tunc, nec Iudex secularis habet causam illum detinendi, nec Iudex Ecclesiasticus habet causam ad id consentiendi. Vide Felinum *in cit. cap. cum non ab homine de iudicus, n. 4. in fin.* Viuium *commun. opin. verb. Iudex laicus*, & quę dicebam *lib. de Parlament. Dubit. 4. sect. 19 subsect. 5. & 6.* & quæ dicam *cap. 9. Dubit. 7. & 8.*

Tertiò, potest laicus (siuè etiam Iudex, siuè pri- 7
uatus, vt creditor, &c.) capere clericum pro solutione debiti ciuilis, vt illum Iudici Ecclesiastico sistat, & præsentet; dummodo similiter (vti dicebam) sit suspectus de fuga; ab Ecclesiastico Iudice non potuerit de capiendo impetrari mandatum: & quamprimum fieri possit, Iudici Ecclesiastico sistatur, quia in tali casu captura, & carceratio, vel detentio non est actus iurisdictionis naturalis: sicuti rectè docent Bosius *tit. de captura, num. 27.* Couar. a *var. c. 1 num. 9.* Gutierez *pract qq. lib. 5. quæst. 82. num. 2.* Farinac. *cit. quæst. 8. num. 159. & tit. de carceribus, quæst. 27. num. 71.* & nos dicebamus & dicemus *locis suprà cit.*

Si tamen Iudex laicos, vel creditor certò sciret, 8
quod clericus fugiens, vel de fuga supectus bona non habeat, vel si habet, iis, absque eo, quod personaliter capiatur, & carceretur, spoliari possit, non poterit clericum capere, & carcerare, vel detinere, iuxta textum *in cap. Odoardus de solutionib. & cap. 2. de fideiussorib.* & docent Couar. 2. *var. ca. 1 num. 9.* Menoch. *casu 183. num 29. & lib. 1. quæst. 88. num. 8.* & Farinac. *de carcerib. quæst. 27. numer. 65. & seqq.* & fauet lex, ait prætor, §. si debitorem, ff. quæ in fraudem creditorum. Quia tamen id rarò sciri certò po- 9
test, sed semper dubitari, quod scilicet clericus fugiens, vel suspectus de fuga, bona occultet, propterea ferè semper captura honestatur, ad finem, quod Iudex Ecclesiasticus eum satisfactionem debitam exhibere compellat, vel, si non potest, impotentem declaret.

Quartò, potest laicus (siuè etiam Iudex, siue 10
priuatos) capere clericum ad impediendum delictum (quod aliter impediri non posset) in tertiam personam perpetrandum; dummodo similiter adsint conditiones supra dictæ: quia cui- 11
libet datum est, innocentem defendere, & iniuriam propulsare. Atque ita docent Abb. *in cap. cum non ab homine num. 23. de iudic.* Nauar. *in cap. 27. numer. 83.* Clar. *lib. 5. § fin. quæst. 28. numer. 6.* Suarez *lib. 4. cap. 34. numer. 15.* Menochius *casu 180 numer. 21.* & Farinacius *tit. de Inquisit. cit. quæst.* 12
8. numer. 120 Quinimò non improbabiliter etiam potest laicus capere clericum ad impediendum delictum (quod similiter aliter impediri non posset) sine damno tertiæ personæ committendum, verbi gratia delictum fornicationis, &c. quia in tali casu etiam non capitur titulo iurisdictionis, sed defensionis honoris diuini, & boni communia Reipublicæ, cuius interest, vt eius ciues à delictis, committendis detineantur. Vide Doctores supra dictos *in locis supra cit.* & quæ nos dicebamus, & dicemus *in locis supra dictis*.

Quintò potest laicus (siuè similiter Iudex, siuè 13
priuatus) capere clericum in flagranti delicto deprehensum; dummodo etiam adsint conditiones, quas supra dicebam; quia tunc cuilibet censetur à iure data talis potestas. *ex l. raptores, Cod. de Episc. & Cler.* & tradunt Nauar. & Suar. *vbi supra*, Diaz *in pract. crimin. cap. 114. ad fin.* Clar. etiam *in pract. quæst. 28. vers. si verò loquimur*, Scaccia *de iudic. libro. 1. cap. 51. numer. 9.* Vilalob. *in commun. opin. ver. Clericus, numer. 76. & 77.* Farinac. *tit. de inquisit. quæst. 8. num. 122.* & dicebamus, & dicemus *in locis supra cit.*

Sextò, potest laicus (siuè similiter Iudex siuè pri-
uatus) capere clericum, quoties is occidi, vel ver- 14

berari à quolibet poteſt : quia cùm captura minus damnum inferat, quàm occiſio, vel verberatio, valet argumentum à maiori ad minus: tum quia tunc videtur clericus priuilegio clericali ſpoliatus, & ſeculari foro remiſſus. Atque ita docent Decius, Io. Andreas, & Abb. *in cit. cap. cùm non ab homine, de iudiciis,* Boſius *tit. de captura, num.* 36. & Farinac. *titulo de inquiſit. citat. quæſt.* 8. *numero* 123.

15 In his ergo omnibus poteſt laicus (ſiuè Iudex, ſiuè priuatus) capere clericum, non titulo iuriſdictionis, vti conſtat ex *cit. capite cùm non ab homine de iudic. cit. capite, ſi verò de ſententia excommunicat. & cit. capite ſi clericus de foro compet.* Sed (vti dicebam) ex expreſſa, vel tacita voluntate Prælatorum; vel quia tunc à iure cenſetur cuilibet data talis poteſtas. *argum. cit. lib. raptores, Cod. de Epiſc. & Cleric.* Vide ſupra citatos Doctores, & præcipuè Clarum *in pract. q.* 28. *num.* 8. Farinacium *q.* 8. *num.* 121. Suarez *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 34. *num* 15. Scacciam *de iudic. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. & Antoninum Diana *part.* 5. *tract.* 1. *reſ.* 22.

DVBITATIO XIII.

An neque poſſint prædicti clerici trahi ad forum ſecularem, etiamſi indirectè agatur, in caſu quo clericus deliquerit ſimul cum ſeculari?

SVMMARIVM.

1 *Clerici prædicti neque ſine incurſione dictarum cenſurarum trahi ad forum ſecularem in criminalibus poſſunt, etiamſi indirectè agatur in caſu, quo Clericus deliquerit ſimul cum ſeculari.*

2 *Non obſtat, quod acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis, quia textus ſupra citati Clericum à Iuriſdictione ſeculari eximentes non limitant ad delicta commiſſa principaliter; ſed loquuntur indiſtinctè, & generaliter, ſiue directè, ſiue indirectè.*

3 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis in eadem Perſona; ſecus autem in diuerſa.*

4 *Laicus ſi ſimul cum Clerico hæres ſit, & ſuper hæreditate lis ab alio moueatur, cauſa agitari debet coram Iudice Eccleſiaſtico, & non ſeculari.*

5 *Vnica cauſa vnicum habet delictum, licet à multis commiſſum; & vnicus debet eſſe Iudex illius.*

6 *Secularis non poteſt eſſe Iudex Clerici ob eius priuilegium.*

7 *Priuilegiatus, & magis dignus trahit ad ſe non priuilegiatum & minus dignum.*

8 *Laicus ratione ſocietatis poteſt eſſe ſimul cum Clerico arbiter in cauſa ſpirituali.*

9 *Ratione ſocietatis poteſt quis viam, & vſum retinere, quem alius per ſe retinere non poterat.*

10 *Sententia oppoſita quod Laicus ſimul cum Clerico delinquens conueniri debeat coram Iudice ſeculari, & non coram Eccleſiaſtico non eſt omnino improbabilis; quin fortaſſe in praxi frequentior.*

11 *Socius Criminis, nempe maritus, qui furtum commiſit, non gaudet priuilegio ſocij, nempe Vxoris; ſed ille tenetur actione furti, iſta ſolam actione rerũ amotarũ.*

12 *Delictum licet ſit vnicum in eſſe phyſico ab vna cauſa proueniens, eſt tamen multiplex in eſſe morali.*

13 *Ratione diuiduitatis, ſeu multiplicitatis poteſt optime quilibet delinquens coram ſuo Iudice conueniri; & caſtigari.*

14 *Cognitio, & punitio vnius non impedit cognitionem, & punitionem alterius.*

15 *Hæreditate relicta pluribus fratribus alteri Clerico, alteri vero Laico; ſolus Clericus pro parte ſibi competente eximitur à tributis.*

16 *Delictum Clerici, & Laici, licet ſit commune; tamen à Iuriſdictione laicali, ſolum exemptum eſt; non item quatenus eſt delictum etiam Laici.*

17 *In ſententia aliquorum Auctorum poteſt Laicus ſimul cum Clerico coram Iudice Eccleſiaſtico conueniri, ſi Iudex Eccleſiaſticus Iudicem laicum in captura præueniat.*

18 *Delictum licet ſit vnicum phyſice, dicitur tamen multiplex moraliter per ordinem ſc. ad multiplicitatem Delinquentium; & propterea optime poſſunt plures ferri ſententiæ.*

19 *Laicus ſolus non poteſt eſſe arbiter in cauſa ſpirituali, non quidem ob incapacitatem; ſed ob quamdam decentiam; quæ ſuppletur ſi ſimul cum Clerico arbitrium ſuſcipiatur.*

20 *Punitio Laici non prohibetur Eccleſiaſtico Iudici ob incapacitatem, ſed ob decentiam, at non ob id Eccleſiaſticus priuandus eſt Iudicio, & iuriſdictione in Laicum Delinquentem.*

21 *Lex, ſi communem, intelligenda eſt in cauſa, quæ nullam vel ſaltem non commodam diuiſionem admittit.*

RESPONDETVR, quod neque poſſint prædicti clerici modo, quo ſupra explicabatur, ſine incurſione dictarum cenſurarum trahi ad forum ſecularem in criminalibus, etiamſi indirectè agatur, in caſu quo clericus deliquerit ſimul cum ſeculari. Patet etiam ex dictis *ſupra in eadem dubit. prima.* 1

Neque obſtat, quod ex *reg. acceſſorium de Reg. iuris in* 6. acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis: & ſic cùm laicus (vti ſupponitur) fuerit principalis delinquens, clericus autem adiutor, clericus conueniri debeat coram Iudice ſeculari, coram quo conuenitur laicus. 2

Non, inquam, id obſtat; quia textus ſupra citati, clericum à iuriſdictione ſeculari eximentes, non limitant ad delicta commiſſa principaliter, ſed loquuntur indiſtinctè, & generaliter, ſiuè directè, ſiuè indirectè; & ex alio capite, vbi lex non diſtinguit, nec nos (præſertim in fauorabilibus) diſtinguere debemus.

Ad illud verò, quod dicitur, acceſſorium ſequi naturam ſui principalis, Reſpondetur id verum eſſe in eadem perſona, non autem in diuerſa, ratione cuius diuerſitatis crimen clerici crimini laici acceſſorium, eſt in ſuo genere principale. 3

Quinimmò (vt *lib. de Parlament. Dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 31. dicebam cum multis Doctoribus, quibus nunc addo Boſium *titulo de foro compet. numero* 116. *in fin. & numero* 146. *& ſeqq.* Menochium *de arbitr. libro* 2. *caſ.* 371. *numero* 13. & Decianum *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *capite* 9. *numero* 44.) conueniri potius laicus debet coram Iudice Eccleſiaſtico, coram quo clericus omninò conueniendus venit (idque non ſolum in ordine ad cauſas criminales, ſed etiam in ordine ad cauſas ciuiles; ita vt ſi verbi gratia, ſimul cum clerico laicus hæres ſit, & ſuper hæreditate lis ab alio ipſis moueatur, cauſa agitari debeat coram Iudice Eccleſiaſtico, & non ſeculari.) Ratio; quia (vt ibi dicebam) vnica eſt cauſa, & vnicum 4 5

est delictum (licet à multis commissum) ergo vnicus debet esse Iudex illius *leg. nulli Codic. de iudic.*
(aliàs in eadem causa, in eodem delicto plures
6 ferrentur sententiæ, quod videtur absurdum) Et sic
cùm vnicus debeat esse Iudex illius, potius debet
7 esse Iudex Ecclesiasticus, quàm secularis; quia secularis non potest esse Iudex clerici ob eius priuilegium; tum quia priuilegiatus, & magis dignos trahit ad se non priuilegiatum, & minus dignum; vt patet ex *cap. quando de iudic.* item *ex cap. per tuas*
8 *de arbitr.* vbi ratione societatis potest laicus simul cum clerico esse arbiter in causa spirituali: & ex
9 *leg. si communem, ff. quemadmodum seruitutes amittantur*, vbi ratione societatis potest quis viam, & vsum retinere, quem alius per se retinere non poterat. Vide *cit. Dubit. 4. sect. 19. subsect.* 31. vbi etiam Cardinalium declarationem referebam, & testimonium Doctorum testantium, sententiam hanc in praxi vigere.

Quamuis opposita, nempè quod laicus simul
10 cum clerico delinquens conueniri debeat coram Iudice seculari, & non coram Ecclesiastico, non sit omninò improbabilis, quin fortasse in praxi frequentior; & probari potest ex *leg. si quis vxori, ff de*
11 *furtis in princip.* vbi socius criminis (nempe maritus, qui furtum commiserat) non gaudet priuilegio socij, nempe vxoris, sed ille tenetur actione furti; ista solum actione rerum amotarum: tum probari potest ratione, quia licet causa, vel delictum
12 sit vnicum in esse physico, scilicet in ordine ad personam læsam, est tamen multiplex in esse morali, scilicet in ordine ad personas lædentes (cùm quot sunt personæ lædentes, seu delinquentes, tot
13 sint delicta commissa) & sic ratione huius indiuiduitatis, seu multiplicitatis potest optimè quilibet delinquens coram suo Iudice conueniri, & castigari; quia cognitio, & punitio vnius non impedit co-
14 gnitionem, & punitionem alterius, sicuti si pluribus fratribus, vni clerico, alteri laico, hæreditas
15 relinquatur, solus clericus pro parte sibi competente eximeretur à tributis, non item laicus etiam pro sua, tametsi cum clerico commune patrimonium, & communem hæreditatem habeat (vt ex communi cum Speculatore, & Decio docet Co-
16 uar. *pract. qq. 34. numero 2. in fin.*) Ergo similiter in casu nostro dicendum est, quod licet delictum clerici, & laici sit commune, tamen à iurisdictione laicali solum exemptum sit, quatenus est delictum clerici, non item quatenus est delictum etiam laici. Atque ita præter complures Theologos, & Iuristas, quos *in cit. Dubitat. 4. sect. 19. subsect.* 31. referebam, docent Clarus *in pract. quæst. 36. vers. euenit plerumque*, Anton. Gom. *epit. delict. cap.* 10. *numero* 6. & Farinacius *lib. 1. tit. 1. de*
17 *inquisit. quæstio.* 8 *numero* 151. quorum tamen aliqui admittunt, posse laicum simul cum Clerico coram Iudice Ecclesiastico conueniri, & puniri, si Iudex Ecclesiasticus Iudicem laicum in captura præueniat; & si alij, & non omninò improbabiliter etiã, neque hoc admittant propter rationes iã dictas.

Quapropter ad rationes nostras respondere quis posset, quod causa sit vnica, & vnicum sit delictum (v. g. vnicum furtum, vnicum homicidium, &c.) in ratione physica, per ordinem scilicet ad vnitatem eius, qui damnum patitur: at sit multiplex in ratione morali, per ordinem scilicet ad multiplicitatem delinquentium; & propterea op-
18 timè possint plures ferri sententiæ, quin aduersentur, *leg. nulli*; quia feruntur de causa, & delicto moraliter diuiduo, & distincto. Et ad textum *in cap. per tuas* respondere posset, quod laicus simul cum clerico possit esse arbiter in causa spiri- 19
tuali, quamuis solus esse nequeat; quia nõ prohibetur esse arbiter ob incapacitatem (aliàs enim nec cum clerico esse posset ex *leg. Pedius, ff. de arbitr.*) sed prohibetur ob quandam decentiam (vt rectè dixit Abb. *in cap. cum dilectus de arbitr.*) quæ decentia suppletur, si simul cum clerico arbitrium suscipiatur. Ex hoc tamen solum sequitur, quod possit laicus à Iudice Ecclesiastico puniri; quia po- 20
nitio laici non prohibetur Ecclesiastico Iudici ob incapacitatem, sed ob decentiam: at non sequitur, quod Iudex laicus priuandus sit iudicio, & iurisdictione in laicum delinquentem. Et tandem ad l. 21
si communem respondere posset, intelligendam illam esse in causa, quæ nullam, vel saltem non commodam diuisionem admittit. Vide quæ dicentur *s. seq. dub. 10. & c. 10. dub. 17.*

DVBITATIO XXIV.

An saltem possit quis ex Ecclesiasticis sine incursione censurarum trahi ad forum seculare in criminalibus, in casu, quod solum post delictum commissum effectus fuerit Clericus, Nouitius, vel Religiosus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus effectus post delictum commissum non potest sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum secularem.*

2 *Priuilegio exemptionis in honorem status clericalis introducto omnes gaudere debent, qui habitum clericalem assumpserunt.*

3 *Priuilegium exemptionis, cum maxime fauorabile sit potius extendi, quam restringi debet.*

4 *Confugiens ad Ecclesiam pro tempore, quo ibi manet etiam post delictum, puniri non potest, ergo multo minus, qui confugit ad statum clericalem.*

5 *Limita tamen, nisi quis in fraudem Clericus, vel Religiosus effectus fuerit, quia tunc contra ipsum à Iudice seculari procedi poterit, non quoad pœnam corporalem, nisi præuia degradatione, tradatur Curia seculari, sed solum quoad pœnam pecuniariam seu in bonis.*

6 *Si Persona in carcere à Iudice laica coniecta, inde aufugiens Clericus in fraudem effectus fuerit, plenum ius Iudici seculari reseruatur procedendi contra personam, nisi in sacris sit constituta, quia necessario requiritur Iudicis Ecclesiastici sententia, degradatio, & traditio.*

7 *Iudex secularis præuenta causa potest procedere contra Clericum saltem quoad pœnam pecuniariam non obstante quod Reus tonsuratus Ecclesiasticum statum non in fraudem assumpserit.*

8 *Sixtus V. plenam Iudicibus secularibus concessit potestatem procedendi contra eos, qui post susceptam accusationem, aut institutam inquisitionem, Religiosi facti fuerint, quinimmo eorundem professionem irritam esse decreuit.*

9 Constitu

9 *Constitutio recensita Sixti V. quoad hoc moderata fuit à Clemente VIII.*

10 *Iudex sæcularis causa non præuenta, nec persona; si tantum præcesserit infamatio, & inquisitio, non potest procedere contra infamatum, & inquisitum etiam quoad pœnam pecuniariam, si is clericalem statum postea non fraudulenter assumpserit.*

11 *In casu etiam recensito aliquando fraudis præsumptio, & suspicio esse potest; vt si quis post crimen de quo accusatus fuit, minores tantum Ordines, vel beneficium assumat.*

12 *In sententia Genuensis, laicus siue post delictum commissum Clericus factus sit in fraudem, siue non; & siue simus in causa criminali, siue in causa ciuili, non potest à Iudice laico contra talem procedi, ex eo quia confugiens ad Ecclesiam post delictum commissum etiam animo defraudandi gaudet immunitate; ergo multo magis qui Deo se dedicat gaudere debet priuilegio exemptionis.*

13 *Reus de capitali crimine accusatus, miles factus non remittitur; sed à Iudice militia iudicatur.*

14 *In Concilio Tridentino prohibetur Episcopis, ne tales, qui fraude; & animo effugiendi iudicium sæculare, ordines suscipere volunt, ordinent.*

15 *Ad euitandas fraudes illorum, qui ad fugiendas pœnas Clerici, vel Religiosi fieri curant, satis prauisum est à sacris Canonibus.*

16 *Canones expressè, & in specie determinant; quod exempta persona molestari non possit in bonis, atque ne per vnam viam concedatur, quod per aliam prohibetur.*

17 *Cessante præuentione Iudicis, cessante fraude delinquentis; criminosus factus postea Clericus, vel Nouitius, in vlla pœna à Iudice laico potest condemnari.*

18 *Iudex non potest cognoscere personas; super quibus ius non acquisiuit, & iurisdictionem de præsenti non habet.*

19 *Probare Clericum in fraudem post delictum effectum esse, est onus incumbens dicenti.*

20 *Clericus si dicat se ex voto clericum esse, non esse standum eius iuramento affirmat Farinacius probabilitor, præsertim si sint aliqua adminicula in contrarium.*

21 *Esse standum eius iuramento probabiliter dicunt alij, si sint aliqua adminicula in fauorem:*

1 ESPONDETVR, & dico primo, quod neque in hoc casu talis sine incursione dictarum censurarum ad forum secularem possit trahi; quia cùm pri-
2 uilegium exemptionis in honorem status clericalis introductum sit, eo gaudere debent omnes, qui habitum clericalem assumpse-
3 runt; præsertim, quia, cùm tale priuilegium maximè fauorabile sit, potius extendi, quàm restringi
4 debet. Et confirmatur; quia qui confugit ad Ecclesiá (quamuis laicus remaneat, & ad tempus in ea moretur) inde extrahi, & à Iudice sæculari puniri non potest; ergo multò minus, qui confugit ad statum clericalem, & sic ipsemet in persona pro semper sacer efficitur. Atque ita ex communi docent Abb. *in cap. de obligatis ad ratiocinia*, Conar. *in pract. qq. cap. 32. num. 4.* Nauar. *in comment. 2. de Regular. num. 6n.* Clar. *in pract. crim. q. 36. num. 43.* Molina *de iust. & iur. tom. 4, tract. 3. disp. 49. num. 21.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. q. 76. num. 15.* Ambrosinus *de immunit. Ecclesiast. cap. 19. num. 5.* Ceuallos *tra. de cognit. per viam violent. part. 2. quæst. 44. num. 7.* Bellettus *in disquisit. cleric. part. 1. tit. 4. §. 4. num. 3.* alios citans, Petrus Cenedus, *in collect. iur. Can. part. 1. collect. 3. n. 13.* Claro *quæst. 36. num. 38.* & eius additionator *ibidem lit. G.* Zerola *verb. Clericus, num. 6.* Farinacius *tit. de inquisit. quæst. 8. num. 107.* Bellamer. *in cap. proposuisti, quæst. 2. de foro competen.* Gomez *tit. quando Reus gaudet immuni. Ecclesiast.* Curtellius *lib. 2. quæst. 27.* Homobonus *in consult. moral. tit. 1. prac. 8. part. 2. resp. 190* Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouit. disp 11. dub. 12. num. 11.* Dianá *part. 4. tract. 1. resol. 95.* Martha *de iurisdict. part 4. cent. 2. cas 121. num. 12. & seq.* Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. quæst. 2. ar. 3* Gutierrez *lib. 1. pract. qq. q 5.* Sà *verb. Clericus, num. 9.* Suarez *lib. 4. defens. cap. 15. num 16. argum. l. hos accusare, ff. de accusat.* & alij passim.

Excipiunt tamen prædicti Doctores, nisi quis 5
in fraudem clericus, vel Religiosus effectus fuerit; quia tunc, inquiunt, contra ipsum à Iudice sæculari procedi poterit, non quidem quoad pœnam corporalem (nisi Iudex Ecclesiasticus illum degradet & tradat Curiæ sæculari; ad quod tamen nullo iure cogi potest; qua de re tamen vide quæ *suprà dubit. 9.* diffusè dicebantur) sed solum quoad pœnam pecuniariam, seu in bonis. Et fauet exemplum, quod supra adducebam de eo, qui confugit ad Ecclesiam: nam talis si post delictum commissum ad Ecclesiam, etiam in fraudem, confugiat, non potest inde extrahi, & à Iudice sæculari quoad pœnam corporalem puniri. Et sic Romæ in quadam Cardinalium Congregatione anno 1645. decisum vidi.

At his non obstantibus, cùm de tali decisione Romæ facta non constet authenticè, dicerem non esse omninò improbabile (quamuis oppositum sit multò probabilius, maximè propter exemplum, quod afferebam de eo, qui confugit ad Ecclesiam, etiam in fraudem, licet reuerà fraus non sit, sed proprium ius) quod, si per- 6
sona à Iudice sæculari præuenta fuerit, id est, in custodiam coniecta (vnde illegitimè, vel contra fidem datam aufugit) tunc (etiamsi Reus non in fraudem clericus effectus fuerit) plenum ius Iudici sæculari reseruetur, vt possit in procedere, etiam contra personam, nisi in sacris illa constituta sit; quin necessariò prærequiritur Iudicis Ecclesiastici sententia, degradatio, ac traditio, iuxta ea, quæ *suprà citato dubitat. 9.* dicebantur.

Dico secundò, quod si à Iudice sæculari præ- 7
uenta fuerit solum causa (nempe per citationem, vel litis contestationem) procedi possit contra illum, saltem quoad pœnam pecuniariam, non obstante, quod Reus conuentus Ecclesiasticum statum non in fraudem assumpserit, sicuti docent ex Doctoribus dictis complures *in locis suprà cit.* & sumitur ex *cap. proposuisti, de foro competen. iuncta gl. ss. verb. citatus*, vbi per solam citationem perpetuatur iurisdictio quoad causam illam. Et 8
confirmatur; quia Sixtus V apud Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. quæst. 2. art. 3.* plenam Iudicibus sæcularibus concessit potestatem procedendi contra eos, qui post susceptam accusationem, aut institutam inquisitionem Religiosi facti fuerunt; quinimò eorundem professionem irritam esse decreuit. Quamuis quoad hoc Constitutio Sixti V. 9
à Clemente VIII moderata fuerit; vt videre est apud Homobonum, & Bartholom. de Vecchis *in locu supra cit.*

Dico tertiò, quod si tandem nec causa, nec 10
persona à Iudice sæculari præuenta fuerit, sed solum infamatio, & inquisitio præcesse-

rie, infamatus autem, & inquisitus clericalem sta-
tum postea non in fraudem assumpserit, procedi
non possit contra illum, nec etiam quoad pœnam
pecuniariam; sicuti *in locis supra citat.* docent
Martha, Suarez, & Diana contra Couarruuiam
Clarum, & Rodriguez qui putant contra talem et
iam (tanquam fraude clericum, Nouitium, vel Re-
ligiosum) procedi posse; sed quod cum Martha,
Diana, & Suarez dicebam, est multò probabilius
propter rationes iam supra dictas; & quia ex alio
capite Iudex secularis ius in illum non acquisiuit
præueniendo, nec tūc fraude videtur factum, quod
Reus iure suo vtendo fecit; cùm criminosus sal-
tem, si de crimine infamatus, & inquisitus solum
fuerit, iure possit post actam pœnitentiam clerica-
tum, vel habitum religiosum assumere; Ergo, &c.

11 Non nego tamen, quod etiam in tali casu frau-
dis suspicio, & præsumptio aliquando esse possit
(vt si quis post crimen, de quo infamatus, accusa-
tus, & inquisitus fuerat, minores tantum Ordi-
nes, vel beneficium Ecclesiasticum assumat) non
id fieri ex animo sed icandi Deo, sed solùm effu-
giendi manus Iudicis secularis, cum proposito,
quod postea, cessante periculo, ad statum laica-
lem regrediatur; in quo casu etiam non improba
biliter fraus criminoso prodesse non debet, vt (si
non ipso facto priuilegio clericali priuatus est)
saltem dignus sit, qui illo priuetur; sicuti fatetur
etiam Suarez *loco supra ci.* & docent Doctores, quos
citat, & sequitur Cottellius *de immun. Eccles. lib. 2.
q. 27. n. 9.*

12 Quamuis Genuensis *in prax. Archiep. cap. 8. nu-
mero 5* & Bonacina *in Bullam Cœna tomo 3. disput.
1. quæstio. 16. sect. 1. punct. 5. numero 9. & de legibus
disput. 10. quæstio. 2. punct. 1. numero 16.* teneant,
& satis probabiliter, quod absolutè (siuè laicus
post delictum commissum clericus factus sit in
fraudem, siuè non; & siuè simus in causa crimi-
nali, siuè in ciuili) non possit à Iudice laico con-
tra talem procedi, ex eo quia si qui confugit ad
Ecclesiam post delictum commissum, etiam ex ani-
mo defraudandi Curiam secularem, immunitate
gaudet, quamuis remaneat laicus, & ad tempus
in ea moretur; multò magis gaudere debebit,
qui personam suam per Ordinis susceptionem, vt
Deo perpetuò famuletur, consecrat: tum quia *in*
13 *leg. qui cum vno, §. Reus, ff. de re militari*, Reus
de capitali crimine accusatus, si miles factus fue-
rit, non remittitur, sed à Iudice Militiæ iudica-
tur. Ergo multò magis idem dicendum erit, si quis
miles cælestis factus sit. Tum quia Concilium
14 Tridentinum *sess. 13. cap. 4. de reformat.* prohibet
Episcopis, ne tales, qui fraude, & animo effu-
giendi iudicium seculare Ordines suscipere volunt,
ordinent; quæ prohibitio frustratoria esset, si
fraus illos à seculari potestate non eximeret. Ergo,
&c.

15 Quod si dicas contra Genuensem, & Bonaci-
nam; Si talis sententia vera esset, sequeretur, quod
multi in fraudem, vt pœnas euitarent, & sic in per-
niciem Reipublicæ, ordinarentur. Respondent ad id
satis prouisum esse per sacros Canones, & præ-
cipuè per dictum Concilium Tridentinum *in loco
citat.* quatenus ibi expressè prohibet, ne tales ordi-
nentur, sed solum qui de vita, & moribus probi su-
btili indagatione inuenti fuerint.

Quod si dicas secundò, quod saltem quoad pœ-
nam pecuniariam, & etiam quoad confiscationem
bonorum (si sic exegerit eorum delictum) tales à
Iudice laico puniri debeant. Respondent, neque
id verum esse; cùm Canones expressè, & in spe-
cie determinent, quod exempta persona molesta- 16
ri non possit in bonis; idque ne per vnam viam
concedatur, quod per aliam prohibetur. *cap. vnic.
de cleric. coniug. in 6* & nos *lib. de Parlamentis Dubit.
4 sect. 19. subsect. 12. & 16 & sect. 20. subsect. 2. & dub.
26. sectio. 4.* dicebamus, *& cap. 9. Dubitat. 35.*
dicemus.

At quidquid sit de hac opinione, an illa pro- 17
babilior dicenda sit, illud saltem omninò dicen-
dum est, quod, si fraus absit, criminosum factum
postea clericum, vel Nouitium, &c. (qui saltem
nec per capturam, vel per coniectionem in carce-
res; nec per citationem, vel litis contestationem
præuentus fuit) non possit Iudex secularis, ne-
que in bonis, seu pœna pecuniaria, punire; cùm
non possit Iudex cognoscere personas, super qui-
bus ius non acquisiuit, & iurisdictionem de præ-
senti non habet; & sic non possit Iudex secularis
punire personas, quæ iure non præuento; forum ip- 18
sius, & statum secularem cum Ecclesiastico commu-
tarunt.

Cæterum, an & quomodo probetur, quod quis 19
post delictum commissum clericus in fraudem ef-
fectus sit (quod est onus incumbens dicenti. *leg. 2.
de probat. & leg. in bello, §. facta, ff. de captiuis, & post-
liminio reuersis*, vide *cap. 4. dub. 26. & seqq.* Martham
de iurisd. par. 4. cas. 176. Ambrosinum *de immun. Eccl.
c. p. 19.* Mascardum *tomo 2. concl.* 815. Gabrielem *in
commun. opin. tit. de præsumpt. conc. 13. n. 2.* & Duar-
dum *in Bullam Cœna lib. 2. can. 15. quæst. 31.* & in ca- 20
su, quod ipse dicat se clericum ex voto effectum es-
se, an iuramento ipsius standum sit, vide Farina-
cium *tit. de inquisit. quæstio. 8. numero 124.* qui negat, &
probabiliter; præsertim si sint aliqua adminicula
in contrarium: vide etiam Ambrosinum *loco supra
cit. num. 12* & Hieronymum Rodriguez *in Compen.* 21
qq. Regul. r sl. 101. n. 9. qui affirmant, & probabiliter
etiam, præsertim si sint aliqua adminicula in fauo-
rem.

SECTIO II.

Difficultates earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Criminosus assumpto Clericatu, vel habitu Religioso
licet non fuerit aliquo modo præuentus à Iudice lai-
co, subiectus tamen est ei ratione saltem bonorum si lo-
quamur de bonis, quæ sunt ipso iure fisco obligata,
secus si loquamur de bonis, quæ sunt obligata per ac-
cidens.*

2 *Cessante obligatione, seu subiectione Personæ cessat
obligatio bonorum.*

3 *Clericus in delicto patrato de tempore Clericatus, et-
iam Clericatu omisso, debet cognosci à Iudice Ecclesia-
stico ratione priuilegij, quo de tempore commissi de-
licti, gaudebat, sed non procedit in laico facto postea
Clerico.*

4 *Clericus vel Nouitius transiens ad statum laicalem,
non tam mutat forum, quam cumulat forum cum foro,
vt nihil obstet etiam à Iudice Ecclesiastico etiam cogno-
sci posse.*

5 *Laicus transiens ad statum clericalem, vel Religio-
sum, non tantum mutat forum, sed etiam statum Perso-
næ secundum quem incapax sit, vt à Iudice seculare co-
gnosci possit.*

& Sæcularia

6 *Secularia subordinantur spiritualibus, & non è contra.*

7 *Inter Personas Ecclesiasticas quædam sunt quæ statum immutabilem habent, vt Clerici in sacris cõstituti, & Religiosi professi: & qui priuilegium fori regulariter non amittunt nisi per sententiam in criminibus exceptis.*

8 *Quædam Personæ sunt, quæ statum mutabilem habent, vt Clerici in minoribus constituti, & Religiosorum Nouitij, qui tali statu, quem pro arbitratu suo abiicere possunt, abiecto, priuilegiis clericalibus priuantur.*

9 *Exceptio Clericatus quandocumque potest opponi etiam post latam sententiam; cum is nec expresse, nec tacite in secularem Iudicẽ consentire possit, & ab Ecclesiastico Iudice debet cognosci; quia quæstio est de re Ecclesiastica.*

10 *Mota quæstione super Iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum & secularem, merito illius decisio ad Ecclesiasticum spectare debet.*

11 *Iudex secularis opposita per Iudicem Ecclesiasticum friuola, inani, & fallaci exceptione, dummodo de hoc notorium sit, tali exceptione reiecta, potest in causa principali procedere.*

1
OBiicies primò, criminosus, assumpto clericatu, vel habitu religioso, manet (etiamsi id non fecerit in fraudem, nec fuerit præuentus per capturam, vel carcerationem, nec per citationem, vel litis contestationem) Iudici seculari subiectus, si non ratione personæ, saltem ratione bonorum: ergo in bonis, seu pœna pecuniaria saltem, ab illo puniri poterit.

Respondetur, distinguo antecedens: manet subiectus ratione bonorum, si loquamur de bonis, quæ sunt obligata per se, id est, ipso iure per criminis commissionem fisco obligata, vel commissa, concedo; quia tunc Iudex secularis de proprio iure cognoscit, & proprium ius exequitur.
Si loquamur de bonis, quæ sunt obligata per ac-
2 cidens, id est, per dependentiam ab obligatione personæ, nego; quia cessante obligatione, seu subiectione personæ, cessat obligatio bonorum.

3 Obiicies secundò, si quis existens clericus, vel Nouitius, & sic gaudens priuilegio fori, delictum committit, & postea ducta vxore illud amittit, à Iudice Ecclesiastico, non à seculari cognoscitur (inspicitur enim tempus delicti, sicuti colligitur ex l. 1. ff. de pœnis, & determinauit sacra Congregatio Immunitatis in Nullius Gaxopoli die 9. Septembr. 1631. vbi expressè dicitur, quod fori priuilegio gaudeat laicus pro tempore, quo fuit clericus; & ex communi sententia Doctorum docet Couar. *in pract. qq. cap. 31. numer.* 8. Clar. *cit. quæst. 56. numer.* 11. Genuens. *in prax. cap.* 8. *numer.* 3. Madius *in tract. de sacris Ordinibus cap.* 13. *numer.* 44. Riccius *par.* 5. *collect.* 1864. Sanchez *in opusc. to.* 2. *libro.* 6. *cap.* 1. *dubio.* 3. & alij infra citandi *sect.* 5. & 6.) Ergo è contra si quis existens laicus, delictum committit, & postea clericus, Nouitius, vel Religiosus efficitur, à Iudice seculari, non ab Ecclesiastico cognoscetur.

4 Respondetur, concedo antecedens: at nego consequentiam; & disparitas est, quia clericus, vel Nouitius transiens ad statum laicalem, non tam mutat forum quàm cumulat forum cum foro,
5 vt nihil obstet, eum à Iudice Ecclesiastico etiam cognosci posse. At laicus transiens ad statum clericalem, vel Religiosum, non tantum mutat forum, sed etiam statum personæ, secundùm quem incapax sit, vt à Iudice seculari cognosci possit. Et ratio disparitatis est; quia nihil obstat, quo minus quis in statu laicali positus à Iudice Ecclesiastico cognosci possit: obstat verò ob clericorũ immunitatem, quo minus quis in statu clericali, vel Religioso positus à Iudice seculari cognosci
queat; cùm secularia subordinentur spiritualibus, 6
sicut corpus animæ, & non è contrà.

Hoc autem dixi; quia inter personas Ecclesiasti- 7
cas quædam personæ sunt, quæ statum immutabilem habent, vt clerici in sacris constituti, & Religiosi professi, qui priuilegium fori, seu exemptionis à iurisdictione, & potestate seculari regulariter non amittunt, nisi per sententiam Iudicis in pœnam criminis commissi illo priuentur, vt ex communi docet Suar. *lib. 4. contra Regem Angliæ cap.* 29. *n.* 8. & nos dicebamus *supra*. Quædam autem sunt, quæ statum mutabilem habent, vt clerici in mi-
noribus constituti, & Religionum Nouitij, qui tali 8
statu, quem pro arbitratu suo abiicere possunt, abiecto, priuilegiis clericalibus priuantur; præterquam, quod ob crimina, quæ in dicto statu Ecclesiastico priori commiserunt, ob quæ, etiam post talis status mutationem, non à Iudice seculari, sed ab Ecclesiastico conueniri, & puniri debent; cùm quoad hoc inspiciendum sit tempus delicti, vt supra dicebamus, & ex communi docent Couar. Clarus, Genuensis, Madius, Riccius, Sanchez, & alij *in locis cit.*

Quinimò si quis à Iudice seculari captus ex- 9
cipiat, se clericum esse (qualis exceptio, etiam post latam sententiam, à clerico opponi potest; cùm is nec expressè, nec tacitè in secularem Iudicem consentire possit) talis causa, seu incidens quæstio non à seculari, sed ab Ecclesiastico Iudice cognosci debet. *cap. si iudex de sentent. excommun. in* 6. quia (vt ibi dicitur) hoc ipso, quod est quæstio de clericatu, quæstio est de re Ecclesiastica: tum quia (vt rectè docet Couar.
in pract. qq. cap. 33. *numer.* 1) mota quæstione 10
super iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, meritò illius decisio ad Ecclesiasticum, vt potè superioris ordinis auctoritate
præditum, spectare debet; quamuis si, excep- 11
tionem friuolam, inanem, & solum fallendi causa, oppositam esse, notorium sit, possit Iudex secularis, tali exceptione reiecta, in casu principali procedere, vt rectè dixit Clarus *lib.* 5. *sent.* §. *fin. quæst.* 36. *n.* 11.

SECTIO III.

An, si quis existens laicus in exilium damnetur à Iudice laico, & postea effectus clericus exilium rumpat, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVMMARIVM.

1 *Si quis existens laicus in exilium damnetur à Iudice seculari ad certum tempus infra quod Clericus effectus exilium rumpit, à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debet.*

2 *Idem dicas si fuerit bannitus à Iudice secu-*

haberetur. Atque ita docent Regens Tspia *in Constit. Regni de personis, num.* 57. Riccius *in prax. tom.* 1. *resol.* 530. *num.* 6 Paulus Squillante *de priuilegiis cleric. c.* 7. *dub.* 1. *num.* 10. (qui tres omnes ita in S. Concilio Neapolitano decisum fuisse, testantur) Genuensis *in praxi cap.* 38. *num.* 6. *in fin.* Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 910. Prosper de Augustino *in Addit. ad summ. in Quarantia, ver. hab tus clericalis,* Suar. *de censuris disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 12 Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6. *num* 2. Bonac. *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1 § 4. *num.* 14. Capiblancus *de efficio Baron. prag.* 8. *p.* 3. *num.* 34. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 33. & Antonius de Marinis *Resolut. quotid. cap.* 50. *num.* 3. & ita apud Bonacinam, & Diana *in locis suprà cit.* declarauit S. Cardinalium Congregatio; & meritò; quia in tali casu non præsumitur clericus habitum dimisisse, animo illum deserendi, sed vt commodius delictum exequeretur.

5 Adde secundò, si clericus in Minoribus (etiam non beneficiatus) solutus dimisisset habitum clericalem, & illum etiam sine licentia Episcopi (quin & Synodo id fieri prohibente) reassumpsisset, adhuc debere à Iudice Ecclesiastico solum cognosci, saltem in casu, quod in fraudem non assumpserit. Ita contra nonnullos Iuristas, & Auendagn. *de exequendis mandatis Reg. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 15. docene M. Antonius Cucchus *in Institut. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 67. Tolet. *lib* 1. *cap.* 31. Riccius *pars.* 1. *decis.* 167. Paulus Squillante *de priuileg. Cleric. cap.* 6. *dub.* 1. *num.* 19. Diana *part.* 1 *tract.* 2. *resol.* 79 & videri etiam poterit Clarus *lib.* 5. *sent. ent.* § *fin. q.* 36. *num.* 15 & Barbosa *in*

6 *l. T t* 2. *num.* 33 *ff. soluto matrimonio.* Idemque (quod scilicet etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debeat) dicas de eo, qui incedens in habitu, & tonsura in clericorum catalogo descriptus, in synodo diœcesana obedientiam Ordinario præstitit, & per paucas vices, attentis circumstantiis, in choro, & processionibus interfuit; quamuis de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ non inseruiret, & beneficium Ecclesiasticum non haberet Ita S. Congregatio Concilij in Nullius die 28 Martij, 1628.

7 Cæterum, An, vt clericus in Minoribus (etiam non beneficiatus) solutus incedere solitus sine habitu, & tonsura, priuilegio fori priuetur, requiratur trina monitio?

Respondetur, requiri de iure communi. *cap. fin. de vita, & honest. cler.* non tamen requiri de iure nouo Tridentini *sess.* 23 *cap.* 6. cùm ibi Concilium citatũ loquatur cum particula ly *Nisi*, quæ excipit iuxta *l. actiones. Cod. de actionib.* & iuxta Decium *in cap. si pro debilitate, ff. de offic. deleg.* Quapropter ita docent Riccius *part.* 4. *decis.* 154. *num.* 4. Mat. Antoninus *lib.* 3. *resol.* 48. *num.* 7 Bellettus *in disquisit. Cler. p.* 1. *tit.* 3. § 8. *num.* 6. & Diana *cit. resol.* 33. qui etiam Sacram Cardinalium Congregationem ita declarasse testantur.

SECTIO VII.

An, si quis se per instrumentum publicum obligasset tẽpore, quo erat laicus, & postea clericus sit effectus, pro talis instrumenti executione coram Iudice Ecclesiastico conueniri debeat?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus actione ciuili per publicum Instrumentum, de tempore quo erat Laicus, deinde Clericus effectus, saltem non in fraudẽ pro tali Instrumenti executione non potest conueniri, nisi coram Iudice Ecclesiastico.*

2 *Clericus, qui de tempore, quo erat laicus se obligauit actione ciuili, quod possit conueniri quoad bona tantum coram Iudice seculari, sensere nonnulli.*

3 *Iudex secularis, quod sit competens Iudex in actione reali inter laicum actorem, & Clericum conuentum, erat fundamentum prædicta opinione.*

4 *Clericus an possit apponere declinatoriam in causa vertente inter ipsum & laicum, de tempore, quo erat laicus introducta est dissensio inter Doctores.*

5 *Opinio negatiua ratione preuentionis dicitur probabilior quoadusque lis per sententiam terminetur. quia executio sententiæ absque dubio ad Iudicem Ecclesiasticum spectabit.*

SEquitur quintò, quod si quis se per instrumentum publicum obligasset tempore quo erat lai- 1
& deinde clericus (saltem non in fraudem) sit effectus, pro talis instrumenti executione, etiam coram Iudice Ecclesiastico solum conueniri debeat. Atque ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *de effectib. Cleric. effect.* 1. *num.* 125. Genuensis *in prax. c.* 16. *num.* 2. & Antonius de Marinis *Resol. Quotidian. cap.* 189. *num.* 8. vbi sacrum Concilium Neapolitanum anno 1625. sic determinasse testatur. Quamuis quoad bona (si non quoad personam) 2
coram Iudice seculari talem clericum conueniendum esse, sentiant Fabius de Anna *lib.* 2. *consil.* 140. *num.* 2. (vbi citat Socinum, Suidum, & alios) & Frã- 3
chus decis. 656. moti ex eo, quod Iudex secularis sit competens Iudex in actione reali inter laicum actorem, & clericum conuentum Ad quod tamen istorum fundamentum facilè etiam ex dictis patet Responsio.

An autem, si contra ipsum lis etiam coram Iu- 4
dice seculari mota sit tempore, quo erat laicus, & postea clericus sit effectus, possit declinatoriam opponere pro remissione ad Iudicem Ecclesiasticum?

Affirmant supra *dubit.* 14. *sect.* 1. *num.* 12. Genuensis *in prax. cap* 8. *num.* 5 Bonacins *de legib. disp.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. *num.* 16. & etiam Diana *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 38. & Antonius de Marinis *quotid. resol. c.* 54. *num.* 8.

Negant autem Surdus *decis.* 1 0. *num.* 3 Riccius 5
par. 4. *decis.* 218 *num.* 3. Squillante *de priuileg. cler. cap.* 7. *n. dub.* 3. 59. & cõplures alij, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *tract. de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1239 quorum opinio (ex eo, quod in tali casu clericus à Iudice seculari sit præuentus) probabilior mihi videtur, vt ibidem dicebam; quod tamen intellige (vt rectè notarunt Carolus de Grassis, & etiam Diana, & Antonius de Marinis in locis supra cit.) quousque lis per sententiam terminetur: quia, quando post sententiæ prolationem de executione tractandum venit, absque dubio ad Iudicem Ecclesiasticum spectabit. Vide, quæ dicebantur *supra cit. dubit.* 14. *sect.* 1. & quæ dicentur *infra cap. sequenti.*

SECTIO VIII.

An, si clericus coniugatus deliquit tempore, quo omnia requisita habebat, vt fori priuilegio gauderet, & postea bigamus efficiatur, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVM

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus, si delinquat de tempore, quo omnia requisita habebat, ut fori priuilegio gauderet, & postea Bigamus per secundum matrimonium efficiatur, etiam coram Iudice Ecclesiastico conueniri & puniri debet.*

2 *Laicus gaudet fori priuilegio pro delicto, quod de tempore, quo erat clericus commisit.*

3 *Idem dicas de eo, qui de tempore, quo erat solutus in minoribus, deliquit, & postea ratione Viduæ Vxoris, quam ducit, Bigamus efficitur.*

4 *Ducens in Vxorem fœminam antea à se cognitam, non efficitur Bigamus; quia in tali casu caro Viri non diuiditur.*

5 *Clericus post talem Vxorem antea à se cognitam, ductam, gaudet priuilegio fori, tanquam Clericus coniugatus.*

6 *Virgo respectu Bigamiæ intelligitur fœmina non ab alio corrupta, nam quæ ab ipsomet Viro corrupta est, fictione Iuris ob rationem dictam, Virgo reputatur.*

1 SEquitur sextò, quod, si clericus coniugatus deliquit tempore, quo omnia requisita habebat, vt fori priuilegio gauderet, & postea bigamus propter secundum matrimonium efficiatur, etiam coram Iudice Ecclesiastico solum conueniri, & puniri debeat; quia (vt supra dicebam, & determinauit Congregatio Immunitatis in Nullius Garopoli die 9. Septembris, 1631 & colligitur ex *l. 1. ff. de pœnis* & Doctores, quos ibidem citabam, & in specie Riccius *part. 5. collect.* 1864. & Sanchez *in opusc. tom. 2 lib. 6. cap. 1. dub. 1. num. 1.*) fori priuilegio gaudet Laicus pro delicto, quod tempore, quo erat cleri-
2 cus, commisit.

Idemque cum Alexandro *lib. 5. consil.* 149. *num.* 9.
3 & cum Pereira *de manu Reg. par. 2. cap.* 26. *num.* 17. propter eandem rationem dicas de eo, qui tempore, quo erat solutus in Minoribus, deliquit, & postea ratione viduæ vxoris, quam ducit, bigamus efficitur.

Cæterum, An, si quis ducat vxorem fœminam, quam prius illicitè cognouerat, bigamus per hoc is efficiatur; ita vt propterea fori priuilegium amittat?

Respondetur negatiuè; quia in tali casu reuerà
4 caro viri non diuiditur; cùm hæc solum diuidi videatur ratione vxoris, quæ alteri permixta fuit, vt rectè dixit Io. Præpositus *in 3. par. q. 5. de irregul. dub. 17. num.* 134 & videri poterit gl. *in cap. 2. de Bi-*
5 *gamis, vers. diuisit.* Vnde si quis post talem vxorem ductam Ordines minores suscipiat, gaudebit priuilegio fori, tanquam clericus coniugatus; cùm propter huiusmodi vxorem bigamus, (vti dicebam) non efficiatur.

Ad Canones autem, qui in oppositum, adducuntur, scilicet ad *c. curandum, & præcipimus, dist.* 24. dicentia, vt quis bigamus nō efficiatur, requiri, quod is virginem ducat. Respondetur, virginem ibi in-
6 telligi fœminam non ab alio viro corruptam: nam quæ ab ipsomet corrupta est, fictione iuris ob rationem dictam virgo reputatur.

SECTIO IX.

An, si Notarius laicus falsitatem committat, & postea efficiatur clericus, pro falsitate illa commissa, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui in arte Notariatus de tempore, quo erat Laicus commisit falsitatem, non potest puniri à Iudice Ecclesiastico pro falsitate commissa.*

2 *Notarius, qui Clericus effectus prosequens conficere alia acta & Instrumenta non à Iudice seculari monendus, cùm ab eius Iurisdictione exemptus sit; sed Iudex secularis requirere debet Episcopum vt illum à tali exercitio remoueat.*

SEquitur septimò, quod Notarius (saltem non in fraudem, nec à Iudice seculari præuentus, iuxta ea quæ dicebantur *cit. dub.* 14. *citat.* & dicentur *cap. sequenti*) effectus clericus, pro falsitate commissa, quando erat laicus, etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci, & puniri debeat. Atque ita docent Mastrillus decis. 159. Guazzinus *de defens. Reor. tom. 1. defens. 20. c. 9. num.* 5. & Carolus de Grassis *de effectib. cler. eff.* 8. *n.* 15. vbi sic etiam decisum esse testatur. 1

Cæterum, quid dicendum sit, si talis Notarius, post quam clericus effectus est, acta, & instrumenta alia conficere prosequatur? 2

Respondet Mastrillus *in loco suprà cit.* ter à Iudice seculari, vt abstineat, monendum esse. At omninò cum Io. Dominico Tassone *in pragmat. de antifato ver. 9 obseru. 3. num.* 12. dicendum est, quod (cùm is ratione clericatus à iurisdictione laicali exemptus sit) Iudex Laicus requirere debeat Episcopum, vt illum à tali exercitio abstinere faciat.



CAPVT SEPTIMVM

De Ciuilibus.

DVBITATIO I.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per tractionem personæ Ecclesiasticæ ad forum secularem in ciuilibus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica violatur si potestas secularis, siue Laica, siue Ecclesiastica Persona sit, prætensa laicali, & temporali officio abutens, trahat, vel trahi faciat, & procuret Personas Ecclesiasticas, & quorumcunque Ecclesiarum Conuentus, seu Capitula, ad suum tribunal Laicale.*

2 *Omnes Clerici soluti, beneficiati, in sacris constituti, & etiam in minoribus non beneficiati; si seruent id Tridentini requisita exempti sunt à Iurisdictione Laicali in causis ciuilibus.*

3 *Clericus ob dictam exemptionem trahit, & non trahitur.*

4 *Actor sequi debet forum Rei.*

5 *Summus Pontifex potest eximere Clericum ne sequatur forum Rei, si id rectæ gubernationi Ecclesiæ expedire iudicauerit.*

6 Summus

6 *Summus Pontifex potest secularem iurisdictionem limitare,& Ecclesiasticam extendere,quatenus animarum saluti,& sacrarum rerum cultui sit conueniens.*

7 *Ecclesiastici de facto priuilegium habent conueniendi suos debitores coram iudicibus Ecclesiasticis,qui Cōseruatores appellantur.*

8 *Priuilegium prędictum conueniendi debitores coram Iudicibus Ecclesiasticis generaliter non decet Ecclesiasticis concedi,ne videatur Ecclesia Clericorum auaritiā fouere,iurisdictionem secularem affectare,Ecclesiastica Iudicia litibus occupare,& laicos offendere, & sic infestos habere.*

9 *Sufficit si Ecclesia prouocatos Clericos eximat à laicis, quia tunc non pugnat in laicos,sed Clericos defendit.*

10 *Clerici de Ecclesia specialiter benemeriti sunt, & propterea tali prerogatiua decorantur.*

1 RESPONDETVR, violari, si potestas secularis(siuè laica,siuè Ecclesiastica persona sit) prætextu laicali, & temporali officio, & iurisdictione Principis secularis spontè, vel ad alterius instantiam abutens, trahat ad suum tribunal laicale (etiam per citationem, vt in *cap. præcedenti dubit.* 1. dicebatur.) vel trahi faciat vel procuret,directè,vel indirectè(vt in eadem *dubit* 1 explicabatur)personas Ecclesiasticas,&quarumcumque Ecclesiarum conuentus, seu capitula, præter iuris Canonici dispositionem,vt ibidem videre est. Vide Bullæ Cœnæ Canonem 15. vbi hæc habentur. Vide etiam cætera iura, quæ *in cit. dubit.* 1.referebam,& quæ suprà *cap. 1. dubit. 4. cap. 1. dubit. 4. & cap 4. dubit. 1. & seqq.* dicebantur; Quapropter regula generalis sit,omnes clericos solutos beneficiatos,in sacris constitutos,& etiam in Minoribus, non beneficiatos(si seruent hi Tridentini requisi-

2 ta) exemptos esse à Iurisdictione laicali in causis ciuilibus,vt etiam constat ex *cap. nullus Clericus. c. nullus Episcopus cap. placuit, 12. q. 2 cap. si diligenti. c. seculares, cap. significasti de foro compet & cap. si Iudex laicus de sent excomm. in 6* & ex iis, quæ *cap. 1. dubit. 5. & seqq. & cap. 4 & lib. de Parlament. dub. 4. sect. 20. per suas subsectiones* diffusè dicebantur.

3 Hæc tamen exemptio cōsistit, vt nullus ex dictis clericus ad iudicium seculare trahi possit, non autem,vt ipse clericus laicum ad iudicium Ecclesiasticum trahere queat, vt clarè habetur *in cap. experientia, & cap. si quispiam, 11. quæst. 1.* vnde com-

4 muniter dici consueuit, Actorem sequi debere forum Rei *cap. neminem, 3. quæst. 6. & l. vlt. Cod. vbi in rem actio* Et meritò; quia alioquin prouocatus duplex malum sustinere cogeretur, prouocationem scilicet,& extraneum iudicium. Quamuis non ob-

5 stante hoc possit Pontifex vtroque modo à iurisdictione laicali clericos eximere, si scilicet id rectæ gubernationi Ecclesiæ expedire iudicauerit; quia,

6 cùm iurisdictio secularis subordinetur Ecclesiasticæ(sicut corpus animæ) potest Pontifex secularem iurisdictionem limitare,& Ecclesiasticam extendere,quatenus fini (ad quem omnia ordinantur, qui est animarum salus, & sacrarum rerum reuerentia & diuini obsequij cultus)conueniens fuerit. Qua-

7 propter de facto Ecclesiastici priuilegium habent conueniendi suos debitores coram Iudicibus Ecclesiasticis,qui Conseruatores appellantur. Qua de re vide gl. *in cap. si clericus, cap. ex transmissa in princip. de foro compet.* Abb. *ibid.* Suar. *lib. 4. de immunit. Eccles. cap. 14. num 7. & seqq.* Valboam *to. 2. ad text. cap. 2. de*

8 *iudic. num. 50. & seqq.* Generaliter tamen non decet priuilegium hoc Ecclesiasticis concedi, ne videatur Ecclesia clericorum auaritiam fouere, Iurisdictionem secularem affectare, Ecclesiastica iudicia litibus occupare,& laicos offendere, & sic infestos habere.

Quapropter sufficiet,si clericos eximat à laicis pro- 9

uocatos;quia tunc non pugnat in laicos,sed clericos defendit; & cessant omnia dicta inconuenientia. Quod si quibus tale priuilegium,tam in agen-

do, quàm in respondendo Ecclesia concedit, est, 10

quia ipsi de Ecclesia specialiter benemeriti sunt; & propterea tali prærogatiua decorantur.

SECTIO II.

Corollaria.

De Religiosorum Conseruatoribus,& de casibus, in quibus possunt Ecclesiastici conuenire laicos coram Iudice Ecclesiastico.

SVMMARIVM.

1 *Conseruator Religiosorum ex priuilegio Religioni cōcesso(licet non habeat tribunal erectum)potest procedere contra eorum Debitores etiam laicos.*

2 *Conseruatori Religiosorum conceditur posse cognoscere de manifestis iniuriis, & violentiis contra Religiosos.*

3 *Iniuria,ac violentia non tantum sonat contumeliam, vel conuicium; sed etiam omne, quod fit contra ius,& infert damnum monasterio.*

4 *Fauores sunt potius ampliandi quam restringendi salua verborum proprietate*

5 *Religiosi possunt eligere sibi Conseruatorem,qui ipsorum animalia in agris alienis damnum facientia,defendat;& tunc talis causa ad electum Conseruatorem etiam,non autem ad Iudicem secularem pertineat.*

6 *Clericus ex priuilegio Ecclesiæ concesso cum agitur de rebus ipsius Ecclesiæ,vel Clerici,siue actione personali,siue reali aduersus laicum,potest illum conuenire siue coram Iudice seculari, siue coram Ecclesiastico, prout potius voluerit.*

7 *Clericus si agatur actione personali, v.g. ex locate ad mercedem(in qua rei Ecclesiæ restitutio non veniat)coram Iudice seculari conuenire illum debet.*

8 *Clericus conuenire laicum potest actione mere personali coram Iudice Ecclesiastico etiam pro fructibus Præbendæ,nedum pro ipsa Præbenda.*

9 *Clericus ex priuilegio Ecclesiæ concesso,potest simpliciter conuenire laicum coram Iudice Ecclesiastico,non solum pro rebus Ecclesiæ,& suis;sed etiam pro fructibus earum & siue agatur actione reali,siue personali, vt ex legato,vel locato.*

10 *Fructus Præbendæ non sunt quid spirituale; tamen cum à re Ecclesiæ dependeāt,de illis idem ac de re Ecclesiæ iudicatur.*

11 *Episcopus non potest testari de fructibus ex agro Ecclesiæ perceptis.*

12 *Laicus ratione fructuum Præbendæ sibi locatæ debet conueniri coram Iudice Ecclesiastico, nec potest petere remissionem ad Iudicem secularem.*

13 *Clericus ex priuilegio Ecclesiæ concesso,potest conuenire coram Iudice Ecclesiastico,non solum suos Censualistas;sed etiam prædictorum fructuum arrendatores.*

14 *In legibus Regni Castellæ prohibetur, ne contrahentes super re mere profana,ratione iuramenti ad forum Ecclesiasticum trahantur,in contractibus iuramentum apponi; sed solum permittuntur illud apponere in*

con

contractibus initis cum Ecclesiasticis.

15 *Princeps secularis non potest prohibere quod sui subditi cum Ecclesiasticis contrahentes non renuncient foro seculari; quia est contra libertatem Ecclesiasticam.*

16 *Clericus potest conuenire Emphyteutam Ecclesiæ coram Episcopo pro pensionis solutione.*

17 *Iuspatronatus Laicorum licet non sit propriè spirituale, tamen quia est annexum spiritualitati, super illo iudicat solum Iudex Ecclesiasticus.*

18 *Iudex Ecclesiasticus iudicat etiam solum de possessione rei spiritualis, licet sit mere temporalis, quia qualitas spiritualitatis qualitatem temporalitatis absorbet.*

19 *Causa decimarum quamuis in feudum Laicis datarum discutienda est solum coram Iudice Ecclesiastico.*

20 *Iudex Ecclesiasticus solum cognoscit de possessino matrimonij, licet agatur inter personas mere seculares; quia habet admixtam causam spiritualitatis.*

21 *Emphyteuta Ecclesiæ ratione connexionis dominij vtilis cum directo non tenetur ad collectas, & onera realia per statuta laicorum super rebus, & bonis imposita.*

22 *Clericus conuenire potest Ecclesiæ Emphyteutam coram Episcopo, vt soluat laudemium, & non è contra.*

23 *Non valet argumentum de priuilegiato ad non priuilegiatum.*

24 *Ecclesia non potest trahere Laicum ad forum Ecclesiasticum, nisi quando proposuerit qualitatem furti, vel violentiæ; quæ tamen violentia adest, quando non soluitur pensio tempore statuto contra legem contractus.*

25 *Actor Regulariter sequi debet forum Rei; secus si Pontifex ex causa rationabili, in oppositum alicui priuilegium concesserit.*

26 *Princeps Laicus si potest inter subditos priuilegium concedere, vt Reus Actoris forum sequatur; poterit etiam Pontifex tale priuilegium Clericis concedere respectu aliorum fidelium, cum fideles Laici, si non directè, saltem indirectè ei subsint.*

27 *Summus Pontifex cum ex iusta causa alicui concedit huiusmodi priuilegium, non vsurpat iurisdictionem temporalem, sed vtitur suprema sua spirituali potestate.*

1 EX dictis primò docent Rodriguez *qq. Canon. tom. 1. q. 65. art. 12.* Guidus Papa *q. 18. num. 3.*
Hieron. Rodrigoez *in compend. qq. Canon. res. 33. num. 12. & 22.* Io de la Cruz. *de statu Relig. lib. 2. cap. 10. dub. 3. concl. 2.* & Portell. *ver. Conseruatores, num. 7.* contra Gutierez *qq. pract. lib. 3. q. 9. num. 8.* Fuschum *de visit. lib. 2. c. 23. num. 5.* Cabed. *lib. 3. cap. 18. num. 4.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. par. 2. q. 20. num. 16.* & quosdam alios, quod Religiosorum Cōseruator ex priuilegio Religioni concesso, possit (licet non habeat tribunal erectum) procedere contra eorum debitores etiam laicos, *ex cap. fin. de*
2 *offic. deleg.* cùm ibi concedatur ipsi, posse cognoscere de manifestis iniuriis, & violentiis contra Reli-
3 giosos; & iniuria, ac violentia ex alio capite non tantum sonet contumeliam, vel conuicium, sed etiam omne, quod fit contra ius, & infert damnum
4 Monasterio. Adde, quod fauores sunt potius ampliandi quàm restringendi, salua proprietate verborum. Vide Doctores supra cit. & præcipuè Rodriguez *art. 14.* & Portel. *num. 9.* vbi subdunt, quod
5 possint Religiosi eligere sibi Conseruatorem, qui ipsorum animalia in agris alienis damnum facientia defendat; & tunc talis causa ad electum Conseruatorem etiam, non autem ad Iudicem secularem pertineat.

Secundò docent Osascus *decis. 57. num. 7.* & Valboa *ad sext. in cap. si clericus laicum, num. 9. de foro com-*
pet. quod clericus ex priuilegio Ecclesiæ concesso, 6
(cùm agitur de rebus ipsius Ecclesiæ, vel clerici, siuè actione personali, siuè reali aduersus Laicum) possit illum conuenire, siuè coram Iudice seculari, siuè coram Ecclesiastico, prout potius voluerit; ita vt in electione ipsius clerici actoris sit coram hoc, vel illo Iudice Laicum conuenire; quamuis, si aga-
tur actione merè personali, v. g. ex locato ad merce- 7
dem (in qua rei Ecclesiæ restitutio non veniat) coram Iudice seculari conuenire illum debeat. Vide Doctores *supra cit.* & etiam Heuiam *in Curia Philipp. part. 1. §. 5. num. 10.* & Gotierez *pract. qq. lib. 3. q.*
26. num. 10. vbi tamen concedit, quod conuenire 8
clericus laicum possit actione merè personali coram Iudice Ecclesiastico, etiam pro fructibus Præbendæ, nedum pro ipsa Præbenda; si de loci consuetudine sic seruari probauerit.

Tertiò docent Innocentius, & Abb. *in cit. cap. si clericus laicum de foro compet.* Gabriel *consil. 37. num. 10* Vulpius *in praxi fori Ecclesiastici cap. 27. num. 5.* Gratian. *tom. 1. cap. 238. num. 17.* Bellettus *in disquis. cler. part. 1. tit. de fauore cler. reali §. 5. num. 2. & 3.* Valascus *de iure emphyt. q. 39. num. 14.* & Antonius de Marinis *quotid. resol. cap. 207. num. 4.* quod clericus
ex priuilegio Ecclesiæ concesso, possit simpliciter 9
conuenire laicum coram Iudice Ecclesiastico non solum pro rebus Ecclesiæ, & suis, sed etiam pro fructibus earum, & siuè agatur actione reali, siuè personali, vt ex legato, vel locato, &c. quia licet fru-
ctus Præbendæ (vt rectè notauit Felin. in cap. cau- 10
sam, de præscript.) non sint quid spirituale, tamen, cùm à re Ecclesiæ dependeant, de illis idem, ac de re Ecclesiæ, iudicatur, *cap. si annum, de iudic. in 6. & ibi* Francus, Ancharanus *in c. Episcopi 17. q. 1.* & gl.
in cap. quia nos de testam. vbi Episcopus non potest 11
testari de fructibus ex agro Ecclesiæ perceptis.

Vide etiam Matthæum *de iurisdict. part. 2. cap. 30.* 12
vbi tradit, quod laicus ratione fructuum præbendæ sibi locatæ debeat conueniri coram Iudice Ecclesiastico, nec possit petere remissionem ad Iudicē secularem, & citat Abbatem *in cit. cap. clericus lai-*
cum, in 1. not. col. 4. Vide etiam Antonium Rippol. 13
var. resol. cap. 1. de iurisdict. omnium Iud. num. 236. vbi ait, quod clericus ex priuilegio Ecclesiæ concesso, possit conuenire coram Iudice Ecclesiastico non solum suos Censualistas & reddituarios, sed etiam prædictorum fructuum arrendatores; cùm hi ratione Ecclesiæ idem priuilegium habeant; & sic decisum fuisse, ibidem testatur. Vide etiam Heuiam *in Curia Philipp. par. 1. §. 5. num. 33.* & Molinam *de iust. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 149. num. 15.* vbi notat,
quod in legibus Regni Castellæ *lib. 4. noua collect.* 14
tit. 1. leg. 11. & 12. (per quas, ne contrahentes super re merè profana, ratione iuramenti ad forum Ecclesiasticum trahantur, prohibetur in obligationibus, & contractibus iuramentum apponi) permittatur illud apponi in contractibus, quibus laici conducunt redditus Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum. Vide etiam Maceratensem *var. resol. lib. 1. resol. 48. per totam*; vbi ex multis probat, quod pro bonis, & fructibus Ecclesiæ possit clericus laicum conuenire coram Iudice Ecclesiastico, præsertim si contrahens laicus renunciasset priuilegio fori, & Iudici Ecclesiastico se submisisset; quod laicum
facere, Princeps secularis prohibere nō potest; cùm 15
talis prohibitio, vtpotè contra iurisdictionem, & libertatem Ecclesiasticam, non valeat; vt ibidem probat contra Osascum *decis. 58. num. 19.* & alios.

Vide

Vide tandem per extensum apud Antpnium de Marinis *loco supra cit.* Saciam Rotam Romanam, quę
16 die 28. Maij 1631. determinauit, quod clericus possit cōuenire emphyteutam Ecclesiæ coram Episcopo pro pensionis solutione; Et subdit etiam primò, quod, licet ius patronatus laicorum non sit propriè spirituale, tamen quia est annexum spiritualitati, super illo iudicet solum Iudex Ecclesiasticus. Secundò, quod possessio rei spiritualis licet sit merè temporalis, & laicalis tamen, quia qualitas spiritualitatis qualitatem temporalitatis absorbet, de illa,
18 sicut & de ipsa proprietate, iudicet etiam solum Iu
19 dex Ecclesiasticus. Tertiò, quod causa decimarum, quamuis in feudum laicis datarum, discutienda sit coram Iudice Ecclesiastico: quia, licet dominium talium decimarum, scilicet fructuum illarum, omninò spectet ad laicos, & feudum censeatur seculare, tamen quia oritur, & dependet à iure spirituali, seu
20 Ecclesiastico, non possit de illis cognoscere nisi Iudex Ecclesiasticus. Quartò, quod de possessorio matrimonij, licet agatur inter personas merè seculares, tamen quia admixtam habet causam, & titulum spiritualitatis, non cognoscat, nisi etiam Iudex Ec-
21 clesiasticus: Quintò, quod ratione connexionis dominij vtilis cum directo, emphyteuta Ecclesiæ non teneatur ad collectas, & onera realia per statuta laicorum super rebus, & bonis imposita; sic cit. Sacra Rota Romana.

22 Quapropter, quod possit etiam clericus Ecclesiæ emphyteutam conuenire coram Episcopo vt soluat Laudemium, dixit Burgius *de laudemio par. 3. inspect. 1. num. 6. & 7.* Non tamen hinc inferas (vt rectè cōtra Chassaneum in Consuetud. Burgund. Rubr. 11. *§. 1. num. 9.* notarunt Maurus Burgius *de Laudemio par. 3. inspect. 1. num.* 4 & Amadeus à Ponte *eodem tract. quæst. vlt. num.* 5.) quod possit similiter laicus conuenire clericum emphyteutam coram Iudice seculari ad solutionem laudemij; cùm illum conuenire debeat coram Iudice solum Ecclesiastico; quia
23 non valet argumentum de priuilegiato ad nō priuilegiatum, vt *c. 8. dubit.* 17. dicam. Vide tandem Rescriptum Alphonsi Regis datum Caietæ die 24. Augusti 1436. vbi idem pulchrè confirmat.

24 Non nego tamen, quod Hostiensis *in cap. cum sit generale de foro compet.* & ibi Butrius *num. 9.* Marian. Socinus *num* 15 & Felinus *nu.* 4. doceant, quod Ecclesia non possit trahere laicum ad forum Ecclesiasticum, nisi quando proposuerit qualitatem furti, vel violentiæ. sed ex dictis responderi posset, quod dum non soluitur pensio Ecclesiæ tempore statuto contra legem contractus, adsit iniustitia, & violenta occupatio; & sic dum emphyteuta pensionem non soluit, sed denegat, priuet Ecclesiam iure suo, & iniustitiam, ac violentiam exerceat in illam.

25 Itaque cùm dicitur, quod Actor sequi debeat forum Rei, intelligi debet regulariter; at secus, si Pontifex ex causa rationabili in oppositum alicui priuilegium concesserit.

Neque obiicias glossam *in cit. cap. si clericus laicum, ver. de consuetud.* & Bartolum *in l. 2. ff. de iurisdict. omnium Iudic.* quatenus ibi docet, quod, licet Princeps possit facere, quod Reus sequatur forum Actoris, pro subditis; tamen id non possit facere pro non subditis, seu pro subditis alienæ iurisdictionis. Et sic cùm laicus in temporalibus non sit subditus Pōtifici, non possit Pontifex facere, quod laicus, quādo est Reus, sequatur forum Actoris clerici, scilicet Ecclesiasticum.

26 Respondetur enim ex dictis, quod hæc doctrina faciat potius pro nobis; quia si per Bartolū Princeps laicus potest inter subditos priuilegium concedere, vt Reus Actoris forum sequatur, poterit etiam Pontifex tale priuilegium clericis concedere respectu aliorum fidelium; cùm fideles laici, si non subduntur Pontifici directè, subduntur tamen ei indirectè, ratione spiritualis potestatis supremę, quam in illos habet, ratione cuius disponere potest, etiam circa temporalia, quāndo sic exigit finis spiritualis.
Quapropter cùm Pontifex ex iusta causa alicui con- 27
cedit huiusmodi priuilegium, non vsurpat iurisdictionem temporalem, sed vtitur suprema sua spirituali potestate, nec Reus laicus cogitur comparere coram Iudice alieno; sed sic disponente Pōtifice legitimam potestatem habente, ex vno Iudice transfertur in alium

DVBITATIO II.

An, & quid dicendum, si causa agatur non personaliter contra clericum, sed realiter contra eius bona?

SVMMARIVM.

1 *Non solum Clerici Persona; sed etiam eius bona à Iurisdictione seculari sunt exēpta, & ideo neque actione reali cognosci potest per Iudicem laicum.*

2 *Bona sunt accessoria Personæ, ideo sequi debent naturam sui Principalis.*

3 *Lis moueri non potest circa bona non citato, & requisito ad comparendum Domino bonorum.*

RESPONDETVR, quod (licet nonnulli teneant, clericos de quibus *dubio. 1. sect. 1. num* 2. dicebam, ad forum secularem trahi posse, si causa agatur non personaliter contra clericum, sed realiter cōtra eius bona; vt si lis fundetur non in aliqua personali actione, & obligatione clerici, sed in re ipsa, quæ litigatur; quia tunc non tam clericus, quàm eius bona ad tribunal seculare trahuntur) contrarium
tamen dicendum sit, quia non solum clerici perso- 1
na, sed eius bona à iurisdictione seculari sunt exēpta, *cap. quamquam de censib. in 6.* & *cap. similiter,* 16. *q.*
1. & meritò, quia cùm bona sint accessoria personę, 2
sequi debent naturam sui principalis; maximè quia 3
non potest lis moueri circa bona, quin citetur, & comparere cogatur dominus bonorum. Atque ita docent Tiraquell, *de retrac. lignag. §. 22. gl. 1. num.* 81. Farinac. *tit. de Inquisit. quæst.* 8. *num.* 21. Couar. *pract. qq.* 31 *num.* 5. *ver.* 2. Minsing. *obseruat.* 22 *cent.* 1. Suar. *lib. 4. de immunit. Eccles. cap.* 14. *num.* 11. Scaccia *de iudic. lib. 1. cap.* 11. *num.* 30. & Villalob. *in com. opin. ver. Clericus, num.* 70. contra nonnullos oppositum sentientes; qui tamen (vt aduertunt Couar. Farinac. & Scaccia *in locis supra cit.*) loquuntur non de iure, sed de consuetudine locali, quæ ad alios locos extendenda non est. Vide, quæ *lib. de Parlamentis Dubit. 4 sect. 20. per suas subsectiones* dicebantur, & quæ *cap. 9 dubit.* 35. dicentur.

DVBITATIO III.

An, & quid dicendum, si causa agatur feudalis?

SVMMARIVM.

1 *Clericus feudatarius in causa feudali siue de proprietate, siue de possessione agatur, coram Domino feudi conueniri, potest, & debet.*

2 *Clericus feudatarius si agatur tantum de reparatione, & satisfactione Domino feudi facienda, tunc non coram Iudice seculari, nec coram Domino feudi; sed coram proprio Iudice Ecclesiastico conueniendus est.*

1 RΕspondetur, in tali casu Doctores docēt, prædictos clericos ad forum secularem trahi posse, quin & debere, siue de proprietate, siue de possessione agatur; ita vt clericus in tali causa coram domino feudi (etiamsi laicus sit) conueniri possit, quin & debeat; quia ita habetur *in cap. verum. & cap. ex transmissa de foro compet.* vbi sic disponitur in fauorem feudorum; tum quia sub hac conditione à iure approbata feuda conceduntur; vti docent ex communi Clar. §. *feudum, q. 90. vers. sed quid si vassall.*; Menoch. *de retin. possess. rem. 3. num. 396. & seq. & num. 409.* Scaccia *lib. 1. cap. 11. num. 97.* & Farinac. *tit. de inquisit. q. 8. num. 22.* Quod & ego vltrò concedo; ita tamen,
2 quod, si agatur non de proprietate, vel de possessione feudi, sed de reparatione, & satisfactione domino feudi facienda, clericus feudatarius tunc non coram Iudice seculari, nec coram domino feudi, sed coram proprio Iudice Ecclesiastico conueniendus sit; vt rectè notarunt Farinacius, & Villalob. *in locis supra cit.* Vide *locu supra cit.*

DVBITATIO IV.

An, & quid dicendum, si de bonis agatur regalibus?

SVMMARIVM.

1 *Clericus in causa de bonis Regalibus trahi potest, & debet coram Iudice Regio, si sub ea conditione aliquid Ecclesiæ vel Ecclesiastico relictum sit.*

1 RΕspondetur, in tali casu etiam Doctores tenent, prædictos clericos ad forum laicalem trahi posse, & debere; quia huiusmodi bona semper censentur data sub conditione, vt controuersiæ illorum (etiamsi à clericis possideantur) coram Iudice seculari decidantur; quod & ego etiam vltro concedo, quotiescunquè Ecclesiæ, vel clericis quid relinquatur sub dicta conditione, quod scilicet corā Iudice seculari illius lites decidantur (ita vt si sic Ecclesia, vel clericus hæreditatem, legatū, vel donationem acceptet, conueniri debeat coram Iudice seculari) quia tunc non sunt Rei coacti, sed voluntarij. Atque sic colligitur ex *c. verum de foro compet.* vbi Io. Andr. & Hostien. Suar. *lib. 4. de immun. Eccles. c. 14. n. 13.* & Gutierez *lib. 1. pract. qq. q. 10. n. 1.* Vide *cit. Dub. 4. de parlamentis, sect. 20.* per suas subsectiones: & supra *cap. 5. dubit. 1. sect. 2*

DVBITATIO V.

An, & quid dicendum, si clericus citetur ad comparendum, si sua interesse putauerit, vel ad exhibenda iura sua?

SVMMARIVM.

1 *Clericus trahi etiam potest ad tribunal laicale si à Iudice seculari citetur ad comparendum non absolutè, sed si sua interesse putauerit.*

2 *Clericus citatus pro quocumque suo interesse coram Iudice seculari, si compareat, neque declinatoriam opponat, obligatus est iudicio seculari, & illius sententiæ stare; quia in tali casu etiam non est Reus necessarius, sed auctor voluntarius.*

3 *Clericus non comparendo pro quocumque suo interesse coram Iudice seculari, iudicari non potest; cum non comparendo clare innuat, sua non interesse.*

4 *Iudex Laicus, opposita per Clericum declinatoria, non est competens Iudex; cum tunc Clericus non putet sua interesse coram illo comparere.*

5 *Citatio pro quocumque suo interesse quando fit Clerico à Iudice seculari, debet esse sine adiuncto compellente Clericum, quod Iudicio stare debeat; aliàs erit nulla, & nulla erunt omnia procedentia.*

RΕspondetur, in tali casu etiam Doctores docent, prædictos clericos ad forum secularem trahi posse, si clericus à Iudice seculari citetur ad comparendum, nō absolutè, sed si sua interesse putauerit; vel ad exhibenda iura sua corā ipso; v. g. si clerici debitor dilationem debiti ex maiori parte creditorum petat, vel bonorum cessionis beneficiū obtinere velit &c. Quod & ego non omninò negarem, ità vt hac citatione facta, si ipse cōparet, neque declinatoriam opponit, obligatus fit 2 iudicio seculari, & illius sententiæ stare; quia in tali casu etiam non est Reus necessarius, sed actor voluntarius; vt ex Baldo, & aliis *in l. testamenta Cod. de testam.* tradit Farinac. *cit. q. 8. n. 87.* Vide quæ dicam *c. 9. dubit. 11. & seq.* & quæ dicebam *lib. de Parlament. Dubit. 12. per totam.*

Dixi primò *si comparet*; quia si non comparet, iu- 3 dicari non potest; cùm non comparendo clarè innuat, sua non interesse. Sic Farinacius *loco supra cit. n. 90.* & Menoch. *de reti. per. possess. rem. 15. n. 228.*

Dixi secundò, *si neque comparendo declinatoriam opponit*, 4 quia declinatoria opposita, laicus non est cōpetens Iudex; cùm tunc clericus non putet, sua interesse coram illo comparere, & iudicari. Sic etiam Farinacius *n. 91.* & Menoch. *n. 232.* vbi aduertunt 5 citationem faciendam esse sine adiuncto compellente clericum, quod iudicio stare debeat: adeò vt si clericus citetur, quod coram iudice seculari compareat, si sua interesse putauerit; alioquin tanquam contumax condemnabitur: nulla sit talis citatio. & nulla sint omnia inde procedentia: & merito; quia per tale adiectum destruitur prior conditio (si scilicet sua interesse putauerit.) & fit præterea violenta citatio.

DVBITATIO VI.

An, & quid dicendum, si clericus conueniatur nomine laici?

SVMMARIVM.

1 *Clericus ad Tribunal laicale trahi potest, si coram Iudice sæculare conueniatur nomine laici, quatenus exempli gratia repræsentat suum Auctorem laicum, in casu tamen quod lis contestata fuerit cum Persona defuncta laici, quia tunc firmata est iurisdictio.*

2 *Lis si contestata fuerit coram Iudice Ecclesiastico cum Persona defuncta Clerici, continuari illa debet contra laicum hæredem Clerici coram eodem Iudice Ecclesiastico.*

3 *Lis si contestata non fuerit coram Iudice laico Clericum non potest conueniri vt hæres laici nisi coram Iudice Ecclesiastico, contra multos Auctores.*

4 *Afferuntur multæ rationes.*

5 *Clericus, qui coram Iudice laico depositum recepit, non potest à Iudice laico ad illud reddendum cogi.*

6 *Clericus coram Iudice laico, si sua interesse putauerit citatus compareat, neque tenetur stare sententia à Iudice laico data.*

7 *Clericus Hæres laici non tenetur prosequi coram Iudice seculari litem contra laicum, qui successit, cœptam, & contestatam., sed est de nouo super eadem re, vel actione coram Iudice Ecclesiastico conueniendus.*

8 *Præuentio Iudicis secularis non tribuit, neque tribuere potest ipsi iudici seculari potestatem aduersus Clericum, nec derogare potestati Ecclesiasticæ.*

9 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur executioni demandare sententiam latam contra Clericum per Iudicem laicum.*

10 *De iure non est quod laicus effectus Clericus, quoad causas ciuiles respondeat in Iudicio, vbi prius citatus fuerat.*

11 *Clericus succedens Laico si possideat rem specialiter hypothecatam, ratione talis hypotheca conueniri non potest coram Iudice seculari.*

12 *Clericus successor laici, quamuis præuenti, necessario stare non debet Iudicio fori secularis.*

13 *Persona præuenta non est eadem cum Persona Clerici, sed diuisa.*

14 *Clericus successor laici debet audiri super oppositione sua in foro Ecclesiastico.*

15 *Executio, cum fieri debeat contra hæredem, oportet præmitti vocationem, & aliquam causæ cognitionem, quam Iudex secularis efficere nequit contra Clericum.*

16 *Probabile est, quod dicebatur n. 1.*

17 *Nec obstant Marthæ argumenta.*

ESPONDETVR, in tali casu etiam
Doctores tenent, prædictos clericos
ad forum laicalem trahi posse, si sci-
licet clericus coram Iudice seculari
1 conueniatur nomine laici, v. g. in ca-
su, quod sit hæres laici; quia tunc conueniri vide-
tur, quatenus repræsentat personam defuncti laici;
quod & ego etiam non negarem; in casu tamen
quod lis contestata fuerit coram Iudice seculari
cum persona defuncta laici; quia tunc firmata est
iurisdictio Iudicis laici in talem causam, & cleri-
cus succedens defuncto laico, nomine laici agit
(quapropter similiter si lis contestata fuerit co-
2 ram Iudice Ecclesiastico cum persona defuncta
clerici, continuari illa debebit contra laicum hæ-
redem clerici coram eodem Iudice Ecclesiastico;
3 qua de re Riccius *par. 4. decis. 218 per totam.*) At se-
cus, si lis contestata non fuerit coram Iudice lai-
co; quia tunc clericus non solum quoad perso-
nam, sed etiam quoad hæreditatis bona à iurisdi-
ctione Iudicis laici exemptus est; ita vt tunc lites
circa bona, vel actiones defuncti laici venire de-
beant coram Iudice Ecclesiastico; & sic tunc cle-
ricus nec possit, nec debeat se submittere Iudici
laico; sicuti rectè docent Abb. *in cap. quia de iudic.*
Bartol. *in leg. hæres absens; ff. de iudic.* Farinacius
eat. quæstio. 8. num. 46. amphat. 17. Scaccia *lib. 1. cap. 11. num. 23.* & alij Doctores, quos citat, & se-
quitur Carolus de Grassis *de effect. cleric. eff. 1. num. 281.* Item Rodriguez *in summa tomo 1. cap. 216. numero 15.* Megalius *in 3. par. lib. 3. cap. 10. numer. 59.*
Graffius *in decis. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 128.* Corio-
lanus *in Bull. Cœna, excomm. 16. fol. 945.* Heuia *in Curia Philipp. par. 1. §. 5. n. 20.* Castill. *par. 1. de. c. 2.* Perei-
ra *de manu Regia par. 2. c. 30. n. 6.* & Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 40. n. 9.* citans complu-
res alios Iuristas. & Reginald. *to. 1. lib. 9. c. 23. n. 252.*

Cæterum, Quod in priori casu, de quo dice-
bam *n. 1.* causam prosequi spectet ad Iudicem lai-
cum, probatur vlterius; quia ob cœptum, & radi-
catum coram vno Iudice legitimo tempore iudi-
cium, res affecta reali vitio dicitur, quæ proindè
obnoxia tali Iudici, in quemcumque sic transit, ex
l. si quis posteaquam, ff. de iudic. ibi: *Si quis posteà quàm in ius vocatus est, miles, vel alterius fori esse cœperit, in ea causa ius reuocandi fori non habebit, quasi præuentus*: &
ex *l. cum quædam puella, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & ex
generali regula, quod res transit in quemcumque 4
cum onere suo; præsertim quia non mutatur con-
ditio rei, vel hæreditatis, mutata persona hæredis,
vel singularis successoris, immò semper adest, &
durat repræsentatio auctoria, & defuncti, ac si vi-
uus superesset, & cum eo iudicium continuaretur,
nec plus iuris, & priuilegij potest in hærede reperiri, quàm in principali, *cap. nemo potest, de regul. iuris in 6.* esset enim locupletari cum alterius iactu-
ra, contra text. *in cap. locupletari, eodem tit.* & es-
set, non velle sentire onus commodo annexum,
contra text. *in cap. qui sentit, eod. tit.* Quapropter
quod onus hæreditatem, ac fundos penes quem-
cumque sequatur, est textus *in l. æris alieni, Codic. de donat. ante nuptias, l. creditores, Cod. de hæred. inst. cap. 43. cunctis, 16. quæstio. 1. cap. 22. tributum 23. quæst. 8. & cap. 1. in fin. de cens.* & docent Molina *de iust. disp. 456.* Guttierez *pract. qq. lib. 1. quæst. 3. n. 15* Bar-
bosa *in c. non minus, num 4. de immunit. Eccles.* Sanch.
consil. moral. lib. 2. cap. 4. Dubitat. 57. num. 1. & Ortiz
de immun. par. 3. Dub. 3. ad 3. Vnde manifestè sequi
videtur, quod causa, seu lite coram Iudice laico radi-
cata per vniuersalem iurium translationem in exē-
ptum, illius cursus non varietur, sed coram eodem
continuari debeat; & quod in eum affecta hæredi-
tas, tanquam iniecto vinculo & stigmate, transeat,
vt ait Abb. *in c. Eccles. S. Mariæ n. 25. in lectura, & n. 36. in repetit. de Constitut. & consil. 111.* Io. Andr. *in regul. fin. col. fin. de reg. iur. in 6* Butr. & Imola *ibid.* Capra
concl. 15. n. 47. & seqq. Lapus *alleg. 101.* Anch. *in cap. 1. vers. pro hoc, de Constit. & consil. 434.* Aretin. *in c. quod si cler. de iud. dec.* Thol. 144. qui ad terminos diuerso-
rum statutorum laicorum per hanc rationem do-
cent afficere personas Ecclesiasticas, quod ante sus-
ceptum forum statuta personas affecerunt, ex *l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum*, ibi: *Si minor 25. annis emerit prædia vt quoad pretium solueret, essent pignori obligata venditori; non puto pignus valere: nam vbi dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari.* Hinc nec serui, nec
ratiociniis obligati possunt ordinari, ne prioribus
vinculis exoluantur; & meritò, cùm Christiana lex
neminem iure suo priuet, nec quod est alterius,
minuat.

Secundò

Secundò probatur, quia iudicia instituta sunt, vt ad publicam vtilitatem pax inter homines seruetur, & lites quàm citò terminentur, vel transigantur, *l. prop randum, Cod. de indic. l. terminatio, Cod de fruct. & lit. expens. cap. finem litibus, cap. venerabilis de dolo, & contum. & capite inrgantinm, de re iud.c.* At contrarium contingeret, si illa propter clerici ad laici bona successionem, peruertere, ac denuò cum temporis, & pacis dispendio coram alio Iudice prosequi liceret.

Tertiò probatur, quia clericus ob iudicij reuerentiam, & vinculum in lite contractum, non declinat per fori superuenientiam iudicium iam cœptum, nec delicti cognitionem, nec fideiussionem præstitam, nec obligationem ante clericatum, vt in bonis luat, vel satisfaciat, initam, vt habet Mattha *centur. 1. cas. 111. &* S. Congregatio in vna Ciuitatis Castelli die 18. Febr. 1631 apud Sel. in Selectis Canon *cap. 16. num. 17.* & Barbosa *in remission. ad Con. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 6. num.* 27. Ergo debet multò magis hoc idem sustinere, vt laici hæres, in quo nulla datur mutatio; cùm hæredis, & testatoris persona eadem in iudiciis existimetur; & cùm in omnibus attendi debeat origo negotij, ac actionis, non verò quid inde euenerit, *l. nam & Seruius, §. nam quecumque ff. de negot. gestis, l. quid ergo in princip. ff. qui not. infam.* & cùm in hæreditate defuncti semper spectetur persona defuncti, non autem hæredis, *l. hereditas, ff. de acquir. rerum domin.* ibi *Hereditas enim non heredis personam, sed defuncti sustinet.*

Quartò probatur; quia cùm hoc ipsum, correlatiuorum ratione, seruetur in clerici hærede, qui pro cœpto iudicio coram eodem Ecclesiastico Iudice respondere tenetur, licet laicalis fori sit, vt rectè dixit Riccius *decis. 218. part. 4.* & Diana *part. 1. tract. 2. resol. 24.* consequens est, quod idem dicatur in casu nostro, *capite 2. de except. in 6.* vbi postquam Bonifacius VIII. præcepit Ecclesiasticorum Iudicum sententias, si iure latæ fuissent, exequi debere, subdidit: *Similiter Ecclesiastici Iudices, si coram ipsis excipiatur de re per secularem Iudicem iudicata, exceptionem ipsam admittant in iis, quæ animarum periculum non inducunt, per superiores suos, nisi fecerint, animaduersione debita castigandi.* Vnde constat, vtrumque Iudicem ad paria obligari, vt alterius sententias exequi teneatur, indeque fieri non posse, quoad sententias rectè, & iure suo ab alterutro Iudice latas fori declinationem opponi; & ad inconueniens, quod oppositæ sententiæ auctores afferunt, non teneri scilicet Iudicem Ecclesiasticum illam sententiam exequi, ac proinde (vt ipsi aiunt) seruire de vento, patet responsum ex *cit. cap. 2.* cùm, licet à Iudice laico, vt sententiam exequatur, clericus cogi non possit, à suo superiore tamen cogi poterit, vel in bonis per sententiæ executionem iuxta ordinem constitutum *in l. a diuo Pio, ff. de re iudic.* vel in possessionem misso victore, vel pignore capto, persona tantum excepta.

Quamuis contrarium etiam quoad hoc satis probabiliter doceant Ambrosinus *de immunit. Eccles. cap. 20. numero 45.* Tamburinius *de iure Abbatum. tom. 1. disp. 15. quæst. 19. numero 17. & seqq.*
5 (vbi subdit, quod Clericus, qui coram Iudice laico depositum recepit, non possit à Iudice laico ad illud reddendum cogi; & clericus coram
6 Iudice Laico, si sua interesse putauerit, citatus compareat, neque teneatur stare sententiæ à Iudice Laico datæ) Alterius *de censur. tom. 1. lib. 5. disp. 16. capite 1. col. 12. & seq. cas. 3.* Mar. Antonius *libro 1. resol. 49. numero 2.* Bonacina *de legibus disp. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. num. 25. & in Bullam Cœna tom. 3. disp. 1. q. 16. punct. 5. num. 18.* citans, Felinum, Abbstem, Imolam, & Rotam Romanam. Item Duardus *in Bull. Cœna Can. 15. num. 3.* Bellettus *part. 1. Disquis. cleric. fol. 274. num. 6.* Molfesius *in consuetud. Neapolit. part. 2. quæst. 8.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub. 3. num. 58. 73. & 82.* &
Diana *part. 1. tract. 2. resol. 24.* qui tenent, quod 7
clericus hæres laici non teneatur prosequi coram Iudice seculari, nec litem contra laicum (cui successit) cœptam, & contestatam, sed sit de nouo super eadem re, vel actione coram Iudice Ecclesiastico conueniendus, ex eo, quia, siuè lis fuerit cœpta, & contestata coram Iudice seculari, siuè non, semper eodem modo militat ratio suæ exem-
ptionis à Iudice seculari; cùm præuentio Iudicis 8
secularis nec tribuat, nec tribuere possit ipsi Iudici seculari potestatem aduersus clericum, nec derogare potestati Ecclesiasticæ; tum quia ex opposita sententia sequeretur inconueniens, quod scilicet secuta contra clericum hæredem laici condemnationis sententia, seruiret sententia ista de vento; quandoquidem executioni mandari non possit, nisi per Iudicem Ecclesiasticum, qui
cùm non subiaceat eidem Principi, cui subest 9
Iudex laicus, non teneretur, nec cogi posset, dictam sententiam executioni mandare; Ad quod tamen inconueniens Responderi potest ex dictis suprà.

Vide etiam Mattham *de Iurisdict. part. 1. cent. 1. cas. 34. num. 14.* qui contra Doctores prioris sententiæ supra citatos, & contra Gabrielem Pereitam *tract. de manu Regia in Concordatis Regis Al-*
fonsi III. art. 4. num. 38. & Barbosam *in l. si quis* 10
postea quam, ff. de indic. num. 203. tenet, non esse de iure, quod laicus effectus clericus, quoad causas ciuiles respondeat in iudicio, vbi prius citatus
fuerat. Vide etiam Antonium de Ripol. *de Iuris-* 11
dict. omnium Iudic. cap. 1. num. 192. qui à fortiori tenet, quod, si clericus succedens laico possideat rem specialiter hypothecatam, ratione talis hypothecæ conueniri non possit coram Iudice seculari. Vide etiam quæ dicebantur *supra capite præcedenti.*

Vide etiam tandem Rotam Romanam *decis. 5. in* 12
Antiquis, tit. de foro compet. vbi ait, quod clericus successor laici, quamuis præuenti, necessariò stare non debeat iudicio fori secularis; quia (licet laicus prædecessor huius clerici fuerit præuentus, immò & condemnatus, & sic videatur, quod idem Iudex debeat executionem facere, non obstante, quod personæ conditio sit mutata, immò & cognoscere propter priuationem, argum. not. per Hostien. *c. ad ratioc. de obligat. cap. 2. & cap. postulasti, de foro compet. & l. si*
quis posteà, ff. de iudic.) tamen contrarium sit proba- 13
bilius; quia hic non est eadem persona præuenta,
cùm sint diuersæ personæ debitoris, laici scilicet, 14
& clerici: quare videtur contra, quod immò clericus debet audiri super oppositione sua in foro Ecclesiastico; quia clericus etiam in resti debet gaudere priuilegio clericali, & conueniri in foro Ecclesiastico, iuxta *not. in Auth. vt omnes obed. Iud. prouin. §. hoc considerantis*, & per Archidiac. *in capite 1. de cleric. coniug. in 6.* & per Io Andr. *in nouell. tit. de duell.* præsertim quia, cùm contra hæredem fieri debet executio, oportet præmitti vocationem, & aliquam causæ cognitionem, quam in clericia Iudex secularis non

est delictum (licet à multis commissum) ergo vni-
eus debet esse Iudex illius *leg. nulli Codic. de iudic.*
(aliàs in eadem causa, in eodem delicto plures
6 ferrentur sententiæ, quod videtur absurdum) Et sic
cùm vnicus debeat esse Iudex illius, potius debet
7 esse Iudex Ecclesiasticus, quàm secularis; quia se-
cularis non potest esse Iudex clerici ob eius priui-
legium; tum quia priuilegiatus, & magis dignus
trahit ad se non priuilegiatum, & minus dignum;
vt patet ex *cap. quando de iudic.* item *ex cap. per tuas*
8 *de arbitr.* vbi ratione societatis potest laicus simul
cum clerico esse arbiter in causa spirituali: & ex
9 *leg. si communem, ff. quemadmodum seruitutes admit-
tantur*, vbi ratione societatis potest quis viam, &
vsum retinere, quem alius per se retinere non pote-
rat. Vide *cit. Dubit. 4. sect. 19. subsect.* 31. vbi etiam
Cardinalium declarationem referebam, & testimo-
nium Doctorum testantium, sententiam hanc in
praxi vigere.

Quamuis opposita, nempè quod laicus simul
10 cum clerico delinquens conueniri debeat coram
Iudice seculari, & non coram Ecclesiastico, non sit
omninò improbabilis, quin fortasse in praxi fre-
quentior; & probari potest ex *leg. si quis vxori, ff de
11 furtis in princip.* vbi socius criminis (nempe mari-
tus, qui furtum commiserat) non gaudet priuile-
gio socij, nempe vxoris, sed ille tenetur actione
furti; ista solum actione rerum amotarum: tum
probari potest ratione, quia licet causa, vel delictum
12 sit vnicum in esse physico, scilicet in ordine ad
personam læsam, est tamen multiplex in esse mo-
rali, scilicet in ordine ad personas lædentes (cùm
quot sunt personæ lædentes, seu delinquentes, tot
13 sint delicta commissa) & sic ratione huius diui-
duitatis, seu multiplicitatis potest optimè quilibet
delinquens coram suo Iudice conueniri, & castiga-
ri; quia cognitio, & punitio vnius non impedit co-
14 gnitionem, & punitionem alterius, sicuti si pluri-
bus fratribus, vni clerico, alteri laico, hæreditas
15 relinquatur, solus clericus pro parte sibi compe-
tente eximeretur à tributis, non item laicus etiam
pro sua, tametsi cum clerico commune patrimo-
nium, & communem hæreditatem habeat (vt ex
16 communi cum Speculatore, & Decio docet Co-
uar. *pract. qq. 34. numero 2. in fin.*) Ergo similiter in ca-
so nostro dicendum est, quod licet delictum cle-
rici, & laici sit commune, tamen à iurisdictione
laicali solum exemptum sit, quatenus est delictum
clerici, non item quatenus est delictum etiam
laici. Atque ita præter complures Theologos,
& Iuristas, quos *in cit. Dubitat. 4. sect. 19. sub-
sect.* 31. referebam, docent Clarus *in pract. quæst.
36. vers. euenit plerumque*, Anton. Gom. *epit. de-
lict. cap. 10. numero 6.* & Farinacius *lib. 1. tit. 1. de
17 inquisit. quæstio. 8 numero 151.* quorum tamen ali-
qui admittunt, posse laicum simul cum Clerico co-
ram Iudice Ecclesiastico conueniri, & puniri, si Iu-
dex Ecclesiasticus Iudicem laicum in captura præ-
ueniat; & si alij, & non omninò improbabiliter e-
tiã, neque hoc admittant propter rationes iã dictas.

Quapropter ad rationes nostras respondere quis
posset, quod causa sit vnica, & vnicum sit deli-
ctum (v. g. vnicum furtum, vnicum homicidium,
&c.) in ratione physica, per ordinem scilicet ad
vnitatem eius, qui damnum patitur: at sit multi-
plex in ratione morali, per ordinem scilicet ad
18 multiplicitatem delinquentium; & propterea op-
timè possint plures ferri sententiæ, quin aduer-
sentur, *leg. nulli*; quia feruntur de causa, & deli-
cto moraliter diuiduo, & distincto. Et ad textum
in cap. per tuas respondere posset, quod laicus si-
mul cum clerico possit esse arbiter in causa spiri- 19
tuali, quamuis solus esse nequeat; quia nõ prohibe-
tur esse arbiter ob incapacitatem (aliàs enim nec
cum clerico esse posset ex *leg. Pedius, ff. de arbitr.*)
sed prohibetur ob quandam decentiam (vt rectè
dixit Abb. *in cap. cum dilectus de arbitr.*) quæ de-
centia suppletur, si simul cum clerico arbitrium
suscipiatur. Ex hoc tamen solum sequitur, quod
possit laicus à Iudice Ecclesiastico puniri, quia pu-
nitio laici non prohibetur Ecclesiastico Iudici ob 20
incapacitatem, sed ob decentiam: at non sequitur,
quod Iudex laicus priuandus sit iudicio, & iurisdi-
ctione in laicum delinquentem. Et tandem ad l. 21
si communem respondere posset, intelligendam
illam esse in causa, quæ nullam, vel saltem non
commodam diuisionem admittit. Vide quæ dicen-
tur *c. seq. dub. 10. & c. 10. dub. 17.*

DVBITATIO XXIV.

An saltem possit quis ex Ecclesiasticis sine incursione censurarum trahi ad forum seculare in criminalibus, in casu, quod solum post delictum commissum effectus fuerit Clericus, Nouitius, vel Religiosus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus effectus post delictum commissum non potest sine incursione dictarum censurarum trahi ad forum secularem.*

2 *Priuilegio exemptionis in honorem status clericalis introducto omnes gaudere debent, qui habitum clericalem assumpserunt.*

3 *Priuilegium exemptionis, cum maxime fauorabile sit potius extendi, quam restringi debet.*

4 *Confugiens ad Ecclesiam pro tempore, quo ibi manet etiam post delictum, puniri non potest, ergo multo minus, qui confugit ad statum clericalem.*

5 *Limita tamen, nisi quis in fraudem Clericus, vel Religiosus effectus fuerit, quia tunc contra ipsum à Iudice seculari procedi poterit, non quoad pœnam corporalem, nisi præuia degradatione, tradatur Curia seculari, sed solum quoad pœnam pecuniariam seu in bonis.*

6 *Si Persona in carcere à Iudice laico coniecta, inde aufugiens Clericus in fraudem effectus fuerit, plenum ius Iudici seculari reseruatur procedendi contra personam, nisi in sacris sit constituta, quin necessario requiritur Iudicis Ecclesiastici sententia, degradatio, & traditio.*

7 *Iudex secularis præuenta causa potest procedere contra Clericum saltem quoad pœnam pecuniariam non obstante quod Reus assumentus Ecclesiasticum statum non in fraudem assumpserit.*

8 *Sixtus V. plenam Iudicibus secularibus concessit potestatem procedendi contra eos, qui post susceptam accusationem, aut institutam inquisitionem, Religiosi facti fuerint, quinimmo eorumdem professionem irritam esse decreuit.*

9 *Constitu*

9 *Constitutio recensita Sixti V. quoad hoc moderata fuit à Clemente VIII.*

10 *Iudex-sęcularis causa non prauenta, nec persona; si tantum praecesserit infamatio, & inquisitio, non potest procedere contra infamatum, & inquisitum etiam quoad pœnam pecuniariam, si is clericalem statum postea non fraudulenter assumpserit.*

11 *In casu etiam recensito aliquando fraudis prasumptio, & suspicio esse potest; vt si quis post crimen de quo accusatus fuit, minores tantum Ordines, vel beneficium assumat.*

12 *In sententia Genuensis, laicus siue post delictum commissum Clericus factus sit in fraudem, siue non; & siue simus in causa criminali, siue in causa ciuili, non potest à Iudice laica contra talem procedi, ex eo quia confugiens ad Ecclesiam post delictum commissum etiam animo defraudandi gaudet immunitate; ergo multo magis qui Deo se dedicat gaudere debet priuilegio exemptionis.*

13 *Reus de capitali crimine accusatus, miles factus non remittitur; sed à Iudice militia iudicatur.*

14 *In Concilio Tridentino prohibetur Episcopis, ne tales, qui fraude, & animo effugiendi iudicium seculare, ordines suscipere volunt, ordinent.*

15 *Ad euitandas fraudes illorum, qui ad fugiendas pœnas Clerici, vel Religiosi fieri curant, satis prouisum est à sacris Canonibus.*

16 *Canones expresse, & in specie determinant; quod exempta persona molestari non possit in bonis; idque ne per vnam viam concedatur, quod per aliam prohibetur.*

17 *Cessante prauentione Iudicis; cessante fraude delinquentis; criminosus factus postea Clericus, vel Nouitius, in vlla pœna à Iudice laico potest condemnari.*

18 *Iudex non potest cognoscere personas; super quibus ius non acquisiuit, & iurisdictionem de prasenti non habet.*

19 *Probare Clericum in fraudem post delictum effectum esse, est onus incumbens dicenti.*

20 *Clericus si dicat se ex voto clericum esse, non esse standum eius iuramento affirmat Farinacius probabiliter, prasertim si sint aliqua adminicula in contrarium.*

21 *Esse standum eius iuramento probabiliter dicunt alij, si sint aliqua adminicula in fauorem.*

1 RESPONDETVR, & dico primo, quod neque in hoc casu talis sine incursione dictarum censurarum ad forum secularem possit trahi; quia cùm pri-
2 uilegium exemptionis in honorem status clericalis introductum sit, eo gaudere debent omnes, qui habitum clericalem assumpserunt; præsertim, quia, cùm tale priuilegium maxi-
3 mè fauorabile sit, potius extendi, quàm restringi
4 debet. Et confirmatur; quia qui confugit ad Ecclesiã (quamuis laicus remaneat, & ad tempus in ea moretur) inde extrahi, & à Iudice sæculari puniri non potest: ergo multò minus, qui confugit ad statum clericalem, & sic ipsemet in persona pro semper sacer efficitur. Atque ita ex communi docent Abb. *in cap. de obligatis ad ratiocinia*, Couar. *in pract. qq. cap. 31. num. 4.* Nauar. *in commentr. 2. de Regular. num. 60.* Clar. *in pract. crim. q. 36. num. 43.* Molina *de iust. & iur. tom. 4. tract. 3. disp. 49. num. 21.* Menoch. *de prasumpt. lib. 6. q. 76. num. 15.* Ambrosinus *de immunit. Ecclesiast. cap. 19. num. 5.* Ceuallos *tra. de cognit. per viam violent. part. 2. quast. 44. num. 7.* Bellettus *in disquisit. cleric. part. 1. tit. 4. §. 4. num. 3.* alios citans, Petrus Cenedus, *in collect. iur. Can. part. 1. collect. 3. n. 13.* Clarus *quast. 36. num. 38.* & eius additionator *ibidem lit. G.* Zerola *verb. Clericus, num. 6.* Farinacius *tit. de inquisit. quast. 8. num. 107.* Bellamer. *in c. proposuisti, quast. 2. de foro competen.* Gomez *tit. quando Reus gaudet immunit. Ecclesiast.* Curtellius *lib. 2. quast. 27.* Homobonus *in consult. moral. vol. 1. prac. 8. part. 2. resp. 190* Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouit. disp. 11. dub. 12. num. 11.* Dianâ *part. 4. tract. 1. resol. 95.* Marthâ *de iurisdict. part. 4. cent. 2. cas. 121. num. 12. & seq.* Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. quast. 2. art. 3.* Gutierrez *lib. 1. pract. qq. q. 5.* Sà *verb. Clericus, num. 9.* Suarez *lib. 4. de fens. cap. 15. num 16. argum. l. hos accusare, ff. de accusat.* & alij passim.

Excipiunt tamen prædicti Doctores, nisi quis in fraudem clericus, vel Religiosus effectus fue- 5
rit; quia tunc, inquiunt, contra ipsum à Iudice sæculari procedi poterit, non quidem quoad pœnam corporalem (nisi Iudex Ecclesiasticus illum degradet & tradat Curiæ sæculari; ad quod tamen nullo iure cogi potest; qua de re tamen vide quæ *suprà dubit. 9.* diffusè dicebantur) sed solum quoad pœnam pecuniariam, seu in bonis. Et fauet exemplum, quod supra adducebam de eo, qui confugit ad Ecclesiam: nam talis si post delictum commissum ad Ecclesiam, etiam in fraudem, confugiat, non potest inde extrahi, & à Iudice sæculari quoad pœnam corporalem puniri. Et sic Romæ in quadam Cardinalium Congregatione anno 1645. decisum vidi.

At his non obstantibus, cùm de tali decisione Romæ facta non constet authenticè, dicerem non esse omninò improbabile (quamuis oppositum sit multò probabilius, maximè propter exemplum, quod afferebam de eo, qui confugit ad Ecclesiam, etiam in fraudem, licet reuerà fraus non sit, sed proprium ius) quod, si per- 6
sona à Iudice sæculari præuenta fuerit, id est, in custodiam coniecta (vnde illegitimè, vel contra fidem datam aufugit) tunc (etiamsi Reus non in fraudem clericus effectus fuerit) plenum ius Iudici sæculari reseruetur, vt possit is procedere, etiam contra personam, nisi in sacris illa constituta sit; quin necessariò prærequiritur Iudicis Ecclesiastici sententia, degradatio, ac traditio, iuxta ea, quæ *suprà citato dubitat. 9.* dicebantur.

Dico secundò, quod si à Iudice sæculari præ- 7
uenta fuerit solum causa (nempe per citationem, vel litis contestationem) procedi possit contra illum, saltem quoad pœnam pecuniariam, non obstante, quod Reus conuentus Ecclesiasticum statum non in fraudem assumpserit, sicuti docent ex Doctoribus dictis complures *in locis suprà cit.* & sumitur ex *cap. proposuisti, de foro competen. iuncta gloss. verb. citatus*, vbi per solam citationem
perpetuatur iurisdictio quoad causam illam. Et 8
confirmatur; quia Sixtus V apud Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. quast. 2. art. 3.* plenam Iudicibus sæcularibus concessit potestatem procedendi contra eos, qui post susceptam accusationem, aut institutam inquisitionem Religiosi facti fuerunt; quinimò eorumdem professionem irritam esse de-
creuit. Quamuis quoad hoc Constitutio Sixti V. 9
à Clemente VIII moderata fuerit; vt videre est apud Homobonum, & Bartholom. de Vecchis *in locis supra cit.*

Dico tertiò, quod si tandem nec causa, nec 10
persona à Iudice sæculari præuenta fuerit, sed solum infamatio, & inquisitio præcesserit,

rie, infamatus autem, & inquisitus clericalem statum postea non in fraudem assumpserit, procedi non possit contra illum, nec etiam quoad pœnam pecuniariam; sicuti *in locis supra citat.* docent Martha, Suarez, & Diana contra Couarruuiam Clarum, & Rodriguez qui putant contra talem etiam (tanquam fraude clericum, Nouitium, vel Religiosum) procedi posse; sed quod cum Martha, Diana, & Suarez dicebam, est multò probabilius propter rationes iam supra dictas; & quia ex alio capite Iudex secularis ius in illum non acquisiuit præueniendo, nec tūc fraude videtur factum, quod Reus iure suo vtendo fecit; cùm criminosus saltem, si de crimine infamatus, & inquisitus solum fuerit, iure possit post actam pœnitentiam clericatum, vel habitum religiosum assumere; Ergo, &c.

11 Non nego tamen, quod etiam in tali casu fraudis suspicio, & præsumptio aliquando esse possit (vt si quis post crimen, de quo infamatus, accusatus, & inquisitus fuerat, minores tantum Ordines, vel beneficium Ecclesiasticum assumat) non id fieri ex animo sed icandi Deo, sed solùm effugiendi manus Iudicis secularis, cum proposito, quod postea, cessante periculo, ad statum laicalem regrediatur; in quo casu etiam non improbabiliter fraus criminoso prodesse non debet, vt (si non ipso facto priuilegio clericali priuatus est) saltem dignus sit, qui illo priuetur; sicuti fatetur etiam Suarez *loco supra ci.* & docent Doctores, quos citat, & sequitur Curtellius *de immun. Eccles. lib. 2. q. 27. n. 9.*

12 Quamuis Genuensis *in prax. Archiep. cap. 8. numero 5* & Bonacina *in Bullam Cœna tomo 3. disput. 1. quæstio. 16. sect. 1. punct. 5. numero 9. & de legibus disput. 10. quæstio. 2. punct. 5. numero 16.* teneant, & satis probabiliter, quod absolutè (siuè laicus post delictum commissum clericus factus sit in fraudem, siuè non; & siuè simus in causa criminali, siuè in ciuili) non possit à Iudice laico contra talem procedi, ex eo quia si qui confugit ad Ecclesiam post delictum commissum, etiam ex animo defraudandi Curiam secularem, immunitate gaudet, quamuis remaneat laicus, & ad tempus in ea moretur; multò magis gaudere debebit, qui personam suam per Ordinis susceptionem, vt Deo perpetuò famuletur, consecrat: tum quia *in*

13 *leg. qui cum vno, §. Reus, ff. de re militari*, Reus de capitali crimine accusatus, si miles factus fuerit, non remittitur, sed à Iudice Militiæ iudicatur. Ergo multò magis idem dicendum erit, si quis miles cælestis factus sit. Tum quia Concilium

14 Tridentinum *sess. 13. cap. 4. de reformat.* prohibet Episcopis, ne tales, qui fraude, & animo effugiendi iudicium seculare Ordines suscipere volunt, ordinent; quæ prohibitio frustratoria esset, si fraus illos à seculari potestate non eximeret. Ergo, &c.

15 Quod si dicas contra Genuensem, & Bonacinam; Si talis sententia vera esset, sequeretur, quod multi in fraudem, vt pœnas euitarent, & sic in perniciem Reipublicæ, ordinarentur. Respondent ad id satis prouisum esse per sacros Canones, & præcipuè per dictum Concilium Tridentinum *in loco citat.* quatenus ibi expressè prohibet, ne tales ordinentur, sed solum qui de vita, & moribus probi subtili indagatione inuenti fuerint.

Quod si dicas secundò, quod saltem quoad pœnam pecuniariam, & etiam quoad confiscationem bonorum (si sic exegerit eorum delictum) tales à Iudice laico puniri debeant. Respondent, nequè id verum esse; cùm Canones expressè, & in specie determinent, quod exempta persona molestari non possit in bonis; idque ne per vnam viam concedatur, quod per aliam prohibetur. *cap. vnic. de cleric. coniug. in 6* & nos *lib. de Parlamentis Dubit. 4 sect. 19. subsect. 12. & 16 & sect. 20. subsect. 2. & dub. 26. sectio. 4.* dicebamus, & *cap. 9. Dubitat. 35.* dicemus. 16

17 At quidquid sit de hac opinione, an illa probabilior dicenda sit, illud saltem omninò dicendum est, quod, si fraus absit, criminosum factum postea clericum, vel Nouitium, &c. (qui saltem nec per capturam, vel per coniectionem in carceres; nec per citationem, vel litis contestationem præuentus fuit) non possit Iudex secularis, neque in bonis, seu pœna pecuniaria, punire; cùm non possit Iudex cognoscere personas, super quibus ius non acquisiuit, & iurisdictionem de præsenti non habet; & sic non possit Iudex secularis punire personas, quæ iure non præuento, forum ipsius, & statum secularem cum Ecclesiastico commutarunt. 18

Cæterum, an & quomodo probetur, quod quis post delictum commissum clericus in fraudem effectus sit (quod est onus incumbens dicenti. *leg. 2. de probat. & leg. in bello, §. facta, ff. de captiuis, & postliminio reuersis*, vide *cap. 4. dub. 26. & seqq.* Martham *de iurisd. par. 4. cas. 176.* Ambrosinum *de immun. Eccl. cap. 19.* Mascardum *tomo 2. concl. 815.* Gabrielem *in commun. opin. tit. de præsumpt. concl. 13. n. 2.* & Duardum *in Bullam Cœna lib. 2. can. 15. quæst. 11.* & in casu, quod ipse dicat se clericum ex voto effectum esse, an iuramento ipsius standum sit, vide Farinacium *tit. de inquisit. quæstio. 8. numero 114.* qui negat, & probabiliter; præsertim si sint aliqua adminicula in contrarium: vide etiam Ambrosinum *loco supra cit. num. 12* & Hieronymum Rodriguez *in Compen. qq. Regul. resol. 101. n. 9.* qui affirmant, & probabiliter etiam, præsertim si sint aliqua adminicula in fauorem. 19 20 21

SECTIO II.

Difficultates earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Criminosus assumpto Clericatu, vel habitu Religioso licet non fuerit aliquo modo præuentus à Iudice laico, subiectus tamen est ei ratione saltem bonorum si loquamur de bonis, quæ sunt ipso iure fisco obligata, secus si loquamur de bonis, quæ sunt obligata per accidens.*

2 *Cessante obligatione, seu subiectione Personæ cessat obligatio bonorum.*

3 *Clericus in delicto patrato de tempore Clericatus, etiam Clericatu omisso, debet cognosci à Iudice Ecclesiastico ratione priuilegij, quo de tempore commissi delicti, gaudebat, sed non procedit in laico facto postea Clerico.*

4 *Clericus vel Nouitius transiens ad statum laicalem, non tam mutat forum, quam cumulat forum cum foro, vt nihil obstet eum à Iudice Ecclesiastico etiam cognosci posse.*

5 *Laicus transiens ad statum clericalem, vel Religiosum, non tantum mutat forum, sed etiam statum Personæ secundum quem incapax sit, vt à Iudice seculari cognosci possit.*

6 *Secularia subordinantur spiritualibus, & non è contra.*

7 *Inter Personas Ecclesiasticas quædam sunt quæ statum immutabilem habent, vt Clerici in sacris cõstituti, & Religiosi professi: & qui priuilegium fori regulariter non amittunt nisi per sententiam in criminibus exceptis.*

8 *Quædam Personæ sunt, quæ statum mutabilem habent, vt Clerici in minoribus constituti, & Religiosorum Nouitij, qui tali statu, quem pro arbitratu suo abijcere possunt, abiecto, priuilegiis clericalibus priuantur.*

9 *Exceptio Clericatus quandocumque potest opponi etiam post latam sententiam; cum is nec expressè, nec tacitè in secularem Iudicē consentire possit, & ab Ecclesiastico Iudice debet cognosci; quia quæstio est de re Ecclesiastica.*

10 *Mota quæstione super Iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum & secularem, meritò illius decisio ad Ecclesiasticum spectare debet.*

11 *Iudex secularis opposita per Iudicem Ecclesiasticum friuola, inani, & fallaci exceptione, dummodo de hoc notorium sit, tali exceptione reiecta, potest in causa principali procedere.*

1

OBiicies primò, criminosus, assumpto clericatu, vel habitu religioso, manet (etiamsi id non fecerit in fraudem, nec fuerit præuentus per capturam, vel carcerationem, nec per citationem, vel litis contestationem) Iudici seculari subiectus, si non ratione personæ, saltem ratione bonorum: ergo in bonis, seu pœna pecuniaria saltem, ab illo puniri poterit.

Respondetur, distinguo antecedens: manet
subiectus ratione bonorum, si loquamur de bonis,
quæ sunt obligata per se, id est, ipso iure per
criminis commissionem fisco obligata, vel commissa,
concedo; quia tunc Iudex secularis de proprio
iure cognoscit, & proprium ius exequitur.
Si loquamur de bonis, quæ sunt obligata per ac-
2 cidens, id est, per dependentiam ab obligatione personæ,
nego; quia cessante obligatione, seu subiectione
personæ, cessat obligatio bonorum.

3 Obiicies secundò, si quis existens clericus, vel Nouitius, & sic gaudens priuilegio fori, delictum committit, & postea ducta vxore illud amittit, à Iudice Ecclesiastico, non à seculari cognoscitur (inspicitur enim tempus delicti, sicuti colligitur ex l. 1. ff. de pœnis, & determinauit sacra Congregatio Immunitatis in Nullius Gaxopoli die 9. Septembr. 1631. vbi expressè dicitur, quod fori priuilegio gaudeat laicus pro tempore, quo fuit clericus; & ex communi sententia Doctorum docet Couar. *in pract. qq. cap. 31. numer.* 8. Clar. *cit. quæst. 16. numer.* 11. Genuens. *in prax. cap.* 8. *numer.* 3. Madius *in tract. de sacris Ordinibus cap. 13. numer.* 44. Riccius *par. 5. collect.* 1864. Sanchez *in opusc. to. 2. libro. 6. cap. 1. dubit.* 3. & alij infra citandi *sect. 5. & 6.*) Ergo è contra si quis existens laicus, delictum committit, & postea clericus, Nouitius, vel Religiosus efficitur, à Iudice seculari, non ab Ecclesiastico cognoscetur.

4 Respondetur, concedo antecedens: at nego
consequentiam; & disparitas est, quia clericus, vel
Nouitius transiens ad statum laicalem, non tam
mutat forum quàm cumulat forum cum foro,
5 vt nihil obstet, eum à Iudice Ecclesiastico e-
tiam cognosci posse. At laicus transiens ad statum
clericalem, vel Religiosum, non tantum mutat
forum, sed etiam statum personæ, secundùm
quem incapax sit, vt à Iudice seculari cognosci
possit. Et ratio disparitatis est; quia nihil obstat,
quo minus quis in statu laicali positus à Iudice Ec-
clesiastico cognosci possit: obstat verò ob clericorū
immunitatem, quo minus quis in statu clericali,
vel Religioso positus à Iudice seculari cognosci
queat; cùm secularia subordinentur spiritualibus, 6
sicut corpus animæ, & non è contrà.

Hoc autem dixi; quia inter personas Ecclesiasti- 7
cas quædam personæ sunt, quæ statum immutabilem
habent, vt clerici in sacris constituti, & Religiosi
professi, qui priuilegium fori, seu exemptionis
à iurisdictione, & potestate seculari regulariter
non amittunt, nisi per sententiam Iudicis in pœnam
criminis commissi illo priuentur; vt ex communi
docet Suar. *lib. 4. contra Regem Angliæ cap. 29.
n. 8.* & nos dicebamus *supra*. Quædam autem sunt,
quæ statum mutabilem habent, vt clerici in mi-
noribus constituti, & Religionum Nouitij, qui tali 8
statu, quem pro arbitratu suo abiicere possunt, abiecto,
priuilegiis clericalibus priuantur; præterquam,
quod ob crimina, quæ in dicto statu Ecclesiastico
priori commiserunt, ob quæ, etiam post
talis status mutationem, non à Iudice seculari, sed
ab Ecclesiastico conueniri, & puniri debent; cùm
quoad hoc inspiciendum sit tempus delicti, vt
supra dicebamus, & ex communi docent Couar.
Clarus, Genuensis, Madius, Riccius, Sanchez, & alij
in locis cit.

Quinimò si quis à Iudice seculari captus ex- 9
cipiat, se clericum esse (qualis exceptio, etiam
post latam sententiam, à clerico opponi potest;
cùm is nec expressè, nec tacitè in secularem Iudicem
consentire possit) talis causa, seu incidens
quæstio non à seculari, sed ab Ecclesiastico
Iudice cognosci debet, *cap. si Iudex
de sentent. excommun. in 6.* quia (vt ibi dicitur) hoc
ipso, quod est quæstio de clericatu, quæstio est
de re Ecclesiastica: tum quia (vt rectè docet Couar.
in pract. qq. cap. 33. numer. 1) mota quæstione 10
super iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum,
& secularem, meritò illius decisio ad Ecclesiasticum,
vt potè superioris ordinis auctoritate
præditum, spectare debet; quamuis si, excep- 11
tionem friuolam, inanem, & solum fallendi causa,
oppositam esse, notorium sit, possit Iudex
secularis, tali exceptione reiecta, in caso principali
procedere, vt rectè dixit Clarus *lib. 5. sent. §. fin. quæst. 36. n. 21.*

SECTIO III.

An, si quis existens laicus in exilium damnetur à Iudice laico, & postea effectus clericus exilium rumpat, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVMMARIVM.

1 *Si quis existens laicus in exilium damnetur à Iudice seculari ad certum tempus infra quod Clericus effectus exilium rumpit, à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debet.*

2 *Idem dicas si fuerit bannitus à Iudice secu-*

lari tempore, quo erat laicus, & banno durante Clericus efficiatur.

3 *Si quis existens Clericus in exilium, vel relegationem mittatur à Iudice Ecclesiastico ad certum tempus, infra quod Laicus effectus, exilium, vel relegationem rumpat, cognosci solum debet à Iudice saeculari.*

4 *Opinio in oppositum Genuensis testantis de observantia, est probabilior.*

5 *An si Exul, vel Bannitus recipiat se in Ecclesiã sue Patriae intelligitur per hoc exilium frangere, & sic inquiri, & de sententia inobseruantiae puniri possit est opinio pro vtraque parte, sed negatiua est probabilior.*

6 *Fieri in loco exempto, & fieri extra Territorium aequiparantur.*

7 *Admittendum non est quod Episcopus Territorium non habeat.*

1 EX dictis sequitur, quod si quis existens laicus in exilium, vel in relegationem damnetur à Iudice saeculari ad certum tempus, infra quod tempus clericus effectus exilium, vel relegationem rumpit, à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debeat; praesertim quia tunc agitur de nouo delicto facto in statu, in quo delinquens effectus est exemptus. Idemque propter eandem rationem
2 dicas, si fuerit bannitus à Iudice saeculari tempore, quo erat laicus, & banno durante clericus efficiatur; quod scilicet & in tali casu etiam, cùm à iurisdictione laicali liberetur, & iurisdictionis Ecclesiasticae efficiatur, à Iudice Ecclesiastico etiam cognosci debeat. Ita Franchus *decis.* 209. & 384 Genuensis *in prax. cap.* 8. *numero* 3. Madius *in tract. de sacris Ordinibus cap.* 13. *numero* 44. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 118. Riccius *par.* 3. *decis.* 302. Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 7. *Dubitat.* 3. *numero* 107. & Antonius de Marinis *resolut. quotidian. cap.* 189. *numero* 2. Vnde è contra dicendum
3 videtur, quod si quis existens clericus in exilium, vel in relegationem damnetur à Iudice Ecclesiastico ad certum tempus, infra quod tempus laicus effectus exilium, vel relegationem rumpit, cognosci solum debeat à Iudice saeculari. Atque ita docet Franchus *decis.* 595. & videri potest Barbosa *in Remission. de ordinat. Regn. Lusitan. lib.* 5. *titul.* 139.
4 *numero* 153. Quamuis contrarium probabilius doceat Genuensis, & testetur de obseruantia Curiae Archiepiscopalis Neapolitanae, & Diana *in cit. resol* 118. & probatur; quia (sicuti dicebam) Ecclesiasticus transiens ad statum laicalem, non tam mutat forum (vt laicus transiens ad statum Ecclesiasticum) quàm cumulat forum cum foro, vt nihil obstet, cum à Iudice Ecclesiastico etiam cognosci posse.

5 Caeterum, An si exul, vel bannitus recipiat se in Ecclesiam suae patriae, intelligatur per hoc exilium frangere, & sic possit inquiri, & de sententiae inobseruantia puniri?

Affirmant nonnulli (inter quos Ioan. Capiblancus *de offic. Baronum tomo* 1. *pragm.* 8. *cap.* 34. *numero* 4.) ex eo, quod licet Ecclesia sit exempta à iurisdictione saeculari, & subiaceat Praelato Ecclesiastico, stat tamen in territorio Principis saecularis, in quo fundata est (quapropter dicitur, quod Episcopus territorium non habeat.) Et sic cùm Ecclesia stet in territorio, vbi exul, vel bannitus esse non potest, videtur is per hoc exilium frangere, & consequenter de sententiae inobseruantia inquiri, & puniri posse.

His non obstantibus probabilius negandum mihi videtur, quia, licet Ecclesia ratione situs reuera sit in territorio Principis saecularis, vbi sita est, tamé quoad iuris effectus, & praecipuè quoad ligandũ ordine, banno, vel statuto Principis territorij, id quod fit in Ecclesia, vel in loco exempto, non dicitur fieri in territorio; quinimmò fieri in loco 6
exempto, & fieri extra territorium aequiparantur; vt docent communiter Iuristae *in leg. fin. de iurisdict. omnium Iudicum*, & Paulus de Castro *consil.* 187. Alexander *consil.* 151. *vol.* 2. Natta *consil.* 643. & Rolandus *consil.* 33. *vol.* 3. Neque quod dicitur, Episcopum territorium non habere, admitti debet; sicuti 7
praeter alios docet Barbosa *de officio & potest. Episcopi, par.* 3. *allegat.* 107. *num.* 1. & nos dicemus *cap.* 10. *dub.* 8.

SECTIO IV.

An Nouitius ob delictum ante Religionis ingressum ab ipso commissum, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVMMARIVM.

1 *Nouitius ob delictum ante Religionis ingressum ab ipso commissum etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debet.*

2 *Moderata constitutione Sixti V. per Clementem VIII. Ingressus Religionis Nouitij criminosi validus est, ad hoc vt talis priuilegio fori gaudeat. item dic de Clerico, qui post delictum commissum similiter statum clericalem assumpsit, qui non possunt puniri personaliter, sed ad summum realiter.*

3 *Non est omnino improbabile quod Clerici, & Religiosi etiam si in fraudem habitum sumpserint post delictum, nequeant puniri à Iudice saeculari in pecunia, & bonis.*

SEquitur secundò, quod Nouitius ob delictum ante Religionis ingressum ab ipso commissum, etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debeat; quia licet talis iuxta Sixti V. Constitutionem habitu Religionis spoliari, & puniri debeat à Iudice saeculari, non secus ac si Religionem ingressus non esset; tamen (cùm hanc Constitutionẽ Sixti V. moderatus in hac parte fuerit Clemens VIII.) cõsequens est, quod ingressus Religionis validus sit ad hoc vt talis Nouitius priuilegio fori gaudeat, instar clerici, qui post delictum commissum similiter statum clericalem assumpsit; & sic quemadmodum talis clericus puniri non potest à Iudice saeculari in persona, sed solum ad summum in pecunia, seu in bonis (ita vt idem Iudex saecularis sit Iudex tantum causae, non autem personae) ita similiter & talis Nouitius ad summum puniri possit à Iudice saeculari in pecunia, seu in bonis, non autem in persona. Sic Martha, & Bonacina *in locis supra citandis*, & Bartholom. de Vecchis *in praxi Nouitiorum disp.* 12. *num.* 11. 1 2

Dixi, *ad summum in pecunia, seu in bonis*; quia non omninò improbabiliter contra Bonacinam *de legib. disput.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. §. 2. *n.* 6. & alios docet Martha *de iurisdict. par.* 4. *cent.* 2. *cas.* 121. *numer.* 22. & *seqq.* quod puniri non possit à Iudice saeculari, neque in pecunia, seu in bonis, etiamsi in fraudem (nedum, si sine fraude, sicuti de certo supra dicebam) Religionem ingressus fuerit. Quamuis non sic, si quis alter 3

alter in fraudem clericatum assumpserit. Quid autem dicendum sit, si antequam Religionem ingrediatur, fuerit à Iudice seculari per capturam, vel carcerationem, per citationem, vel litis contestationem præuentus, vide *supra dubit.* 14.

SECTIO V.

An nouitius, dimisso habitu, ob delictum tempore Nouitiatus commissum à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVMMARIVM.

1 *Nouitius dimisso habitu ob delictum tempore Nouitiatus commissum etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debet, contra Molinam & alios, qui tamen intelliguntur in casu, quo Nouitius, qui habitum dimisit nullo ordine sit insignitus.*

2 *Religiosus emissus à Societate Iesu, etiam si nullum ordinem habeat, debet à Iudice Ecclesiastico propter delicta in Religione commissa puniri.*

3 *Vide si nouitius discedens à Religione cogi possit à Prælato Religionis ad luendam pœnam suo Delicto condignam re integra.*

1 SEquitur tertiò, quod Nouitius dimisso habitu,
ob delictum tempore Nouitiatus commissum,
etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debeat. Atque ita docent Abbas, Clarus, Sayrus, & alij, quos citat, & sequitur Bonacina *cit.* §. 2. *num.* 5. & nos iterum dicemos *infrà sectione sequenti.* Quamuis contrarium doceant Molina *de iust. & iure tom* 4. *disp.* 49. *num.* 24 Peregrinus *in Commentar. ad nostras Constitutiones part.* 1. *cap.* 5. *lit. R.* §. 1. Bartholomæus de Vecchis *in praxi Nouitiorum disp.* 12. *num.* 6. & Bobadilla, quem citat, & sequitur Io. Heuia *in Curia Philippica part.* 3. §. 1. *n.* 12. qui tamen intelliguntur in casu, quod Nouitius, qui habitum dimisit, nullo Ordine sit insignitus: aliàs enim absque dubio priuilegio fori gauderet, ratione scilicet Ordinis.

Et quod dixi de Nouitio, idem multò magis
2 contra Molinam *loco suprà cit.* dicendum est de Religioso emisso è Societate Iesu (etiamsi similiter talis nullum Ordinem habeat) quod scilicet & talis puniri, & cognosci multò magis debeat à Iudice Ecclesiastico propter delicta in Religione commissa.

Cæterum, an Nouitius cogi possit à Prælato Re-
3 ligionis ad luendum pœnam delicto suo condignam, etiamsi re integra, id est, ante cœptum Iudicium, à Religione discedere velit, vide Suarez *de Religione tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 8. & Bartholomæum de Vecchis *cit. disp.* 51. *num.* 5.

SECTIO VI.

An, si clericus in Minoribus delinquat, & postea matrimonium contrahat, ob delictum tempore clericatus commissum, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus, siue beneficiatus, siue non beneficiatus, si delinquat, & postea matrimonium contrahat, ob delictum tempore Clericatus commissum etiam à Iudice ecclesiastico solum cognosci debet.*

2 *Delictum est de se temporale, solumque ratione Personæ ad hoc vel illud iudicium spectat.*

3 *Priuilegium Personæ tunc quando iudicium incipit attendi debet.*

4 *Clericus in minoribus etiam non beneficiatus solutus à Iudice Ecclesiastico, vt cognosci debeat, non requiritur vt tempore saltem capturæ in habitu, & tonsura reperiatur; dummodo tamen ante delictum solitus fuerit illa deferre.*

5 *Si Clericus in minoribus etiam non beneficiatus solutus dimisisset habitum Clericalem, & illum sine licentia Episcopi reassumpsisset etiam contra synodi prohibitionem, adhuc deberet à Iudice Ecclesiastico solum cognosci.*

6 *Descriptus in albo Clericorum qui in synodo Diœcesana Episcopo obedientiam præstitit, & per paucas vices Choro, & processionibus interfuit, licet non inseruiat de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ, & non habeat beneficium Ecclesiasticum, ab Episcopo cognosci debet.*

7 *Clericus in minoribus, etiam non beneficiatus, solutus, incedere solitus sine habitu, & tonsura de iure veteri non priuabatur priuilegio fori absque trina monitione; secus est de iure nouo per concilium Tridentinum.*

SEquitur quartò, quod si clericus in Minoribus 1
(siuè beneficiatus siuè non beneficiatus) delinquat, & posteà matrimonium contrahat, ob delictum tempore clericatus commissum etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debeat. Atque ita docet Franchus *decis.* 417. *num.* 4. *vol.* 2. Grammaticus *decis.* 10. *num.* 3. Baiardus *in Addit. ad Iulium Clarum q.* 36. *num.* 46. (vbi sic per sacrum Concilium Neapolitanum iudicatum fuisse testatur) Gratianus *in discept. forens. cap.* 224. Genuensis *in praxi cap.* 8. *num* 3. Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 12. *num.* 6. Bonac. *in Bullam Cœnæ disp.* 5. *q.* 16. *sect.* 1. *punct.* 2. *num.* 14. Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 7. *num.* 38 & 110. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 3. *num.* 1. Madius *in tract. de sacris Ordinib. cap.* 53. *num.* 44. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 118. & Gauantus *in Enchirid. Episc. ver. fori priuilegium, num.* 31.
contra nonnullos Iuristas, inter quos Pereira *de* 2
manu Reg. part. 2. *cap.* 42. *num.* 8. qui contrarium do-
cet, ex eo; quia (cùm delictum sit de se temporale, 3
solumque ratione personæ ad hoc, vel illud iudicium specter, & ex alio capite priuilegium personæ tunc quando iudicium incipit, attendi debeat, *l. cum quadam puella, ff. de iurisdict. omnium Iudicum, & cap. penult. de foro compet.*) consequens est, quod nulla ratio sit, ob quam ad Iudicem Ecclesiasticum id spectare debeat. Sed ad hanc rationem Responsio facilè patet ex dictis; cùm (vti dicebam tempus delicti inspici debeat.

His adde, vt clericus in Minoribus (etiam non 4
beneficiatus) solutus à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debeat, non requiri contra nonnullos Iuristas, quod tempore delicti, vel contra Pereiram *de manu Regia part.* 2 *cap.* 26. *num.* 5. quod saltem tempore capturę in habitu, & tonsura reperiatur; dummodo tamen ante delictum solitus fuerit illa deferre, id est, ante delictum non adeò perseuerauerit in dimissione illorum, vt publicè tunc pro laico

haberetur. Atque ita docent Regens Tapia *in Constit. Regni de personis*, *num.* 57. Riccius *in prax. com.* 1. *resol.* 530. *num.* 6 Paulus Squillante *de privilegiis cleric. c.* 7. *dub.* 1. *num.* 10. (qui tres omnes ita in S. Concilio Neapolitano decisum fuisse, testantur) Genuensis *in praxi cap.* 38. *num.* 6. *in fin.* Grass. *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 910. Prosper de Augustino *in Addit. ad summ. in Quaranta, verb. habitus clericalis*, Suar. *de censuris disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 11 Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6. *num* 2. Bonac. *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1 § 4. *num.* 14. Capiblancus *de officio Baron. prag.* 8. *p.* 3. *num.* 34. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 33. & Antonius de Marinis *Resolut. quotid. cap.* 50. *num.* 3. & ita apud Bonacinam, & Diana *in locis supra cit.* declarauit S. Cardinalium Congregatio; & meritò; quia in tali casu non præsumitur clericus habitum dimisisse, animo illum deserendi, sed vt commodius delictum exequeretur.

5 Adde secundò, si clericus in Minoribus (etiam non beneficiatus) solutus dimisisset habitum clericalem, & illum etiam sine licentia Episcopi (quin & Synodo id fieri prohibente) reassumpsisset, adhuc debere à Iudice Ecclesiastico solum cognosci, saltem in casu, quod in fraudem non assumpserit. Ita contra nonnullos Iuristas, & Auendagn. *de exequendis mandatis Reg. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. docent M. Antonius Cucchus *in Institut. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 67. Tolet. *lib* 1. *cap.* 31. Riccius *part.* 2. *decis.* 167. Paulus Squillante *de privileg. Cleric. cap.* 6. *dub.* 1. *num.* 19. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 79 & videri etiam poterit Clarus *lib.* 5. *sent.* § *fin. q.* 36. *num.* 15 & Barbosa *in* 6 *l. T* 1 3. *num.* 33 *ff. soluto matrimonio*. Idemque (quod scilicet etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci debeat) dicas de eo, qui incedens in habitu, & tonsura in clericorum catalogo descriptus, in synodo diœcesana obedientiam Ordinario præstitit, & per paucas vices, attentis circumstantiis, in choro, & processionibus interfuit; quamuis de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ non inseruiret, & beneficium Ecclesiasticum non haberet Ita S. Congregatio Concilij in Nullius die 28 Martij, 1628.

7 Cæterum, An, vt clericus in Minoribus (etiam non beneficiatus) solutus incedere solitus sine habitu, & tonsura, priuilegio fori priuetur, requiratur trina monitio?

Respondetur, requiri de iure communi. *cap. fin. de vita, & honest. cler.* non tamen requiri de iure nouo Tridentini *sess.* 23 *cap.* 6. cùm ibi Concilium citatū loquatur cum particula *Nisi*, quæ excipit iuxta *l. actione Cod. de actionib.* & iuxta Decium *in cap. si pro debilitate, ff. de offic. delegat.* Quapropter ita docent Riccius *part.* 4. *decis.* 154. *num.* 4. Mar. Antoninus *lib.* 3. *resol.* 48. *num.* 7 Bellettus *in disquisit. Cler. p.* 1. *tit.* 3. § 8. *num.* 6. & Diana *cit. r f l.* 33. qui etiam Sacram Cardinalium Congregationem ita declarasse testantur.

SECTIO VII.

An, si quis se per instrumentum publicum obligasset tēpore, quo erat laicus, & postea clericus fit effectus, pro talis instrumenti executione coram Iudice Ecclesiastico conueniri debeat?

SVMMARIVM.

1 *Obligatus actione ciuili per publicum Instrumentum, de tempore quo erat Laicus, deinde Clericus effectus, saltem non in fraudē pro tali Instrumenti executione non potest conueniri, nisi coram Iudice Ecclesiastico.*

2 *Clericus, qui de tempore, quo erat laicus se obligauit actione ciuili, quod possit conueniri quoad bona tantum coram Iudice seculari, sensere nonnulli.*

3 *Iudex secularis, quod sit competens iudex in actione reali inter laicum actorem, & Clericum conuentum, erat fundamentum prædictæ opinionis.*

4 *Clericus an possit apponere declinatoriam in causa vertente inter ipsum & laicum, de tempore, quo erat laicus introducta est dissensio inter Doctores.*

5 *Opinio negatiua ratione prauentionis dicitur probabilior quoadusque lis per sententiam terminetur, quia executio sententiæ absque dubio ad Iudicem Ecclesiasticum spectabit.*

Sequitur quintò, quod si quis se per instrumentum publicum obligasset tempore quo erat laicus, & deinde clericus (saltem non in fraudem) sit effectus, pro talis instrumenti executione, etiam coram Iudice Ecclesiastico solum conueniri debeat. Atque ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *de effectib. Cleric. effect.* 1. *num.* 125. Genuensis *in prax. c.* 16. *num.* 1. & Antonius de Marinis *Resol. Quotidian. cap.* 189. *num.* 8. vbi sacrum Concilium Neapolitanum anno 1625. sic dete minasse testatur. Quamuis quoad bona (si non quoad personam) coram Iudice seculari talem clericum conueniendum esse, sentiant Fabius de Anna *lib.* 2. *consil.* 140. *num.* 2. (vbi citat Socinum, Surdum, & alios) & Fràchus decis. 656. moti ex eo, quod Iudex secularis sit competens Iudex in actione reali inter laicum actorem, & clericum conuentum Ad quod tamen istorum fundamentum facilè etiam ex dictis patet Responsio. 1 2 3

An autem, si contra ipsum lis etiam coram Iudice seculari mota sit tempore, quo erat laicus, & postea clericus sit effectus, possit declinatoriam opponere pro remissione ad Iudicem Ecclesiasticum? 4

Affirmant supra *dubit.* 14. *sect.* 1. *num.* 12 Genuensis *in prax. cap* 8. *num.* 5 Bonacina *de legib. disp.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. *num.* 16. & etiam Diana *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 38. & Antonius de Marinis *quotid. resol. c.* 54. *num.* 8.

Negant autem Surdus *decis.* 1. 0. *num.* 3 Riccius *par.* 4. *decis.* 218 *num.* 3. Squillante *de priuileg. cler. cap.* 7. *n. dub.* 3. 59. & cōplures alij, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *tract. de effect. Cler. effect.* 1. *numer.* 1239 quorum opinio (ex eo, quod in tali casu clericus à Iudice seculari sit præuentus) probabilior mihi videtur, vt ibidem dicebam; quod tamen intellige (vt rectè notarunt Carolus de Grassis, & etiam Diana, & Antonius de Marinis in locis supra cit) quousque lis per sententiam terminetur: quia, quando post sententiæ prolationem de executione tractandum venit, absque dubio ad Iudicem Ecclesiasticum spectabit. Vide, quæ dicebantur *supra cit. dubit.* 14 *sect.* 1. & quæ dicentur *infra cap. sequenti.* 5

SECTIO VIII.

An, si clericus coniugatus deliquit tempore, quo omnia requisita habebat, vt fori priuilegio gauderet, & postea bigamus efficiatur, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVM

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus, si delinquat de tempore, quo omnia requisita habebat, vt fori priuilegio gauderet, & postea Bigamus per secundum matrimonium efficiatur, etiam coram Iudice Ecclesiastico conueniri & puniri debet.*

2 *Laicus gaudet fori priuilegio pro delicto, quod de tempore, quo erat clericus committit.*

3 *Idem dicas de eo, qui de tempore, quo erat solutus in minoribus, deliquit, & postea ratione Vidua Vxoris, quam ducit, Bigamus efficitur.*

4 *Ducens in Vxorem fœminam antea à se cognitam, non efficitur Bigamus; quia in tali casu caro Viri non diuiditur.*

5 *Clericus post talem Vxorem antea à se cognitam, ductam, gaudet priuilegio fori, tanquam Clericus coniugatus.*

6 *Virgo respectu Bigamia intelligitur fœmina non ab alio corrupta, nam qua ab ipso met Viro corrupta est, fictione Iuris ob rationem dictam, Virgo reputatur.*

1 SEquitur sextò, quod, si clericus coniugatus deliquit tempore, quo omnia requisita habebat, vt fori priuilegio gauderet, & postea bigamus propter secundum matrimonium efficiatur, etiam coram Iudice Ecclesiastico solum conueniri, & puniri debeat; quia (vt supra dicebam, & determinauit Congregatio Immunitatis in Nullius Garopoli die 9. Septembris, 1631 & colligitur ex *l. 1. ff. de pœnis* & Doctores, quos ibidem citabam, & in specie Riccius *part. 5. collect.* 1864. & Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 1. num. 1.*) fori priuilegio gaudet Laicus pro delicto, quod tempore, quo erat cleri-
2 cus, commisit.

Idemque cum Alexandro *lib. 5. consil.* 149. *num.* 9.
3 & cum Pettira *de manu Reg. par. 1. cap.* 26. *num.* 87. propter eandem rationem dicas de eo, qui tempore, quo erat solutus in Minoribus, deliquit, & postea ratione viduæ vxoris, quam ducit, bigamus efficitur.

Cæterum, An, si quis ducat vxorem fœminam, quam prius illicitè cognouerat, bigamus per hoc is efficiatur; ita vt proptereà fori priuilegium amittat?

Respondetur negatiuè; quia in tali casu reuerà
4 caro viri non diuiditur; cùm hæc solum diuidi videatur ratione vxoris, quæ alteri permixta fuit, vt rectè dixit Io Præpositus *in 3. par. q. 5. de irregul. dub. 17. num.* 134 & videri poterit gl. *in cap. 1. de Bi-*
5 *gamis, vers. dimisit.* Vnde si quis post talem vxorem ductam Ordines minores suscipiat, gaudebit priuilegio fori, tanquam clericus coniugatus; cùm propter huiusmodi vxorem bigamus, (vti dicebam) non efficiatur.

Ad Canones autem, qui in oppositum, adducuntur, scilicet ad *c. curandum, & præcipimus, dist.* 24. dicentia, vt quis bigamus nô efficiatur, requiri, quod is virginem ducat. Respondetur, virginem ibi in-
6 telligi fœminam non ab alio viro corruptam: nam quæ ab ipsomet corrupta est, fictione iuris ob rationem dictam virgo reputatur.

SECTIO IX.

An, si Notarius laicus falsitatem committat, & postea efficiatur clericus, pro falsitate illa commissa, à Iudice Ecclesiastico cognosci debeat?

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui in arte Notariatus de tempore, quo erat Laicus commisit falsitatem, non potest puniri à Iudice Ecclesiastico pro falsitate commissa.*

2 *Notarius, qui Clericus effectus prosequens conficere alia acta & Instrumenta non à Iudice seculari monendus, cùm ab eius Iurisdictione exemptus sit, sed Iudex secularis requirere debet Episcopum vt illum à tali exercitio remoueat.*

SEquitur septimò, quod Notarius (saltem non in fraudem, nec à Iudice seculari præuentus, iuxta ea quæ dicebantur *cit. dub.* 14. *cit. ...* & dicentur *cap. sequenti*) effectus clericus, pro falsitate commissa, quando erat laicus, etiam à Iudice Ecclesiastico solum cognosci, & puniri debeat. Atque ita docent Mastrillus decis. 159. Guazzinus *de defens. Reor. tom. 1. defens. 20. c. 9. num.* 1. & Carolus de Grassis *de effectib. cler. eff.* 8. *n.* 15. vbi sic etiam decisum esse testatur. 1

Cæterum, quid dicendum sit, si talis Notarius, 2
post quam clericus effectus est, acta, & instrumenta alia conficere prosequatur?

Respondet Mastrillus *in loco suprà cit.* ter à Iudice seculari, vt abstineat, monendum esse. At omninò cum Io. Dominico Tassone *in pragmat. de antifato ver. 9 obseru. 3. num.* 12. dicendum est, quod (cùm is ratione clericatus à iurisdictione laicali exemptus sit) Iudex Laicus requirere debeat Episcopum, vt illum à tali exercitio abstinere faciat.



CAPVT SEPTIMVM

De Ciuilibus.

DVBITATIO I.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per tractionem personæ Ecclesiasticæ ad forum secularem in ciuilibus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiastica violatur si potestas secularis, siue Laica, siue Ecclesiastica Persona sit, prætensò laicali, & temporali officio abutens, trahat, vel trahi faciat, & procuret Personas Ecclesiasticas, & quorumcunque Ecclesiarum Conuentus, seu Capitula, ad suum tribunal Laicale.*

2 *Omnes Clerici soluti, beneficiati, in sacris constituti, & etiam in minoribus non beneficiati; si seruent id Tridentini requisita exempti sunt à Iurisdictione Laicali in causis ciuilibus.*

3 *Clericus ob dictam exemptionem trahit, & non trahitur.*

4 *Actor sequi debet forum Rei.*

5 *Summus Pontifex potest eximere Clericum ne sequatur forum Rei si id rectæ gubernationi Ecclesiæ expedire iudicauerit.*

6 Summus

6 *Summus Pontifex potest secularem iurisdictionem limitare,& Ecclesia is am extendere,quatenus animarum saluti,& sacrarum rerum cultui sit conuenens.*

7 *Ecclesiastici de facto priuilegium habent conueniendi suos debitores coram iudicibus Ecclesiasticis,qui Cõseruatores ap ellantur.*

8 *Priuilegium : rædictum conueniendi debitores coram Iudicibus Ecc'esiasticis generaliter non decet Ecclesiasticu concedi,ne videatur Ecc'esia Clericorum auaritiã fouere,iurisdictionem secularem affectare,Ecclesiastica Iudicia litibus occupare,& laicos offendere , & sic infestos habere.*

9 *Sufficit si Ecclesia prouocatos Clericos eximat à laicis, quia tunc non pugnat in laicos,sed Clericos defendit.*

10. *Clerici de Ecclesia specialiter benemeriti sunt , & propterea tali prærogatiua decorantur.*

1 RESPONDETVR, violari, si potestas
secularis(siuè laica,siuè Ecclesiastica persona sit) prætensn laicali , &
remporali nfficio , & iurisdictioue
Principis secularis spontè , vel ad
alterius iostantiam abuteus, trahat
ad suum tribunal laicale (etiam per citatinuem', vt
in *cap. præcedenti dubit.* 1. dicebatur.) vel trahi faciat vel p-ncnret,directè,vel indirectè(vt iu eadem
dubit s explicabatur)persnnas Ecclesiasticas,&quarumcumque Eccl siarnm conoentus, seu capirula,
præter iuris Cannnici dispositinnem,vt ibidem videre est. Vide Bullæ Cœnæ Canonem 15. vbi hæc
ha! entur. Vide etiam cætera iura, quæ *in cit. dubit.*
1.referebam,& quæ suprà *cap.*1.*dubit*.4. *cap*.2.*dubit*.
4.*& cap* 4.*dubit*.1.*& seqq.* dicebautur ; Quapropter
regula geueralis sit,nmnes clericos snlurns beneficiatos,in sacris cnnstitutns,& etiam in Minoribus,
non beneficiatos(si seruent hi Tridentioi requisi-
2 ta) exemptos esse à Inrisdictinne laicali in causis
ciuilibus,vt etiam cnnstat ex *cap. nullus Clericus.c. nullus Episcopus cap. placuit*, 11.*q*.8 *cap si diligenti. c. seculares,cap.significasti de foro compet & cap.si Iudex laicus de sent excomm.in* 6 & ex iis, quæ *cap.*1. *dubit.*
5.*& seqq. & cap*.4 *& lib.de Parlament.dub.*4.*sect*. 20.
per suas subsectiones diffusè dicebantur.
3 Hæc tameu exemptin cõsistit, vt oullus ex dictis
clericus ad iudicium seculare trahi possit, nnn autem,vt ipse clericus laicum ad iudicium Ecclesiasticum trahere queat , vt clarè habetur *in cap. experientia , & cap.si quispiam* , 11. *quæst*.1.vnde com-
4 muniter dici consueuit , Actorem sequi debere forum Rei *cap.neminem* , 3.*quæst*.6.*& l.vlt. Cod. vbi in rem actio* Et meritò ; quia aliuquiu prnuocatus duplex malum sustinere cogeretur , prouocatinnem
scilicet,& extraneum iudicium. Quamois uon nb-
5 stante hoc possit Pnutifex vtroque modo à iorisdictiooe laicali clericos eximere ,si scilicet id rectæ
gubernarinui Ecclesiæ expedire iudicauerit ; qnia,
6 cùm iurisdictin secularis subordinetur Ecclesiasticæ(sicut cnrpus animæ) pnteft Pnntifex secularem
iurisdictiouem limitare,& Ecclesiasticam extendere,quatenus fini (ad quem omoia ordinantur , qui
est animarum salus , & sacrarum rerum reuerentia
& diuini nbsequij cultus)conueuiens fuerit. Qua-
7 prnprer de factn Ecclesiastici priuilegium habent
cnnueniendi suns debitores cnram Iudicibus Ecclesiasticis,qoi Couseruatores appellantur. Qua de
re vide gl.*in cap.si clericus,ca*..*ex transmissa in princip. de foro compet.* Abb.*ibid.*Suar.*lib*. 4. *de immunit. Eccles. cap*. 4.*num* 7.*& seqq.*Valboam *to*.2.*ad text.cap*. 2.*de*
8 *iudic.num*. 50. *& seqq.*Generaliter tamen non decet
priuilegium hoc Ecclesiasticis coocedi,ne videatur
Ecclesia clericnrum auaritiam fnuere , Iurisdictionem secularem affectare,Ecclesiastica iudicia litibus
occupare,& laicos nffendere, & sic infestos habere.
Quapropter sufficiet,si clericns eximat à laicis pro. 9
uocatns;quia tune nnu pugnat in laicos,sed clericns defendit ; & cessant omnia dicta inconueniencia.Qund si quibus tale priuilegium,tam in agendn, quàm in respondeodo Ecclesia coocedit , est, 10
quia ipsi de Ecclesia specialiter benemeriti snnt ; &
prnpreteà tali prærngatiua decorantor.

SECTIO II.

Corollaria.

De Religiosorum Conseruatoribus,& de casibus , in quibus possunt Ecclesiastici conuenire laicos coram Iudice Ecclesiastico.

SVMMARIVM.

1 *Conseruator Religiosorum ex priuilegio Religioni cõcesso(licet non habeat tribunal erectum)potest procedere contra eorum Debitores etiam laicos.*

2 *Conseruatori Religiosorum conceditur posse cognoscere de manifestis iniuriis , & violentiis contra Religiosos.*

3 *Iniuria,ac violentia non tantum sonat contumeliam, vel conuicium ; sed etiam omne, quod fit contra ius,& infert damnum monasterio.*

4 *Fauores sunt potius ampliandi quam restringendi salua verborum proprietate*

5 *Religiosi possunt eligere sibi Conseruatorem ,qui ipsorum animalia in agris alienis damnum facientia,defendat;& tunc talis causa ad electum Conseruatorem etiam,non autem ad Iudicem secularem pertineat.*

6 *Clericus ex priuilegio Ecclesia concesso cum agitur de rebus ipsius Ecclesia,vel Clerici,siue actione personali,siue reali aduersus Laicum,potest illum conuenire siue coram Iudice seculari , siue coram Ecclesiastico, prout potius voluerit.*

7 *Clericus si agatur actione personali , v.g.ex locate ad mercedem(in qua rei Ecclesia restitutio non veniat)coram Iudice seculari conuenire illum debet.*

8 *Clericus conuenire laicum potest actione mere personali coram Iudice Ecclesiastico etiam pro fructibus Prabenda,nedum pro ipsa Prebenda.*

9 *Clericus ex priuilegio Ecclesia concesso,potest simpliciter conuenire laicum coram Iudice Ecc'esiastico ,non solum pro rebus Ecclesia,& suis;sed etiam pro fructibus earum & siue agatur actione reali,siue personali, vt ex legate,vel locate.*

10 *Fructus Prabenda non sunt quid spirituale ; tamen cum à re Ecclesia dependeãt,de illis idem ac de re Ecclesia iudicatur.*

11 *Episcopus non potest testari de fructibus ex agro Ecclesia perceptis.*

12 *Laicus ratione fructuum Prabenda sibi locata debet conueniri coram Iudice Ecclesiastico , nec potest petere remissionem ad Iudicem secularem.*

13 *Clericus ex priuilegio Ecclesia concesso,potest conuenire coram Iudice Ecclesiastico,non solum suos Censualistas;sed etiam prædictorum fructuum arrendatores.*

14 *In legibus Regni Castella prohibetur, ne contrahentes super re mere profana,ratione iuramenti ad forum Ecclesiasticum trahantur,in contractibus iuramentum apponi ; sed solum permittuntur illud apponere in*

con

contractibus initis cum Ecclesiasticis.

15 *Princeps secularis non potest prohibere quod sui subditi cum Ecclesiasticis contrahentes non renuncient foro seculari; quia est contra libertatem Ecclesiasticam.*

16 *Clericus potest conuenire Emphyteutam Ecclesiæ coram Episcopo pro pensionis solutione.*

17 *Iuspatronatus Laicorum licet non sit proprie spirituale, tamen quia est annexum spiritualitati, super illo iudicat solum Iudex Ecclesiasticus.*

18 *Iudex Ecclesiasticus iudicat etiam solum de possessione rei spiritualis, licet sit mere temporalis, quia qualitas spiritualitatis qualitatem temporalitatis absorbet.*

19 *Causa decimarum quamuis in feudum Laicis datarum discutienda est solum coram Iudice Ecclesiastico.*

20 *Iudex Ecclesiasticus solum cognoscit de possessorio matrimonij, licet agatur inter personas mere seculares; quia habet admixtam causam spiritualitatis.*

21 *Emphyteuta Ecclesiæ ratione connexionis dominij vtilis cum directo non tenetur ad collectas, & onera realia per statuta laicorum super rebus, & bonis imposita.*

22 *Clericus conuenire potest Ecclesiæ Emphyteutam coram Episcopo, vt soluat laudemium, & non è contra.*

23 *Non valet argumentum de priuilegiato ad non priuilegiatum.*

24 *Ecclesia non potest trahere Laicum ad forum Ecclesiasticum, nisi quando proposuerit qualitatem furti, vel violentiæ; quæ tamen violentia adest, quando non soluitur persio tempore statuto contra legem contractus.*

25 *Actor Regulariter sequi debet forum Rei; secus si Pontifex ex causa rationabili, in oppositum alicui priuilegium concesserit.*

26 *Princeps Laicus si potest inter subditos priuilegium concedere, vt Reus Actoris forum sequatur; poterit etiam Pontifex tale priuilegium Clericis concedere respectu aliorum fidelium, cum fideles Laici, si non directe, saltem indirecte ei subsint.*

27 *Summus Pontifex cum ex iusta causa alicui concedit huiusmodi priuilegium, non vsurpat iurisdictionem temporalem, sed vtitur suprema sua spirituali potestate.*

1 EX dictis primò docent Rodriguez *qq. Canon. tom. 1. q 65. art. 11.* Guidus Papa *q. 18. num. 3.*
Hieron. Rodriguez *in compend. qq. Canon. ref. 33. num.*
11. & 21. Io de la Cruz. *de statu Relig. lib. 1. cap. 10.*
dub. 5. concl. 2. & Portell. *ver. Conseruatores, num. 7.*
contra Gutierez *qq. pract. lib. 3. q. 9. num.* 8. Fuschum
de visit. lib. 2. c. 23. num. 5. Cabed. *lib. 3. cap. 18. num. 4.*
Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. par. 1. q. 20.*
num. 16. & quosdam alios, quod Religiosorum Cō-
seruator ex priuilegio Religioni concesso, possit
(licet non habeat tribunal erectum) procedere
2 contra eorum debitores etiam laicos, *ex cap. fin. de*
offic. deleg. cùm ibi concedatur ipsi, posse cognosce-
re de manifestis iniuriis, & violentiis contra Reli-
3 giosos; & iniuria, ac violentia ex alio capite non
tantum sonet contumeliam, vel conuicium, sed
etiam omne, quod fit contra ius, & infert damnum
4 Monasterio. Adde, quod fauores sunt potius am-
pliandi quàm restringendi, salua proprietate ver-
borum. Vide Doctores supra cit. & præcipuè Ro-
driguez *art. 14.* & Portel. *num. 9.* vbi subdunt, quod
5 possint Religiosi eligere sibi Conseruatorem, qui
ipsorum animalia in agris alienis damnum facien-
tia defendat; & tunc talis causa ad electum Conser-
uatorem etiam, non autem ad Iudicem secularem
pertineat.

Secundò docent Osascus *decis. 57. num. 7.* & Val-
boa *ad text. in cap. si clericus laicum, num. 9. de foro com-* 6
pet. quod clericus ex priuilegio Ecclesiæ concesso,
(cùm agitur de rebus ipsius Ecclesiæ, vel clerici, si-
uè actione personali, siuè reali aduersus Laicum)
possit illum conuenire, siuè coram Iudice seculari,
siuè coram Ecclesiastico, prout potius voluerit; ita
vt in electione ipsius clerici actoris sit coram hoc,
vel illo Iudice Laicum conuenire; quamuis, si aga-
tur actione merè personali, v. g. ex locato ad merce- 7
dem (in qua rei Ecclesiæ restitutio non veniat) co-
ram Iudice seculari conuenire illum debeat. Vide
Doctores *supra cit.* & etiam Heuiam *in Curia Phi-*
lepp. part. 1. §. 5. num. 10. & Gutierez *pract. qq. lib. 3. q.*
26. num. 10. vbi tamen concedit, quod conuenire 8
clericus laicum possit actione merè personali co-
ram Iudice Ecclesiastico, etiam pro fructibus Præ-
bendæ, nedum pro ipsa Præbenda; si de loci con-
suetudine sic seruari probauerit.

Tertiò docent Innocentius, & Abb. *in cit. cap. si*
clericus laicum de foro compet. Gabriel *consil. 57. num.*
10 Vulpius *in praxi fori Ecclesiastici cap. 27. num. 5.*
Gratian. *tom. 1. cap. 138. num. 17.* Bellettus *in disquis.*
cler. part. 1. tit. de fauore cler. real. §. 5. num. 2 & 3. Va-
lascus *de iure emphyt. q. 39. num. 14.* & Antonius de
Marinis *quotid. resol. cap. 207. num. 4.* quod clericus
ex priuilegio Ecclesiæ concesso, possit simpliciter 9
conuenire laicum coram Iudice Ecclesiastico non
solum pro rebus Ecclesiæ, & suis, sed etiam pro fru-
ctibus earum, & siuè agatur actione reali, siuè per-
sonali, vt ex legato, vel locato, &c. quia licet fru-
ctus Præbendæ (vt rectè notauit Felin. in cap. cau- 10
sam, de præscript.) non sint quid spirituale, tamen,
cùm à re Ecclesiæ dependeant, de illis idem, ac de
re Ecclesiæ, iudicatur, *cap. si annum, de iudic. in 6. &*
ibi Francus, Ancharanus *in c. Episcopi 17. q. 1.* & gl.
in cap. quia nos de testam. vbi Episcopus non potest 11
testari de fructibus ex agro Ecclesiæ perceptis.

Vide etiam Mattham *de iurisdict. part. 2. cap. 30.* 12
vbi tradit, quod laicus ratione fructuum præben-
dæ sibi locatæ debeat conueniri coram Iudice Ec-
clesiastico, nec possit petere remissionem ad Iudicē
secularem, & citat Abbatem *in cit. cap. clericus lai-*
cum, in 1. not. col. 4. Vide etiam Antonium Rippol. 13
var. resol. cap. 1. de iurisdict. omnium Iud. num. 236. vbi
ait, quod clericus ex priuilegio Ecclesiæ concesso,
possit conuenire coram Iudice Ecclesiastico non
solum suos Censualistas & reddituarios, sed etiam
prædictorum fructuum arrendatores; cùm hi ratio-
ne Ecclesiæ idem priuilegium habeant; & sic deci-
sum fuisse, ibidem testatur. Vide etiam Heuiam *in*
Curia Philipp. par. 1. §. 5. num. 33. & Molinam *de iust.*
& iur. tom. 1. tract. 2. disp. 149. num. 15. vbi notat,
quod in legibus Regni Castellæ *lib. 4. noua collect.* 14
tit. 1. leg. 11. & 12. (per quas, ne contrahentes super
temerè profana, ratione iuramenti ad forum Ec-
clesiasticum trahantur, prohibetur in obligationi-
bus, & contractibus iuramentum apponi) permit-
tatur illud apponi in contractibus, quibus laici
conducunt redditus Ecclesiarum, & Ecclesiasti-
corum. Vide etiam Maceratensem *var. resol. lib. 1.*
resol. 48. per totam; vbi ex multis probat, quod pro
bonis, & fructibus Ecclesiæ possit clericus laicum
conuenire coram Iudice Ecclesiastico, præsertim
si contrahens laicus renunciasset priuilegio fori,
& Iudici Ecclesiastico se submisisset; quod laicum
facere, Princeps secularis prohibere nō potest; cùm 15
talis prohibitio, vtpotè contra iurisdictionem, &
libertatem Ecclesiasticam, non valeat; vt ibidem
probat contra Osascum *decis. 78. num. 19.* & alios.

Vide

Vide tandem per extensum apud Antpnium de
Marinis *loco supra cit.* Saciam Rotam Romanam, quę
16 die 28. Maij 163 r. deteiminauit, quod clericus pos-
sit cõuenire emphyteutam Ecclesiæ coram Episco-
po pro pensionis solutione; Et inbdit etiam primò,
quod, licet ius patronatus laicorum non sit pro-
priè spirituale, tamen quia est annexum spirituali-
tati, super illo iudicet solum Iudex Ecclesiasticus.
Secundò, quod possessio rei spiritualis licet firmerè
temporalis, & laicalis tamen, quia qualitas spiritua-
litatis qualitatem temporalitatis absorbet, de illa,
18 sicut & de ipsa proprietate, iudicet etiam solum Iu
19 dex Ecclesiasticus. Tertiò, quod causa decimarum,
quamuis in feudum laicis datarum, discutienda sit
coram Iudice Ecclesiastico: quia, licet dominium ta-
lium decimarum, scilicet fructuum illarum, omninò
spectet ad laicos, & feudum censeatur seculare, ta-
men quia oritur, & dependet à iure spirituali, seu
20 Ecclesiastico, non possit de illis cognoscere nisi Iu-
dex Ecclesiasticus. Quartò, quod de possessorio ma-
trimonij, licet agatur inter personas merè seculares,
tamen quia admixtam habet causam, & titulum
spiritualitatis, non cognoscat, nisi etiam Iudex Ec-
21 clesiasticus: Quintò, quod ratione connexionis do-
minij vtilis cum directo, emphyteuta Ecclesiæ non
teneatur ad collectas, & onera realia per statuta lai-
corum super rebus, & bonis imposita; sic cit. Sacra
Rota Romana.

22 Quapropter, quod possit etiam clericus Ecclesiæ
emphyteutam conuenire coram Episcopo vt soluat
Laudemium, dixit Burgius *de laudemio par. 3. inspect.
1. num. 6. & 7.* Non tamen hinc inferas (vt rectè cō-
tra Chassaneum in Consuetud. Burgund. Rubr. 11.
§. 1. num. 9. notarunt Maurus Burgius *de Laudemio
par. 3. inspect. 1. num. 4* & Amadeus à Ponte *eodem
tract. quæst. vlt. num. 5.*) quod possit similiter laicus
conuenire clericum emphyteutam coram Iudice
seculari ad solutionem laudemij; cùm illum conue-
nire debeat coram Iudice solum Ecclesiastico; quia
23 non valet argumentum de priuilegiato ad nō pri-
uilegiatum, vt *c. 8. dubit. 17.* dicam. Vide tandem Res-
criptum Alphonsi Regis datum Caietæ die 24. Au-
gusti 1436. vbi idem plissime confirmat.

24 Non nego tamen, quod Hostiensis *in cap. cum sit
generale de foro compet.* & ibi Butrius *num. 9.* Marian.
Socinus *num 15* & Felinus *nu. 4* doceant, quod Ec-
clesia non possit trahere laicum ad forum Ecclesia-
sticum, nisi quando proposuerit qualitatem furti,
vel violentiæ. sed ex dictis responderi posset, quod
dum non soluitur pensio Ecclesiæ tempore statuto
contra legem contractus, adsit iniustitia, & violenta
occupatio; & sic dum emphyteuta pensionem non
soluit, sed denegat, priuet Ecclesiam iure suo, & in-
iustitiam, ac violentiam exerceat in illam.

25 Itaque cùm dicitur, quod Actor sequi debeat fo-
rum Rei, intelligi debet regulariter; at secus, si Pon-
tifex ex causa rationabili in oppositum alicui pri-
uilegium concesserit.

Neque obiicias glossam *in cit. cap. si clericus lai-
cum, ver. de consuetud.* & Bartolum *in l. 2. ff. de iurisdict.
omnium Iudic.* quatenus ibi docet, quod, licet Prin-
ceps possit facere, quod Reus sequatur forum Acto-
ris, pro subditis; tamen id non possit facere pro non
subditis, seu pro subditis alienæ iurisdictionis. Et
sic cùm laicus in temporalibus non sit subditus Pō-
tifici, non possit Pontifex facere, quod laicus, quā-
do est Reus, sequatur forum Actoris clerici, scilicet
Ecclesiasticum.

26 Respondetur enim ex dictis, quod hæc doctri-
na faciat potius pro nobis; quia si per Bartolū Prin-
ceps laicus potest inter subditos priuilegium con-
cedere, vt Reus Actoris forum sequatur, poterit et-
iam Pontifex tale priuilegium clericis concedere
respectu aliorum fidelium; cùm fideles laici, si non
subdantur Pontifici directè, subdantur tamen ei in-
directè, ratione spiritualis potestatis supremę, quam
in illos habet, ratione cuius disponere potest, etiam
circa temporalia, quando sic exigit finis spiritualis.
Quapropter cùm Pontifex ex iusta causa alicui con- 27
cedit huiusmodi priuilegium, non vsurpat iurisdi-
ctionem temporalem, sed vtitur suprema sua spiri-
tuali potestate, nec Reus laicus cogitur comparere
coram Iudice alieno; sed sic disponente Pōtifice le-
gitimam potestatem habente, ex vno Iudice trans-
fertur in alium

DVBITATIO II.

An, & quid dicendum, si causa agatur non personaliter contra clericum, sed realiter contra eius bona?

SVMMARIVM.

1 *Non solum Clerici Persona; sed etiam eius bona à Iurisdictione seculari sunt exēpta, & ideo neque actione reali cognosci potest per Iudicem laicum.*

2 *Bona sunt accessoria Personæ, ideo sequi debent naturam sui Principalis.*

3 *Lis moueri non potest circa bona non citato, & requisito ad comparendum Domino bonorum.*

RESPONDETVR, quod (licet nonnulli
teneant, clericos de quibus *dubio. 1. sect.
1. num 2.* dicebam, ad forum secularem
trahi posse, si causa agatur non perso-
naliter contra clericum, sed realiter cō-
tra eius bona; vt si lis fundetur non in aliqua per-
sonali actione, & obligatione clerici, sed in re ipsa,
quæ litigatur; quia tunc non tam clericus, quàm e-
ius bona ad tribunal seculare trahuntur) contrarium
tamen dicendum sit, quia non solum clerici perso- 1
na, sed eius bona à iurisdictione seculari sunt exē-
pta, *cap. quamquam de censib. in 6.* & *cap similiter, 16. q.
1.* & meritò, quia cùm bona sint accessoria personę, 2
sequi debent naturam sui principalis; maximè quia 3
non potest lis moueri circa bona, quin citetur, &
comparere cogatur dominus bonorum. Atque ita
docent Tiraquell, *de retrac. lignag. §. 22. gl. 1. num. 81.*
Farinac. *tit. de Inquisit. quæst. 8. num. 21.* Couar. *pract.
qq. 31. num. 5. ver. 2.* Minsing *obseruat. 22 cent. 1.* Suar.
lib. 4. de immunit. Eccles. cap. 14. num. 11. Scaccia *de iu-
dic lib. 1. cap. 11. num. 30.* & Villalob. *in com. opin. ver.
Clericus, num. 70.* contra nonnullos oppositum sen-
tientes; qui tamen (vt aduertunt Couar. Farinac. &
Scaccia *in locis supra cit.*) loquuntur non de iure, sed
de consuetudine locali, quæ ad alios locos exten-
denda non est. Vide, quæ *lib. de Parlamentis
Dubit. 4 sect. 20. per suas subsectiones*
dicebantur, & quæ *cap. 9 dubit.*
35. dicentur.

DVBITATIO III.

An, & quid dicendum, si causa agatur feudalis?

SVMMARIVM.

1 *Clericus feudatarius in causa feudali siue de proprietate, siue de possessione agatur, coram Domino feudi conueniri, potest, & debet.*

2 *Clericus feudatarius si agatur tantum de reparatione, & satisfactione Domino feudi facienda, tunc non coram Iudice seculari, nec coram Domino feudi, sed coram proprio Iudice Ecclesiastico conueniendus est.*

RESpondetur, in tali casu Doctores docet,
1 prædictos clericos ad forum secularem trahi posse, quin & debere, siue de proprietate, siue de possessione agatur; ita vt clericus in tali causa coram domino feudi (etiamsi laicus sit) conueniri possit, quin & debeat; quia ita habetur *in cap. verum, & cap. ex transmissa de foro compet.* vbi sic disponitur in fauorem feudorum; tum quia sub hac conditione à fore approbata feuda conceduntur; vti docent ex communi Clar. §. *feudum, q. 90. vers. sed quid si vassall.*; Menoch. *de retin. possess. rem. 3. num. 396. & seq. & num. 409.* Scaccia *lib. 1. cap. 11. num. 97.* & Farinac. *tit. de inquisit. q. 8. num. 22.* Quod & ego vltrò concedo; ita tamen,
2 quod, si agatur non de proprietate, vel de possessione feudi, sed de reparatione, & satisfactione domino feudi facienda, clericus feodatarius tunc non coram Iudice seculari, nec coram domino feudi, sed coram proprio Iudice Ecclesiastico conueniendus sit; vt rectè notarunt Farinacius, & Villalob. *in locis supra cit.* Vide *loca supra cit.*

DVBITATIO IV.

An, & quid dicendum, si de bonis agatur regalibus?

SVMMARIVM.

1 *Clericus in causa de bonis Regalibus trahi potest, & debet coram Iudice Regio, si sub ea conditione aliquid Ecclesiæ vel Ecclesiasticis relictum sit.*

RESpondetur, in tali caso etiam Docto-
1 res tenent, prædictos clericos ad forum laicalem trahi posse, & debere; quia huiusmodi bona semper censentur data sub conditione, vt controuersiæ illorum (etiamsi à clericis possideantur) coram Iudice seculari decidantur; quod & ego etiam vltro concedo, quotiescunque Ecclesiæ, vel clericis quid relinquatur sub dicta conditione, quod scilicet corã Iudice seculari illius lites decidantur (ita vt si sic Ecclesia, vel clericus hæreditatem, legatũ, vel donationem acceptet, conueniri debeat coram Iudice seculari) quia tunc non sunt Rei coacti, sed voluntarij. Atque sic colligitur ex *c. verum de foro compet.* vbi Io. Andr. & Hostien. Suar. *lib. 4. de immun. Eccles. c. 14. n. 13.* & Gutierez *lib. 1. pract. qq. q. 10. n. 1.* Vide *cit. Dub. 4. de parlamentis, sect. 20.* per suas subsectiones: & supra *cap. 5. dubit. 2. sect. 1*

DVBITATIO V.

An, & quid dicendum, si clericus citetur ad comparendum, si sua interesse putauerit, vel ad exhibenda iura sua?

SVMMARIVM.

1 *Clericus trahi etiam potest ad tribunal laicale si à Iudice seculari citetur ad comparendum non absolutè sed si sua interesse putauerit.*

2 *Clericus citatus pro quocunque suo interesse coram Iudice seculari, si compareat, neque declinatoriam opponat, obligatus est iudicio seculari, & illius sententiæ stare; quia in tali casu etiam non est Reus necessarius; sed actor voluntarius.*

3 *Clericus non comparendo pro quocumque suo interesse coram Iudice seculari, iudicari non potest, cum non comparendo clarè innuat, sua non interesse.*

4 *Iudex Laicus, opposita per Clericum declinatoria non est competens Iudex; cum tunc Clericus non putet sua interesse coram illo comparere.*

5 *Citatio pro quocumque suo interesse quando fit Clerico à Iudice seculari, debet esse sine adiuncto compellente Clericum, quod Iudicio stare debeat; aliàs erit nulla, & nulla erunt omnia procedentia.*

RESpondetur, in tali casu etiam Do- 1
ctores docent, prædictos clericos ad forum secolarem trahi posse, si clericus à Iudice seculari citetur ad comparendum, nõ absolutè, sed si sua interesse putauerit; vel ad exhibenda iura sua corã ipso; v. g. si clerici debitor dilationem debiti ex maiori parte creditorum petat, vel bonorum cessionis beneficiũ obtinere velit &c. Quod & ego non omninò negarem, ità vt hac citatione facta, si ipse cõ-
paret, neque declinatoriam opponit, obligatus sit 2
iudicio seculari, & illius sententiæ stare; quia in tali casu etiam non est Reus necessarius, sed actor volontarius; vt ex Baldo, & aliis *in l. testamenta Cod. de testam.* tradit Farinac. *cit. q. 8. n. 87.* Vide quæ dicam *c. 9. dubit. 11. & seq.* & quæ dicebam *tit. de Parlament. Dubit. 22. per totam.*

Dixi primò *si compareret*; quia si non comparet, io- 3
dicari non potest; cùm non comparendo clarè innuat, sua non interesse. Sic Farinacius *loco supra cit. n. 90.* & Menoch. *de rec. per. possess. rem. 15. n. 128.*

Dixi secondò, *si neque comparendo declinatoriam op- 4
ponit*, quia declinatoria opposita, laicus non est cõpetens Iudex; cùm tunc clericus non putet, sua interresse coram illo comparere, & iudicari. Sic etiam
Farinacius *n. 91.* & Menoch. *n. 232.* vbi aduertunt 5
citationem faciendam esse sine adiuncto compellente clericum, quod iudicio stare debeat; adeò vt si clericus citetur, quod coram iudice seculari compareat, si sua interesse putauerit; alioquin tanquam contumax condemnabitur: nulla sit talis citatio. & nulla sint omnia inde procedentia: & merito; quia per tale adiectum destruitur prior conditio (si scilicet sua interesse putauerit.) & sit præterea violenta citatio.

DVBITATIO VI.

An, & quid dicendum, si clericus conueniatur nomine laici?

SVMMARIVM.

1 *Clericus ad Tribunal laicale trahi potest, si coram Iudice seculari conueniatur nomine laici, quatenus exempli gratia repræsentat suum Auctorem laicum, in casu tamen quod lis contestata fuerit cum Persona defuncta laici, quia tunc firmata est iurisdictio.*

2 *Lis si contestata fuerit coram Iudice Ecclesiastico cum Persona defuncta Clerici, continuari illa debet contra laicum hæredem Clerici coram eodem Iudice Ecclesiastico.*

3 *Lis si contestata non fuerit coram Iudice laico Clericus non potest conueniri vt hæres laici nisi coram Iudice Ecclesiastico, contra multos Auctores.*

4 *Afferuntur multæ rationes.*

5 *Clericus, qui coram Iudice laico depositum recepit, non potest à Iudice laico ad illud reddendum cogi.*

6 *Clericus coram Iudice laico, si sua interesse putauerit citatus compareat, neque tenetur stare sententiæ à Iudice laico datæ.*

7 *Clericus Hæres laici non tenetur prosequi coram Iudice seculari litem contra laicum, cui successit, cœptam, & contestatam, sed est de nouo super eadem re, vel actione coram Iudice Ecclesiastico conueniendus.*

8 *Præuentio Iudicis secularis non tribuit, neque tribuere potest ipsi iudici seculari potestatem aduersus Clericum, nec derogare potestati Ecclesiasticæ.*

9 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur executioni demandare sententiam latam contra Clericum per Iudicem laicum.*

10 *De iure non est quod laicus effectus Clericus, quoad causas ciuiles respondeat in Iudicio, vbi prius citatus fuerat.*

11 *Clericus succedens Laico si possideat rem specialiter hypothecatam, ratione talis hypothecæ conueniri non potest coram Iudice seculari.*

12 *Clericus successor laici, quamuis præuenti, necessario stare non debet Iudicio fori secularis.*

13 *Persona præuenta non est eadem cum Persona Clerici, sed diuisa.*

14 *Clericus successor laici debet audiri super oppositione sua in foro Ecclesiastico.*

15 *Executio, cum fieri debeat contra hæredem, oportet præmitti vocationem, & aliquam causæ cognitionem, quam Iudex secularis efficere nequit contra Clericum.*

16 *Probabile est, quod dicebatur n. 1.*

17 *Nec obstant Marthæ argumenta.*

ESPONDETVR, in tali casu etiam Doctores tenent, prædictos clericos ad forum laicalem trahi posse, si scilicet
1 clericus coram Iudice seculari conueniatur nomine laici, v. g. in casu, quod sit hæres laici; quia tunc conueniri videtur, quatenus repræsentat personam defuncti laici; quod & ego etiam non negarem; in casu tamen quod lis contestata fuerit coram Iudice seculari cum persona defuncta laici; quia tunc firmata est iurisdictio Iudicis laici in talem causam, & clericus succedens defuncto laico, nomine laici agit (quapropter similiter si lis contestata fuerit co-
2 ram Iudice Ecclesiastico cum persona defuncta clerici, continuari illa debebit contra laicum hæredem clerici coram eodem Iudice Ecclesiastico;
3 qua de re Riccius *par. 4. decis. 218 per totam.*) At secus, si lis contestata non fuerit coram Iudice laico; quia tunc clericus non solum quoad personam, sed etiam quoad hæreditatis bona à iurisdictione Iudicis laici exemptus est; ita vt tunc lites circa bona, vel actiones defuncti laici venire debeant coram Iudice Ecclesiastico; & sic tunc clericus nec possit, nec debeat se submittere Iudici laico; sicuti rectè docent Abb. *in cap. quia de iudic.* Bartol. *in leg. hæres absens, ff. de iudic.* Farinacius *ait. quæstio. 8. num. 46. ampliat. 17.* Scaccia *lib. 1. cap. 11. num. 23.* & alij Doctores, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *de effect. cleric. eff. 1. num. 281.* Item Rodriguez *in summa tomo 1. cap. 216. numero 15* Megalius *in 3. par. lib. 3. cap. 10. numer. 59.* Grassius *in decis. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 128.* Curiolanus *in Bull. Cœnæ, excomm. 16. fol. 945.* Heuia *in Curia Philipp. par. 1. §. 5. n. 20.* Castill. *par. 1. de. c. 2.* Pereira *de manu Regia par. 2. c. 30. n. 6.* & Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ p. 2. q. 40. n. 9.* citans complures alios Iuristas, & Reginald. *to. 1. lib. 9. c. 23. n. 152.*

Cæterum, Quod in priori casu, de quo dicebam *n. 1.* causam prosequi spectet ad Iudicem laicum, probatur vlterius; quia ob cœptum, & radicatum coram vno Iudice legitimo tempore iudicium, res affecta reali vitio dicitur, quæ proindè obnoxia tali Iudici, in quemcumque sic transit, ex *l. si quis posteaquam, ff. de iudic.* ibi: *Si quis posteà quàm in ius vocatus est, miles, vel alterius fori esse cœperit, in ea causa ius reuocandi fori non habebit, quasi præuentus:* & ex *l. cum quadam puella, ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & ex generali regula, quod res transit in quemcumque 4
cum onere suo; præsertim quia non mutatur conditio rei, vel hæreditatis, mutata persona hæredis, vel singularis successoris, immò semper adest, & durat repræsentatio auctoris, & defuncti, ac si viuus superesset, & cum eo iudicium continuaretur, nec plus iuris, & priuilegij potest in hærede reperiri, quàm in principali, *cap. nemo potest, de regul. iuris in 6.* esset enim locupletari cum alterius iactura, contra text. *in cap. locupletari, eodem tit.* & esset, non velle sentire onus commodo annexum, contra text. *in cap. qui sentit, eod. tit.* Quapropter quod onus hæreditatem, ac fundos penes quemcumque sequatur, est textus *in l. æris alieni, Codic. de donat. ante nuptias, l. creditores, Cod. de hæred. inst. cap. 43. cunctus, 16. quæstio. 1. cap. 12. tributum 23. quæst. 8. & cap. 1. in fin. de cens.* & docent Molina *de iust. disp. 456.* Gutierez *pract. qq. lib. 1. quæst. 3. n. 15* Barbosa *in c. non minus, num. 4. de immunit. Eccles.* Sanch. *consil. moral. lib. 2. cap. 4. Dubitat. 57. num. 1.* & Ortiz *de immun. par. 3. Dub. 3. ad 3.* Vnde manifestè sequi videtur, quod causa, seu lite coram Iudice laico radicata per vniuersalem iurium translationem in exemptum, illius cursus non varietur, sed coram eodem continuari debeat; & quod in eum affecta hæreditas, tanquam iniecto vinculo & stigmate, transeat, vt ait Abb. *in c. Eccles. S. Mariæ n. 25. in lectura, & n. 36. in repetit. de Constitut. & consil. 151.* Io. Andr. *in regul. fin. col. fin. de reg. iur. in 6* Butr. & Imola *ibid.* Capra *concl. 15. n. 47. & seqq.* Lapus *alleg. 101.* Anch. *in cap. 1. vers. pro hoc, de Constit. & consil. 434.* Aretin. *in c. quod si cler. de iud. dec. Thol. 144.* qui ad terminos diuersorum statutorum laicorum per hanc rationem docent afficere personas Ecclesiasticas, quod ante susceptum forum statuta personas affecerunt, ex *l. 1. §. fin. ff. de rebus eorum,* ibi: *Si minor 25. annis emerit prædia vt quoad pretium solueret, essent pignori obligata venditori; non puto pignus valere: nam vbi dominium quæsitum est minori, cœpit non posse obligari.* Hinc nec serui, nec ratiociniis obligati possunt ordinari, ne prioribus vinculis exuluantur; & meritò, cùm Christiana lex neminem iure suo priuet, nec quod est alterius, minuat.

Secundò probatur, quia iudicia instituta sunt, vt ad publicam vtilitatem pax inter homines seruetur, & lites quàm citò terminentur, vel transigantur, *l. prop randum, Cod. de iudic. l. terminatio, Cod. de fruct. & lit. expens. cap. finem litibus, cap. venerab. lis de dolo, & contum. & capite iurgantium, de re iud.c.* At contrarium contingeret, si illa propter clerici ad laici bona successionem, peruertere, ac denuò cum temporis, & pacis dispendio coram alio Iudice prosequi liceret.

Tertiò probatur, quia clericus ob iudicij renentiam, & vinculum in lite contractum, non declinat per fori superuenientiam iudicium iam cœptum, nec delicti cognitionem, nec fideiussionem præstitam, nec obligationem ante clericatum, vt in bonis luat, vel satisfaciat, initam, vt habet Martha *centur. 1. cas. 121. &* S. Congregatio in vna Ciuitatis Castelli die 18. Febr. 1631. apud Sel. io Selectis Canon *cap. 16. num. 17.* & Barbosa *in remissio. ad Con. Trid. sess. 23. de reformat. c. p. 6. num. 27.* Ergo debet multò magis hoc idem sustinere, vt laici hæres, in quo nulla datur mutatio; cùm hæredis, & testatoris persona eadem in iudicijs existimetur; & cùm in omnibus attendi debeat origo negotij, ac actionis, non verò quid inde euenerit, *l. nam & Seruius, §. nam quecumque ff. de negot. gestis, l. quid ergo in princip. ff. qui nos. infam.* & cùm in hæreditate defuncti semper spectetur persona defuncti, non autem hæredis, *l. hereditas, ff. de acquir. rerum domin.* ibi *Hæreditas enim non haredis personam, sed defuncti sustinet.*

Quartò probatur; quia cùm hoc ipsum, correlatiuorum ratione, seruetur in clerici hærede, qui pro cœpto iudicio coram eodem Ecclesiastico Iudice respondere tenetur, licet laicalis fori sit, vt rectè dixit Riccius *decis. 218. part. 4.* & Diana *part. 1. tract. 2. resol. 24.* consequens est, quod idem dicatur in casu nostro, *e:pite 2. de excepti. in 6.* vbi postquam Bonifacius VIII. præcepit Ecclesiasticorum Iudicum sententias, si iure latæ fuisseot, exequi debere, subdidit: *Similiter Ecclesiastici Iudices, si coram ipsis excipiatur de re per secularem Iudicem iudicata, exceptionem ipsam admittant in iis, quæ animarum periculum non inducunt, per superiores suos, nisi fecerint, animaduersione debita castigandi.* Vnde constat, vtrumque Iudicem ad paria obligari, vt alterius sententias exequi teneatur, idemque fieri non posse, quoad sententias rectè, & iure suo ab alterutro Iudice latas fori declinationem opponi; & ad inconueniens, quod oppositæ sententiæ auctores afferunt, non teneri scilicet Iudicem Ecclesiasticum illam sententiam exequi, ac proinde (vt ipsi aiunt) seruire de vento, patet responsum ex *cit. cap. 2.* cùm, licet à Iudice laico, vt sententiam exequatur, clericus cogi non possit, à suo superiore tamen cogi potetit, vel in bonis per sententiæ executionem iuxta ordinem constitutum *in l.a diuo Pio, ff. de re iudic.* vel in possessionem misso victore, vel pignore capto, persona tantum excepta.

Quamuis contrarium etiam quoad hoc satis probabiliter doceant Ambrosinus *de immunit. Eccles. cap. 20. numero 45.* Tamburinus *de iure Abbatum. tom. 1. disp. 15. quæst. 19. numero 17. & seqq.*

5 (vbi subdit, quod Clericus, qui coram Iudica laico depositum recepit, non possit à Iudice laico ad illud reddendum cogi; & clericus coram

6 Iudice Laico, si sua interesse putauerit, citatus compareat, neque teneatur stare sententiæ à Iudice Laico datæ) Alterius *de censur. tom. 1. lib. 5. disp.*

Th. Delbene, de Immunit. Eccles. Pars I.

16. capite 3. col. 12. & seq. cas. 3. Mar. Antonius *libro 1. resol. 49. numero 2.* Bonacina *de legibus disp. 10. quæst. 2. punct. 1. §. 1. num. 25. & in Bullam Cœnæ tom. 3. disp. 1. q. 16. punct. 5. num. 18.* citans, Felinum, Abbatem, Imolam, & Rotam Romanam. Item Duardus *in Bull. Cœnæ Can. 15. num. 3.* Belletrus *part. 1. Disquis. cleric. fol. 274. num. 6.* Molsesius *in consuetud. Neapolit. part. 2. quæst. 8.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub. 3. num. 58. 75. & 82.* &

7 Diana *part. 1. tract. 2. resol. 24.* qui tenent, quod clericus hæres laici non teneatur prosequi coram Iudice seculari, nec litem contra laicum (cui successit) cœptam, & contestatam, sed sit de nono super eadem re, vel actione coram Iudice Ecclesiastico conueniendus, ex eo, quia, siuè lis fuerit cœpta, & contestata coram Iudice seculari, siuè non, semper eodem modo militat ratio suæ exem-

8 ptionis à Iudice seculari; cùm præuentio Iudicis secularis nec tribuat, nec tribuere possit ipsi Iudici seculari potestatem aduersus clericum, nec derogare potestati Ecclesiasticæ; tum quia ex opposita sententia sequeretur inconueniens, quod scilicet secuta contra clericum hæredem laici condemnationis sententia, seruiret sententia ista de vento; quandoquidem executioni mandari non possit, nisi per Iudicem Ecclesiasticum, qui

9 cùm non subiaceat eidem Principi, cui subest Iudex laicus, non teneretur, nec cogi posset, dictam sententiam executioni mandare; Ad quod tamen inconueniens Responderi potest ex dictis suprà.

Vide etiam Maltham *de Iurisdict. part. 1. cens. 1. cas. 34. num. 14.* qui contra Doctores prioris sententiæ supra citatos, & contra Gabrielem Pereiram *tract. de manu Regia in Concordatis Regis Al-*

10 *fonsi III. art. 4. num. 38.* & Barbosam *in l. si quis postea quam, ff. de iudic. num. 203.* tenet, non esse de iure, quod laicus effectus clericus, quoad causas ciuiles respondeat in iodicio, vbi prius citatus

11 fuerat. Vide etiam Antonium de Ripol. *de Iurisdict. omnium Iudic. cap. 1. num. 192.* qui à fortiori tenet, quod, si clericus succedens laico possideat rem specialiter hypothecatam, ratione talis hypothecæ conueniri non possit coram Iudice seculari. Vide etiam quæ dicebautur *supra capite præcedenti.*

12 Vide etiam tandem Rotam Romanam *decis. 5. in Antiquis, tit. de foro compet.* vbi ait, quod clericus successor laici, quamuis præuenti, necessariò stare non debeat iudicio fori secularis; quia (licet laicus prædecessor huius clerici fuerit præuentus, immò & condemnatus, & sic videatur, quod idem Iudex debeat executionem facere, non obstante, quod personæ conditio sit mutata, immò & cognoscere propter priuationem, argum. not per Hostien, *e. ad ratioc. de obligat. cap. 1. & cap. postulasti, de foro compet. & l. si quis postea, ff. de iudic.*) tamen contrarium sit proba-

13 bilius; quia hic non est eadem persona præuenta,

14 cùm sint diuersæ personæ debitoris, laici scilicet, & clerici; quare videtur contra, quod immò clericus debet audiri super oppositione sua in foro Ecclesiastico; quia clericus etiam in reali debet gaudere priuilegio clericali, & conueniri in foro Ecclesiastico, iuxta *not. in Auth. vt omnes obed. Iud. prouin. §. hoc considerantes,* & per Archidiac. *in capite 1. de cleric. coning. in 6.* & per Io Andr. *in nouell. tit. de duell.* præsertim quia, cùm contra hæredem fieri debet executio, oportet præmitti vocationem, & aliquam causæ cognitionem, quam in clericis Iudex secularis non

Dd 4 potest

poicst præmittere argum. ad hoc, quod not. Inoocent. *de iudic. cap. quia verò in fin.*

16 At, his oon obstantibus; satis probabile etiam mihi videtur, quod suprà in principio dubitationis dicebam; cùm ad hæc facilè respooderi possit ex dictis *supra loc. cit.*

Nec obstant Marthæ argumenta *part. 4. centur. 1. cas. 33.* nam licet esset verum, quod instantia cœpta cum defuncto non transferretur ipso iure in hære-
17 dē, adeò ne citatiooe opus esset, *l. Paulus, ff, quæ, sen. sine appell. & l. in summa, §. fin. ff. de re iudic.* vbi Castr. & Alex *per l. edictum, ff. de iudic. & l. oratione, de feriis*; tamen cum hæc citatio sit consecotiua iudicij cœpti, & ea repræsentatione in defunctum facta censeatur, transfusio illa iudicij, oegotiom hæredis proprium non fuit, sed hæreditarium manet, aliàs in boois propriis executionem pateretur, quapropter hæc transfusio ad noritiam fieri potest ab alio Iudice, & redigi in actis eius, coram quo iudicium vertitur, & per hoc non censetur à præuentione causæ recessum Nec Rota *cit. decis. 5. in antiquis* hoc negat, sed potius id ipsum in terminis tenere videtur, quidquid sit in caecutione instromeoti, in quo nec præuentio iudicij, nec elusio iurisdictioois interoenit, & per hoc dubitando loquitur, ibi: *Sed posset dici, quod illa vera, quando eadem persona esset prauenta.* & statiio: *Quare videtur aliquibus contra*; oec aliud determinat, vel determinatum refert; cùm è cootra potius oppositum indics indicari videatur.

DVBITATIO VII.

An, & quid dicendum, si agatur causa rei spiritualis possessoria?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus trahi potest in vniuersum ad tribunal laicale, si agatur de causa rei spiritualis, vt beneficij, possessoria; quia talis causa videtur esse omnino temporalis, & profana.*

2 *Iudex secularis etiam inter Clericos cognoscit de causa possessoria qua nullam proprietatis cognitionem admixtam habet.*

3 *Consuetudo Gallia obtinet, vt causa beneficiorum possessoria etiam inter Clericos apud Iudicem secularem terminetur.*

4 *Possessio est magis quid facti, quam Iuris.*

5 *Clericus positus in possessione à Iudice seculari legitimè, id est contra laicum, potest recurrere ad Iudicem secularem, vt manuteneatur in possessione; si Iudex Ecclesiasticus illum eiicere velit, dummodo eidem non faciat inhiberi à Laico.*

6 *Clericus quando agit contra Clericum in Iudicio mere possessorio non potest illum trahere ad tribunal laicale; item dic si Clericus etiam solus sit Reus.*

7 *Possessio rei spiritualis vt beneficij est causa Ecclesiastica, quia beneficium numquam sine institutione Canonica obtineri potest.*

8 *Agens interdicto vnde vi docere debet de titulo.*

9 *Simonia vt non committatur ex pecunia, qua datur ad redimendam in Beneficio vexationem, opus est titulum, & possessionem habere.*

10 *Habens titulum beneficij simoniam committit, si possessionem litigiosam pecunia redimat.*

11 *Simonia non committitur nisi in spiritualibus, & illis annexis.*

12 *Clericus in mero possessorio potest trahi coram Iudice seculari in casu, quod agatur per cognitionem extraordinariã, & extraiudicialem, qua fit per viam violentia.*

13 *Consiliarij in Regnis Hispaniarum in possessorio recuperanda, vel retinenda in Beneficiis causas non admittere.*

14 *Soluuntur omnes difficultates in oppositum; & sacri Canones interpretantur iuxta eorum propriam significationem, contraria ex illis desumpta auctoritas omnino refellitur.*

15 *Iudex Laicus non potest cognoscere in causa recuperanda possessionis beneficij, ex qua Clericus à Laico eiectus est, vel in eo quod à laico turbatur.*

RESpondetur, in hoc casu etiam multi Do- 1
ctores teoent, prædictos clericos ad forū seculare trahi posse, si scilicet agatur causa rei spiritualis, vt beneficij, possessoria; quia talis causa videtor esse omninò temporalis, & profana; ac proinde omninò iorisdictioni seculari subiecta, vt tradit gl. *in c. vnic. de iuram. calumnia, & in c. cùm dilectus de elect.* Io. Andr. *in c. vlt. de iudic.* &
alij apud Couarruuiam *pract. qq. c. 35. num. 1.* & fa- 2
oent. *cit. cap. vlt. de iudic. c. petimus, 11. q. 1. & cap. causam, qua, 2. qui filij sint legitimi*, vbi Iudea secularis, etiam inter clericos, cognoscit de caosa possessoria, quæ nullam proprietaris cognitionem admiatam
habet. Fauet etiam consuetudo Galliæ, vbi causa be- 3
neficiorom possessoria, etiam inter clericos, apud
Iudicem secularem determinatur; Et probatur vl- 4
teriis ratiooe; qoia possessio est magis quid facti, quàm intis, *cap. cum nostris, de conceß. prabend.* Sed de facto cogooscit Laicus, *cap. decernimus. de sent. excommun. in 6.* Ergo, &c. Atque ita docent præter glossam, & Io. Andream sopra cit. Myosingerus *cent. 2. obseruat. 67.* Guidos Papa *decis. 85. num. 1.* Thesaotos *decis. 82.* Afflictus *decis. 24.* Igneus *in l. necessaries, §. non alias, ff. ad S. C. Syllan. num. 466. & seq.* Sesse *de inhibit. capite 8. §. 3. num. 16. &*
17. Garsias *de Nobil. gl. 9. numero 48.* Torreblan- 5
ca *de Magia lib. 3. cap. 26. num. 2.* Valascos *consil. 92. numero 3.* Gail. *lib. 1. obseruat. 28. numero 2.* Degrassalius *in Regal. Franc. lib. 1. iur. 7.* Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. numero 153.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. part. 2. quast. 65.* Auendagn. *de exeq. mandato part. 1. cap. 1. num. 32.* Pelaez. *tract. de maior. part. 3. q. 11. num. 11.* Cabedus *part. 2. decis. 71 num. 3.* Mendez à Castro *in praxi Eccles. Lusit. lib. 1. cap. 4. numer. 14.* & Alij apud Gutierez *pract. qq. lib. 1. quast. 10. & qq. Canon. lib. 1. c. 34. numero 16.* & Candelabrum aoreom *in exposit. Bulla Cana cas. 16.* vbi ait, qood possit clericus positus io possessione à Iudice seculari legitimè, id est, contra laicum, recurrere ad Iudicem secolarem, vt manoteneatur io possessione, si Iudex Ecclesiasticus illum eiicere velit, dummodo talis clericus recorreos ad Iudicem secularem, noo faciat inhiberi ab illo Iudici Ecclesiastico; qnod per viam defensiopis oaturalis fieri posse, tradit etiam Valboa *in loco infra citando.*

At his noo obstantibos (quidquid sit pro nunc 6
de iudicio possessorio rei spiritualis inter Laicos,
vel ioter clericom Actorem, & laicum Reum; qua 7
de re iofra) contrariom dicendum est, saltem in caso, qnod agatur ioter doos clericos; vel etiam in casu, quod clericus solum sit Reus: nam (vt omittam, quod possessio rei spiritualis,

vt

vt beneficij verbi gratia sit causa Ecclesiastica; quia beneficium Ecclesiasticum numquam sine institutione Canonica obtineri potest, *cap. ex frequenti-*
8 *bus, de instit. & cap. 1. de eo, qui mittitur in possessionem in 6.* adeò vt agens interdicto *vnde vi*, de ti-
9 tulo docere debeat, vt docent Doctores *in c. in litteris de restit. spoliat.* Et quia ad redimendam in beneficio vexationem, vt ex pecunia, quæ datur, simonia non committatur, opus est titulum & possessionem habere, *cap. dilectus, 1. de Simonia.* Qua-
10 propter si quis titulum habeat, sed possessionem litigiosam pecunia redimat, Simoniam committit; vt docet *gloss. 1. in cap. decimas, 3. 16. quæstio. 7.* Abb. *ibid. numero* 8. & Ananias *in 4. in citat. cap. dilectus.*
11 Vnde signum euidens est, quod causa possessionis beneficij sit Ecclesiastica, & spiritualis; quandoquidem Simonia non committitur, nisi in spiritualibus, & illis annexis, *cap. qui studet, 1. quæstio. 1.* quia clerici de iure patron. quorum Iudex laicus absque dubio incapax est.) Iudex laicus in clericum Iurisdictionem non habet; & sic fieri non potest, vt illum citare, & ad suum tribunal trahere possit. Atque sic expresse habetur *in cap. qualiter de Iudiciis, cap. placuit, cap. insolita, 11. quæstio. 1.* & Authent. *statuimus, Codic. de Episc. & Cleric.* & docent ex communi Couarruuias *pract. qq. cap. 35. numero 1. ad fin.* Roland. *consil. 23. volum.* 2. Menoch. *de recup. possess. rem. 15. numero* 223. *& seqq. & de retinend. possession. rem. 3. numero.* 324. *& seqq.* Martha *de iurisdict. par. 4. cont. 1. cas.* 34. Garzias *de benefic. par. 1. cap. 2. numero* 50. Guttierez *Canon. qq. lib. 1. cap. 24. numero* 26 Monera *de decimis cap. 1. numero* 11. Pesantius *de immunitat. Eccles. disput.* 15. Baldellus *in disput. theolog. tomo 1. lib. 5. disp. 39. numero* 1. Marius Antonius *lib. 1. resol. 91.* Valboa *in citat. cap.*
12 *decernimus de iudic. numero* 95. (vbi tamen excipit in casu, quod agatur per cognitionem extraordinariam, & extraiudicialem, quæ fit per viam violentiæ: qua de re vide, quæ dicebamus *lib. de Parlamentis Dubitat. 4. sect. 19. subsect. 1. 2 13. & 20.* & quæ dicebantur *suprà cap. præcedenti dubitat. 10. & cap. 1. dubitat. 15. sect. 5.* & quæ dicentur *infra Dubitat.* 8.) Sahagun de Villà Sante *ibid. numer. 184. &*
13 188. (vbi testatur, quod in Regnis Hispaniarum de possessorio recuperandæ, vel retinendæ possessionis in beneficiis causas Consiliariis non admittant) Azor. *1. par. lib. 5. cap. 14. quæstio. 1.* & Farinacius *tit. de inquisit. quæstio. 8. numero 23. vers. sublimiora secundò*; & videri etiam potest Sacra Rota Romana coram Pena, *die 1. Decembris*, 1595.

14 Quapropter ad glossam in oppositum adductam Respondetur, quod glossa illa communiter à Doctoribus reprobata sit. Ad *cap. vlt. de iudic.* Respondetur, quod non agat de dignitate Ecclesiastica, sed de seculari, eiusque iurisdictione; neque inter clericos, vt rectè gloss. ibi, & Doctores communiter; & patet ex illis verbis: *Tempus regiminis elabitur*; & sic non beneficij. Ad *cap. causam, quæ,* Respondetur, quod similiter non agat de causa possessoria ad matrimonium, vel ad quid aliud spirituale, sed ad hæreditatem temporalem; neque etiam inter clericos. Ad *cap. petimus* Respondetur, quod ibi non cognoscat laicus, sed Ecclesiasticus, qui solum ibidem auxilium Iudicis secularis implorat in fauorem clerici non contra clericum. Ad Galliæ consuetudinem Respondetur, vel quod non sit admittenda; vtpotè contraria iuri Pontificio; vel quod (vt credo, & testantur Boërius *decis. 69. num.* 25. Guillelmus Benedictus *in cap. Raynutius ver. & vxorem, decis. 2. numer.* 89. *& 90* & Osascus *decis. 116.*) innitatur priuilegio à sede Apostolica concesso. Vide, quæ *cit. cap. 1. Dubitat. 15. sect. 5. & suprà cit. cap. præcedenti Dubitat. 10. & lib. de Parlamentis Dubitat. 4. sect. 19. subsect. 1. 2. 3. & 4. & Dubitat. 17. sect. 11. & seqq.* diffusè dicebantur. Et tandem ad rationem Respondetur, quod esto possessio sit in apprehensione, causa tamen pertinet ad ius, cuius iuris Iudex laicus incapax est; quinimmò neque cognoscit de facto, nisi existente subiecto, quod, cùm in casu nostro non existat, cognoscere ille non potest.

Hinc sequitur, quod multò minus potest Iudex 15
laicus cogere clericum, qui laicum spoliauit beneficij possessione, ad illam ei restituendam; sed quod si clericus, qui spoliauit, à possessione eiiciendus sit, eiiciendus is est, vtpotè reus, auctoritate Iudicis, & sic non per Iudicem laicum, sed per Iudicem Ecclesiasticum, qui solus in illum auctoritatem, & iurisdictionem habet. Atque ita docent Afflictus *dec.* 85. Carolus de Grassis *de effectib. Cler. eff. 1. n.* 1035. & Squillante *de priuileg. cleric. c. 7. dub. 1. n.* 73. contra Marantam *in pract. p. 4. d. 11. numer.* 63. & Bobadillam *in Polit. to. 1. lib. 2. cap. 18. numer.* 193.

SECTIO II.

An saltem possit Iudex laicus cognoscere, si agatur, quod clericus recuperet beneficii possessionem, ex qua à laico eiectus est; vel quod non turbetur à laico à beneficii possessione, quam ipse clericus retinet, & sic, si agatur contra laicum?

SVMMARIVM.

1 *Causa Beneficij (siue de petitorio, siue de possessorio agatur) spiritualis, seu Ecclesiastica censetur, contra nonnullos testantes de consuetudine in contrarium.*

2 *Iudex laicus cum sit incapax iurisdictionis Ecclesiastica, numquam potest præscribere ea, quæ sunt Ecclesiastici iuris.*

3 *Tolerantia Summi Pontificis in iis, quæ sunt contra Immunitatem, est tantum permissiua, non autem approbatiua.*

4 *Testantes de priuilegio concesso pro Regnis Galliarum videant, quid affirment, an reuera sit, & an fuerit reuocatum.*

Respondetur ex probabiliori sententia etiam 1
negatiuè, quia ex dictis, & dicendis *cap. 10. dub. 4 & 5. & ex Clement. 1. de causa possess. & Clement. 1. de sequest. possess.* causa beneficij (siue de petitorio; siuè de possessorio agatur) spiritualis, seu Ecclesiastica censetur. Atque ita in terminis nostri casus docent Pesantius *in tract. de immunitat. Eccles. disp.* 15. Duardus *in Bull. Cœna lib. 1. can. 15. quæstio. 19. numer. 47. & 48* & Azor. *p. 1. lib. 5 cap. 14. quæst. 1.* contra Doctores, quos refert, & sequitur Couar. *pract. qq. cap. 35. numero 1.* & contra Afflictum *decis.* 24. Candelabrum Aureum *in exposit. Bulla Cœna circa casu* 16. & Anguianum *in tract. de leg. tomo 1. lib. 2. contr. 19. n.* 30. qui contrarium saltem ex consuetudine quadam diuturna, & coniuncta cum tolerantia Sūmi Pontificis, docent. Sed ad talē istorū Doctorū

2 tationem facilè respondetur, quod non sufficiat consuetudo ista longa, quia Iudex laicus, cùm sit incapax, numquam potest præscribere ea, quæ sunt Ecclesiastici iuris, vt *suprà cap.*1. *Dubit.* 15. diffusè dicebatur, & docent ex communi Pesantius, & Azor. *in locis supra cit.* & Carolus de Grassis *de effect. cleric. eff.* 1. *num.* 372. *& seqq.* Neque etiam of-
3 ficiat tolerantia summi Pontificis; quia illa tantum est permissiua (ad euitandum scilicet maiora incommoda) non autem approbatiua; cùm singulis quibusque annis in Bulla Cœnæ, tanquam abusus & corruptela damnetur omnis consuetudo contra immunitatem Ecclesiasticam introducta.

4 Nisi fortassè dicas, quod extat de hac re priuilegium à Sede Apostolica concessum (vt supra Galliarum Regibus pro illis regnis concessum priuilegium dicebam) quod an sit, & dato quod fuerit, modò per Bullam Cœnæ, & per Bullam Vrbani VIII. quæ incipit: *Romanus Pontifex* non sit reuocatum, videant, qui asserunt, nè fortè propter gratiam Regis, & propter bona temporalia, amittant gratiam Dei, & bona æterna.

SECTIO III.

An, & quid dicendum de possessorio matrimonij, & de quæstione facti hæresis, vel sortilegij?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Laicus neque cognoscere potest de possessorio Matrimonij, quia habet admixtam causam spiritualitatis.*

2 *Iudex Laicus non potest de possessorio rei Ecclesiasticæ cognoscere quando debet per titulum iustificari.*

3 *Iudex Laicus neque potest cognoscere in causa hæresis, etiamsi de quæstione facti tractetur.*

4 *Dictio (quoquomodo) est generalis, & omnia comprehendit.*

5 *Iudex Laicus si velit se immiscere in causa hæresis, potest à Iudice Ecclesiastico ne procedat inhiberi.*

6 *Iudex Laicus non potest cognoscere de crimine sortilegij, etiamsi similiter de quæstione facti tractetur, in casu quod crimen sortilegij hæresim contineat.*

1 Hinc sequitur, quod neque possit Iudex laicus cognoscere de possessorio matrimonij (v. g. si vir innitatur possessioni aduersus mulierem, quæ propria auctoritate diuertit, vel è contra) quia matrimonialis possessoria habet admixtam cau-
2 sam spiritualitatis, ac titulum: & Iudex Laicus, certum est, quod non possit de possessorio rei Ecclesiasticæ cognoscere, quando debet per titulum iustificari; Ergo, &c. Atque ita in terminis nostri casus contra Thesaurum *decis.* 117. docet Franciscus Molinus *tract. de ritu nupt. lib.* 2. *diff.* 50. *num.* 19. *& seqq.* & Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 55. Vide *infrà cit. cap.* 10. *dubit.* 4. *&* 5.

3 Qua similitatione neque potest Iudex laicus cognoscere in causa hæresis, etiamsi de quæstione facti tractetur, vt ex *cap. ex Inquisitionis officio*, §. *prohibemus de hæreticis in* 6. (quod corrigit §. *si verò in Authent. de sanctiss. Episcopis*, *&* *l.* 1. §. *fin. Cod. de summa Trinit. & l. quicumque* §. *vlt. Cod. de hæreticis*) habetur in illis verbis: *Prohibemus quoque districtius Potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus, vorumque officialibus supradictis, nè ipsi de hoc crimine, cum merè sit Ecclesiasticum, quoquo modo cognoscant, & iudicent.* vbi ly *quoquo modo*, cùm sit dictio generalis omnia comprehendens (vt patet ex *l.* 1. *ver. quoquo modo*, *ff. de testam. militari*, *iuncta gl. ff. de fideicommiss.* & notat Ruinus, *consil.* 98. *num.* 11. *vol.* 2. Rolandus *cons.* 80. *num.* 37. *vol.* 3 & Cephalus *consil.* 58. *num.* 17. *vol.* 1.) omnem speciem cognitionis excludit: & docent Felinus *in cap. cùm sit, num.* 1. *de foro compet.* Alex. *in l. Titia, num.* 13. *ff. sol. matrim.* Decius *in cap.* 2. *num.* 24. *de iudic. in fin.* Tuschus *tom.* 4. *ver. Iudex Ecclesiasticus, concl.* 446. *numero* 4 Barbosa *in collect. tom.* 3. *lib.* 3. *titulo* 2. *cap.* 18. *num.* 9. *& in cit. l. Titia, num.* 85. *tom.* 2. Farinac. *de hæresi, quæst.* 18. §. 4. *num.* 101. Simancha *Instit. Cathol.* 36. *in princip.* Sanctarellus *de hæresi cap.* 60. *dub.* 4. *num.* 22. Moura *de insal. sect.* 3. *cap.* 1 *num.* 34. & Diana *part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 2. contra Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent par.* 2. *q.* 36. *num.* 39. Gabrielem Pereiram *de manu Regia part.* 2. *capite* 29. *num.* 4. *cap.* 43. *num.* 4. *cap.* 44. *num.* 14. *cap.* 50. *num.* 56. *cap.* 52. *num.* 41. *cap.* 63. *num.* 18. *& seq. & cap.* 74. *num.* 4. (quamuis *in cap.* 65. *num.* 24. fateatur, quod si Iudex Laicus velit se immiscere,
possit à Iudice Ecclesiastico, nè procedat, inhiberi) Freitam *in* 3. *edit. de confess. solicit. quæst.* 5. *num.* 86. & alios, qui contrarium tenent ex eo, quia cùm quæstio facti criminis hæresis non sit magis spiritualis, quàm quæstio facti aliarum causarum spiritualium, vt causæ beneficialis, matrimonialis, & similium possit de illa cognoscere, sicuti potest de illis. Sed ad talem istorum Doctorum rationem patet Responsio ex dictis: ex quibus etiam patet, quod neque possit Iudex laicus cognoscere de crimine sortilegij (etiamsi similiter de quæstione facti tractetur) in casu, quod crimen sortilegij hæresim contineat; sicuti contra Valentiam *tom.* 4. *disp.* 6. *q.* 13. *punct.* 4. docet Farinac. *loco supra citato.*

SECTIO IV.

An, si Iudex laicus sit in dubio de sua Iurisdictione, & ab Episcopo excommunicetur, vel in excommunicationem à Iure latam, & inflictam incidisse declaretur, sit verè excommunicatus, & teneatur Episcopo obedire?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Laicus si sit in dubio de sua iurisdictione, & ab Episcopo excommunicetur, vel in excommunicationem à iure latam incidisse declaretur, non est verè excommunicatus, quia habet motiuum positiuum assentiendi pro vna parte, vel quia sequitur opinionem probabilem.*

2 *Operans non temere, & imprudenter, sed prudenter, & cum fundamento non committit peccatum mortale, quod excommunicatio necessario supponit.*

3 *Iudex syndicari non potest, si in iudicando secutus fuerit opinionem etiam minus probabilem, relicta probabiliori, & communi*

4 *In iis, quæ sunt de iure positiuo si absque contemptu, & refutatione finis ex ignorantia pura, aut ex apparente, transgressio fiat ab eo, qui animum habet nullo*

pacto consentiendi contra praeceptum, non contrahitur peccatum mortale.

5 *Iudex in dubio negatiuo, quando non adest motiuum positiuum assentiendi pro neutra parte, tenetur Episcopo obedire.*

6 *In dubio inclinandum est in fauorem Ecclesiae, vtpote quam maximè fauorabilis.*

7 *In dubio de iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem Iudex Ecclesiasticus, vtpote dignior iudicare debet, vel in tali casu consulendum esse summum Pontificem Auctor existimat.*

RESpondetur, si loquamur de dubio positiuo (id est, quando adest motiuum positiuum assentiendi pro vna parte, quamuis cum formidine, etiam maiori, partis oppositae; seu si loquamur de opinione probabili, quamuis minus probabili) negandum est contra Doctores, quos refert, & sequitur Diana *par. 5. tract. 1. resol. 23.* quia, cùm tunc Iudex laicus operetur probabiliter, & sic non temerè, & impudenter, sed prudenter, & cum fundamento, non committit peccatum, quod, & mortale, excommunicatio, cùm sit poena grauis, necessariò supponit; vt communiter Doctores *in tract. de censuris.* Quapropter ob eandem rationem rectè dixit Ioan. Valerus *in differentiis vtriusque fori, ver. opinio, diff. 1. c. 1.* & Sanctus *in selectis disp. 44. n. 72. in fine*, quod neque possit Iudex syndicari, si in iudicando secutus fuerit opinionem, etiam minus probabilem relicta probabiliori, & communiori; quia si in tali casu syndicaretur, sine culpa puniretur, quod est iniquum, & rectae rationi valde dissentaneum.

4 Confirmatur ex Doctrina, quam tradit Caiet. ver. praecepti transgressio; quod scilicet in iis, quae sunt iuris positiui, si absque contemptu, & refutatione finis ex ignorantia pura, aut ex apparente sibi excusatione transgressio fiat ab eo, qui animum habet nullo pacto consentiendi contra praeceptum obligans ad mortale, non incurritur peccatum mortale; cùm non sit intentio piae, ac iustae matris Ecclesiae bonas huiusmodi animas tam hostili vinculo illaqueare; & quod talis apud Deum neque excommunicationem incurrit; quamuis (vt *ibidem* subdit Caiet.) absoluendus sit ad cautelam.

5 Si autem loquamur de dubio negatiuo (id est, quando non adest motiuum positiuum assentiendi pro neutra parte, sed iudex est omninò pendulus) affirmandum est, quod Iudex laicus tunc teneatur Episcopo obedire; quia in tali dubio in fauorem Ecclesiae, vtpotè quam maximè fauorabilis, inclinandum esse, ex *cap. fin. de sent. & re iudic. & ex l. sunt* 6 *personae, ff. de relig. & sumpt. funer.* clamant Doctores omnes, Iason *in l. filius familias. §. Diui, n. 82. & in repet. n. 110 ff. de legat. 1.* Felin. *in c. 1. n. 104. de constitut.* Decian. *lib. 3. consil. 80. n. 22.* Hondedeus *lib. 1. consil. 3. n. 24* Maynardus *de priuileg. Eccles. par. 2. art. 22. n. 61.* Bellett. *in Disquisit. cler. par. 1. tit 6. §. 4. n. 13.* Suar. *contra Regem Angliae lib. 4. c. 34. n. 4* Sanchez *in opusc. to 1. lib. 2. c. 4. dub. 15. n. 31.* Layman. *lib. 1. tract. 2. c. 5. §. 4. n. 41.* Anton. Sousa *in Bullam Caenae c. 14. disp. 76. n. 5* Baldellus *to. 1. lib. 5 disp. 39. n. 1.* & etiam Sacra Rota Romana in vna Veneta censuit anno 1606.

Confirmatur; quia in simili dubio de iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum, & secularem, Iudex Ecclesiasticus, vtpotè dignior, iudicare debet, vt ex *c. si Iudex de sent. excommun. in 6.* & docent ex communi Ripa *in c. de criminum, de iudic.* Felinus, & Decius *in c. pastoralis in princip. de rescript.* Couarruuias *pract. qq. c. 33. n. 1.* (vbi in Hispania sic seruari etiam testatur) Gutierez *pract. qq. lib. 1. q. 6. n. 2.* Sanchez *in opusc. to. 1. lib. 2. c. 4. dub. 52. n. 2. & dub. 55 n. 31.* Narbonus *in recopil. l. 20. gloss 2 1. n. 17* Patamus *in resp. 1. pro iurisd. S. Offic. § c. 4. n. 1.* Laelius Baglione *in defens. libert. Eccles. par. 2 propos. 16. fol. 53.* & Faganus *in respons. pro censuris Pauli V. par. 4. fol. 121.* Vnde in tali casu saltem consulendum Romanum Pontificem putarem; sicuti & praeter alios putauit etiam Bernardus Iustus *in defens. libertatis Ecclesiasticae fol. 27.*

DVBITATIO VIII.

An, & quid dicendum, si clerico conuento coram Iudice Ecclesiastico, Iudex Ecclesiasticus negligens sit in causae decisione?

SVMMARIVM.

1 *Clericus neque trahi potest ad tribunal laicale, si eo conuento coram Iudice Ecclesiastico iudex Ecclesiasticus negligens sit in causa decisione.*

2 *Potestas inferior non potest, nec debet supplere negligentiam Potestatis superioris, sed potius è contra cum haec non subordinetur illi.*

3 *Potestas spiritualis dignior est temporali, sicut aurum plumbo, vita spiritualis terrena, & anima nostra corpore.*

4 *Iudex secularis non potest supplere negligentiam iudicis Ecclesiastici, nisi prius negligentiam huius examinauerit, ad quam examinandam nullam habet iurisdictionem.*

5 *Leges ciuiles contra Immunitatem vim nullam habent, quia de immunitate Ecclesiastica Princeps secularis disponere non potest.*

6 *Recursus in causis Ecclesiasticis ad iudices seculares de iure communi, & ex Bulla in Coena Domini prohibitus est; & recurrens est ipso iure excommunicatus.*

7 *Amplia quod non possit excusari per negligentiam Iudicis Ecclesiastici.*

8 *Iudex Ecclesiasticus potius supplet negligentiam iudicis secularis, quam è contra.*

9 *Quapropter bene quidam Paulus excommunicatus fuit, cum recursum habuerit ad Iudices laicos non solum semel, sed pluries ad effectum impediendi mandatum de manutenendo ad fauorem Capituli.*

10 *Neque excusari poterat Paulus à tali recursu, ex eo quod postea prosequi voluerit grauaminis causam coram Iudice Ecclesiastico, quia talis excusatio non habet locum quando recurri potest ad Iudicem Ecclesiasticum.*

11 *Consuetudo etiam immemorabilis contra immunitatem non suffragatur, quia in Bulla Coena derogatur consuetudinibus etiam immemorabilibus.*

12 *Rota non cognoscit de iustitia sententiarum, quae sunt latae extra Rotam, quando de illarum excusatione non agitur.*

RESPONDITVR In tali casu etiam quidam tenent, praedictos clericos ad forum laicalem trahi posse, quia tunc Iudex secularis non tam procedit agendo, quàm laicum defendendo; Authent de sanctissimis Episcopis collat. 9. alias Nouell. 123. c. 11. §. si quis autem, & Nouell. 88.

seu Authent. vt clerici apud proprios Episcopos.

1 At his non obstantibus contrarium etiam dicendum est; quia id fieri expressè prohibetur *in cap. qualiter de iudic.* & docent gl & Abb. *ibi*, & Doctores communiter *in cap. licet ex suscepto, de foro compet.* Farinac. *quæst. 7 num. 46. in fin. ampliat.* 23 Suarez *lib. 4. de immunit. Eccles. cap. 14. num. 10.* & Azor *to. 3. lib. 1.*
2 *cap. 14 quæst. 2* & meritò; quia non potest, nec debet potestas inferior supplere negligentiam potestatis superioris, sed potius è contrà; cùm hæc non subordinetur illi, sed potius è contra. Quapropter Ambrosius *relatus in cap. duo, dist. 96.* Hugo de S. Victore *lib. de Sacrament. par. 2 & Turrecremata 11. quæst. 1. cap. magnum, num. 1.* dixere, quod potestas spiritualis
3 dignior sit temporali, sicut aurū plumbo, vita spiri-
4 tualis terrena, & anima nostra corpore. Adde, quod Iudex secularis nō potest supplere negligentiā Iudicis Ecclesiastici, nisi prius negligētiam huius examinauerit, ad cuius negligentiæ examinationem, & cognitionem Iudex secularis nullam iurisdictionem habet. Quapropter ad leges ciuiles in contrarium adductas Respōdetur, quod vim vllam habeāt; quia de immunitate Ecclesiastica Princeps secularis disponere non potest. Qua de re vide, quæ diceban. tur *supra cap. 6. Dubit. 10. & cap. 1. Dubit. 15. sect. 5. & lib de Parlament. Dubit. 4. sect. 19. subsect. 2. 3. 4. 5. 13. & 20.* & quæ dicentur *infra cap. 9. dubit. 5. & 6.*

Vide etiam decisionem Rotæ Romanæ in vna Oscen. Penitentiariæ die 10. April. 1595. in qua decisum est, sententiam absolutoriam vltimo loco la-
6 tam in iudicio criminali ad fauorem cuiusdam Pauli sustineri non posse; quia de iure communi, & ex Bulla Cœnę Domini recursus in causis Ecclesiasticis ad Iudices seculares prohibitus est, *cap. qualiter, & quando de iudic.* ita vt recurrens sit ipso iure excommunicatus, *cap. nouerit, & cap. grauis de sent. excommun. & in cit. Bulla, §. 16.* & committat sacrilegium, Caietan *Summ. ver. Excommunicatio, cap. 5. & seqq.*

Nec excusari potest ob negligentiam Iudicis Ec-
7 clesiastici ex traditis per Couar. *pract. qq. cap. 35. n. 3.* quia, etsi Iudex Ecclesiasticus malè procedat, non potest tamen Iudex secularis, cuius potestas est minor, supplere negligentiam Iudicis Ecclesiastici, qui est potestate, & auctoritate maior; vt tradunt communiter Doctores *in cit. c. qualiter, & quando, de indic.* & Io. Andr. Abb. *ibid. num. 1.* Imola *num. 7.* & Barbat. *num. 23.* sed ob rationem dictam potius Iudex Ecclesiasticus supplet negligentiam Iudicis secularis, *cap. ex transmissa, cap. licet, & seq. de foro compet.*

9 Quæ licet de plano procedant, multò magis locum habent in casu nostro; cùm Paulus recursum habuerit ad Iudices laicos, nō solum semel, sed pluries, ad effectum impediendi mandatum de manutenendo ad fauorem Capituli ritè, & rectè decretum, etiam postquam se paratum obtulerat, parere mandatis Iudicis Ecclesiastici.

10 Nec excusari potest Paulus à tali recursu, ex eo quod postea voluerit prosequi grauaminis causam coram Iudice Ecclesiastico; quia talis excusatio non habet locum, quando recurri potest ad Iudicem Ecclesiasticum, qui tale grauamen impediat, prout pote at Paulus adeundo Metropolitanum, vel Nuncium Apostolicum; & Paulum ad istum effectum nō recorrisse, euentus docuit; quia neutrum talem adiuit; quod & moltò magis demonstrant prouisiones Regiæ; quia non solum inhibetur Iudici Ecclesiastico, ne ad vlteriora procedat, sed etiam mandatur eidem, vt quæ decreuerat, reuocet, & coram ipso Iudice seculari compareat ad allegādas causas, ex quibus parere non teneantur: ex quibus nihil aliud sequitur, nisi quod ipsi Iudices seculares volunt de causa Ecclesiastica cognoscere, quod estquam maximum absurdum, cùm Iudex laicus sit incapax iurisdictionis in personas Ecclesiasticas, & earum causas.

Nec immemorabilis consuetudo suffragatur, Fe- 11
lin. *in cap. 2. de maior. & obed.* Rota *decis. 10. de consuetud. in antiq.* & Doctores communiter *in cap. causam de præscript.* præsertim cùm in dicta Bulla Cœnę Domini derogetur consuetudinibus, & immemorabilibus

Neque obstant, quæ allegantur ex defectu iuris- 12
dictionis; & quod Rota nō cognoscat de iustitia sententiarum, quæ sunt latæ extra Rotam, quando de illarum excusatione non agitur; quia in casu proposito Pauli Aduersarius habet fundatam intentionē super recursibus, & claram iuris dispositionem, per quam dictus Paulus propter excommunicationem incursam redditur incapax beneficiorum, & cùm ipse Paulus excipiat de absolutoria, quam transisse in rem iudicatam prætendit, licitum est ipsius Pauli Aduersario replicare de illius notoria iniustitia.

Hucusquè Rota Romana.

DVBITATIO IX.

An saltem clerici ad forum laicalem trahi possint, si agatur causa damnorum datorum per ipsos clericos, aut per eorum animalia, vel ministros?

SVMMARIVM.

1 *Causa damnorum datorum per ipsos, & Ecclesiasticos, vel per eorum animalia, vel ministros, trahi non potest ad tribunal laicale, quia priuatiuè spectat ad Curiam Episcopalem.*

2 *Curia Episcopalis procedere potest tanquam in causis mixti fori, si laici, eorumque ministri dammificent, animalia, & bona Ecclesiarum, & Personarum Ecclesiasticarum.*

3 *Coloni, & ministri Ecclesiarum, Clericorum & Ecclesiasticorum, si cum animalibus propriis bona laicorum dammificent, cognitio quoad omnia spectat priuatiue ad Iudicem Ecclesiasticum; si verò animalia sint Ecclesiasticorum, quoad Personas spectat ad laicum; quoad animalia ad Iudicem Ecclesiasticum.*

Espondetvr, negatiuè per ea, quę dicam *cap. 9. Dubit. 20.* & dicebam *lib. de Parlamentis Dubit. 4. sect. 19. subsect. 14 & sect. 10 subsect. 1.* Quapropter S. Congregatio Immunit. 1
in vna Terracinensi, teste Aldano *in Compend. Canon. Resol. tit 8. n. 21.* & Barbosa in Collect. Doct. supr. Concil. Trid. *sess. 25. c. 20. n. 13.* determinauit, quod causa damnatorū datorū per clericos, & Ecclesiasticos, vel per eorū animalia, famulos, ministros, & colonos Episcoporum, & Mensæ Episcopalis, etiam laicos, vel eorum animalia in bonis quibuscunque tam Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, quàm etiam laicorum spectet ad Curiam Episcopalē priuatiuè. Si verò laici, eorūve ministri damnificent animalia, & bona Ecclesia- 3
rum,

rum,ac personarum Ecclesiasticarom,Curia Episcopalis procedere possit tamquam in caosis mixti fori. Quamuis,cùm coloni,& ministri Ecclesiarum,cleticorum,&Ecclesiasticorum cum animalibus propriis
3 booa laicorum damnificant,cognirio tunc tã quoad bona,quã quoad personas laicorũ,& eorũ animalia spectet ad Iodicem laicum priuatiuè,sed si cum animalibus Ecclesiasticorum,vel Ecclesiarum, quo ad persouas spectet ad laicum, qoo ad verò animalia spectet ad Curiam Ecclesiasticam.Sic Coogregatio Immunitatis *suprà cit.*

DVBITATIO X.

An ad forum laicalem trahi possint indirectè,in casu scilicet, quod causa clerici sit communis cum laico?

SVMMARIVM.

1 *Clericus neque trahi potest indirectè ad tribunal laicale, in casu sc. quod causa Clerici sit communis cum laico.*

2 *Seutentia quedam Auditoris Nuncij Florentia fuit reuocata in ea parte qua erat contra Clericum; cum per eam approbata fuerit subhastatio nulliter facta per Iudicem laicum.*

3 *Iudicium est agitandum coram Iudice Ecclesiastico, quando agitur contra plures fratres,quorum vnus est Clericus.*

4 *Clericus etiam volens non potest conueniri coram Iudice laico.*

5 *Clericus conuentus coram Iudice laico,etiam non opposita Declinatoria.processus est nullus.*

6 *Id eò magis procedit quando Clericatus est notarius.*

7 *Citatio pro suo interesse,nihil valet,quando Iudicium est directè contra Clericos citatos.*

8 *Contumax non dicitur,qui non arctatur ad comparendum.*

9 *Instantia cœpta contra defunctum laicum,quod transeat contra haredem non subsistit,neque in facto,neque in iure.*

10 *Iuramentum in contractu appositum non habet vim litis contestata,nisi res sit in iudicium deducta.*

11 *Subhastatio neque poterat sustineri respectu laicorum; quia cum ageretur de re communi cum Clericu, iudicium erat Ecclesiasticum.*

12 *Actio hypothecaria est indiuidua, quo Casu sententia non potest pro parte valere, & pro parte non valere.*

13 *Nullitas non prascribitur nisi per spatium triginta annorum.*

1 RESPONDETVR negatiuè. Vide, quæ dicebantur *cap.6.dubie.*13. Vide eriam decisionem Rotæ in vna Florentina die 10.Iunij 1595. in qua fuit resolutum,sententiam Audiroris Nuncij in
2 ea parte,quæ est contra clericum,esse reuocandam; cùm per eam approbata fuerit subhastatio nulliter facta per Iudicem laicũ:cũ enim procederetur cõtra
3 plures fratres,quorum aliqui erant clerici,iudicium erat agitandum in foro Ecclesiastico, etiam quod alij essent laici,Bart.*in l. pracipimus, Cod. de appellat.* Felin.*in rubr.eod.tit.num.*9.& Iason *in l.si emancipati, numer.* 13. *de collat.*

Neqoe obstat, quod versemur in patrim. ex not. per Dec.*in cap. Episcopus,num.*10.*de praben.*& Rimin.
sun.*in consil.* 2.*num.*12. quia dictum eorum procedit
respectu immunitatum,& exemptionum,& eorum;
in quibus non reperiuntur specialiter priuilegiati,
non autem respectu fori,*cap.si diligenti, & cap.signi-* 4
*ficasti,de foro compet.*adeò quod clericus neque etiam
volẽs potest conueniri corã Iudice laico,cùm hic sit
incapax huius iurisdictionis.Dec.*in consil.*150. *num.*
4. *& consil.* 241. *num.* 2.& in clerico clerici hærede
conuento pro debito defuncti,tradit Couar. *pract.*
*qq.cap.*8.Dec.*in consil.*700.*num.*6.& Gales.*ad for.cam.*
obl 2.*par.*2.*quaest.*2.*ad par.form nu.*1.Neque opus est, 5
quod compareat ad declinandum iurisdictionem;
quia nihilominus processus est nullus,Felin.*in cap.*
cum ordinem, num. 15. *de rescript. & in cap. si duobus*
*de appellat.*quod maximè dicendum est in casu no-
stro;quia clericatus dictorum clericorum erat no- 6
torius,& iudicium tractabatur contra ipsos absentes
citatos per edictum.Felin.*in cit.cap.cum ordinem,n.*8.
& 13.& Dec.*consil.*125.*num.* 7.Nec obstat,quod ci-
tatio fuerit facta,quatenus sua putauerint interesse;
quo casu clericus comparens efficitur actor volun-
tarius,& processus sustinetur.Baldus *in l.testam.Cod.*
de testam.& Rolan.*consil.*28.*lib.*2.quia non applica- 7
tur in casu nostro, in quo iudicium principaliter
dirigebatur contra clericos citatos; tum quia non
est verum,quod citentur,quatenus sua putant inter-
esse; sed simpliciter citantur, tanquam habentes
primam causam successionis, si sunt,& esse volunt
hæredes cuiusdam laici defuncti; creditores verò
citantur pro eorum interesse.Præterea in hoc iudi-
cio citati clerici non comparuerunt, & fuit contra
ipsos processum per edictum,vnde cessat ratio Bal-
di.Nec potest dici,contumaces haberi pro consen- 8
tientibus;cùm non dicatur contumax,qui non ar-
ctatur ad comparendum.Neque obstat,quod instan- 9
tia cœpta contra defunctum laicum transeat etiam
in hæredem clericum,vt per Felinum *in cap.quia de*
*iudic.*quia hoc non subsistit,neque in facto,neque in
iure;si quidem in facto non est verum, quod fuerit
cœptum iudicium contra defunctum laicum,& in
iure contrarium tenent Doctores,quos citat,& se-
quitur Couar.& Gales *in locis supra cit.*& Boër.*decis.*
69.Neque obstat iuramentum io contractu ap- 10
positum;quia non habet vim litis contestatæ, nisi
res sit in iudiciũ deducta.Iason *in l.pecun.Cod.de con.*
*dict.ob causam.*His adde,quod neque etiam respectu 11
laicorum possit sustineri subhastatio; quia cùm a-
geretur de re communi cum clericis, iudicium e-
rat Ecclesiasticum. Bart. *in cit. l. pracipimus*, ma-
ximè cùm esset intentata actio hypothecaria, quæ 12
est indiuidua; quo casu sententia non potest pro
parte valere, & pro parte non valere. Afflictus
decis. 213. Put. *decis.* 315. *numer.* 3. *libro.* 1.
Quod autem dicitur de præscriptione, non ob-
stat; quia de nullitate dici potest vsque ad tri-
ginta annos. Aym. *consil.* 108. *numero* 4. præ- 13
sertim stante nullitatis euidentia. Bald. *de*
prascript. 4.*par.* 4.*partis princip.quaest.*32.

Hucusquè Rota Romana.

DVBITATIO XI.

An ad forum laicalem trahi possint ratione reconuentionis?

SECT.

SECTIO I.

Dubitationis Refolutio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus trahi poteft ad tribunal laicale ratione reconuentionis.*

2 *Limita primò fi reconuentio fiat de re, quæ non habet connexionem cum petitione.*

3 *Limita fecundò fi reconuentio oriatur ex caufa criminali, etiam fi hæc ciuiliter fuerit intentata, vel fi reconuentio fit de re fpirituali, vel connexa rei fpirituali, & in fimilibus.*

4 *Limita tertio fi reconuentio non fiat in principio litis vel ftatim poft conteftationem litis.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, ficuti *fupra c. praced. dub.* 1. dicebatur.

2 Excipe tamen primò, fi reconuentio fiat de re, quæ non habet connexionem cum petitione: tunc enim reconueniri debebit, non coram Iudice feculari, fed coram Iudice Ecclefiaftico; vt fi clericus petat à laico coram Iudice feculari centum ex caufa mutui, & ille reconueniat clericum, petendo commodatum. Ratio, quia tunc, cùm caufæ fint diuerfæ, diuidendæ illæ erunt; & confequenter clericus ratione reconuentionis remittendus erit ad Iudicem Ecclefiafticum. Sic Anton Ripol. *de iurifd. omnium Iudic. cap.* 1. *numero* 125. & Thefaurus *lib.* 1. *qq. forenf. quaft.* 98. contra Viuium *tomo* 1. *decif.* 49. *numero* 6.

3 Excipe fecundò, fi reconuentio oriatur ex caufa criminali, etiamfi hæc ciuiliter fuerit intentata; vel fi reconuentio fit de re fpirituali, vel connexa rei fpirituali, vel propter quam clericus poffit carcerari, vel fi affectatè lis fuerit contra clericum per laicum procurata, ad finem fcilicet reconueniendi poftea clericum coram Iudice feculari, vide Doctores dictos *in locis fupra citatis.*

4 Excipe tertiò, fi reconuentio non fiat in principio litis, vel ftatim poft conteftationem litis; quia cùm caufæ conuentionis, & reconuentionis fimul tractandæ fint, neceffe eft, reconuentionem fieri ante litis conteftationem, vel in ipfa litis conteftatione. Sic Doctores, quos citat, & fequitur Bonacina *in Bull. Cœna difp.* 1. *q.* 16. *fect.* 1. *punct.* 4. §. 6. *num.* 8. contra Carolum de Graffis *de effectib. cler. eff.* 1. *n.* 763. & alios.

SECTIO II.

An in dicto cafu reconuentionis cogi poffint à Iudice laicali ipfius ftare fententiæ?

SVMMARIVM.

1 *Clericus licet regulariter in caufa ciuili reconueniri debeat à laico coram Iudice feculari, & talis Iudicis fententiæ ftare, fecuta tamen iftius fententia non poteft ab ipfo neque in bonis cogi ad executionem talis fententia.*

2 *Coactio fupponit iurifdictionem, quam, feclufa occafione reconuentionis, Iudex fecularis in Clericum non habet.*

3 *Mos Curia Archiepifcopalis Neapolitana eft demandare executionis fententiam latam à Iudice laico in Iudicio reconuentionis contra Clericum.*

4 *Iudex fecularis non poteft exequi contra Clericum Depofitarium, feu fequeftratarium pro obligatione facta in fuo Tribunali, fed fpectat ad Ecclefiafticum.*

5 *Iudex fecularis non poteft lite pendente auocare rem litigiofam in Clericum alienatam, & fententiam, quam ipfe tulit immediate, & directe in Clericum exequi, fed Iudex Ecclefiafticus.*

6 *Iudex fecularis neque poteft cogere Clericum pro reftitutione pecunia ei liberata cum cautione de reftituendo, fi Creditor anterior comparuerit, fed Iudex Ecclefiafticus.*

7 *Non femper eft verum quod qui eft Iudex competens ad condemnandum, fit etiam competens ad exequendum.*

RESPONDETVR, quod, licet regulariter clericus in caufa ciuili reconueniri debeat à laico coram Iudice feculari, & talis Iudicis fententiæ ftare, fecuta tamen iftius fententia, non poffit ab ipfo, neque etiam in bonis, cogi ad executionem talis fententiæ. Ratio; quia coactio fupponit iurifdictionem, quam, feclufa occafione reconuentionis, Iudex fecularis in clericum non habet. Sic contra Salgadum *de protect. Reg. tomo* 2. *par.* 4. *cap.* 14. *numer.* 96. & Pereiram *de manu Regia par.* 2. *cap.* 51. *numero* 5. docent ex communi Imola, & Butrius *in cap. poftulafti, de foro compet.* Marian. Socinus *in c.* 1. *de mutuis pe.* Duardus *in Bull. Cœna lib.* 2. *can.* 15. *q.* 11. *n.* 66 Bonacina *loco fupra cit.* Antonius de Marinis, *Refolut. Quotidian. cap.* 53. *numero* 15. & 16. Diana *par.* 1. *tract.* 2. *refol.* 21. Bellettus *in Difquif. cleric. tit. de fauore clericorum reali*, §. 3. *num.* 3. & Squillante *de priuilegio cleric. cap.* 7. *dub.* 3. *num.* 74. vbi ex Genuenfi fubdit, in Curia Archiepifcopali Neapolitana in cafu fupradicto feruari, quod vifa fententia, & proceffu Iudicis fecularis dicta Curia mandet executionem fieri contra clericum à laico reconuentum coram Iudice feculari, & in bonis condemnatum ab ipfo Iudice feculari, Vide, quæ *lib. de Parlamentis Dubitat.* 4 *fect.* 19. *fubfect.* 55 & *Dubitat.* 26. *fect.* 4. dicebantur; & quæ *cap.* 9. *Dubitat.* 17. 18. 19. & as dicentur.

Hinc dicendum eft primò, quod licet poffit Iudex fecularis clerico ordinare, vt depofitum, & fequeftrum reftituat (quotiefcumque fic fe clericus obligauit in Tribunali Iudicis fecularis) non tamẽ poffit ipfe Iudex fecularis talis fententiæ executionem exequi, fed Iudex Ecclefiafticus. Vide Doctores fupra cit. & loco fupra cit. 4

Secundò dicendum eft, quod neque poffit Iudex fecularis rem litigiofam in clericum, lite pendente, alienatam ipfe immediatè è clerico auocare, & fententiam, quam ipfe tulit, ipfe immediatè, & directè in clericum exequi, fed Iudex Ecclefiafticus. Vide Vincentium de Franchis *decif.* 549. *n.* 11. Marcham *de iurifd. p.* 1. *cap.* 50. *numero* 34. & *p.* 4. *cent.* 2. *caf.* 104. *numero* 9. & *caf.* 123. *numero* 4. Genuenfem *in prax. cap.* 11. & *citat. Dubitat.* 4. *fectio* 19. *fubfect.* 15. & *Dubitat.* 26. *fectio* 4. & *citato cap.* 9. *Dubitat.* 21. *numero* 6. quidquid in contrarium afferat Vrfillus *in Addit. ad decif.* 331. *Afflict. n.* 3. 5

Tertiò dicendum eft, quod neque poffit Iudex fecularis cogere clericum pro reftitutione pecuniæ 6 ei liberatæ, cum cautione de reftituendo, fi creditor anterior comparuerit, fed Iudex Ecclefiafticus pro hac re adeundus fit. Vide Antonium de Marinis *quotidian.*

tidian. Resol. cap. 206. per totum

7 Quartò dicendum est, non semper esse verũ, quod qui est Iudex competens ad condemnandum, sit etiam competens ad exequendum; quodque eodem modo, quo cognitio causæ pertinet ad Iudicem secularem, ad eundem etiam pertineat executio, saltem in temporalibus. Vide Doctores *supra cit. & loca supra cit.* quidquid in contrarium dixerit Salgadus *loco supra cit.* & Barbosa *in l. si qu- posteaquam, ff. de iudic. numer. 165. ex l. quadam de iurisdict. omn. Iudic.*

SECTIO III.

An, si agatur de euictione, Ecclesiasticus vel secularis sit Iudex competens.

SVMMARIVM.

1 & 2. *Clericus Venditor obligatus de euictione si velit assistere defensioni Emptor-, venire debet corã Iudice seculari; quia tunc agitur contra laicũ nõ contra Clericum secus si Clericus ad id præstandũ interpelletur iuridice ab Emptore, quia tunc non voluntarie, sed necessitate coactus ad iudicium accedit.*

1 Respondetur, quod, licet regulariter clericus, si conueniatur pro euictione rei, quam ipse vendidit, conueniri debeat coram Iudice Ecclesiastico, tamen si lis mota fuerit contra laicum, qui rem à clerico emit; & clericus velit assistere defensioni emptoris, venire tunc debeat clericus coram Iudice seculari. Ratio; quia tunc agitur contra laicum, non contra clericum; & si tunc clericus iudicio assistit, non nomine suo assistit, sed nomine emptoris, & pro defensione emptoris assistit. Ita Tamburinius *de iure Abbatum to. 1. disp 15. quæst. 29 num. 25.* & videri etiam poterit Molina *de iust. & iur. to. 2. tract. 2. disp. 380. num. 55.* Martha *de iurisd. par 4. cent. 1. cas. 34.* Bobadilla *in Polit. to. 1. lib. 2. cap. 18. num. 169.* Pereira *de empt. cap. 31. num. 84.* Ceuallos *de cognit. per viam violent. par. 2. quæst. 45.* Ioannes de Heuia *in Curia Philippica par. 1. §. 5. num. 20* Gironda *de gabellis par. 4. §. 1. num. 15.* & Medez à Castro *in praxi Lusitana lib. 3. c. 5. §. 1.*

2 Quamuis secus dicendum, si ad id præstandum interpelletur iuridicè ab emptore (vt contra Ausiterium *ad capellam Tholosanam decis. 360 num. 2.* Couarruuiam *pract. qq. cap. 8. num. 3.* Fachinæum *lib. 1. controuers. cap. 37.* Gail. *lib. 1. obseru. 37.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. p. 2. quæst 23 nu. 24.* & quosdam alios docent Grammaticus *decis. 21.* Martha *de iurisd. p. 4. centur. 1. cas. 35. num. 21* Maranta *in specul. par. 3. d. 11. num. 78.* qui sæpè sic decisum esse testatur Capycius *decis. 197. num. 7.* & Squillante *de priuileg. cleric. cap 7. dub. 3. num. 80.*) quia tunc, cùm citetur à Iudice laico ad defensionem causæ, & vocetur vt illam defendat, sub prætextu, quod teneatur de euictione, non voluntariè, sed necessitate coactus ad iudicium accedit; quod est contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam: non sic, si id fecerit à se volens assistere defensioni emptoris, vt supra dicebam: vel melius, si clericus venditor canonicè coram Iudice Ecclesiastico denunciatus, de eius licentia velit defendere coram Iudice seculari emptorem.

SECTIO IV.

An possit in foro seculari examinari, & iuramentum præstare?

SVMMARIVM.

1 *Clericus licet possit in causis Ciuilibus in foro seculari examinari; tamen debet iuramentum potius præstare in tribunali Episcopi.*

2 *Clericus licet possit ciuiliter denunciare occasione damni dati in suis prædiis, debet tamen Iuramentum in foro Ecclesiastico dare.*

Respondetur, quod licet clericus possit in causis ciuilibus in foro seculari examinari, tamen debeat iuramentum prius in tribunali Episcopi præstare, sicuti determinauit S. Congregatio Episcop. die 14. April. 1615. & ideò licet possit ciuiliter denunciare, vel occasione damni dati in suis prædiis in officio querelare, debet tamen iuramentum in foro Ecclesiastico dare, sicuti eadem Congregatio ibidem determinauit. 1 2

CAPVT OCTAVVM.

De Legibus, & Statutis.

DVBITATIO I.

An, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica, occasione legum, vel Statutorum?

SVMMARIVM.

1 *Facientes, ordinãtes, & publicantes statuta, & decreta in genere, vel in specie, & ex quauis causa, & quouis quæsito colore, nec non prætextu cuiusuis consuetudinis, vel priuilegij, vel aliàs quomodolibet vtantur illis ordinatis, & factis contra libertatem Ecclesiasticam, violant dictam libertatem.*

2 *Præiudicantes primò Sedi Apostolicæ, secundò quarumcumque Ecclesiarum iuribus, directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè, violant libertatem Ecclesiasticam; & excommunicantur ipso facto excommunicatione Bullari.*

3 *Item excommunicantur alia excommunicatione, sed non reseruata.*

4 *Libertas Ecclesiastica est exemptio, seu immunitas ab oneribus laicorum; competens Ecclesiæ vniuersali, quatenus hæc ex Ecclesiasticis consistit.*

5 *Libertas Ecclesiastica in tribus consistit primo in Personis Ecclesiasticis non trahendis ad iudicium laicale. 2. in eorum rebus, seu bonis non grauandis quoad gabellas, & tributa. 3. in locorum immunitate.*

6 *Libertas Ecclesiastica tripliciter violari potest primò faciendo statutum contra Personas Ecclesiasticas. 2. contra eorum bona. 3. contra loca.*

7 *Excommunicatio Bullaris, quæ loquitur de statuentibus, & decernentibus, non contrahitur si alio modo, remotis sc. statutis, & decretis, operetur contra libertatem*

tem Ecclesiasticam ; sed contrahitur Excommunicatio Gregorij XIV.

8 *Inducens consuetudinem, vel inducta vtens contra libertatem Ecclesiasticam non contrahit excommunicationem Bullarem, licet contrahat aliam non reseruatam.*

9 *Excommunicatio Bullaris non contrahitur ab eo, qui scit seruari statutum contra libertatem Ecclesiasticam, & non impedit.*

10 *Censura lata ob positinam actionem, non contrahitur ob omissionem.*

1 RESPONDETVR, violari, si qnis qoouis colore contra immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam primò faciat, secundò ordinet, tertiò publicet statuta, & decreta in genere, vel in specie, & ex quanis causa, & quouis quęsito colore, nec nō prætextu cuiusuis consuetudinis, vel priuilegij, vel aliàs qoomodolibet vtasnt illis ordinaris, & factis, vnde prædicta immunitas, & libertas tollitur, vel in aliqno læditur, deprimitur,
2 vel qnouis modo restringitur; id est, primò Sedis Apostolicæ; secundò quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur. Vide Bullæ Cœnæ Canonem 15 vbi talis ipso facto facto eacommunicatur eacommunicatione Bullari; de qua Roderiq. *to.* 2. *quæst.* 51 *art.* 3 & Doctores in dictum Canonem 15. vide
3 etiam *cap. nouerit, & cap. grauem de sent excommun.* vbi excommunicatur alia eacommunicatione, sed non reseruata; de qua Abb. & Innocent. ibid. S. Antonin. 3. par tit. 24. *cap.* 17. Angel. *ver. Excommunicatio, 7. cas.* 15. Silu. *ver. Excommunicatio, 9. num.* 31. Caiet *eod. ver. cap.* 31. & Suar. *de censur disp.* 21. *nu.* 79. Vide tandem Bullam Vrbani VIII soper præseruatione iuriū sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque præiudicialibos, quæ incipit: *Romanus Pontifex.*

4 Est autem libertas Ecclesiastica, exemptio, seu Immunitas ab oneribus laicorum competens Ecclesiæ vniuersali qoatenos hæc ex Ecclesiasticis consistit, vt dicebam *cap.* 1. *dubit.* 1. & tradunt communiter Doctores *in cap. fin. de immunit. Ecclesiarum in* 6. & Caiet. *ver. Immunitas in fin.* Nauar. *cap.* 27. *numer.* 19. Driedo *lib.* 2. *de libertate Christiana cap.* 2. Suar. *de censuris disp.* 21. *sect.* 2. *num* 89. *& seqq. & de immunit. Eccles. lib* 4. *c.* 1. & colligitor ex *cap.* 1. *de immunit. Eccles.*
5 *in* 6 & ex Concilio Tridentino *sess.* 25 *cap.* 20. & sic consistit in tribus. Primò, in personis Ecclesiasticis oon trahendis ad iudicium laicale, *l. Cassa, Cod. de sacros. Ecclesiis.* Secundò io eorum rebus, seu bonis nō grauandis quoad gabellas, & tributa. Tertiò in locorom immunitate, nè verbi gratia in Ecclesiasticorum domibos milites possint hospitari; qua de re dicebam *cap.* 3. *dubit.* 2. & nè ad Ecclesias, & loca sacra confugientes inde possint extrahi; qua de re dicam *cap.* 16 *per totum.*

6 Vnde sequitur, quod libertas Ecclesiastica etiam tripliciter violari possit. Primò faciendo statutum contra personas Ecclesiasticas, verbi gratia Princeps eos banniat, vel eiiciat de Regno; aut edicat, ne quis eis domum vel eqnom locet, panem vendat, vel coquat granum molat, &c. sicuti *cap.* 3. *dubit.* 13. *ex cap fin de immunit. Eccles. in* 6. *& cap.* 5 *dubit.* 7. *sect.* 20. dicebantur. Secundò, faciendo statutum contra bona, vt si verbi gratia vetet, quo minus quis ad eorum furnum vel molendinum, &c. accedat; sicuti ibidem dicebatur *ex eod. c. fin.* Tertiò, faciendo statutum contra loca, vt si statuat, quod ex Ecclesia Rei extrahi possint; sicuti *in cit. Dubit.* 16. dicebatur, ex 17. *quæst.* 4. *cap. sicut, cap. miror, cap. Reum, cap. frater, & cap constituimus, & l.* 1. *Cod. de iis, qui confug. ad Eccles.* Quapropter statota, de qnibos est hic sermo, debent esse talia, vt vel primò tollaot omninò libertatem Ecclesiasticam propriam voiuersalis Ecclesiæ: vel secundò, vt illam in aliquo lædant, deprimaot, vel restringant, saltem indirectè, & secundario, modo, quo *cit. cap.* 5. *dubit.* 13. dicebator: vel tertiò, vt quoquo modo expressè, vel tacitè iuribns sedis Apostolicæ, vel aliarum Ecclesiarum aduersentur; aliàs qui statuta facit, & eius complices excommonicationem hanc Bullarem non contrahent; quin oeque aliam.

Cæterùm, cùm dicta excommunicatio Bullaris 7
loquatur de statuentibus, & decernentibus, sequitnr quod excommnnicationem talem non contrahit, qui alio modo, temoris scilicet statntis, & decretis, operatur contra libertatem Ecclesiasticam, vt qui verbi gratia extrahit Reùm ab Ecclesia, quamuis contrahat aliam Gregorij XIV. sicuti *cap.* 16. *per totum* dicetur vel qui facto impedit, nè laici à clericis quidquam emant, vel eisdem quidquam vendant, molant, panem coquant, vel alia seruitia, seu obsequia præstent, &c. sicuti docet Diana *par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 41. contra Peregrinum *de immunit. Eccles. cap.* 15. *num.* 16.

Nec illam contrahit (quamuis contrahat aliam 8
non reseruaram *in cap. nouerit de sent. excomm.*) qui consoetudinem inducit, vel ea indncta vtitur contra libertatem Ecclesiasticam; sicnti docent Snar. *de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 86. Reginald. *to.* 1. *lib.* 9. *cap.* 23. *num.* 361. Duardns *in Bull. Cœna Can.* 15. *quæst.* 13. *num.* 4. & Fillinc. *to.* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *num.* 268. contra Sayrum *de censur. lib.* 3. *c.* 19. *num.* 10. Sousam *cap.* 16 *disp.* 80. *num.* 6 Coriolanum, & alios.

Nec etiam illam contrahit, qui scit seruari sta- 9
tutum contra libertatem Ecclesiasticam, & non im- 10
pedit; qnia censura lata ob positiuam actionem non contrahitur ob omissionem; sicoti docent alij contra Nauarrum *cap.* 27. *num.* 119. & Reginaldum *cit. cap.* 23. *num* 359. & 364. Sed vt distinctius dicam, quandonam statuta sint contra libertatem Ecclesiasticam, & quando oon, sit

DVBITATIO II.

An, & quando leges, vel statuta sint contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Clerici ligari non possunt legibus ciuilibus sibi directe impositis, quia sunt extra Iurisdictionem legislatoris ciuilis, non solum de iure canonico, & ciuili; sed etiam de iure Diuino.*

2 *Clerici ligari possunt legibus Immunitati impositis, si statui Ecclesiastico, & Canonicis priuilegiis non repugnent.*

3 *Clerici ex probabiliori sententia Doctorum legibus Immunitati impositis obligantur non directe, ex vi ipsarum, sed indirecte ex vi cuiusdam rationis naturalis, quæ dictat eos illas obseruare debere, cum debeant Partes toti conformari.*

4 *Nullus est directe subditus legibus illius, qui non habet iurisdictionem in ipsum, sed solum indirecte ex vi, sc. conuenientia naturalis.*

Prin

5 *Princeps obligatur suis legibus non directè ex vi legum suarum, sed solum indirectè ex vi conuenientia naturalis.*

6 *Clerici seiuncto scandalo, si dictas Principum sacularium leges non obseruent, non peccant mortaliter.*

7 *Clerici inobedientes cogi non possunt à Iudice laico, vt ab inobedientia abstineant; quia talis coactio, qua per pœna impositionem fit, non pertinet ad seruandam vniformitatem Reipublica.*

8 *Pœna possunt, quin & debent variari pro diuersitate delinquentium, & delictorum.*

9 *Clerici cogi debent à Iudice Ecclesiastico ad quem pertinet querela ad ipsum delata, cogere Clericos sibi subditos, vt legi naturali, diuina, & ciuili communi obediant.*

10 *Modus coactionis licèt non reperiatur expressè statutus, & determinatus in aliquo casu à iure Canonico poterit esse talis, qualis Iudici Ecclesiastico conuenientior visus fuerit.*

11 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur vti pœnis à lege ciuili impositis; cum has legislator ciuilis dirigat solum in Iudices sibi subiectos, non item in Ecclesiasticos, qui extra ipsius iurisdictionem sunt.*

12 *Clerici ligantur legibus communitati impositis, non directè, seu ex vi ipsarum legum, sed tantum indirectè, seu ex vi conuenientia naturalis, & non quoad vim coertiuam, seu punitiuam, nisi per Prælatos Ecclesiasticos.*

13 *Ecclesia non recipit, sed reprobat eas ciuiles leges, qua de Ecclesiasticis, eorumque bonis decernunt, pracipiendo, vel prohibendo, quamuis Ecclesia fauorem, vel patrocinium continere, videantur.*

14 *Leges pradicta non valent, nisi fuerint expressè à Pontifice approbata.*

15 *Ferre leges est actus iurisdictionis; & huiusmodi legibus, cum pratendatur iurisdictio super Ecclesiasticos maius praiudicium, quam commodum affertur Ecclesia.*

16 *Leges ciuiles, qua procedunt priuilegiando, & non pracipiendo in fauorem Ecclesiasticorum valent.*

17 *Dare priuilegium alicui, non est signum superioritatis; cum etiam non subdito priuilegium possit concedi.*

18 *Statuta sunt contra libertatem Ecclesiasticam, quando statui Ecclesiastico, vel Canonicis priuilegiis repugnant; secus è contra.*

19 *Clerici, cum sint pars Reipublica, debent ea, qua toti Reipublica conueniunt, & prosunt obseruare.*

20 *Statuta subtrahentia obedientiam Pontifici, & retardantia Clericos ab agendo, sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*

1 SVPPONO, clericos ligari non posse legibus ciuilibus sibi directè impositis, quia sunt extra iurisdictionem legislatoris ciuilis (vti docet S.Th. 1.2.q.69. *art.*4. quem communiter receptum refert, & sequitur Felinus *in cap. Ecclesia S.Maria, num. 39. de Constitut.*) idque non solum de iure Canonico, & ciuili, sed etiam de iure diuino, vt *supra cap.*1.*dub.*2.*& cap.*5.*dub.*8. dicebamus; ligari tamen legibus communitati impositis, si statui Ec-
2 clesiastico, & Canonicis priuilegiis non repugnẽt; & sic illis ex probabiliori sententia Doctorum obligari, non directè ex vi ipsarum legum, sed indirectè ex vi cuiusdam rationis naturalis, quæ dictat,
3 illas eos obseruare debere, cùm debeant partes toti confirmari: tunc enim non ligantur vt clerici, sed quatenus sunt ciues, & partes vnius Reipublicæ, quibus vniformitas necessaria est, à qua obligatione nec Ecclesia vnquam voluit clericos eximere:
quinimò dictas leges, vt ij, etiam in foro exteriori seruarent, vbi deficerent Canones, confirmauit. Hæc tamen obligatio est solum quoad vim directiuam, non quidem, sicuti dicebam ex probabiliori sententia Doctorum, directè, ex vi ipsarum legum;
quia nullus est directè subditus legibus illius, qui 4
non habet iurisdictionem in ipsum; sed solum indirectè, ex vi conuenientiæ naturalis; ad eum modum quo Princeps obligatur suis legibus, non di- 5
rectè, ex vi legum suarum; quia nullus subditur sibimetipsi; sed solum indirectè, ex vi conuenientiæ naturalis, quæ dictat, quod oneribus, quæ subditis imponit, ipse quoque se submittat. Vnde Salas *de legib. disp.*14.*sect.*10. *num.*11. *in fin.* Caspensis *de legib. tom.*1. *tract.*13. *disp.*4.*sect.*2. *num.*15. Bonacina *de legib. disp.* 1. *q.*1. *punct.*6. *num.*53. & alij non omninò
improbabiliter deducunt quod si clerici, seiuncto 6
scandalo, dictas Principum sæcularium leges non obseruent, non peccent mortaliter.

Non autem dicta obligatio est quoad vim coa-
ctiuam; Quapropter fit, quod clerici inobedientes 7
cogi non possint à Iudice laico, vt ab inobedientia abstineant, quia talis coactio, quæ per pœnæ impositionem fit, non pertinet ad seruandam vniformitatem Reipublicæ, cùm pro diuersitate delinquen-
tium, & diuersitate delictorum possint, quin & de- 8
debeant, pœnæ variari; sed cogi debent à Iudice Ec- 9
clesiastico, ad quem pertinet, querela ad ipsum delata, cogere clericos sibi subditos, vt legi naturali,
diuinæ, & ciuili communi obediant. Quin modus 10
coactionis, si à iure Canonico statutus, seu determinatus in aliquo casu non reperiatur, poterit esse talis, qualis Iudici Ecclesiastico conuenientior vi-
sus fuerit, quia non tenetur Iudex Ecclesiasticus 11
vti pœnis à lege ciuili impositis; cùm has legislator ciuilis dirigat solum in Iudices sibi subiectos, non item in Ecclesiasticos, qui extra ipsius iurisdictionem sunt. Vide Suarez *lib.*4. *de immunit. c.*16. *per totum.* Azorium *par.*1. *lib.*5. *cap.*18. *q.* 3. *& par.* 2. *lib.*9. *cap* 7. *q.*8. *&* 15. Bonacinam *de legib. q.*2. *disp.*10. *punct.*1. *§* 1. *num.*29. Salzedum *in pract. crimin. cap* 56. *§. tertiò minimè*, Tamburinium *de iure Abbatum to.*1. *disp.*15. *quæst.*19. *nu.*30 & Antoninum Diana *par.*1. *tract.*2. *resol.*9 *& par* 3. *tract.*1. *resol.* 8. Vide etiam, quæ dicebantur *cap.*5. *dub.*7. *sect.*23. *& ibi. de Parlamentis Dubitat.*4. *sect.*15. 16 17. 18 19. *&* 20. *Dubit.* 27. *sect.* 4. 5. *&* 6. *& dub.* 30. *per totum*, & quæ dicentur *c.*9. *per totum.*

Suppono secundò, clericos ligari dictis legibus 12
communitati impositis, modo quo supra dicebatur (scilicet non directè, seu ex vi ipsarum legum, sed tantum indirectè, seu ex vi conuenientiæ cuiusdam naturalis, & non quoad vim coercitiuam, seu punitiuam, nisi per Prælatos Ecclesiasticos, sed tantum quoad directiuam) si ea leges omnibus communes sint, id est, ad totam communitatem ferantur, boni publici causa, & de Ecclesiis, vel
Ecclesiasticis explicitè non loquantur; quia Ec- 13
clesia non recipit, sed reprobat eas ciuiles leges, quæ de Ecclesiasticis, eorumque bonis decernunt, præcipiendo, vel prohibendo; quamuis Ecclesiæ fauorem, vel patrocinium continere videantur; sicuti habetur expressè *in c.* 1. *dist.*96. *c. Ecclesia S. Maria de constitut. & c. cum laicis de rebus Eccles. non alien.* & docent ibi Butrius, & Abb. cum Imola *in cap. clericis, de foro compotent.* & communiter Doctores *in cap. cum venissent, de eo, qui mittitur in possess. num.* 6. Mathesellianus *singular.* 116. Math. de Afflictis *tract. de iur. Pretem.* 15, *num.* 8. & Ioan. Neuizanus *consil.* 39 *num.* 5. quapropter 14

non valent, nisi fuerint expressè à Pontifice approbatæ; quia huiusmodi legibus (cùm ferre leges, actus iurisdictionis sit) prætenditur directa iurisdictio super Ecclesiasticos, cuius iurisdictionis usurpatio quam maximè repugnat immunitati Ecclesiasticæ: & sic per tales leges Ecclesiæ maius præiudicium infertur, quàm commodum afferatur, vt habetur etiam *in cit. cap. Ecclesia de constit.* & not. *locis supra cit.* præcipuè *cap. 5. dubit. 7. sect. 23. & lib. de Parlamentis cit. dub. 4. sect. 16. & cit. dub. 30. sect. 24.* dicebamus.

56 Dixi, quod Ecclesia non recipiat eas ciuiles leges, quæ de Ecclesiasticis, eorumque bonis decernunt, præcipiendo, vel vetando; quia si decernant, non præcipiendo, vel vetando, sed solum permittendo, vel priuilegiando, verbi gratia determinando, quod clerici primogeniti ad feuda, Maioratus, & similia admittantur, in tali casu leges ciuiles va-

57 lebunt, vti rectè notauit Abb. *in cit. cap. Ecclesia, nu. 26.* Et ratio est, quia dare priuilegium alicui non est signum superioritatis; cùm etiam non subdito priuilegium possit concedi. Vide *cit. sect. 16. & infrà dub. 5.*

His Suppositis.

58 Respondetur, statuta, (etiam Communitati impofita, & de Ecclesiis, vel Ecclesiasticis explicitè non loquentia, præcipiendo, vel prohibendo) esse contra libertatem Ecclesiasticam, quando statui Ecclesiastico, vel Canonicis priuilegiis repugnant; secus quando ei, & eis non repugnant, quales sunt verbi gratia leges, & statuta, quæ rectæ gubernationi Reipublicæ conueniunt, vt quæ pretium mercibus, vel censibus imponunt, vel è Regno victualia, pecuniam, & similia deferri, vel arma portari vetant, solemnitates contractibus designant, &c.

59 quia cùm clerici (sicuti docebam) fiant pars Reipublicæ, debent ea, quæ toti Reipublicæ conueniunt, & prosunt, obseruare. Vide loca supra cit. & præcipuè quæ *lib. de Parlamentis cit. Dubit. 4. sect. 15. 16. 17. 18 & 19* dicebantur. Vide etiam Dominicum *in cap. 2. §. cæterum in 4. not. de verbor. signif. in 6.* Baldum *in Margarita ver. Ecclesia*, Abb. *in cap. nouit, de sent. excomm.* Angelum de Banchio *in l. 5. §. qua onerande, ff quarum rer.* Bartolum *ibid.* Tuscum *to. 5. concl 342. num 39.* & Doctores *in c. Ecclesia S. Mariæ de*

60 *Constit.* qui subdunt, quod sint etiam contra libertatem Ecclesiasticam illa statuta, quæ subtrahunt obedientiam Pontifici; & illa, quæ clericos retardant ab agendo, vel reddunt timidiores ad agendum; & laicos audaciores ad nocendum; de qua re etiam diximus *lib. de Parlamentis Dubitat. 30. per totam*, & præcipuè *sect. 1. & seq. & suprà cap. 5. Dubit. 7. sect. 23.* Hinc soluuntur altæ Difficultates sequentes; quare sit

DVBITATIO III.

An statutum laicorum præcipiens ne bona immobilia externis vendantur, vel quid simile, sit contra libertatem Ecclesiasticam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum præcipiens ne Bona immobilia Externis vendantur alioquin contractus sint irriti, non est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Neque statutum præcipiens ne mulier habens filios, possit cum exteris contrahere, nisi in hac, vel illa quantitate.*

3 *Item statutum præcipiens ne possit testamento relinquere cum iactura legitimæ portionis, & similia, non sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*

4 *Leges, & statuta præscribentia modum in Domibus construendis, liminibus parandis, fenestris aperiendis, viis mundandis, & similibus non sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*

5 *Clerici ad dicta statuta, quæ respiciunt commune bonum Reipublicæ, tenentur cum laicis contra Azorium, & alios.*

6 *Leges ciuiles non possunt Clericos, & Ecclesiam ligare, nisi quæ eas constituunt materiam ex iure naturali obligantem.*

RESPONDETVR, quod statutum laicorum præcipiens, nè bona immobilia externis vendantur (alioquin contractus sint irriti) Item statutum præcipiens, nè mulier habens filios possit cum exteris contrahere, nisi in hac vel illa quantitate, qua de re *infra Dub. 19.* Itē statutum præcipiens, ne possit testamento relinquere cum iactura legitimæ portionis, & similia, non sint contra libertatem Ecclesiasticam; patet ex dictis *Dub. 2.* quia sunt condita fauore boni communis, & sunt communia clericis, & laicis; & sic clericis etiam, quatenus sunt para communitatis, conuenit propter bonum commune ea obseruare. 1 2 3

Confirmatur quia sic in praxi receptum est; & docent Doctores, quos citat, & sequitur Felinus *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. numero 88. & seqq.* & Suarez *lib. 4 de immunitat. cap. 16. numero 13.* Idemque dico de legibus, & statutis quæ præscribunt modum in domibus construendis, liminibus parandis, fenestris aperiendis, viis mundandis, & similibus; quia etiam ad rectam Reipublicæ gubernationem spectat, vt clerici cum laicis quoad hæc vniformes fiant. Quapropter cùm in nullo Canone quoad ea expressè exempti reperiantur, dicendum, quoad quoad ea obligentur, & teneantur modo, quo supra *dub. præcedenti* dicebatur, & *dub. 51. 54. & 56.* dicetur. 4 5

Quamuis contrarium satis probabiliter doceant Azor. *par. 1. lib. 5. Instit. moral. cap. 12. q. 3.* & alij, ex eo, quod leges ciuiles non possint clericos, & Ecclesiam ligare, nisi solum quatenus constituunt materiam ex iure naturali obligantem (vt contingit Verbi gratia in legibus, quæ constituunt pretium mercium) sed supradictæ leges, seu statuta non constituunt, & reddunt materiam ex iure naturali obligantem (cùm ius naturale non dictet verbi gratia bona ciuium huius ciuitatis exteris vendi non posse, &c.) Ergo. Sed ad hoc istorum Doctorum fundamētū responderi potest ex dictis. 6

DVBITATIO IV.

An statutum laicorum præscribens modum, & pompam in funere, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum præscribens modum & pompam in*

in funere habite respectu ad propinquos Defuncti, puta quoad vestes lugubres, non est contra libertatem Ecclesiasticam, contra Siluestrum, & alios.

2 *Statutum Laicorum disponens de mortuariis annullatur ex eo, quod tale statutum cedat in damnum Ecclesiae, & Clericor. cum sic his minus acquiratur.*

3 *Textus in cap. vltimo de rebus Ecclesiae non alienand. intelligendus est de iis, quae suapte natura ad Ecclesiam diriguntur, vel salutem animae Defuncti, & cultum Diuinum respiciunt.*

4 *Clerici sepelientes, & Ecclesiae licet ex dicto statuto minus habeat, id tamen est per accidens, & alia iura possunt compensari.*

5 *Statutum per se tendens ad bonum, seu finem politicum, censendum non est contra libertatem Ecclesiasticam, licet per accidens aliquod damnum Clericis sequatur.*

6 *Opinio in oppositum Siluestri, & aliorum est satis probabilis, & in praxi tenenda, & cur.*

7 *Extructio sepulturae non potest praescribi per statutum Laicorum.*

1 Respondetur, quod statutum laicorũ praescribens modum, & pompam in funere, nè v. g. fiant conuiuia, nè cubicula pareãtur pannis nigri coloris, nè fiant immoderati sumptus vestium lugubrium, culcitrae, cerae, pompae, extructionis sepulturae, & similium, neque sit contra libertatem Ecclesiasticam; patet etiam ex dictis *dubit.* 1. quia huiusmodi statutum etiam respicit bonum publicum, & aequè competit clericis, ac laicis, & vtrisque vtile est; cùm vtile etiam clerico defuncto, eiusque haeredibus sit, tales inutiles sumptus in ipsius cadauere sepeliendo deuitari. Atque ita docent S. Th. *in 4. dist.* 45. q. 2. Abb. *in cap. fin. de reb. Eccles. non alien. num.* 6. *& seqq.* Felinus *in loco supra cit.* Caiet. *ver. Excommunicatio, cap.* 31. Nauar. *c.* 27. *num.* 120. Tiraquell. *de legib. Connubial. gl.* 8. *q.* 17. *num.* 168. *& seqq. & de vtroque retract.* 1. *p.* §. 1. *gl.* 15. *num.* 5. Graff. *in decis. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 135. Alterius *de censur. tom.* 1. *disp.* 16. *lib.* 5. *cap.* 6. *fol.* 704. *col.* 2. Reginald. *in prax. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 23. *n.* 360. Duard. *in Bullam Cœnae lib.* 2. *Can.* 15. *q.* 19. *num.* 7. Martha *de iurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *cas.* 54. Carolus de Graffis *de effect. b. cleric. eff.* 1. *num.* 467. Megalius *in* 3. *pars. lib.* 3. *c.* 9. *q.* 3. *n.* 54. Soussa *in Bullam Cœnae, cap.* 16. *disp.* 94. *concl.* 2. *num.* 3. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *ap.* 9. *num.* 3. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *n.* 273. Curtellius *de Eccles. libert. lib.* 2. *q.* 65 & Suar. *de defens. fidei lib.* 4 *de immunit. cap.* 13.

Quamuis contrarium doceant Silu. *ver. Immunitas,* 2. *num.* 5. *& seqq.* Paludanus *in* 4. *dist.* 18. *quaest.* 3. *art.* 5. Tabiena, *v. Excommunicatio, cas.* 20. Azor. 2. *part. Instit. lib* 9. *cap.* 11. *in* 6. *priuilegio clericorum,* & Dianae *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 64. ex eo, quod *in cap. vlt. de reb. Eccles. non alienand.* annulletur statutum

2 laicorum disponens de mortuariis; & ex eo, quod tale statutum cedat in damnum Ecclesiae, & clericorum, cùm sic his minus acquiratur.

3 Sed ad primum respondetur, quod cit. cap. vlt. intelligendum sit de iis, quae suapte natura ad Ecclesiam diriguntur, vel salutem animae defuncti, & cultum diuinum respiciunt; vt de numero Missarum, clericorum, & Religiosorum, qui funus comitantur; sicuti ex Abbate, Felino, & Caietano locis supra cit. docet. Nauar. ibidem; non autem de iis, quae spectant ad consolationes viuorum, & pompas mundanas.

4 Ad secundum respondetur, quod, licet ob id clerici sepelientes, & Ecclesiae minus habeat, id sit per accidens; & alia via possit compensari. Et in hunc sensum rectè dixit Caiet. *cit. cap.* 31. statutum per se tendens ad bonum, seu finem politicum, censendum non esse contra libertatem 5 Ecclesiasticam, tametsi per accidens, & concomitanter aliquod damnum ex eo clericis sequatur.

Interim non nego, quod opinio Siluestri, Paludani, Tabienae, Azorij, & Dianae, quatenus loquitur 6 de cereis, candelis, culcitris, & similibus, quae apud Ecclesiam, & clericos deberent remanere, sit satis probabilis, quin & in praxi consulenda; quia, cùm talia non solum ad honorem temporalem defuncti, sed etiam ad eleemosynam Ecclesiae, & clericorum, Religiosorumque tendant, eruiant, circa dicta per statutum sumptus moderari, videtur tale statutum indirectè liberam facultatem dandi eleemosynam Ecclesiae, & clericis, Religiosisque, prohibere; atque adeò (cùm simus in materia spectante ad salutem animae, & merè spirituali) contra libertatem Ecclesiasticam operari.

Caeterum, an hoc idem idem dicendum sit etiam de extructione sepulturae? Negant Martha, & Duardus *in locis supra cit.* At Affirmat Carolus de Graffis 7 *de eff. cle. eff.* 2. *num.* 483. & videri poterit Abb. *loc. supra cit. num.* 7. *&* 8.

DVBITATIO V.

An statutum laicorum derogans aliud statutum prius ab ipsis factum, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum derogans aliud statutum prius ab ipsis etiam factum v. g. quod Clericis talis loci quotannis dentur haec, vel illa eleemosyna, non est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Quilibet statutum à se factum abrogare potest; quia sicut lex ad libitum ferentis reuocari potest; sic etiam priuilegium Clericis concessum.*

3 *Quae est causa iuris potest etiam esse causa reuocationis eiusdem iuris sine iniuria Tertij, si causa adsit reuocandi.*

4. & 5 *Conqueri quis non potest quando per reuocationem illius, quod prius concessum fuerat, aliquid reducitur ad nihil, quod prius ei competebat, licet ex tali reuocatione damnum patiatur, secus est si obligatio non merè à statuto, sed à donatione oriretur.*

6 *Priuilegium per Laicos Clericis concessum, quod non possit per eos reuocari est satis probabile.*

7 *Omne Priuilegium alicui concessum, & ab illo acceptatum transit in ius; & Iuri Ecclesiae statutis Laicorum derogari non potest.*

8 *Priuilegium quando est concessum non subditis, non potest reuocari.*

9 *Laici reuocantes priuilegium Clericis concessum videntur incurrere in excommunicationem Bullae Cœnae.*

10 *Per statutum contra Ecclesiam particularem inducto, semper praeiudicatur caeteris Ecclesiis in generali.*

11 *Respondetur ad hoc fundamenta.*

1 Respondetur, quod statutum laicorum derogans aliud statutum prius ab ipsis factum, verbi gratia quod clericis talis loci quotannis dentur haec, vel illae eleemosynae, neque sit contra

libertatem Ecclesiasticam; patet etiam ex dictis *dub.*
a quia (præterquam quod huiusmodi priuilegium
est priuilegium particulare, scilicet huius, vel il-
lius Ecclesiæ, Religionis, vel personæ; quod reuo-
care, si non fuerit à Pontifice confirmatum, non vi-
detur esse contra immunitatem Ecclesiasticam) talis
obligatio laicorum ad dictas eleemosynas præstan-
das, est merè tantum ex ipsorum statuto, & non ex
iure aliquo clericis dictis acquisito, aliàs non esset
eleemosyna, sed debiti, quæ quotannis fieret, solu-
2 tio, contra suppositum; sed quilibet statutum à se
sic factum abrogare potest; quia sicuti lex ad libi-
tum ferentis (præsertim quando spontè facta est, &
adest iusta causa reuocandi) reuocari potest, *ex
cap. non debet de consanguin. & cap. alma mater, de
sent. excommunicat. in 6. & leg. etsi nihil, ff. de regul.
iuris, leg. 2. Codic. de vet. iur. enucl. Authent. de nupt.
collat. 8. vers. non enim, Authent. vt liberti de non in-
digen. à nullo, & Auth. vt Iudic. sine quoquo suffrag.*
& ex Doctrina communi S. Augustini de libero
arbitrio *lib. 1. cap. 6.* & S. Th. *1. 2. quæstio. 97. art. 1.*
(ex quibus etiam probatur, quod Princeps non
possit priuare seipsum hac facultate mutandi leges,
& constitutiones; quia cùm id libero homini con-
ueniens videatur, nec sibi ipsi libertatem præri-
piat, *leg. penult. in ff. de recept. arbitr.* multò magis con-
ueniens erit ei, qui absolutus à Deo Dominus
constitutus est, vt nullis legibus teneatur; nec
etiam priuare successorem, quia par in parem non
habet imperium) sic etiam quin multò magis,
in eodem casu priuilegium clericis concessum re-
3 uocari poterit; cùm qui est causa iuris, possit etiam
esse causa reuocationis eiusdem iuris sine iniuria
tertij, si causa adsit reuocandi; & cùm (sicuti do-
cet gloss. *in leg. vnius, §. pactum ne pereat, verb quod
in specie, ff. de pactis*) quando per reuocationem
4 illius, quod prius concessum fuerat, aliquid redu-
citur ad ius, quod prius competebat, conqueri non
potest, qui ex tali reuocatione damnum patitur, per
rationem traditam *in leg. precario, ff. precar.* ibi: *Est
enim natura æquum, tā diu te liberalitate mea vti, quam-
diu ego velim.* Et quoad declarationem, ac limitatio-
nem est text. *in l. Neratius de regul. iur.* ibi: *Quem ta-
men modum beneficij sui bellè ipsi Principes solent inter-
pretari*, iunct. *l. ex facto ff. de verb. obl.* Et quod perso-
5 narū qualitas non obstet, docent communiter Do-
ctores *in l. si quis Curialis*, vbi Fulgos. Bal. Sal. Castr.
Codic. de Episcop. & Cleric. Raff. Cum. & Sal. *in Auth.
Cassa de sacros. Eccles.* Cynus, & Imol. *in l. non amplius,
§. 1 ff. de legat. 1.* Bal. *in l. de quibus, Codic. de legibus*
Abb. *in cap. cùm esset, de testam.* Dec. *consil. 83. num.
214. & Consil. 275. in 1. Dub.* & alij, quos citat Sousa
in Bull. Cœn. can. 6. disp. 84. concl. 5. num. 6. Duardus
lib. 2. can. 15. q. 27. num. 16. & Villalob. *in sum. tom. 1.
tract. 17. dub. 21. n. 4.* Vnde in tractatu de priuilegiis
communiter dicitur, quod priuilegium finitur per
reuocationem Principis; qui sicut potest illud con-
cedere, ita & reuocare, eo quod per easdem causas
vnaquæque res dissolui potest, per quas fit. Requi-
ritur tamē quod hæc reuocatio efficiatur nota pri-
uilegiato; & ex tunc cessat priuilegium; quia cùm
habeat modum legis, tūc incipit irritari, ex quo op-
posita lex, scilicet reuocatio debitè promulgatur,
dum ad notitiam partis peruenit.

Accedit, quod clerici, licet quoad cætera nō sub-
dātur, quoad priuilegia tamen, & statuta fauorabi-
lia subditi reputentur, Abb. & Fel. *in c. Eccles. S. Ma-
ria, de constit.* Suar. *lib. 8. cap. 9 n. 4.* & contra Regem
Angliæ *lib. 4. c. 17. n. 9.* Layman. *lib. 1 tract. 4. q. 2. n. 15.*
& Bonac. *de censur. disp. 1. q. 16. sect. 2. punct. 2. n. 28. lib.
3.* Vnde, si vt gaudeant, subditi reputentur, idem, vt
reuocationem patiantur, dicendum erit; cum con-
trariorum eadem sit disciplina, & contraria nata sint
fieri circa idem, & in eodem subiecto, sicuti rectè
ex communi probat Arauxo *in 1. 2. S. Th. q. 97. disp.
3. sect. 7. diffic. 3. n. 41. & diff. 4. n. 48.* secus verò dicē-
dum est in casu, quod obligatio nasceretur non
merè ex statuto, sed ex donatione clericis facta, vel
ex causa concesso, & à summo Pōtifice nomine Ec-
clesiæ acceptato: tunc enim vti quod in vim cōtra-
ctus transierit, irreuocabile reputatur; cuiusmodi est
generale priuilegiū immunitatis fori & tributorū.

Atque ita docēt Anguianus *de legib. lib. 2. c. 6.* Sousa
in Bul. Cœn. c. 16 disp. 84. concl. 5. num. 6. Villalob. *in
Summa to. 1. tract. 17. dub. 21. n. 4.* & Duardus *in Bul-
lam Cœna lib. 2. can. 15. q. 27. n. 16.* Etsi contrarium
6 satis probabiliter doceant Felinus *in c. Ecclesia S.
Mariæ, num. 124. de Constitut.* Azor. *1. parte Instit. mo-
ral. lib. ... cap. 13. q. 5.* Pesantius *tract. de immun. Eccl.
disp. 9.* Filliucius *to. 1. tract. 16. cap. 10. num. 269.* (qui
citat Siluestrum, & Saytum) Coriolanus *in Bullam
Cœna, excommun. 15. fol. 935.* Martha *de iurisdict. par.
4. cent. 1. cas. 52. num. 6.* Alterius *to. 1. disp. 16. lib. 5. c.
6. fol. 703. col. 1.* Diana *par. 1. tract. 2. resol. 60.* & Caro-
lus de Grassis *de effect. cleric. eff. 2. num. 14. & 23.* ex
7 eo, quod omne priuilegium alicui concessum, &
ab illo acceptatum transeat in ius; & ex alio capite
iuri Ecclesiæ statutis laicorum non possit deroga-
ri. Quapropter (inquiunt ipsi) licet laicus à princi-
pio potuerit priuilegium non concedere, semel ta-
men concessum non potest illud reuocare; præser-
tim, quia est priuilegium concessum non subditis,
quod (vt habetur *in cap. nouit de iudic.* & ex commu-
8 ni docet Abb. *in cap. inter alia, numer. 19. de im-
munit. Eccles.*) est talis naturæ, vt reuocari non pos-
sit; & aliter facientes videntur incurrere in excom
9 municationem Bullæ Cœnæ, in illis verbis: *Qua-
rumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet præiudica-
tur.* Vnde Genuensis *in pract. Eccles. Tricennario 17.
q. 480.* ait, quod per statutum contra Ecclesiam par-
ticularem, indirectè semper præiudicetur cæteris
Ecclesiis in generali.

Sed ad tale horum Doctorum fundamentum,
quod est quidem (vti dicebam) satis probabile, cum
distinctione dicta responderi posset ex dictis supra
quod scilicet, licet clerici vt ciues ad concessa ciui-
bus priuilegia, de iure communi admittantur, ob
hoc idem reuocationi iuxta ipsorum priuilegiorū
naturam subesse debeant, vti supra dicebam. Et cō-
probant Canones illi, in quibus feudales circa re-
uocationem, & caducitatem leges à Pontificibus
10 contra Ecclesiam admittuntur, *in c. nouit, c. cæterum,
de iud. c. ex transmissa, c. verum, de foro compet. c. quæ in
Ecclesiarum de Constit. c. ad audientiam, c. si diligenti, de
præscript. c. fin. de iur. iur. c. per tuas de donat. c. in quibus-
dam, c. ad aures de pœnis, c. grauem. de sent. excom. & c.
vnic. §. verum, de statu Relig. in 6.* Ex quibus frequen-
tius Ecclesiam naturæ feudorum subiici putant
Bald. *in c. 1. n. 4. de contr. feud.* & alij cōmuniter, quos
citat, & sequitur Schrad. *de feud. par. 1. q. 2. n. 5.* Costa
consil. 2. Gail. *obseru. 17. n. 4. lib. 1.* Rosent. *c. 10. concl.
10.* & Merlinus *contr. 15.* non enim Ecclesiasticos
in profanis naturalia rerum peruertere velle, æ-
quum videtur, sed potius eandem fortunam subi-
re: quapropter non rectè dicitur, præiudicari im-
munitati, si clericus ea, quæ iure communi ob-
tinuerunt, tollantur: nam semper quod benefi-
cium, seu priuilegium esse proponitur, de ra-
tione illius est, vt aliquid præter, vel contra ius
cōmune indulgeat; quandoquidem, si quid de iure
commu

11 communi competit, frustra per priuilegium obtinetur, ad textum *in l.1 ff. de municip. & l. Imperatores, ff de priuileg.* & docent Azor. *lib. 5. cap. 22. quæst. 5.* & Arauxa. *in 1. 2. S. Th. quæst. 97 dip. 3. sect. 7 diffic. 4. num. 46.* Cum ergo priuilegium iuri communi aliquid addat, si ob reuocationem priuilegij ad ius commune redeatur, nec odium, nec iniuria sequitur, vel enascitur, vt *in l. vnus, §. 2. ff de pact.* ibi: *Non fit causa eius deterior, sed forma sua redditur.* Nec rectè ius commune tolli dicitur, dum ad illud recurritur, ac in pristinum reuocatur. Vnde vlterius sequi videtur, quod neque clericis quidquam de iure communi detrahatur, si eis statutum priuilegians non prodesse declaretur, supposito hoc vltimo, quod priuilegium à iure communi discrepet, seu supra ius commune aliquid superaddat: quamuis non rectè Princeps ageret, si clericalem Ordinem à statutorum beneficio excluderet, vt infra *Dubit....* dicetur, nisi forsan Principem moueret causa qua spreta Respublica periret.

Nec obstat, quod priuilegium non subdito concessum reuocari nequeat, ex *cit. cap. nouit. de Iud.* Nam dici potest, id locum habere in illis priuigiis, quæ in naturam contractus abierunt, quævè non nisi ex plenitudine potestatis reuocari possunt: tunc enim absque dubio priuilegium irreuocabile redditur, non qua priuilegium, sed ob contractus mixturam, ob quam præualet pars potentior, ex natura mixtorum, & sic in totum pro contractu reputatur: contractum enim Princeps nō reuocat; quia contractus de iure naturæ procedit, & sic non dispensat Princeps, sed tenetur pacta seruare: nam quoad merum priuilegium attinet, cùm beneficium sit, à qualitate subiectionis separari non potest, & sic potest reuocari, ita vt hoc ipso, quod quis priuilegium admittit, per antecedens reuocationi illius subesse censeatur, vti supra dicebam, & tradit Baldus *in l. adoptiuum, §. si liberta ff. de in ius voc.* Curt Sen *cons 49. n. 74.* Costa *cit. cons. 2. n. 4. & Grass. de eff. Cler eff. 1. n. 718.*

DVBITATIO VI.

An statutum laicorum præcipiens, ne vocentur Religiosi, nisi prius vocati fuerint Parochiæ clerici, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum præcipiens, seu disponens ne vocentur Religiosi nisi prius vocati fuerint omnes Parochiæ Clerici, est contra libertatem Ecclesiasticam, & sic non ligat Religiosos.*

2 *Tale statutum derogat ius, quod Religiosi habent, vt Defunctorum exequiis possint assistere.*

3 *Tale statutum licet etiam à Clericis, fiat, propter easdem rationes, est nullius roboris.*

1 RESPONDETVR, quod statutum laicorum præcipiens, seu disponens, nè vocentur Religiosi, nisi prius vocati fuerint omnes Parochiæ clerici, sit contra libertatem Ecclesiasticam; & sic non liget Religiosos; patet etiam ex dictis *dubit.* 2. quia, præterquam tale statutum expresè loquitur de Religiosis, pietati aduersatur; tum quia liberæ morientium voluntati, ac electioni limitem ponit; tum 2 quia derogat ius, quod Religiosi habent, vt defunctorum exequiis possint assistere. Atque ita ex communi docet Azor. 2. *par. Instit. moral. lib. 9. cap. 11 in 6 priuilegiæ cleric.* vbi subdit, & meritò, propter eas- 3 dem rationes dictum statutum (etiamsi à clericis fiat) nullius roboris esse.

DVBITATIO VII.

An statutum laicorum præcipiens, nè Monasteria, vel Ecclesiæ in suo statu sine ipsorum licentia de nouo ædificentur, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum Principum laicorum (vt Venetiis) præcipiens ne monasteria, vel Ecclesia in suo statu seu Territorie sine ipsorum licentia de nouo ædificentur, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Textus in l. nemo C. de Relig. & sump. funer procedit de facto, non de iure; & ideo merito est reuocatus per Iustinianum.*

3 *Iustinianus facultatem concessit, vt ædificari possint Ecclesiæ per vniuersum Orbem, quæ facultas reuocari non potest sine violatione libertatis Ecclesiasticæ.*

4 *Restringere priuilegia toti Ecclesiæ à Deo, Papa, vel Imperatore tam in temporalibus, quam in spiritualibus concessa, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

5 *Nihil refert si talia impediens statutum prouideat Indemnitati monasteriorum iam ibi existentium, quia id est de facto, non de iure, & non ad Principes seculares, sed ad Ecclesiasticos pertinet.*

6 *Affertur Bulla Clementis VIII.*

RESPONDETVR, quod statutum laicorum 1 (vt Venetiis, vbi fortasse de hac re Sedis Apostolicæ priuilegium adest) præcipiens ne monasteria, vel Ecclesiæ in suo statu, seu territorio sine ipsorum licentia de nouo ædificentur, sit contra libertatem Ecclesiasticam; patet etiam ex dictis *dubit.* 2. Et confirmatur; quia sic etiam in specie colligitur ex *dist. 1. de consecrat. ex Can. de locorum Gelasij Papæ, ex Can. Ecclesia Nicolai Papæ, ex c. nemo Concilij Aurelianensis. ex decretal. sub titulo de Eccles. ædificandis, vel reparandis*, maximè ex *decret. finali*, ex illa, quæ incipit, *ad audientiam*; & ex illa, quæ incipit, *auctoritatiue de priuilegiis in 6.* Item ex *Authent de Ecclesiis tit. per totum*, & ex *Authent. vt null. fabric. orat. & loc.*

Atque ita, quod scilicet dictum statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam, docent Comitolus *in tract. Apolog. cap. 8. numer. 17.* Vgolinus *in Respons. ad Iurisconsf. Gymnasij Patauini cap. 6. §. 1. & seqq.* Collegium Bononiense *pro libertate Eccles. num. 43.* Valenzuola *in defens. censur. Pauli V. par. 2. per totam.* Lupus *de libertate Eccles. quæst. 4. num. 7.* Maynardus *de priuilegiis Eccles. par. 2. art 24.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. Can. 15. q. 19 num. 68.* Riccius *in praxi, to. 3. resol. 107. numer. 7.* Bellettus *in disquis. Cleric. par. 1. tit. 6. §. 1. numer. 20.* Fagnan. *de instit. Censur. Pauli V. par. 2. fol 26.* Bastidia *in Antidoto contra Paulum Venetum par 2. argum. 10. & seqq.* Baronius *in Parænesi ad Rempublicam Venetam*

neram (vbi testatut, quod pro tali statuto à Pontifice Romano excommunicatio lata fuerit) & PP. Theologi Religionis Seruorum *in defens. censur. Pauli V.* quidquid in contrarium dixerit Cortellius *lib.2.q.62.*

Obiicies, *in l.nemo, C.de Relig.& sumpt.funer.l.2.ff. de var.& extraord.crim.l.Sacra,§.1.ff.de rer.diuis.l.vlt. ff.vt in possess.leg.& l.1.cum seq.ff.de colleg.& corpor.* expressè prohibetur, Ecclesias ædificari sine licentia Principis, Ergo.

6 Respondetur, distinguo antecedens: expressè prohibetur, de iure, nego; expressè prohibetur, de facto, concedo. Quapropter meritò id postea reuocauit Iustinianus *in l.Sancimus, §.si quidem, Cod. de Episc.& cler.& in cit. Auth.vt nullus fabr.orat. eo loc.*
3 qui & prætereà (vt patet ex *c.futurum, 12.q.1.*) facultatem concessit, vt ædificari possint Ecclesiæ per vniuersum orbem; quam facultatem alij Principes sine violatione libertatis Ecclesiasticæ reuocare non possunt; cùm restringere priuilegia toti Eccle-
4 siæ à Deo, Papa, vel Imperatore tam in temporalibus, quàm in spiritualibus concessa, sit contra libertatem Ecclesiasticam; vt rectè præter alios notarunt Valenzuola *cit.par. 2. numero* 36. Maynardus *art.22.num.95.& art.23.num.24.* Filliucius *tom. 1. tract. 6.c.10.n.* 270. & dicebamus nos *lib. de Parlam. Dub. 20 sect.1.& vlt.& suprà c.5.dub.7.sect.1.& vlt.*

5 Obiicies secundò, per tale statutum consulitur Monasteriis iam erectis, ne scilicet illis propter erectionem nouorum monasteriorum alimenta, & alia necessaria desint; & nè prætextu boni finis, & quæsito pietatis colore perniciosæ societates ineantur. Ergo, &c.

Respondetur, distinguo antecedens: consulitur de facto, transeat: consulitur de iure, nego: nam per hoc vsurpatur iurisdictio Ecclesiastica; cùm id consulere, & cauere non pertineat ad Principes seculares, sed ad Ecclesiasticos quorum propterea ad erectionem monasteriorum, vel Ecclesiarum de nouo licentia requiritur, vt scilicet videant, & perspiciant, vnde, & quomodo Regulares, qui de nouo monasterium, vel Ecclesiam erigere volunt, sustentari possint, aliàs licentiam non concedunt; & audiunt Principem, si, cùm interesse sibi putauerit, quid opponat, iuxta Bullam Clementis VIII. anno 1593. editam, quæ constituit, ne nouæ Religiosorum domus, nisi omnibus interesse habentibus ciuitatis, & auditis, constitutóq; prius, sine aliorum de-
6 trimento id posse fieri, construantur, & meritò, quia cùm id, quin & Religionum ipsarum multiplicatio, sit supererogationis opus, ob quodcumq; in Ecclesia scandalum vel damnum omitti partim, ac limitari potest, S.Th.2.2.q.93.*ar.* 3. & 7. vbi passim alij, & *in 4. dist.38.q.4.* vbi Durandus, & ex Canonistis Felin.*in c.2.de præscript.*Dec.*in c.cùm teneamur, n.5.de concess.præb.*Rom.*consil.*332.*n.* 13. *& seqq.* & refert Albericus de Rosate, *ver.Templarij*, quod Clemens V. ob id solum Templariorum Religionem extinxerit, ibi: Ipse Clemens V. protulit hoc: Etsi non per viam iustitiæ potest destrui, destruatur tamen per viam expedientiæ, ne scandalizetur carus filius noster Rex Franciæ.



DVBITATIO VIII.

An statutum laicorum prohibens, nè clerici potiantur priuilegiis, quæ aliis ciuibus concessa sunt, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum prohibens prædicta est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Clerici ratione Clericatus non desinunt esse Ciues, quinimmo sunt Ciues omnibus aliis Ciuibus Digniores, & vtiliores, & immeritò priuilegiis Ciuibus aliis concessis participes non fiunt.*

3 *Clerici de iure communi possunt gaudere, & frui beneficio statutorum & priuilegiorum alicui Vniuersitati, vel certo generi Personarum concesso.*

4 *Statutum laicorũ prædictum auferret à Clericis, quod de iure communi, ipsis competit, & propterea est contra libertatem Ecclesiasticam.*

5 *Statutum prohibens laicis, ne Clericis vendant, aut ab illis emant, & similia, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

6 *Aliud est Beneficium, seu priuilegium non concedere, & aliud derogare concessis.*

7 *Non concedere priuilegium fit sine alterius iniuria, derogare autem, tollere, vel etiam diminuere, non fit sine alterius iniuria, & damno.*

RESPONDETVR affirmatiuè: patet etiam 1
ex dictis *Dubitat.2.* Et quia cùm clerici ratione clericatus non desinant esse partes 2
Reipublicæ, nec ciues, quinimmò sint ciues omnibus cæteris ciuibus digniores, & vtiliores, immeritò priuilegiis ciuibus aliis concessis participes non fiunt: quapropter si participes non fiant, in odium clericatus fieri videtur; præsertim quia tali via clerici efficiuntur conditionis deterio- 3
ris, & ad agendum timidiores, quàm seculares; tum quia, cùm de iure communi clerici possint gaudere, & frui beneficio statutorũ, & priuilegiorum alicui vniuersitati, vel certo generi personarum concesso (vt patet ex *cap. constitutus de restit. in integr.* 4
& docet Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 15.q. 19. numero 11. 12. & seqq.*) per huiusmodi statutum tolleretur iis, quod de iure communi ipsis competit, quæ (vt ex communi notauit Dec.*num.* 8.& Felinus *num.69. in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit.* Megalius *in 3.par.lib.3.cap.10 quæstio.5.n.56.* Mandellus de Alba *lib.1.consil.8.n.3.& 10.*Riccius *in prax.to.3.resol.207.*& Filliucius *to.1.tract.16.cap.10.q.8.num.271.*) sunt contra libertatem Ecclesiasticam, Ergo, &c. Atque ita dicebamus nos *lib. de Parlamentis Dub.30.sect.1.20.& seqq.& supra cap.5. Dub.7.sect.1.an.& seqq.*& docet Suarez *lib.4.de immunitat. Eccles.cap.22.numero 16.& seqq. & cap.33. numero 5.& seqq.*Duardus *loco supra citat. numer.41.* Diana *par. 1.tract.2.resol. 59* & sanet *cap. vlt.de immunitat. Eccles. in 6.* Vide etiam loca supra cit. 5
& præcipuè *lib. de Parlamentis Dubitat. 30. sectio 1.* Vnde sequitur, quod sit etiam (sicut alibi dicebam) contra libertatem Ecclesiasticam statutum prohibens laicis, nè clericis vendant, aut ab illis emant, quæ aliis laicis vendunt, & ab illis emunt, aut nè eorum triticum molant, panem coquãt, &c. præsertim quia prætereà in tali casu clerici grauantur, vt non grauantur seculares. Quapropter meritò *in citat.cap.vlt.* sub excommunicatione huiusmodi statuta prohibentur, quia sic facientes libertatem Ecclesiasticam violare præsumuntur.

Quamuis contrarium quoad priorem, & principalem casum non improbabiliter doceant Bartolus, Felin.*in cap.Eccles.S.Mariæ de Constitut.* Pereira *de manu Regia par. 2. cap. 67. numero 55.* Graff. *de effectib. Cleric. eff.1.numer. 26.*Curtellius *de immunitat. Eccles. lib. 2. quæstio. 61. numero 21. & 26*

&

& *Azor tom. 1. lib. 5. cap. 13. q. 4.* ex eo, quod aliud sit (vt inquiunt ipsi) beneficium, seu priuilegium non concedere, & aliud sit, beneficium concessum de rogare; cum beneficium non concedere, fiat sine alterius iniuria; derogare autem, tollere vel etiam diminuere, non fiat sine alterius iniuria, & damno. Sed ad hoc Bartoli, Felini, Pereiræ, Giaff, Curtellij,
7 & Azorij fundamentum Responsio patet ex dictis supra; quod scilicet, si Clerici è vestigio à priuilegiis, & fauore legum exciperentur, id saltem in odium Clericatus fieri videretur, quod Princeps facere non debet, nisi forsan in casu, quod id efficiendi Principem moueret causa, qua spreta Respublica euerteretur, vti consentit idem Curtellius *loco cit.*

DVBITATIO IX.

An statutum laicorum priuans clericos, si Iurisdictionem secularem declinauerint, officiis secularibus, & bonis à Rege concessis, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum supra recensitum est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Statutum prædictum afficit Clericos pœnis, quod à Iudice Laico nullo pacto fieri potest.*

3 *Leges ciuiles, quæ contractum, testamentum; & alia similia infirmant, non quia pœnales sunt; sed quia formam, & solemnitatem certam præscribunt, non sunt contra libertatem Ecclesiasticam nisi spetiatim aliquid contrarium dispositum in illis reperiatur.*

4 *Leges ciuiles, quæ contractum, testamentum, & similia infirmant, vel Personas inhabiles ad contrahendum testandum &c. in pœnam commissi criminis reddunt, sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*

5 *Iudex Laicus in Clericos iurisdictionem præsertim punitiuam non habet.*

6 *Iudex Laicus in Clericos iurisdictionem habet, si bona fuerint commissa, seu realiter aliquo modo fisco obligata, ob crimen, ante Clericatum, commissum.*

7 *Res transit cum onere suo.*

8 *Leges 3. & 4. tit. 4. lib. 1. nona collect. loquuntur de Clerico, qui malitiosè iurisdictionem declinauit.*

9 *Clericus, qui vult iudicari non vt secularis; sed vt Ecclesiasticus non debet officia secularia retinere.*

10 *Recensita officiorum secularium, & possessionum priuatio, non est propriè reclamationis pœna, sed est priuatio effluens ex voluntate Regis ita donantis.*

11 *Clericus an malitiosè declinauerit iurisdictionem secularem, non requiritur Iudicis Ecclesiastici declaratoria, nec quod effectus fuerit secutus in sententia Gutierez, at contra est in sententia Auctoris.*

1 ESPONDETVR affirmatiuè: patet
2 etiam ex dictis *dubit.* 2. tum quia afficit clericos pœnis, quod à Iudice laico nullo pacto fieri potest; cùm Iudex laicus in clericos iurisdictionem, præ-
3 sertim coërcitiuam, seu punitiuam non habeat.

Vnde, licet leges ciuiles illæ, quæ contractum, testamentum & similia infirmant, non quà pœnales sunt, sed quà eorum formam, vel solemnitatem certam contrahendi, testandi &c. (ita vt aliter actus nullus, & irritus sit) præscribunt, non sint contra libertatem Ecclesiasticam, vt supra dicebam; idque que etiam ex generalis iuris Canonici consensu, & approbatione, nisi in illo speciatim aliquid con-
trarium dispositum reperiatur; sicuti rectè notauit 4
Suarez *lib. 4. defens. fidei, cap. 16. num.* 24. tamen leges
ciuiles illæ, quæ contractum, testamentum, & similia
infirmant; vel personas inhabiles ad contrahen-
dum, testandum &c. in pœnam commissi criminis
reddunt, sunt cõtra libertatem Ecclesiasticam; quia
(sicuti dicebam, & ex communi docent Nauar. *con-
sil. 43. de const. tut. num. 5. edit. 2.* Suar. *cit. cap. 16. num.* 5
21.) Iudex laicus in clericos iurisdictionem, præ- 6
sertim punitiuam, non habet: quamuis alia ratio
sit, si bona fuerint commissa, seu realiter aliquo mo- 7
do fisco obligata, ob crimen, antequam quis cleri-
cus effectus fuerit, commissum; quia tunc iuxta re-
gulam iuris, transire debet res cum onere suo. Vi-
de *cit. Dubit. 4 sect. 15. vsque ad 20. de parlamentis; &
infrà cap. 9.*

Obiicies, *in l. 3. tit. 4. lib. 1. noua collect.* habetur, quod clerici primæ tonsuræ (si coram Iudice laico citati eius iurisdictionem declinauerint) publicis officiis secularibus reputentur indigni: & *in l. 4. eod. tit. & lib.* habetur, quod huiusmodi clerici, qui à Rege terras, & vineas habent (si similiter eius regiam iurisdictionem declinauerint) eo ipso iis possessionibus sint priuati. Ergo.

Respondetur, leges illas intelligi de clerico, qui 8
malitiosè iurisdictionem declinauerit; sicuti rectè
tradit præter alios Gutierez *pract. qq. lib. 1. q. 9. &*
10 Et probatur; quia cùm Iudex secularis non pos-
sit clericum cognoscere, nec clericus possit ad id
consentire (adeò vt vterque sacrilegium graue com-
mitteret. & omnia acta nulla essent) consequẽs ne-
cessariò est. quod dictæ leges loquantur, si clericus
malitiosè declinauerit, id est, declinauerit in causa,
in qua etiam Iudex secularis potest cognoscere;
ita vt tunc Rex intendat tali clerico officia secula-
ria, & dicta bona sua denegare, & meritò; quia, si in
tali casu clericus vult iudicari non vt secularis, sed
vt Ecclesiasticus, non deberet officia secularia reti- 9
nere, cùm textus *in cap. Sacerdotibus, nè clerici, vel
Monachi*, officia secularia clericis interdicat; & tra-
dit Couar. *pract. qq. cap. 31. num. 6.*

Hæc tamen officiorum secularium, & possessio- 10
num priuatio non est propriè reclamationis pœna (quia, dato, clericus in tali casu declinando iudicium seculare delinquat, Iudex tamen laicus non potest, defectu iurisdictionis, præsertim coërcitiuæ, quam in clericum non habet, ob tale delictũ clericũ punire) sed est officiorum, & possessionum priuatio ex voluntate Regis ita donantis; quia cùm liberũ sit Regi donare, liberum etiam est eidem hanc conditionem donationi imponere, seu sub hac conditione donare, ita vt, si talis conditio non seruetur cesset donatio.

Cæterum, an, vt hæc priuatio locum habeat, sufficiat solum factum declinandi, & non requiratur super declinatoria pronunciatum, nec quod effectus fuerit secutus?

Affirmat Gutierez *loco supra cit.* & probat ex *leg. lege Regia 3. titulo 4. lib. 1. ordin. & ex l. 4 eod. tit.*

At ex his locis solum conuincitur, non requiri, quod declinatoria habeat effectum, id est, quod clericus de facto obtineat, quod per declinatoriam intendebat (quamuis & quoad hoc etiam Couar. *cit.*

11 *cap. 33. num. 6.* teneat oppositum.) At non conoincitur, oon tequiri sententiam Iudicis laici clericum malitiosè declinasse declaratoriam; ita vt quousque de tali declinatione juridicè non constat, non debeat clericus officiis, & possessionibus dictis inhabilem teddi, vel priuari; seùm in omnibus pœnis, etiam ipso iure latis, id requiratur.

DVBITATIO X.

An statutum laicorum disponens, ne beneficia Ecclesiastica exteris dentur: item statutum disponens, ne ex illis beneficiis pensiones soluantur: item statutum disponens, ne literæ Apostolicæ iuripatronatus laicorum derogantes (donec Pontifex plenè instructus aliter disponat) admittantur, & similia, sint contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Recensita statuta sunt contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Nullus laicus potest de rebus spiritualibus (qualis est materia Beneficiorum) disponere.*

3 *Nullus laicus potest habere ius præsentandi ad benefitia, nisi fuerit ei à Pontifice concessum.*

4 *Principes non possunt præcipere, vt possessio beneficij sine licentia & consensu suo, vel sui Gubernatoris, vel Præsidis non capiatur.*

5 *Reges, & Principes seruare præcipientes huiusmodi statuta, cum quam maximè pij, & Religionis Christianæ præcipui Patroni sint, credendum videtur, quod id faciant ex priuilegio.*

6 *Priu legium prædictum allegantes & dato, quod sit non reuocatum asserentes, videant quid affirment.*

7 *Auctor damnare non audet sententiam eorum, qui vigore priuilegiorum Reges sic facientes defendunt.*

8 *Ratio quod Reges debeant se defendere ex iure naturali, & ideo cognoscere possint de subreptione literarum, Auctori non probatur, & cur.*

9 *Literis subreptitiis nulla est obligatio obediendi, nullumque peccatum committitur in impedienda illarum executione, sed id fieri non potest per Regios Consiliarios, sed per Ecclesiasticos, & cur.*

10 *Magistratibus, & Iudicibus sæcularibus non est liberum reiicere literas Pontificias, quibus Beneficia exteris conferuntur, quamuis licitum sit illis de talium literarum subreptione apud Iudicem Ecclesiasticum opponere.*

11 *Ob derogationem Iurispatronatus ad Summum Pontificem potest appellari, & interim dictarum literarum executio impediri, modo id opera iudicum Ecclesiasticorum fiat.*

12 *Summus Pontifex potest Iuripatronatus etiam laicorum derogare si velit, & in hoc eis iniuriam non infert, sed iure suo vtitur.*

13 *Iudices sæculares, etiamsi Princeps nollet, circa derogationem Iurispatronatus debent Pontifici obedire, si statutum esset in contrarium, nisi forsan metu graui excusentur; secus si id à Principe fieret in contemptum Religionis, & Pontificiæ auctoritatis.*

14 *Vsus, & consuetudo, leges, & statuta, per quæ à Regibus, & Principibus sæcularibus cauetur, ne Nuncij possint suam iurisdictionem exercere, quousque suæ Legationis litteras exhibeant Regio Tribunali, sunt contra libertatem Ecclesiasticam, nisi pariter id fiat ex priuilegio & concessione Pontificia.*

15 *Leges, & statuta, quibus cauetur, ne quis possessionem alicuius Ecclesiæ, vel beneficij, sine facultate Principis, vel suorum Ministrorum capiat, sunt contra libertatem Ecclesiasticam, nisi habeant priuilegium Pontificium.*

16 *Ecclesia habet ius immittendi Clericos in possessionem beneficiorum, & Clerici ex statuto laicorum redduntur timidiores, laici autem in statuendo audaciores.*

17 *Possessio Beneficij si legitimè à Clerico capiatur independenter à facultate Principis, nec testes, neque Notarius qui interfuerunt, pœnas statuti incurrunt.*

18 *Quando statutum non valet, pœna in eo apposita non ligat.*

ESPONOETVR affirmatiuè: patet etiam ex dictis *dub. 2.* tum quia nul- 1
lus laicus potest de rebos spiritualibus (qualis est materia beneficiorum) 2
disponere; tum quia nullus laicus potest habere ius præsentandi ad beneficia, nisi fuerit ei à Pontifice concessum; ergo multò minus poterit habere ius excludendi à Pontifice præsentatos, nisi à Pontifice hæc exclusio concedatur. Vide Azotium *1. part. lib. 5. cap. 14. q. 1.* Reginaldum *in prax. tom. 2. lib. 30. tract. 3. c. 11. n. 160.* Barbosam *in Collect. tom. 1. lib. 1. tit. 5. cap. 4. num. 7. & 8.* Tamburiniom *de iure Abbatum, tom. 2. disp. 15. q. 19. num. 21.* & Baldellum *tom. 1. lib. 5. disp. 36. num. 14.* qui propterea (vt infrà) rectè subdont, quod non possint Principes præcipere, vt possessio beneficij sine li- 4
centia, & consensu suo, vel sui gubernatoris, vel præsidis, &c. non apprehendatur.

Obiicies, in Hispania, Gallia, & Flandria vigent 5
huiusmodi statuta, & seruantur; ergo.

Respondetur, cùm talium Regnorum Reges quam maximè pij & Religionis Christianæ præcipui patroni sint, credendum videtur, quod id faciant ex priuilegio, quod ipsis Pontifex in remuoerationem obsequiorum Sedis Apostolicæ, & totius Religionis Christianæ concesserit; in cuius priuilegij conseruationem condiderunt leges, quibus afficiunt grauissimis pœnis, qui tale priuilegium violare tentauerint. Et in hunc sensum saluo Conarruuiam, qoi *in qq. pract. cap. 35. & 36.* talia statuta defeodit.

Cæterùm, an tale priuilegium verè dictis Regi- 6
bus fuerit olim concessum, & dato, fuerit aliquando concessum, modò per Bullam Cœnæ & per Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, &c. quæ incipit: *Romanus Pontifex,* non sit reuocatum viderint (vt sæpiùs dixi) qui affirmant. Salzed. tamen *de leg. Polit. lib. 2. cap. 15. per tot.* præcipuè *num. 90.* affert dispositionem Sixti IV. quoad hoc, scilicet quod beneficia in Hispania aliis præterquam indigenis non conferantur, & asserit, illam (quo fundamento tamen motus, nescio) in vim contractus transiisse, & sic nullo pacto per Bullam Cœnæ reuocari.

Idem cum Azorio *1. part. lib. 5. cap. 14. q. 4.* dico secundò de eo, quod Regis consiliarij solent facere; oempe literas Apostolicas examinare, earumque executiooem (quousqoe compererint, nullum ius Regium, aut laicorum illis derogari) impedire; quod scilicet id faciant ex priuilegio à Pontifice dictis Regibos concesso; cuiusmodi priuilegium etiam,

an

an olim concessum fuerit; & dato, concessum fue-
7 tit; modò per dicta iura reuocatum non sit, simili-
ter me remitto; quamuis opinionem Reges hac via
defendentium non audeam damnare.

Quod dixi; quia alia via, qua alij eos defendunt,
mihi non probatur: fatentur enim isti, quod Re-
ges ex se nullum ius habeant ad recognoscendas,
& examinandas Apostolicas literas, sintnè scilicet
illæ dubiæ, vel certæ; falsæ, vel veræ, subreptitiæ,
vel legitimæ, cùm materia hæc sit omninò spiritua-
8 lis, & Ecclesiastica: sed (quia cuilibet datum est, se
defendere, & illæsum seruare, & Reges, patronique
laici ius habent ex priuilegio Pontificio, quod ex-
teris beneficia, vel pensiones Ecclesiasticæ non
concedantur; & in facti contingentia sæpè experti
sunt, hoc ius sibi subreptitiis literis derogari) sub-
dunt, quod iure naturali possint Reges hoc dam-
num, & iniuriam sibi præcauere; ita vt sic faciendo,
contra voluntatem Pontificis non procedant, sed
potiùs se illi conforment; cum credendum non sit,
Pontificē velle, subreptitias literas effectum habe-
re. Non, inquam, via hæc Regum partes defenden-
di mihi probatur; quia, licet verum sit, si certò con-
9 stet de subreptione literarum, nullam esse obliga-
tionem obediendi, nullumque peccatum committi
in impedienda executione illarum; tamen quia, an-
tequam per Regios consiliarios id examinetur
(quamuis illas sæpè subreptitias reperiri contin-
gat) non constat, non possunt ob defensionem pro-
prij iuris Regij consiliarij hanc examinationem
præstare; quia locus defensioni non est nisi prius
de iniuria constet: tum quia, vel iniuria est noto-
ria ex se, vel solum ex regii tribunalis declaratio-
ne: non primum, quia donec literæ non fuerint exa-
minatæ, non potest de earum subreptione, vel fal-
sitate constare: non secundum; quia nemini datum
est, in causa propria ius sibi dicere; & quia illa de-
claratio est ab incompetenti Iudice, scilicet à sæ-
culari in materia spirituali; & quia ad præmitten-
dam dictam declarationem, debebat iam de iniuria
constare; cùm in tali declaratione iurisdictio vsur-
potur.

Ex his (vt rectè docent Pesantius *tract. de immu-
nit. Ecclesiast. disp.* 17. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *q.* 3.
& Bona *c. de legib. disp.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1 § 1. *num.* 13.)
10 Sequitur, quod non sit liberum Magistratibus, &
Iudicibus sæcularibus literas Pontificias, quibus
beneficia exteris conferantur, reiicere; quamuis li-
citum sit illis de talium literarum subreptione
apud Iudicem Ecclesiasticum deponere; quin etiā,
si in literis iurispatronatus derogatio exprimatur,
ad Summum Pontificem appellare, & interim di-
11 ctarum literarum executionem impedire, modò id
opera Iudicum Ecclesiasticorum efficiant, & sup-
plicationem coram Summo Pontifice legitimè pro-
sequantur; quia (vt *lib. de Parlamentis dub.* 4. *sect.* 11.
subsect. 7. probabam) potest Pontifex iuripatrona-
12 tus, etiam laicorum, derogare, si velit, & in hoc eis
iniuriam non infert, sed iure suo vtitur. Quapro-
pter si Pontifex, non obstante supplicatione laico-
rum, expressè adhuc deroget iuripatronatus illo-
13 rum, debent Iudices sæculares Pontifici obedire,
etiamsi Princeps nollet, & statutum eius esset in
contrarium; nisi forsan metu graui, cadenti scil. in
constantem virum, executentur, in casu, quo id, quod
à Principe fit, non fiat in contemptum Religionis,
vel auctoritatis Pontificis; quia in hoc alio casu,
cùm de iure diuino vita contemni debeat, & meri-
tò; quia est illa in ordine inferiori ad dicta, nullus
metus excusare potest.

Idem dico tertiò de vsu, & consuetudine, de le- 14
gibus, & statutis, per quæ à Regibus & Principibus
sæcularibus cauetur, ne Nuncii possint suam iuris-
dictionem exercere, quousque suæ Legationis lite-
ras exhibeant Regio tribunali, cui de potestate, &
iurisdictione, quam à Pontifice habent, constare
possit; quod scilicet id fiat etiam ex priuilegio, &
concessione Pontificia, & non ex alia via: quia, cùm
id sit totum Ecclesiasticum, non potest per aliam
viam sæculari iurisdictioni submitti. Vide loca su-
pra cit. & præcipuè, quæ *lib. de Parlamentis, dubit.* 4.
sect. 19. *subsect.* 32. dicebantur, & *cap.* 9. *dubit.* 33.
dicentur.

Idem dico quartò de legibus, & statutis, quibus 15
cauetur, ne quis possessionem alicuius Ecclesiæ, vel
beneficii sine facultate Principis, vel suorum mini-
strorum apprehendat; quod scilicet id fiat similiter
ex priuilegio Romani Pontificis, à quo Princeps
habet collationem, & institutionem beneficiorum,
vel priuilegium, vt in ipsius Regno nullus exterus
beneficium possit obtinere (sicuti præter alios do-
cent Martha *de iurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *cas.* 46. *num.* 8.
& 14. & Duardus *in Bullam Cœnæ, li.* 2. *quæst.* 15. *n.* 59.)
& non ex alia via, propter rationes dictas; & quia 16
Ecclesia habet ius immittendi clericos in posses-
sionem beneficiorum, & clerici ex tali statuto red-
duntur timidiores, laici autem audaciores. Atque
ita contra Angelum *consil.* 23. Camillum *in diuers.
iur. part.* 2. *c.* 2. *n.* 197. & Curtellium *in Codice legum
Sicularum in fin. lib.* 1 *c.* 67. *not.* 70. *n.* 9. & *de immunit.
Eccles. lib.* 2. *cap.* 63. docent communiter Doctores,
Martha, & Duardus *in locis supra cit.* Abb. *lib.* 1. *cons.*
83. Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. n.* 96.
Vgolin. *in Bullam Cœnæ p.* 1. *c.* 13. Pesantius *de immu-
nit. Eccles. disp.* 10. Laderchius *cons.* 103. *n.* 4. Baldellus
tom. 1. *lib.* 5. *disp.* 36. *n.* 14. Diana *part.* 5. *tract.* 1. *resol.* 6.
& Alterius *de censur. tom.* 1. *disp.* 16. *lib.* 5. *c.* 5. & 6. vbi 17
propterea rectè subdit, quod si possessio beneficii
legitimè à clerico capiatur independenter à facul-
tate Principis, nec testes, nec Notarius, qui inter-
fuerunt, pœnas statuti incurrant; quia quando sta- 18
tutum non valet, pœna in eo apposita non ligat,
*authent. cassa, C. de sacros. Eccles. & cap. nouerint, de
sent. excomm.*

DVBITATIO XI.

An statutum laicorum (vt Mediolani) præcipiens, nè bona immobilia alienentur externis, disponendo expressè, nè alienentur Ecclesiis, vel clericis, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædictum est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Statutum prædictum prohibet explicitè Ecclesiis, vel Clericis, quod nec naturali, nec diuino iure iis prohibitum est, quinimo iure humano, tam ciuili, quam canonico concessum.*

3 *Ecclesiasticis liberè à laicis conceditur, tam causa mortis, quam inter viuos sua bona alienare posse.*

4 Statutum

4 *Satutum,fi id pracipiat nō folum explicite,fed etiam implicite nullam fc. mentionem faciendo de Ecclefiis & Clericis,fed tantū de laicis vel fubditis,etiam eft cōtra libertatem Ecclefiafticam & cur.*

5 *Nu'la difpofitio generalis comprehendis cafus,vel Perfonas in fpe ie priuilegiatas.*

6 *Generalis difpofitio non comprehendit quod in fpecie difponi non poteft.*

7 *Statutum,quando dubium eft an vergat contra Immitatem Ecclefiafticam,poteft Epifcopus fic ftatuentem cogere,quod declaret fe in ftatuto Ecclefias,& Clericos non comprehendere.*

8 *Satutum difponens non poffe quidpiam vendi ,donari, vel relinqui Clericis,vel Ecclefiis,eft contra libertatem Ecclefiafticam,& fic difponentes funt ipfo iure excommunicati.*

9 *Prafumptio Iuris , & de iure non admittit probationem in contrarium.*

10 *Satuens in generali difpofitione non prafumitur voluiffe comprehendere Perfonas , de quibus etiamfi voluiffet,in fpecie difponere non potuiffet.*

11 *Princeps laicus licet poffit ftatuere de iis , qua funt fua iurifdictioni, non tamen poteft afficere Ecclefiafticos,eorumque bona,vel alio modo infringere libertatem Ecclefiafticam ; quia hoc effet terminos fua actiuitatis excedere.*

12 *Satutum praditum,licet quoad verba non infringat Ecclefiafticam libertatem, infringere tamen quoad mētem,faciendo fraudem de perfona ad perfonam.*

13 *Statutum Principis laici , quemadmodum non poteft directe,ita nec poteft indirecte defectu poteftatis afficere Ecclefias,vel Ecclefiafticos,feu illis praiudicare.*

14 *Non infpicitur cum quo quis loquatur ;fed in quem effectus fermonis eius dirigatur.*

15 *Iudex Ecclefiafticus poteft fic ftatuentem cogere , vt declaret fe in huiufmodi ftatutis non comprehendere Ecclefias,& Ecclefiafticos.*

16 *Senatus Mediolanenfis confueuit feruare,quod praditum ftatutum Clericos non comprehendas.*

17 *Conftitutio Regni Neapolis Federici Imperatoris fimilis pradicta nihil valet;& fuit reuocata per cap. Regis Caroli II. & fic neque feruatur , quod Ecclefia infra certum tempus vendere debeat relictas fibi res ftabiles.*

18 *Lex Regni Sicilia , qua alienationem rerum ftabilium fieri probibet in Ecclefias,reuocata fuit à Carolo II. fubditque fatis effe fi bona ftabilia tranfeant ad Ecclefias cum onere fuo.*

19 *Omnis fimilis conftitutio contra libertatem Ecclefiafticam eft reuocata.*

20 *Paulus V. cum fuo Decreto damnauit contrarium contra Paulum Seruitam de communi fententia Iurifitarum & Theologorum.*

ESPONDETVR affirmatiuè. Patet
1 etiam ex dictis *dubit.* 2.quia tale fta-
2 tutum explicitè prohibet Ecclefiis,
vel clericis,quod nec naturali , nec
diuino iure iis prohibitū eft', quinimmò
iure humano , tam ciuili,
quàm Canonico conceffum , Ergo eft contra libertatem
Ecclefiafticam. Antecedens quo ad pofteriorem
partem patet ex *l* *t*. *l generali,l.iubemus,* 2. *& leg.*
fin.Cod.de facrofanctis Ecclef. vbi conceditur , quod
3 Ecclefiafticis liberè à laicis fua bona,tā caufa mortis,quàm
inter viuos,alienari poffint. Item ex *lib*. 3.
*legum Vifigothorum,tit.*1.*leg.*1.vbi fic ftatuitur: *Quacunque res fanctis Dei Bafilicis,aut per Principum , aut per quorumlibet fidelium cognationes collata reperiuntur votiuè , ac potentialiter pro certo cenfemus , vt in earum iure irreuocabili modo , legum aternitate firmentur.* Item
ex *cap.futurum Ecclefiam,& cap. videntes,* 12.*quaft*. 1.
vbi Pontifex rationem reddit,cur oportuerit Ecclefiis
prædia donari,& femel donata inuariabiliter
retineri;quia fcilicet *plus vtilitatis conferri poterat fidelibus,fi hareditates,& agros,quos prius vendebant ,traderent ipfis Ecclefiis habendos,vt ex fructibus eorum fidelibus prouideretur,quam fi folum pretium confignarent.*
Confequentiam docent communiter Doctores;
Hoftienfis *in cap.fin.de rebus Ecclef. non alien.* Innocent.*in cap. noueris de fent.excommun.num.* 2. Ioannes
Andr *ibidem,num.*1.Abb.*in cap.Ecclefia S.Maria de Conftitut. num.* 23. Felin.*ibid.num.*69.Decius,*num.*6.
Bart.*in l.filius familias,ff.de legat.*1.*& in l. cunctos populos,Cod.de Summa Trinit.num.*29.Bald. *in l.priuileg.*
*Cod. de facrof. Ecclef.num.*1. Lucas de Penna *in l.*21.
Cod.de nauib. non excuf. lib. 11 *num.* 5.Cagnolus *in l. fin. Cod. de pactis num.* 186.Grammaticus *decif.*100.
num. 13. Bertrandus *lib.*1.*conf.* 50.*num.*2.Lapus *allegat.*92.*num.* 2. & Ioan. Lupus *tract.de libert. Ecclef.*
*par.*2.*quaft.*10.*num.*11.*&* 16 Et hoc fatis probabiliter
procedit , non folum, fi ftatutum præcipiat ex- 4
preffè,fed etiam,fi præcipiat implicitè,nullam fcilicet
mentionem faciendo de Ecclefiis , & clericis,
fed tantum de laicis,vel fubditis.Ratio;quia in tali
cafu etiam ftatutum,licet non infringat quoad verba,infringit
tamen quoad mentem,libertatem Ecclefiafticā,faciendo
fraudē de perfona in perfonam:
vnde dici confueuit,quod non tam infpici debeat,
cum quo ftatutum loquatur,fed in quem effectum
fermo eius dirigatur;maximè,quia nulla difpofitio 5
generalis comprehendit cafus,vel perfonas in fpe- 6
cie priuilegiatas ; & generalis difpofitio non comprehendit,quod
in fpecie difponi non poteft,*l. Lucius , §. penult. ff ad mancip.* Quapropter in tali cafu
(ficut etiam in omni alio fimili , quo dubium eft,
quod ftatutum vergat contra immunitatem Eccle- 7
fiafticam)poterit Epifcopus fic ftatuentem cogere,
quod declaret,fe in ftatuto Ecclefias,& clericos non
comprehendere ficuti *cap.*5.*dubit.*7.*fect.vlt.& lib. de Parlament.Dubit.*30 *fect.*24.dicebamus,& determinauit
Sacra Congregatio Immunitatis die 7. Decembris,1632.

Confirmatur Refponfio; quia *in cap fin.de im-* 8
munit. Ecclef. in 6. expreffè dicitur, quod ftatutum
difponens , non poffe quidpiam vendi , donari,vel
relinqui clericis , vel Ecclefiis,fit contra libertatem
Ecclefiafticam;quapropter fic difponentes ipfo iure
funt excommunicati;vt patet ex textu ibi,& docent
Anchoranus *num.* 1. Geminiano *num.* 4. Abb.*in cit.cap.Ecclefia S.Maria.num.*22.Imola *ibid.num.*11.
& Riminaldus *vol.*1. *confil.*15.*num.*87.

Non obftat,fi dicas, citatum textum præfumere
folum id effe contra libertatem Ecclefiafticam, ibi:
Dùm talia in derogationem libertatis Ecclefiaftica prafumantur.

Refpondetur enim , cùm lex id præfumat,& fuper
præfumpto difponat,effe præfumptionem iuris,
& de iure,& fic non admittere probationem in cō- 9
trarium,*cap.is,qui fidem,*vbi gl.*in ver.Contra prafumptionem de fponfalibus,*Felinus *in cap. quanto de prafūpt. num.* 3. Bald. *in l. fiuè poffidetis,Cod.de probat.num.*6.
Roman. *Confil.* 350. *num.* 18.*in fin.*Alexander.*confil.* 91. *num.* 9. *volum.* 6.Gabriel *confil.* 31.*num.*22.*vol.*1.
& Alciatus *de prafumpt. in pralud. in* 2.*par. num.* 5.
& 6.

Confirmatur fecundò,quia propterea,quod ftatutum
laicorum prohibens bona alienari in non
fubditos,non comprehendat Ecclefias ,vel clericos 10
(quia præfumitur ftatuens voluiffe in generali dif-

pofitione

positinne comprehendere personas de quibus, etiamsi voluisset, in specie disponere non potuisset) & quatenus intendit comprehendere, non valeat defectu potestatis, & sit contra libertatem Ecclesiasticam, docent communiter Doctores, Bart. *in cit. l. filius famili. §. ff. de legat. 1. num.* 12. ibid Angel. *n.* 4. Fulgosius *num.* 6. Alexander, *num.* 11. *& seqq.* Iason *num.* 71. *& seqq. & num* 81. subdens opinionem hanc esse communem, & tenendam, præsertim, quia fauet Ecclesiæ. Ripa. *num.* 81 Soccinus *num.* 166. *& seqq.* Io. Crotus *num.* 88. & alij passim, & meritò;
11 quia Princeps laicus, licet possit statuere de iis, quæ sunt suæ iurisdictionis, non tamen potest afficere Ecclesiasticos, eorumque bona, vel alio modo infringere libertatem Ecclesiasticam; quia hoc esset terminos suæ actiuitatis excedere, & vltra Sphæram suam prætendere: quapropter si sic disponeret, dispositio defectu potestatis esset nulla, & iniusta, si non ratione materiæ, vtpotè forsan iustæ, & rationabilis, quam disponeret, saltem quia sic disponendo, vsurparet iurisdictionem, quam non habet. Vide *cap. Imperator,* 16. Surdum *consil.* 301. *num.* 45. *vol.* 3. Suar. *de censur. disp.* 4. *sect.* 6. *num.* 3. & quę dicebantur *l. in. de Parlamentis Dubit.* 30. *per totam*, præcipuè *sect.* 1. 2. 3. *& finali; & supra cap.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 1 *& vlt.*

Non obstat, si dicas, Principem prohibere in dicto statuto alienationem bonorum suis subditis, quibus potest id prohibere, *l. de pollicitat. in fin. de pollicit. & l. si ita quis, ff. de verb. obligat.*

12 Respondetur enim, dictum statutum, licet quoad verba (cùm præcipiat subditis) non infringat Ecclesiasticam libertatem, infringere tamen quoad mentem, faciendo fraudem de persona ad personam, vti *supra & cit. Dubit.* 30. dicebam, & docent gl. Io. Andr. Ancharanus Geminianus *in cap. fin. de immunit. Eccles. in* 6. Angel. *in l. filius familias, §. Diui, ff. de legat.* 1. *num.* 4. Abb. *in repet. cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. numer.* 27. *&* 31. Socinus Senior. *consil.* 56. *num.* 2. *volum.* 1. *& consil.* 14. *num.* 1. *volum.* 4. Albanus *consil.* 8. *num.* 12. *&* 20. Surdus
13 dus *consil.* 301. *num.* 76. *volum.* 3. & Reginald. Iunior. *consil.* 15. *num.* 92. *volum.* 1 Statutum autem Principis laici quemadmodum non potest directè, ita nec potest indirectè, defectu potestatis (vti etiam *supra, & cit. Dubit.* 10 dicebam, & ex communi docent Felinus *in cit. cap. Ecclesia S. Maria de constitut. num.* 89. & Surdus *in co fi.* 301. *num.* 7.) afficere Ecclesias, vel Ecclesiasticos, seu illis præiudicare; quia
14 non inspicitur cum quo quis loquatur, sed in quē effectus sermonis eius dirigatur, vti etiam locis cit. dicebam, & docet Abb. *in repetit. cit. cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. num.* 11 Parisius *consil.* 17. *num.* 63. *volum.* 1 Reginaldus Senior *consil.* 167. *num.* 32. *& seqq. vol* 2 & Ladeich. *consil.* 1n *num.* 9.

15 Quapropter potest Iudex Ecclesiasticus sic statuentem cogere, vt declaret, se in huiusmodi statutis non comprehendere Ecclesias, & Ecclesiasticos; vti etiam ibidem dicebam, & docent Paludanus *in* 4. *dist.* 8. *q.* 3. *art.* 3. *ass.* 14 S. Antonin. *part.* 3. *tit.* 24. *cap.* 18 Ledesma *in* 4 *part.* 4 *q.* 26. *art.* 2. §. 23. Sayrus *in Claue Reg. lib. cap.* 34. *num.* 17. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 27. item Io. Andreas *in cap. cet., fin de immuni. Eccles. in* 6 *num.* 4 Ancharanus *ibid. num.* 1. *& consil.* 135. *num.* 8. *in fin.* Geminianus *num.* 4. Franchus *num.* 2. *& in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constitut.* Felinus *ibid. num.* 75. 85. *&* 107. Butrius *in cap.* 1. *de consuetud. & consil.* 40. *num.* 2. Cardinalis *in cap. perpendimus de sent. excommu. num.* 13. *& consil.* 144. *num.* 2. vbi allegat textum *in cap. statutum de haret. in* 6. item Astensis *part.* 2. *lib.* 7. *tit.* 2. *cas.* 43. Angelus *ver. Excommunicatio,* 7. *cas.* 26. *num.* 2 Rosella *cod. verb.* 33. *n. num.* 1, & Siluester. *cod. verb.* 9. *num.* 50.

Atque ita quod scilicet statutum, de quo loquimur in præsenti sectione, sit contra libertatem Ecclesiasticam patet ex *cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6 & ex iis, quæ dicebam *cit. Dubit.* 30. *sect.* 1. 16. *&* 24. *lib. de Parlament.* & suprà *cit. cap.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 1. *& vlt.* & docent ex communi Albericus *tract. de statut. par.* 2. *q.* 2. *num.* 10. *& seqq.* Paulus de Castro *consil.* 89. *num.* 1. *lib.* 2. Alex. *consil.* 110. *num.* 1. *& consil.* 211. *num.* 3. *vol.* 2. Butrius *consil.* 40. Curtius Senior *consil.* 62. *& consil.* 72. *n.* 13. Barthol. Socinus *consil.* 14. 155. Vulpius *consil. n.* 1. *& consil.* 71. *n.* 10. *l.* 4. Marian. Socinus *consil.* 76. *num.* 30 *lib.* 3. vbi dicit, esse communem opinionem, Ripa *consil.* 2. *n.* 5 *lib.* 2. Rolandus à Valle *cōsil.* 22. *n.* 19. Petrus Ancharanus *consil.* 355. Vulpius *consil.* 23 *n.* 16. *vol.* 2. Calderinus *consil.* 12. Iason *consil.* 161. *num.* 15. *lib.* 2. *& in cap. fin. de immunit. Eccles. in* 6. *num.* 82. *& seqq. & in l. filius familias, §. Diui. ff. de legat.* 1. *num.* 72. Bossius *in prax. crimin. tit. de Principe, num* 39. *& tit. de pœnis, num.* 43. Baldus *consil.* 132. *lib.* 1. *& in l. fin. Cod. de sacros. Ecclesiis. num.* 17. Bartol. & passim Iuristæ *in cit. l. filius familias §. Diuē ff. de legat.* 1. *in l. fin. Cod. de sacros. Eccl. & in l. fin. Cod. de exactoribus lib.* 1. Ripa *in* [illegible] *num.* 81. *& in cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut.* vbi dicit esse opinionem communem Iuristarum, & Canonistarum, Crottus ibid. vbi similiter dicit esse communem per textum *in* [illegible] *de rebus non alienand. in* 6. Adde tu cum Angelo de Perusio *in dist. §. Diui,* & per textum *in cap. fin. de immunit. Eccles. cod. lib.* Clarus *in pract. crimin. q.* 82. §. [illegible] *num.* 2. vbi etiam dicit esse communem, Michael Crassus *in communibus lib.* 2. *ver. statutum, q.* 12 Tiraquellus *ad leges connubial. gloss.* 8. *num.* 172. Rosella, *ver. Excommunicatio,* 33. *num.* 3 Bursatus *consil.* 93. *n.* 23. *lib.* 1. S. Antonin. 3. *par. tit.* 24. *cap.* 18. Tabiena *ver. Excommunicatio,* 5. *cas.* 20. *num.* 5. *ad* 4. *argum.* Felinus *in cit. cap. Ecclesia S. Maria de constitut. q.* 9. *num.* 89. Abb. *consil* 83. *lib.* 1. *& in cap. relatum* 1. *de testament. num.* 5. *& in cap. à nobis, de sent. excommun. notab.* 3. *n.* 5. Zabatella *consil.* 66. *num.* 2. Siluester. *ver. Excommunicatio,* §. 9 *num.* 30. Suar. *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 6 Reginald. *in prax. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 22. *n.* 359. Comitolus *in tract. Apolog. cap.* 1. *num.* 18. Vgolinus *in Respons. ad Iurisconsu. Gymnasij Patauini cap.* 6 §. 1. *&* 2. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 10. *num.* 272. Bonius *in respons.* ad M. Paulum *part.* 3. *fol* 3. Collegium Bononien. *in respons. pro liber. Ecclesiastica, n.* 18. *&* 19 Theologi Religionis Seruorum *in defens. censur. Pauli V. cap.* 7. *num.* 27. *fol.* 142 Regens de Ponte *in Resp. pro censura Veneta fol.* 104. Bernardus Giusti *in defens. libert. Eccl. fol.* 19. Riminaldus *consil.* 11. *num.* 101. *volum.* 2. Vigianus *tract. de immunit. Eccles. disp.* 3. *concl.* 2. Duardus *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *Can.* 15. *q.* 19. *num.* 83 Surdus *lib.* 3. *consil.* 301. *num.* 67. Barbosa *in collect. ad lib.* 1. *Decret. tit.* 2. *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut. num.* 29. *tom.* 1. Fagnanus *tract. de iustitia Censur. Pauli V. part.* 3. *fol.* 42 *& seq.* Genuensis *tricenar.* 13 *q* 379 *num.* 5. Martha *de iurisd. Eccl. part.* 4. *cent.* 1 *cas.* 6. *num.* 6. Bellettus *in Disquisit. cler. part.* 1. *tit.* 4 §. 4. *num.* 1. & 4. & alij, quos *cit. c.* 5. *dubit.* 7. *sect.* 1. *vlt.* & *cit. Dubit.* 30. *de Parlam.* citabam & sequebar. Item sic docent Menoch. *lib.* 9. *consil.* 878. *num.* 10. *in fin.* & Maynardus *de priuileg. Eccl. part.* 2. *art.* 22. *n.* 67. *& seq.* qui testantur, Senatum Medio- 16
lanensem consueuisse seruare, quod prædictum statutum clericos non comprehendat. Item & ita 17
docet Afflictus in Commentarijs Constitutionum regni

regni Neapolis, vbi deueniens ad Constitutionem quã similẽ cõdiderat Federic. Imperator. *lib. 3. const. t. 26. n. 11.* ait, quod talis Cõstitutio nihil valeat; quia nõ potuit ille contra libertatẽ Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum prohibere; quod non relinquantur res stabiles Ecclesiis: quapropter meritò (subdit ipse) dicta Constitutio fuit tota reuocata per cap. Regis Caroli II quod incipit: *Item statuimus* & sic neque seruatur, quod Ecclesia infra certum tempus vẽdere debeat relictas sibi res stabiles; quod & docent etiam Theologi Religionis Seruorum,
18 Bouius, & Regens de Ponte *in locis supra cit.* & Gueuara *in Tra. de libert. Eccles. § 6. assert. 1. num. 10.* vbi similiter ait, quod nihil obstet lex Regni Siciliæ, quæ alienationem rerum stabilium fieri prohibet in Ecclesias; quia lex illa reuocata fuit à Carolo II. (vt constat ex *lib. Const. ex cap. vtr. Sicila in cap. Caroli II. incip. Item statuimus*) subditque satis esse, si bona stabilia transeant in Ecclesias cum onere suo, iuxta *l. pen. Cod. de exactor. tribut. lib. 10.* & iuxta doctrinam
19 Bartoli *in l. rescripto, § s num 5. de mun. & honor* Subditque secundò, omnem aliam similem cõstitutionẽ, tanquam contra libertatem Ecclesiasticam, reuocatam etiam esse, vt constat ex *Authent. Cassa, & irrita, Cod. de sacros. Eccles. & ex to. 3. Concil. ad fin. Constantiensis Concilij*, quod & tradit etiam Ioan. Imbertus Rupellan. *forens. Instit. lib. 4. cap. 6* Petr. Pechius *de amortizat. cap. 6. num. 1.* & innumeri alij Doctores, Concilia, & Pontifices, quos citat Diana *par. 6. tract. 3. sect. 6* Quapropter non mirum, si contrarium in specie contra Paulum Seruitam damnauerit Paulus V. in Decreto edito 17 Augusti 1606. cum communi sententia Iuristarum, Canonistarum, & & Theologorum. Vide etiam, quæ dicentur *infra dubit. 12. & 13.*

SECTIO II.

Sententia contraria Aduersariorum.

SVMMARIVM.

1 *Publicum bonum, & publica necessitas non tribuit iurisdictionem laico, vt statuere possit circa Ecclesias, & Clericos, contra fundamentum Molinæ & ceterorum.*

2 *In condenda lege est semper necessaria causa publica.*

3 *In alienatione tam rei minoris quam Ecclesiæ requiritur decretum legitimi Iudicis.*

4 *Statutum, si in genere tantum precipiat sub nullitate actus, quod externis immobilia non alienentur, modo, quo dicetur alia sectione, sufficienter prouidet bono publico.*

5 *Princeps laicus, licet disponat in bonum commune, & in fauorem Ecclesiæ, præcipiendo, vel prohibendo, non vero priuilegiãdo, vel permittendo tantum, non debet de Ecclesia, vel Clericis expresse disponere.*

6 *Ex forma præcepti, vel prohibitionis colligitur an intentio disponentis sit in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ.*

7 *Lex Principis laici non potest inducere inhabilitatem in Ecclesiam, & Ecclesiasticos sibi non subditos, idque etiam in ordine ad eorum bona.*

8 *Bona sequuntur Personam, & sic bona Clericorum gaudere debent immunitate.*

9 *Bona Ecclesiæ & Ecclesiasticorum si subiecta essent legibus Principis laici, per indirectum etiam Personæ foro seculari subiecta essent, & ad illud traherentur.*

10 *Id procedit etiam in casu quod laici haberent in rebus Ecclesiasticis dominium vtile.*

11 *Potestas laica cum non possit punire Ecclesiasticos in persona, neque potest eos punire in bonis.*

CONtrarium tamen dixerunt Molina *de iust. & iur to. 2 tract. 2. disp. 140 num. 10.* Graffius *in decis. par. 1 lib. 4. cap. 18. num. 233.* Dried *de libert. Eccles. lib 2. cap. 3.* Signorol. *consil 21.* Ortiz *1. de immunit. Eccles. par. 3. dub. 3. fundam. 1.* Pereira *de manu Regia par. 2. cap. 38. 39. & 67.* Curtellius *ad leg. dicti Federici cap. 24. not. 16. & cap. 85. not. 90 & de libert. Eccles. lib. 2. quæst. 58.* & complures Iuristæ, vt Richardus de Saliceto, Barbarius, Baldus *in cap. quæ Ecclesiarum de Constitut. num. 8. & cap. clericis, de iudic. num 2.* (quamuis postea se retractauerit *in consil. 132. lib. 3. & l fin. Cod. de sacros. Eccles.*) & alij, quos refert, & sequitur Anguianus *in tract. de legib to. 1. lib. 2. contr. 15. num. 33. & seqq.* moti ex eo, quod tale statutum sit propter bonum commune, & subditorum, vt scilicet eis salua bona immobilia conseruentur.

Sed ad hoc istorum Doctorum fundamentum facile respondetur ex dictis; præsertim si dicatur, quod 1
publicum bonum, & publica necessitas non tribuat iurisdictionem laico, vt statuere possit circa Ecclesias, vel clericos, vti supra, *& in cit. dubit. 30.* dicebatur, *& patet ex cap. bene quidẽ, dist. 96. cap. continua 11. q. 1. cap. quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. cap. at si clerici, cap. qualiter de iudiciis, cap. 2. de foro compet. cap. non minus, cap. aduersus de immunit. Eccles. cap. quamquam de censuris in 6. cap. clericus, cap. fin. de immunit. Eccles. eod. lib. & in Extrauag. 1 eod. tit.*
Et vlterius probatur, quia, cùm semper in condenda lege necessaria sit causa publica, semper lex Prin- 2
cipis laici ligaret clericos; tum quia vtilitas, seu necessitas alienãdi tribueret in alienatione rei Minoris, vel Ecclesiæ iurisdictionem, & facultatẽ alienandi Tutori, vel Administratori, quod tamen fal- 3
sum est; cùm adhuc in dictis casibus requiratur decretum legitimi Iudicis, tam in alienatione rei Minoris (vt habetur *in l. 1. ff de rebus eorum. & in l. magis puto, § ne possim. & § si æs alienum eod. tit*) quam in alienatione rei Ecclesiæ, vt habetur *in cap. fine exceptione caus. 12. q. 2. cap. tua nuper. de his, quæ fiunt à Prælatis*, & docet gl. *ibi*, & communiter Doctores, quos citat, & sequitur Tiraquellus *de legib. Connub. gl. 8. n. 97.* Crottus *in l filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 1. n. 80.* Rodoanus *de rebus Eccles. non alien. quæst. 10. num. 19.* Lessius *de iust. & iur. lib. 2. c. 24. dub. 11.* & alij passim.

Adde, quod bono publico sufficienter prouide- 4
tur, si statutum ad summum in genere tantum præcipiat, quod externis (alioquin actus sit nullus) immobilia non alienentur modo, quo *infra sect. 14. in fine, & sect. 16.* dicetur.

Adde secundò, quod licet Princeps laicus dispo- 5
nat in bonum commune, & in fauorem Ecclesiæ (præcipiendo scilicet, vel prohibendo, non verò priuilegiando, vel permittendo tantum, vt *supra dubit. 2.* dicebam) non debet de Ecclesia, vel clericis disponere, vt *in cit. sect. 2.* dicebam. Et vlterius probatur;
quia ex forma ipsius præcepti, vel prohibitionis col- 6
ligitur intentio disponentis esse in præiudicium libertatis Ecclesiasticæ, sicuti rectè dixit Felinus *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. num. 15.* & Cardinalis *in cap. perpendimus de sent. excomm. num. 13.* tum quia lex Principis laici non potest inducere inhabilitatem in Ecclesiam, & Ecclesiasticos sibi non subditos, *arg. l. 1. §. final. de tutor. & curator. & l. pupillorum eodem tit.* idemque etiam in ordine

8 dine ad eorum bona, sicuti docent Bartol. & Bald.
in l. cunctos populos, ex eo; quia bona sequuntur
personam; & sic eorum bona gaudere debent im-
munitate, qua gaudent personæ, sicuti tradit gl.
in cit. cap. Ecclesia, ver. personis, & ex communi
docet Mandellus *consil.* 387. *num.* 5. & nos diffu-
sè dicebamus *lib. de Parlament. Dubit.* 24. Et me-
ritò; quia (sicuti docet Abb. *in cit. capite Eccle-*
9 *sia*) si bona Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum subii-
cerentur legibus Principis laici, eorum ratione
per indirectum Ecclesiasticorum etiam personæ
foro seculari subiicerentur, & ad illud traheren-
tur; quod præter Abbatem *loc. suprà cit.* docet
ibid. Felinus *num.* 10. Decius *num.* 38 & Guena-
ra *in propugnaculo immunit. Eccles. assert.* 1. §. 6.
10 *num.* 56. etiam in casu quod laici haberent in re-
bus Ecclesiasticis dominium vtile, vt *in cap. quæ
in Ecclesiarum de constitut.* cum adductis à Tira-
quello *de retract. Lignagier.* § 1. *gl.* 15. *numero* 3.
11 *&* 8. Vnde contra nonnullos Iuristas sequitur,
quod si potestas Laica punire non potest Ecclesia-
sticos in persona, neque etiam illos punire pos-
sit in bonis; quia hoc ipso, quod punire posset
illos in bonis, iurisdictionem exercere in eosdem
posset in persona. Vide Gueuaram *loc. suprà cit.* Sur-
dum *consil.* 101. *num.* 65. Sacram Rotam *in Decis.* col-
lectis à Paulo Rubeo in Burgensi Iuris præsiden-
di die 9. Decembris, 1633. *decis.* 753. *n* 8. *& seqq.* &
quæ dicebam *lib. de Parlament. Dubit.* 4. *sect.* 19 *sub-
sect.* 13. *&* 16. *& Dubit.* 26. *sect.* 3. & dicebam *cap.* 9.
dubit. 35.

SECTIO III.

Difficultas Prima, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Priuati possunt ex pacto, & testamento pro ipsorum interesse conuenire, ne Bona alienentur in Ecclesias.*

2 *Potestas Principis non potest idem per statutum, quia tunc valet argumentū de pacto ad statutum, quando militat eadem ratio, sicuti est in casu, de quo agitur.*

3 *Priuatus quilibet est rei suæ moderator, & arbiter, & nullibi reperitur prohibitus, quominus possit disponere, quod ipsius bona non transeant in Ecclesiam.*

4 *Princeps non est Dominus bonorum subditorum & prohibetur contra Ecclesiam id statuere, cum expressè in iure reperiatur Ecclesia priuilegiata, vt à quolibet ipsi donari possit.*

5 *Item quod à quolibet ipsi, & Clericis vendi possit.*

6 *Item tandem, quod non fiant statuta contraria dictis priuilegiis.*

1 OBiicies primò, possunt priuati ex pacto, & te-
stamento pro ipsorum interesse conuenire,
nè bona alienentur in Ecclesias, *l. fin. Cod. de
pact. inter emptor. & vendi.* Ergo & potest Prin-
ceps pro iure sui vniuersalis dominij, & interesse
Reipublicæ idem per legem statuere. Consequen-
tia probatur; quia valet argumentum de pacto ad
statutum, *l. fin. Cod. de fideiuss.*

2 Respondetur cum Felino *in capite Ecclesia S.
Mariæ de constit. numero* 89. Surdo *consil.* 2. *numero*
8. *volum.* 1. & Euerardo *in locis legalibus, in loco
à pacto ad legem, & statutum, num.* 6. nego con-
sequentiam; & ad probationem *in l. fin.* Respon-
deo distinguendo, valere argumentum de pacto ad
statutum, quando militat eadem ratio, concedo;
quando diuersa, nego. Et sic est in casu nostro; 3
quia priuatus quilibet est rei suæ moderator, &
arbiter, *l. in re mandata, Cod. mandat.*, & nulli-
bi reperitur prohibitus quo minus possit dispone-
re, quod ipsius bona non transeant in Ecclesiam;
quinimmò de bonis suis disponens, potest quod-
cunque onus reale in ordine ad Ecclesiam, illis
apponere, *capite verum de condit. appos.* Et sic,
cùm saltem non reperiatur in iure expressè con-
trarium dispositum, illi stari debet; gl. *in cit. cap.
verum*, & nos dicebamus *cap.* 1e 5 *dubit.* 1. *sect.* 1.
& dubit. 31. *lib. de Parlament. Dubit.* 24. *sect.* 5. At se- 4
cus est in Principe, qui vult prohibere, ne Eccle-
siæ, vel clericis bona sua à subditis vendantur,
alienentur, vel donentur; quia ipse non est eorum
Dominus, & expressè in iure reperitur prohibitus;
id prohibere; cùm expressè in iure reperiatur Ec-
clesia priuilegiata, vt à quolibet ipsi donari possit,
l. illud, Cod. de sacros. Eccles. Item quod à quoli-
bet ipsi relinqui possit. *l.* 1. *Cod. eod.* Item quod 5
à quolibet ipsi, & clericis vendi possit. *l. fin. Cod.
de sacros. Eccle. & cap. fin. de immunit. Eccles. in* 6. Item 6
tandem, quod non fiant statuta contraria prædictis
priuilegiis, *cit. cap. fin.*

SECTIO IV.

Difficultas Secunda, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens quod ingrediens monasterium, non succedat, non valet, contra Bartolum, & est communis sententia Iuristarum.*

2 *Statutum disponens quod bona Ingredientis non transeant ad Monasterium, non valet.*

3 *Statutum in specie excludens stantibus masculis mulieres Religiosas à successione ab intestato, siue dictum statutum loquatur de ingressa, siue de ingrediente, non valet.*

4 *Statutum excludens in genere mulieres, & consequenter sic excludens mulieres Religiosas, valet.*

5 *Mulier, cum transeat in Monasterium cum succedendi impotentia ex vi talis statuti non fit per ingressum Monasterij conditionis deterioris.*

OBiicies secundò, valet statutum, quod
ingrediens monasterium non succedat, vt
docet Bart. *in l. fin. Cod. de pactis, numero* 6.
Ergo.

Respondetur, nego antecedens. Atque ita con- 1
tra Bartolum habet communis sententia Iurista-
rum, teste Iasone *cit. l. fin. numero* 25. Decio *ibid.
numero* 28 Cagnolo *num.* 105 Paulo de Castro *in l. si
quis ad quod, ff. de iurisdict. omn. iud.* & Ripa *in l. exa-
cto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebellianum, num.* 39.
& determinauit S. Rota in vna Assisiensi bono-
rum die 31. Maij 1606. & docet Abb. *in repet. cap.
Ecclesia S. Mariæ de Constitut. numero* 35. cum aliis
Canonistis. Vnde nec valet statutum disponens, 2
quod bona ingredientis non transeant ad mona-
sterium: nec etiam valet statutum in specie exclu- 3
dens, stantibus masculis, mulieres Religiosas à suc-
cessione ab intestato; siuè dictum statutum loqua-
tur de ingressa, siuè de ingrediente, Ancharanus
consil. 108. *n.* 1. *&* 2. Abb. *in c. quod clericus de foro*

compet.num.40. & consil.111. num.4. vol.2. Felin. *in cap. in præsentiarum de probat. num.38. & in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constit. num. 78.* Decius *ibid.* vbi cum Alexandro *consil. 138. num. 13. vol. 2.* Sociuo Seuinri *consil.81. num. 5. vol. 1. & consil. 241. num. 2. vol. 2* Ruino *consil. 104. num. 10. volum. 1.* & Rolandu *consil. 35. num. 26. volum. 3.* dicit, esse npinionem
4 magis communem. Quamuis valeat statutum ex-
cludens in genere mulieres; & consequenter sic
excludens mulieres Religiosas; quia tunc mu-
5 lier, cùm transeat in monasterium cum succeden-
di impotentia, ex vi talis statuti non fit per in-
gressum monasterij conditionis deterioris. Ruinus *consil. 45. num. 15. volum. 1.* Hundedeus *consil. 11. num. 37.* Sncinus senior *consil. 81. numer. 5. volum. 1. & consil. 230. numer. 8. volum. 2.* Socinus Iunior, vbi dicit esse magis probabilem, & communem, cum Parisio *cons. 40. n. 16. & 24. volum. 3.*

SECTIO V.

Difficultas tertia, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quodcumque prohibens alienationem in Ecclesiam, vel Clericos, omnium bonorum, vel tantum immobilium, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *In materia dicta alienationis rationes æquè locum habeat in vtroque casu, & valet argumentum de toto ad partem.*

3 *Plus, & minus non variant speciem.*

4 *Libertas Ecclesiastica sicut læditur. quando læditur in toto; ita etiam læditur quando læditur in parte.*

5 *Iurisdictio statuentis sicut deficit, quando prohibet Ecclesiæ fieri acquisitionem in toto, seu generaliter; ita etiam deficit, quando prohibet fieri acquisitionem in parte, seu in particulari.*

6 *In cap. quæ in Ecclesiarum statutum laicorum non est generale, nec in totum prohibet Ecclesiæ acquisitionem fieri; sed tantum quoad Dominium vtile rerum emphyteoticarum Ecclesiæ, & Clericorum.*

7 *Item in cap. Ecclesia S. Mariæ statutum non est generale; sed etiam Ecclesiæ fieri acquisitionem prohibet in particulari.*

8 *& 9 Vide etiam alia capitula prohibentia in particulari.*

1 OBiicies tertiò; Est contra libertatem Ecclesiasticam statutum, si prohibeat in Ecclesiam, vèl clericos alienationem omnium bonorum; secus si prohibeat alienationem bonorum tantum immobilium; Ergo, &c.

Respondetur, nego antecedens; quia cùm Canones, Doctores, Paulus V. & etiam ipse Rex Carolus
II. huiusmodi statutum damnauit, non damnauit
(vt patet ex dictis) quia prohiberet illud in Eccle-
siam, vel in clericos alienationem generalem om-
nium bonorum, sed quia prohiberet alienationem
bonorum immobilium tantum. Vide etiam Feli-
num *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. n. 118.* &
2 Franchum *in c. fin. col. 2. fin.* vt omittam, quod ratio-
nes æquè locum habeant in vtroque casu; & valeat
argumentum de toto ad partem, *l. quæ de tota, ff. de rei*
3 *vindicat.* & plus, & minus non varient speciem, *l.*
fin. ff. de fundo instructo; & in casu nostro clara res
4 est; quia sicut læditur libertas Ecclesiastica, quando
læditur in toto, ita etiam læditur, quando læditur
in parte; quam tamen libertatem Ecclesiasticam in-
ra exigune intactam. Item sicut deficit iurisdictio
statuentis, quando prohibet Ecclesiæ fieri acquisi- 5
tionem in toto, seu generaliter, & in omni casu, ita
etiam deficit, quando prohibet fieri acquisitionem
in parte, seu in particulari, & in certo casu. Et sic
falsum est, quod ad hoc, vt statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam, requiratur, quod prohibeat Ecclesiis, vel clericis fieri acquisitionem in toto, seu generaliter, & in omni casu; & non sufficiat, *si fiat in parte*, seu in particulari, & in certo casu, nempe bonorum stabilium.

Accedit, quod *in cap. quæ in Ecclesiarum*, statutum 6
laicorum non est generale, nec in totum prohibet
Ecclesiæ acquisitionem fieri; sed tantum quoad dominium vtile rerum Emphyteoticarum Ecclesiæ, & clericorum, & sic in certo casu, quando scilicet dominus vtilis pateretur paupertatem. Item *in c. Ecclesia S. Mariæ* statutum nec est generale, sed etiam 7
Ecclesiæ fieri acquisitionem prohibet in particula-
ti, quando scilicet res esset litigiosa. Item *in c. fin. de* 8
immun. Eccl. in 6. statutum prohibet etiam in particulari, per particulam disiunctiuam, *quicunque clericis vetat, vel emi*, &c. ad cuius veritatẽ sufficit, quod vna pars sit vera, *l. si hæredi plures, ff. de condition. institution. & in l. cum pupillus, ff. de condition. & demonstrat.* Item tandem *in c. quanto, de priuileg.* statutum 9
prohibet etiam tantum in particulari, Ecclesiæ acquisitionem fieri, scilicet ex furnis, & molendinis; & tamen omnia hæc statuta, tanquam contra libertatem Ecclesiasticam, si clericos, vel Ecclesias includant, in dictis iuribus reprobantur.

SECTIO VI.

Difficultas quarta, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non potest statuere nec super bona Ecclesiis, vel Clericis acquisita, nec super bona acquirenda.*

2 *Expressè prohibentur laici onera imponere, vel exigere ab Ecclesiasticis super bona quæcumque habeant acquisita, vel in posterum acquirenda.*

3 *Priuilegia quæcumque titulo Ecclesiasticis concessa competunt non solum pro bonis iam acquisitis; sed etiam pro bonis in futurum acquirendis.*

4 *Prælatus licet non possit præiudicare Ecclesiæ in acquisitis, potest tamen præiudicare in acquirendis.*

5 *Princeps laicus non potest præiudicare Ecclesiæ in acquirendis per statutum, etiamsi id non faciat malo animo.*

6 *In læsione immunitatis Ecclesiasticæ non tam attendi debet animus quam effectus.*

OBiicies quartò, alind est statuere super bona Ecclesiis, vel clericis acquisita, ac super bona acquirenda; ergo, licet Princeps laicus non possit statuere super iis, non est, cur non possit statuere super his. Sic Baldus *in c. quæ in Ecclesiarum, de constitut. num. 8.*

Respondetur cum Albano *tract. de immunit. n. 12.* 1
& Mandello *consi. 8. num. 20.* nego consequentiam; quia Canones indistinctè loquuntur, tam respectu bonorum acquisitorum, quàm acquirendorum; vt patet ex *cap. bene quidem 96. distinct. & cap. ea enim, 10. q. 2. desumpto, ex l. iubemus, §. 1. Cod. de sacros. Eccles. cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut. & cap. fin. de rebus Eccles. non alien.* Accedit, quod sumus in fauorabilibus, quæ potius sunt amplianda,
quàm

2 quàm restringenda. Accedit secnndò, quod *in c. 1. §. fin. de immunit. Eccles. in 6.* expresè prohiberur laicis; onera imponere, vel exigere ab Ecclesiasticis super buna, quæcumqne hactenus acquisita, vel in
3 posterum acquirenda: & meritò; quia priuilegia quocumque titulo Ecclesiasticis concessa, competunt non solum pro bonis iam acquisitis, sed etiam pro bonis in futurum acquirendis, vt patet *ex cu. l. iubemus, §. 1. de sacros. Eccles. & tit. c. ea enim, 10. q. 10.* & ex iis, quæ dicebam *lib. de Parlamentis, dubit. 24. 25. & 28.* & suprà *cap. 5. dubit. 6.*

4 Instabis, Prælatus, licet non possit præiudicare Ecclesiæ in acquisitis, potest tamen præiudicare in acquirendis, Ergo, &c.

Respondetur, transeat antecedens (quod dixi, quia licet id neget Baldus *in l. contra iuris, §. 1. ff. de pact.* Alexand. *in l. legatum, ff. de legat. 1. numer. 2.* Ancharan. *in cap. vt super, de rebus Eccles. non alienand. num. 6.* Imola *ibid. num. 16.* tamen id affirmant Iason *in tit. l. legatum, n. 15. & 16* & Federicus de Senis *consil. 9.* & dicunt esse communem.) nego tamen consequentiam: & disparitas est: quia in casu nostro expresè est decisum contrarium, *cit. c. 1. §. fin. de immunit. Eccles. in 6.*

5 Vrgebis, Princeps laicus saltem potest per statutum præiudicare Ecclesiæ, & clericis in acquirendis, si id non faciat malo animo. Baldus *consil. 11. num. 3.* & Mandosius *in addit. ad Lapum, allegat. 42.* Ergo, &c.

6 Respondetur, nego antecedens; quia in læsione immunitatis Ecclesiasticæ non tam attendi debet animus, quàm effectus, vt patet in læsione iustitiæ; & dicam *infrà dubit. 14. sect. 5.* & dicebam *lib. de Parlamentis, dubit. 30. sect. 6. & suprà cap. 5. dubit. 7. sect. 6.*

SECTIO VII.

Difficultas quinta, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Diminutio Regni non est sufficiens causa statuendi contra libertatem Ecclesiasticam; sed patet recursus ad summum Pontificem, si Principes se sentiant grauatos.*

Obiicies quintò, ex frequenti translatione bonorum in Ecclesias, & Ecclesiasticos ita minui possunt vires Regni, vt, quæ supersunt, in damnum commune non sufficiant ad defendendum Regnum. Ergo, &c.

1 Respondetur, nego antecedens. Atque ita docet experientia tot seculorum: nec mirum; quia supplet propterea Deus superabnndanter. Quod si forsan nimis grauatos se sentiant Principes, non de facto contra immunitatem Ecclesiasticam statuant, sed ad Pontificem recurrant: vt rectè dixit Hostiens. *in cap. cum laicis, de reb. Eccles. non alien. n. 10.* Vide, quæ dicentur *infra sect. 9.*

SECTIO VIII.

Difficultas sexta, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Leuitæ, & Sacerdotes veteris legis quando dicuntur nihil possedisse, intelligitur quod non per sortem, vt ceteri possidebant, sed quod possidebant titulo eleemosynæ.*

Obiicies sextò, Leuitæ, & Sacerdotes veteris legis nihil stabile possidebant Ergo. 1

Respondetur, nego antecedens; & patet ex *cap. 25. Leuit. & cap. 32. Ierem.* videri etiam poterit Sancius *in Ezech. cap. 44. vers. 28. num. 59* Bzouius *in analogia veteris Ecclesiæ, cap. 7. q. 6. num. 5.* Nicolaus Maistre *de sacro patrimonio, lib. 1. c. 10.* & Valenzuela *in defens. censur. Pauli V. part. 5. num. 97.* Quod si quando in scriptura dicitur, quod ij nihil stabile possidebant, id dicitur, quia quidquid tale possidebant, titulo eleemosynæ, & non per sortem, vt cæteri possidebant.

SECTIO IX.

Difficultas septima, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Cupiditas Ecclesiasticorum in acquirendis superfluis compesci debet ab ipsismet Ecclesiasticis, ipsorumque superioribus, non à laicis, qui in illos iurisdictionem non habent.*

2 *Periculum non est, quod omnia tandem deueniant in manus Ecclesiasticorum, idque demonstrat experientia tot seculorum; ex quibus Ecclesia Dei fundata est.*

3 *Vtilitas publica, ne laici nimis onerentur collectis, præferri non debet priuatæ Clericorum.*

4 *Clerici, si non grauantur collectis, grauantur saltem pluribus aliis oneribus Ecclesiasticis directis ad bonum spirituale ipsorum laicorum.*

5 *Ecclesiasticorum diuitiæ quo magis crescunt, eo magis crescit eleemosynarum onus, & cura multiplicandi numerum Ecclesiasticorum.*

Obiicies septimò, saltem compesci debet cupiditas Ecclesiasticorum in acquirendis superfluis, ne tandem omnia in manus ipsorum deueniant. Ergo. 1

Respondetur, transeat, si sint superflua, in quo casu tamen compesci illa debet ab ipsismet Ecclesiasticis, ipsorumque superioribus, non à laicis, qui in illos iurisdictionem non habent Cæterum, quod omnia tandem deueniant in manus Ecclesiasticorum, periculum non est, vti supra dicebam demonstrare experientiam tot seculorum, ex quibus Ecclesia Dei fundata est. Vide Theologos Religionis Seruorum *in defens. cens. Pauli V. c. 7. fol. 107.* Vgolinum *in respons. ad Iurisconf. Par. cap. 6. num. 3. & 4.* Vigiannum *de immunit. Eccles. disp. 3. fol. 53.* Comitolum *in apol. pro ministerio Pauli V. cap. 3. num. 6.* Ortiz *de immunitat. Eccles. part. 3. consider. 4.* Torrinm *in Apol. pro libert. Eccles. fol. 26.* Iulium Roffum *in Respons. ad M. Antonium Caprilum, part. 4. cap. 6. fol. 174.* Bernardum Iustum *in defens. libertat. Eccles. fol. 57.* & Collegium Bononiense *in consil. pro libert. Eccles. num. 31. & seqq.* vbi rectè ait, quod vtilitas pnblica, ne laici nimis onerentur collectis, præferri non debeat priuatæ clericorum; quia vt bona apud clericos maneant, respicit etiam pnblicam vtilitatem, quæ publica vtilitas præfertur vtilitati publicæ profanæ. Accedit, quod clerici, si non grauantur collectis, (quibus tamen quandoque grauantnr) grauantur saltem pluribus aliis oneribus Ecclesiasticis directis ad bonũ spirituale laicorum

2

3

4

laicorum ipsorum;& quod, quo magis dictæ diuitię crescunt,eo magis crescit eleemosynarum onus, & cura multiplicandi numerum Ecclesiasticorum.

SECTIO X.

Difficultas Octaua, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Vsus nonnullarum Prouinciarum recensetur,qui tamen sect.12.& 13 examinabitur.*

1 OBiiciea octauò,Sic seruatur in Gallia,Germanica Brabantia, & Lusitania,vbi Ecclesiastici non possunt sine amortizatione, & dispensatione Principis bona immobilia acquirere. Item & in dominio Veneto;cum hac tamen moderatione , vt illi infra biennium bona immobilia donata,vel testamento relicta extra manum ponere , & alienare teneantur.Ergo.

Respondetur,de hac re dicam *infrà dub.12.& 13.*

DVBITATIO XII.

An statutum laicorum (vt in Regno Galliæ,Valentiæ,Germaniæ , Brabantiæ , & Lusitaniæ)pręcipiens,nè bona,vulgo dicta de Realengo,in Ecclesias , vel clericos sine licentia Regis transferantur , sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statum recensitum in titulo, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Regis dum requiritur licentia, ab ea dependet omnis contrectatio,& sic non est libera;sed adhuc contra libertatem Ecclesiasticam.*

3 *Lex amortiZationis lata à Ioanne II.in Regno Castella,reuocata postea fuit à Catholico Rege Philippo II.*

4 *Carolus II.Sicilia Rex similem legem reuocauit,satisque arbitratus est,si bona immobilia cum onere suo ad Ecclesiam transirent.*

5 *Non solum ius diuinum;sed etiam Constantinus magnus liberam cuique decedenti facultatem fecit,relinquendi quacumque voluerit Ecclesiis.*

6 *Rex à principio non fuit Dominus omnium bonorum sui Regni,nisi quoad iurisdictionem.*

7 *Leges amortiZationis non sunt mixta Laicorum & Clericorum lata in Comitiis Curiatis omnium statuum.*

8 *Non quod fiat,& factum sit,at quod fieri debet spectandum est.*

9 *Tolerantia Pontificis in iis,qua sunt contra libertatem Ecclesiasticam non est approbatiua, sed tantum permissiua,ad euitandum sc.maiora incommoda.*

10 *Priuilegium dictis Regnis per summum Pontificem concessum,quando reuera esset, & non sit reuocatum, d.statuta saluaret.*

11 *Allegans priuilegium, debet de illo in authentica forma docere.*

12 *Stante iustitia statuti , de quo loquimur adhuc possent in Ecclesiis, & monasteriis probabiliter institui Capella,Oratoria,& anniuersaria Missarum.*

REspondetur affirmatiuè,patet etiam ex di- 1
ctis *dubit.2.*tum quia dum Regis licentia 2
requiritur,ab eo dependet omnis contrectatio,& sic non est libera,sed adhuc contra libertatem Ecclesiasticam. Atque ita docent Felinus *in cap. Ecclesia S. Maria de constit. num.* 86. Lapus *allegat.92. num.7.* Silu.*ver. Immunitas, 2. numero 5.* Antonius Bouius , Iulius Roffus,Fagnanus,Franc. Cælius , Anast. Germonius Collegium Bononiense *in locis infra citandis* , Valenzuela *in defens. eiusd. Pauli V.part.3.* Guenara *in propugn.libert.*
Eccles. assert. 1.§.6.numero 21. qui *numero 22.* sub- 3
dit , quod lex amortizationis lata à Ioanne II. in Regno Castellæ , reuocata posteà fuerit à Catholico Rege Philippo I I.) Petr. Iacobus *in pract. tit. de successione Regni Franciæ, fol. 76.pag. 2. col. 4. in 1.impress.* Annæus Robertus *lib. 2. rerum iudicatarum c.21.* Tannerus *in defens.Eccles.libert.lib.2.c. 17.* Theologi Seruitæ *in defens. cens. Pauli V. capite 7. ad argum. 8.* Maynardus *de priuileg. cler. part. 2. art. 22. numero 52.* Vgolinus *in Respons. ad Iurisconsl. Pat. cap.6.*Regens de Ponte *in Respons.pro cens. Veneta fol. 83. & seqq.* Corneus *vol. 3. consil. 64. numero 4.* (vbi citat Zabarellam) Laderchius *consil.103. num. 1.& seqq.* Bastidia *in Antidoto ad considerationem Pauli Seruita ad argum. 47.* Ioan Valerus *in differ. vtriusque fori , ver. bona , differ. 3. per totam* , Diana *part. 1. tract. 2. resol. 103.* & Io. Cochier. *in vindiciis libertatis Eccles. part.*
1. capite 11. per totum ; vbi *numero 6.* obseruat, 4
quod Carolus II. Siciliæ Rex similem legem reuocauerit , satisque arbitratus sit , si bona immobilia cum onere suo ad Ecclesiam transirent. Et ratio dictæ nostræ sententiæ vlterius est ; quia non solum ius diuinum , sed etiam Constantinus Magnus liberam cuicumque decedenti fa-
cultatem fecit relinquendi quæcumque voluerit 5
Ecclesiis, vt patet ex *l. 1. Cod. de Sacros. Eccles.* vide etiam *capite 1.& capite fin. de immunit. Eccles. in 6.* Bartolum , Alexandrum,Ruinum,Iasonem,& alios *in cit. l. 1. Cod. de sacros. Eccles.* & quæ dicebantur *suprà dubit. 11.* & quæ dicentur *infra dubit. sequenti.*

Quamuis oppositum doceant Olibanus *in tract. de iure fisci , cap. 7. num. 31.* Curtellius *de Eccles. libertate lib. 2. quæst. 104.* & Pereira *de manu Regia part.2.cap.67.num.9.& seq.* non omnino improbabiliter ; non quidem ex eo , quod (vt ipsi volunt) agatur de bonis acquirendis, & non de acquisitis; quia contrarium,etiam quoad illa,verum esse,probabam *suprà cit. dubit. 11.* Neque ex eo , quod (vt alij volunt,inter quos Belluga *in specul. Principum Rubr. 14. §. veniamus , num. 30.& 31.*)à principio omnia fuerint Regis ; & sic Rex in traditione rei propriæ potuerit apponere legem amortizatio-
nis ; quia Rex à principio non fuit dominus om- 6
nium bonorum sui Regni, nisi quoad iurisdictionem , vt *in l.benè à Zenone , & ibi* gl. communiter recepta , *Cod. de quadr. præs.* cùm Rex à populo potestatem habeat , *§. sed quod Principi placuit de iure nat.*& dicebam etiam *suprà cit. dubit.12.*
Neque ex eo , quod (vt volunt alij) hæ leges 7
amortizationis sint mixtæ laicorum , & clericorum latæ in Comitiis Curiatis omnium statuum; quia hoc etiam non obstare probabam *cap.5.dubit.*
14.sect.5.& lib.de Parlam.Dubit.27. sect. 8. Neque 8
ex eo,quod sic seruetur de facto ; quia , non quod fiat,& factum sit, at quod fieri debeat,spectandum est,*l.sed licet.ff.de offic. Præsid. & cap.cum causam , de elect.*

Sed

9 Sed ex scientia, & tolerantia Pontificis; vel potius (cùm hæc tolerantia fortasse non sit approbatiua, sed tantum permissiua, ad euitanda scilicet maiora incommoda, vt alibi dicebam.) ex priuilegio eiusdem Pontificis (si verè tamen de hac re priuilegium Regibus illorum Regnorum Regnorum à Pontifice sit concessum;& modò non sit per Bullam Cœnæ,& per Bullam Vrbani VIII.super præseruatione iurium sedis Apost. &c. quæ incipit *Romanus Pontifex*; reuocatum, iuxta illa,quæ supra dubit. 10.dicebatur)atque ita dictum statutum, de quo loquimur, defendont Antonius Bouius *in Responsi. ad Paulum Seruitam par. 3. argum.* 10.*fol.* 42. Tortius *in Apologia pro libert. Eccles. fol.* 14.Paponius *lib. 1. cap. 5. num.* 5. Iulius Roffus *in Responsf. ad M. Antonium Capellum par. 4. cap. 1. & seqq. ad argum.* 27. Fagnanus *de iustitia censur. Pauli V. par. 5 fol.* 81. Franciscus Cœlius *tract. de immunit. Eccles.* Anastasius Germonius *in Assert. libertatis Eccles. cap. 7. fol.* 73.& Collegium Bononiense *in Responf. pro libertate Eccles. num.* 39. Vide omninò quæ cit. dubit. 10. dicebantur,quibus addo duo.

11 Primum, quod qui priuilegium se dicit habere, teneatur illud in authentica forma demonstrare, *cap. 1. de fide instrument. & cap. porrò de priuileg.* & tradone ibi Abb. Decius, & alij, quos citat & sequitur Barbosa *in collect. to. 2. lib. 5. tit.* 33. *cap. 3. numer.* 5. Saora *in voto Platonis, de primo instantiis, & aliis recursibus. §. 1. fol.* 48. *col.* 2. & Pesantius *tractatu. de immunit. Eccles. disp.* 3. *numer.* 2. & determinauit Rota Romana in vna Oscensi Canonicatus die 1. Decembris; 1595.

12 Alterum, quod etiam stante iustitia statori, de quo loquimur, adhuc possint in Ecclesiis, & monasteriis probabiliter institui capellæ, oratoria, & anniuersaria Missarum, & sub hoc titulo illis iustè relinqui bona stabilia; quia, cùm aliter fieret, experientia compertum est huiusmodi obligationem breui temporis interuallo euanuisse, in magnum piarum mentium detrimentum. Vide Germonium *de libertate Eccles. cap. 7. fol.* 75.

DVBITATIO XIII.

An statutum laicorum præcipiens, vt bona Ecclesiæ relicta, intra certum tempus vendantur, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1. *Huiusmodi statutum in titulo recensitum est contra libertatem Ecclesiasticam.*
2. *Alexender IV. in cap. 1. §. fin. de immunit. Eccles. in 6. vtitur his verbis. Nec etiam liceat illud ipsas Ecclesiis, vel Personas, ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum iam acquisita, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.*
3. *Statutum Senarum, quo cauebatur vt Hospitale S. Mariæ teneretur vendere possessiones, est contra libertatem Ecclesiasticam.*
4. *S. Rota Romana inuehit contra nonnulla Responsa Iurisstarum, qui vel spe lucri, vel adulandi gratia Principibus laicis, in luce clara sponte caecutire voluerunt, scribendo contra libertatem Ecclesiasticam.*

RESPONDETVR, affirmatiuè; 1 patet etiam ex dictis *dubit.* 2. peserim, quia loquitur explicitè de Ecclesiis, vel clericis; Atque ita docent Hostiensis *in cap. fin. num* 5 *de rebus Eccles. non alien.* Archidiaconus *in cap. Romana, num.* 13. *de appellat. in* 6. (vbi allegat textum *in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. & in cap. cùm laicis de rebus Eccles. non alien.*) Speculator *tit. de locato, §. nunc aliqua, num.* 142. Surdus *lib.* 1. *consil.* 2. *n.* 20. & 21. Maynard. *de priuileg. Eccles. par.* 1. *art.* 22. *nu:* 44. & alij communiter Doctores, quos citabam, & sequebar *supra sect.* 11. & 12. quoidquidin contrarium dixerit Cutellius *de Eccles. libert. quæst.* 58 & 64. Quinimmò Alex. IV. hanc conditionem, tanquam contra libertatem Ecclesiasticam, damnauit *in cap.* 1. *de immunit. Eccles. in* 6. & notarunt Ioan. Andr. *in cap. fin. eod. tit num.* 2. Abb. *in cap. relatum, de testamen. num.* 5. & Ancharan *consil.* 61. *num.* 2. & *consil* 155. *num.* 6. Vide quæ cit. *dubit.* 11. dicebatur; vide etiam Rotam Rom. quæ in vna Venera cēsurarum sic habet: Quod verò attinet ad illum articulum particularem, vt Ecclesia intra certum tempus, v.g. vnius, vel duorum, vel duodecim annorū, bona immobilia vendere laicis teneatur, illum expressè damnauit Alex. IV. *in cap.* 1. §. *fin de immun. Eccles. in* 6 his verbis: *Nec etiam* 2 *liceat illud ipsas Ecclesias, vel personas ad distrahendum, aut extra manum suam ponendum iam acquisita, vel qua deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.* Vnde non valere statutū laicorum contrarium disponens, notarunt ibidem Geminianus *n.* 5. *vers. Nota, quod laici,* Francus *n.* 5. Decius *in c. Ecclesia S. Mariæ n.* 92. *vers.* 8. *non valet statutum, de constit.* & Bald *in Authēt. hoc ius porrectum n.* 18. *vers. & propterea non valet. Cod. de sacros. Eccles.* vbi agit contra statutum Senarum, 3 quo cauebatur, vt Hospitale S. Mariæ teneretur vēdere possessiones. Idem tenuit Hostiensis *in cap. cum laicis, num.* 5 *super verbo de alienatione, de rebus Ecclesiæ non alienād.* & Archidiac. *in cap. Romana, num.* 13. *verb. consuetudine, de appellat. in* 6. Hucusque S. Rota Romana, quæ paulo post sic subdit: Cùm in hac mate- 4 ria Sacrorum Conciliorum, & Romanorum Pontificum diuina Respōsa, quę clara sont, seruari debeāt, non oporret admodum solicitè quærere, cur aliqui Iuris ciuilis potissimum Interpretes contrariū consuluerint; nec anxiè laborare, vt eorū responsa singulariter respondeatur; cùm notum sit, eos sæpe vel lucri cupiditate, vel studio adulandi Principibus laicis, vel sacrorum Canonum imperitia, sic in trāsuersum actos, vt in luce clarā spōtè cæcutire voluerint. Sic S. Rota Romana Quod si contrarium alicubi seruatur in praxi, id fortasse fit ex priuilegio à Sede Apostolica concesso, quod an aliquando fuerit reuera concessum; & dato fuerit aliquando reuera concessum, modò reuocatum non sit, videane, qui diaerint, iuxta ea, quæ supra *dubit.* 10. & 11. dicebantur.

DVBITATIO XIV.

An statutum laicorum præcipiens, ne victualia v.g vinum, frumentum, legumina, oleum, &c. è territorio extrahantur, vel eò introducantur, etiam à clericis, quia ea ex prædiis suis collegerint, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædicta in titulo recensita disponens, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Statutum etiam implicitè loquens de Clericis, seu de eorum bonis; licet videatur continere Ecclesiæ fauorem, & patrocinium, non valet, nisi tantum priuilegiando.*

3 *Statutum Laicorum generale (siue actiuum, siue passiuum) v.g. de non extrahendo, vel introducendo in Ciuitatem vinum, frumentum, &c. vel de non alienando immobilia in non subditos nulla facta mentione de Ecclesia, vel Ecclesiasticis Personis, licet respectu laicorum sit validum, Clericos tamen non comprehendit.*

4 *Statutum Laicorum generale non comprehendit Clericos, tam defectu potestatis, quam defectu voluntatis; quia cum hoc sit impossibile statuenti, non præsumitur.*

5 *Impossibilium nulla est dispositio.*

6 *Nemo videtur manum imponere ad sibi illicita, & impossibilia.*

7 *In dubio non præsumitur quis voluisse in sua dispositione comprehendere ea, de quibus expressè disponere non potest.*

8 *Statutum eo magis est contra libertatem Ecclesiasticam, si non respiciat vtilitatem publicam; sed tantum vtilitatem priuatam aliquorum.*

9 *Clerici nullo pacto, neque indirectè, & secundum vim directiuam tenentur, & obligantur ad statutum non respiciens bonum publicum; sed priuatum aliquorum prout in titulo præsentis sectionis.*

10 *Statutum Laicorum eo magis est contra libertatem Ecclesiasticam, si contra ipsum violantes pœnam inferat; quia Laicus in Clericos iurisdictionem non habet, præsertim punitiuam.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè. Patet
2 etiam ex dictis *dubit.* 2. quia loquitur
de clericis, de quibus, & de quorum
bonis statutum laica le(etiam, si Ecclesiæ fauorem, & patrocinium continere videatur) loqui non valet, nisi tantum priuilegiando, vel permittendo, non autem præcipiendo, vel vetando, *vt suprà dubit.* 2. *num.* 16. *&* 17. dicebamus. Atque ita contra Menochium *tom.* 8. *consil.* 800. *num.* 38. Pereiram *de manu Regia part.* 1. *concord.* 291. Mexiam *in pragm. taxa panis concl.* 5. Bobadillam *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *num.* 117. Auiles *in cap.* 17. *prætor. gl.* 1. *num.* 12. Rouitum *prag.* 2. *de extract. num.* 16. *fol.* 207. Gintbam *obseru.* 1. *num.* 21 Curtellium *de Ecclef. Libert. lib.* 2. *q.* 69. & Lagunam *in allegat. art.* 2. *num.* 52. docent Grammaticus *decis.* 100. *num.* 15. Bursatus *lib.* 1. *consil.* 42. *num.* 28. Io. de Amico, *consil.* 18. *num.* 17. Rolandus *lib.* 4. *consil.* 61. *num.* 22. Baiardus *in addit. ad Clar.* §. *fin. q.* 82. *num.* 87. Azor. *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *q.* 13. Martha *de iurisdict. part.* 4. *cas.* 83. *num.* 1. Bellettus *in Disquis. cleric. part.* 1. *tit.* 6. §. 3. *num.* 1 Faustus *in specul. Confess. disp.* 33. *q.* 20. Gueuara *in propugn. libertatis Ecclef. assert.* 1. §. 3. *num.* 11. Sperellus *decis.* 12. *num.* 45. Genuensis *in prax. c.* 74. *n.* 4. Carpanus *ad statuta Mediolanens. in Præludio num.* 183. Montanarus *in pragmat. de administratione ciuitatis, num.* 86. *& seq.* & Ciarlinius *in controuers. forens. lib.* 1. *c.* 31. *per totum.*

Vide etiam alios Doctores, & præcipue Baldum *in cap. cùm venissent, num.* 6. *de eo, qui mittitur in possess. & consil.* 300. *num.* 4. *lib.* 1. apud Dianã *part.* 6. *tract.* 8.
resol. 4. qui aiunt, quod statutum laicorum gene- 3
rale (siuè actiuum, siuè passiuum) v.g. de non extrahendo, vel introducendo in ciuitatem vinum, frumentum, &c. vel de non alienando immobilia in non subditos, &c. nulla facta mentione de Ecclesia, vel Ecclesiasticis personis (licet respectu laicorum sit validum, iuxta communem Doctorum sententiam, de qua testatur Albericus *tract. de statut. part.* 2. *q.* 2. *num.* 10. & Cortellius senior *consil.* 27. *num.* 8.) clericos tamen non comprehendat; ex eo, quia, si generaliter disponit, non faciens mentionem expressam de Ecclesia, vel Ecclesiasticis personis, debet intelligi secundùm ius, si verò eos exprimit, quamuis verbis eos comprehendat; nihil facit; quia defectu potestatis nihil potest in eos re ip-
sa; & sic, quod, licet statutum sit generale, clericos 4
non comprehendat, tam defectu potestatis (quia in illos iurisdictionem non habet) quàm defectu voluntatis; quia, cùm hoc sit impossibile statuenti, nõ præsumitur ad id eius voluntas extendi: impossi-
bilium enim nulla est dispositio, *l. confessionibus* 5
ff. de interrogat. actionib. tum quia nemo videtur
manum imponere ad sibi illicita, & impossibilia. *l.* 6
miles, §. *reatu,* vbi Angelus, *ff. ad leg. Iuliam de adulter.*
& Ancharanus *in Repetit. cap.* 1. *num.* 19. *de constit.* tũ 7
quia in dubio non præsumitur voluisse in sua dispositione comprehendere ea, de quibùs expressè disponere non potest, *l. Lucius,* §. *vlt. ff. ad Municipal. & cap. à nobis.* 1. *de sententia excommunicationis.*

Et eo magis statutum est contra libertatem Ec- 8
clesiasticam, si non respiciat vtilitatem publicam, sed tantum vtilitatem priuatam aliquorum, vt si prohibeat extrahi è ciuitate, vel introduci in ciuitatem vinum, vel frumentum, &c. recollectum extra territorium, in fauorem illorum, qui habent vineas, & prædia in territorio; quia tunc ad huius-
modi statutum, vtpotè non respiciens bonum pu- 9
blicum, sed priuatum aliquorum, nullo pacto, neque etiam indirectè, secundùm vim directiuam, tenentur, & obligantur clerici, vt in eadem *Dubit.* 2. dicebatur; & docent Baldus *lib.* 2. *consil.* 198. *verb. non obstat.* Ripa *tract. de peste, tit. de remed. ad conseruandam vbertatem, num.* 122. Grammaticus *cit. decis.* 100. *num* 15. *&* 16. Io. de Amico *cit. consil.* 18. *in fin.* Martha *part.* 4. *centur.* 1. *cas.* 2. *num.* 10. *& seqq.* Couar. *in cap. possessor. par.* 2. §. 4. *num.* 8. *de regul. iuris in* 6. Menochius *cit. consil.* 800 *num.* 30. Bursatus *cit. consil.* 42. *num.* 18. *& consil.* 93. *num.* 26. Sperellus *decis.* 13. *num.* 10. Diana *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 4. Bellettus *loc. supra cit. num.* 3. Andr. de Isernia in proœm Const. Regni, & in tit. quæ sint regalia propè finem, vers. attendenda est, Rouitus *ad pragm.* 2. *de extract. num.* 15. & alij contra Mexam *super pragm. taxa panis concl.* 5. *numero* 17. & Morlam *p.* 2. *titulo* 1. *q.* 16. *num.* 19.

Et iterum eo magis statutum est contra liber- 10
tatem Ecclesiasticam, si contra ipsum violantes pœnam inferat; quia laicus in clericos iurisdictionem non habet, præsertim punitiuam, vt in eadem *dubit.* 2. dicebamus; & determinauit S. Rota in Romana donatione die 23. Iunij 1634.

Vide etiam, quæ *lib. de Parlamentis Dubit.* 40 *sect.* 15. 16. 17. 18. 19. *&* 20. *per suas subsectiones* dicebantur, & quæ *c.* 9. *dubit.* 1. *& seqq.* dicentur.

***

SECTIO

SECTIO II.

Corollaria.

SVMMARIVM.

1 *Ministri laici non possunt tempore penuriæ compellere Clericos ad vendendum frumentum, vel quid aliud simile, sed hoc fieri debet, nisi periculum sit in mora, à Prælato competenti Ecclesiastico.*

2 *Ministri laici neque possunt vexare famulos, colonos, vel ministros alios clericorum, qui de eorum mandato frumentum, vinum, vel quid aliud simile è Territorio, vel Ciuitate extrahunt, vel eo introducunt.*

3 *Operarij ad nihil tenentur, quando obediunt mandato Conductoris, in re, quæ de sui natura non sapit delictum.*

4 *Ministri laici neque possunt auferre res Clericorum, quæ è Territorio, vel Ciuitate extrahuntur, vel eo introducuntur.*

5 *Ministri laici neque possunt res Clericorum destruere verbi gratia frumentum vel vinum &c. quod Clerici ex propriis prædiis recollectum per laicos vendunt.*

1 EX dictis sequitur primò, quod non possint ministri laici tempore penuriæ compellere clericos ad vendendum frumentum, vel quid aliud simile, &c. sed hoc debeat fieri (nisi periculum sit in in mora) à Prælato competenti Ecclesiastico; cùm necessitas publica non præbeat auctoritatem laicis supra clericos, vt *in cit. locis* dicebamus: quapropter Sacra Congregatio die 19. Iunij 1592. determinauit, quod Clerici non tenentur sua frumenta, & blada Iudici laico, sed Episcopo denunciare.

2 Sequitur secundò, quod neque possint vexare famulos, colonos, vel ministros alios clericorũ, qui de eorum mandato frumentũ, vinum, vel quid aliud simile, &c è territorio, vel ciuitate extrahunt, vel eo introducunt; sicuti docent Cierlinius *lib. 1. cap. 31. in fin.* & Spetellus *decis. 12. num. 61. & decis. 14. num. 7.* qui etiam testatur; ita sæpe respondisse sa-

3 cram Congregationem immunitatis. Et vlterius probatur; quia operarij ad nihil tenentur, quando obediunt mandato conductoris, in re, quæ de sui natura non sapit delictum, ex gloss. *in l. in rem, §. signum de rei vendicat.* communiter recepta, teste Decio *in l. velle, de regul. iur.* tum quia in tali casu ministri laicorum nullum ius habent in re, & sic indicium non substantiatur in illis, sed in clericis, quorum negotium agebant; quapropter causa spectat ad forum Ecclesiasticum, & sic si illa vsurpetur, erit indirectè facere contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam.

Sequitur tertiò, quod neque possint auferre res

4 clericorum, quæ è territorio, vel ciuitate extrahuntur, vel eò introducuntur; sicuti in cit. locis etiam dicebamus; & docet Spetellus *cit. decis. numer. 59.* contra Curtellium, & alios quos ibidem referebamus: id enim habet rationem pœnæ, quam defectu iurisdictionis, præsertim coërcitiuæ, seu punitiuæ, in clericos exercere non possunt ipsi, sed solum Ministri Ecclesiastici; cùm, si iurisdictionem illi nõ habent in personam, consequens sit, quod neque iurisdictionem habeãt in bona, quæ sequuntur personam.

Sequitur quartò, quod neque possint res clericorum destruere, v. g. frumentum, vel vinum, &c. 5
quod clerici ex propriis prædiis recollectum per laicos vendunt (ex causa, quod improbum illud sit) quoquo modo perdere, verbi gratia in terram, vel in mare proiicere; sed solum possunt laico illas vẽdenti, per modum iustę defensionis impedimentum præstare, & iubere, ne vendat, & interim ad Iudicem Ecclesiasticum, vt prouideat, recurrere.

SECTIO III.

Prima difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Bonum publicum, & necessitas publica, non tribuit laico iurisdictionem, vt possit in Clericos statuere.*

2 *Bono publico sufficienter prouidetur si statutum loquatur de aliis, nullo pacto loquendo de Clericis.*

3 *Statutum latum propter bonum publicum, & publicam necessitatem quamuis indirectè, & secundum vim directiuam, non semper ligat Clericos, sed solum quando illud, neque directè, neque indirectè lædit immunitatem Ecclesiasticam.*

4 *Clericis res suas vbicumque voluerint vendere, non prohibetur neque de iure Diuino, neque de iure humano.*

5 *Statutum, quod tollit Clericis, id quod de iure communi illis competit, multo magis lædit immunitatem Ecclesiasticam.*

6 *Statutum laicorum prohibens subditis suis ne Clericis, seu Personis Ecclesiasticis quidquam vendant, vel ab eis emant, est in derogationem libertatis Ecclesiastica.*

7 *Alexander IV. arguit magistratus seculares, qui Immunitatem & libertatem Ecclesiasticam lædere nitebantur, & quomodo.*

OBiicies primò, tale statutum est propter bonum publicum; ergo non est, cur absque eo, quod lædat libertatem Ecclesiasticam, clericos non comprehendat.

Respondetur, nego consequentiam; quia, vt supra *Dub. 22* dicebatur, bonum publicum, & necessitas publica non tribuit laico iurisdictionem, vt possit in clericos statuere; præsertim, quia bono publico sufficienter prouidetur, si statutum loquatur 2
de aliis, nullo pacto loquendo de clericis, quia tunc ad tale statutum, vtpotè iustum, & rationabile, cùm bonum publicum, & vtilitatem publicam respiciat, obligabuntur clerici, saltem indirectè, secundùm vim directiuam; & ad idem statutum seruandum compellentur à Iudicibus Ecclesiasticis (querela ad illos delata) vel iisdem pœnis ab ipso statuto impositis, vel potius mitioribus. Qua de re dixi *in cit. dub. 2. & lib. de Parlamentis ciuit. Dub. ius. 4. sect. 18. 19. & 20. per suas subsectione*; & dicam *cap. 9. dub. 1. & seqq.*

Dixi, *obligantur iure clerici, saltem indirectè, secundùm vim directiuam*; quia statutum latum propter 3
bonum publicum, & publicam necessitatem non semper (quamuis indirectè, & secundùm vim directiuam) ligat clericos, sed solum, quando illud neque directè, neque indirectè lædit immunitatem Ecclesiasticam (*vt suprà dub. 2. & c. 5. dub. 7. & lib. de Parlamentis Dubit. 30 sect. 1. 2. & 14.* dicebamus; & docent Salas *de legib. disp. 14. sect. 8. num. 92. & seqq.*

Molina *de iust.to.1.tract.2.disp.31.num.15.* Regeus de Ponce *in respons.super censur.Pauli V.fol.* 13. Collegium Boonienſe *in respons.pro libert.Eccles.num.* 14.Baldellus *lib.5.disp.33.num.*14.& alij,quos citat, & sequitur Diana *par.6.tract.*8 *resol.*4. & probatur; quia alioquin semper clerici indirectè, secundùm vim directiuam,tenerentur ad leges Principum secularium;cùm semper hæ, vt sint iustæ, ferantur propter bonum publicum, & publicam necessitatem)quod non contingit in statuto de non extrahendo,vel introducendo vinum, vel frumentum, &c.in ciuitatem (sicuti neque propter eandem rationem contingit in statuto de non alienando immobilia in non subditos,& in similibus aliis statutis,de quibus supra,& infra.)quandoquidem neque de iure diuino, neque de iure humano prohibetur clericis res suas, vbicumqua voluerint, vendere; quinimmò id eis conceditur, vt *in cit. Dubitat.* 30. *sect.*1.*&* 14.*& cit.cap.5.dubit.7.sect.*1.16. *& seqq.*dicebatur;& ex S. Rota docet Nouarius *de grauaminibus Vassall.to. 1.grauam.62.n.* 2. Menochius *consil.* 626.*n.*14.*vol.*7. Sperellus *decis.*11.*num.*40. *& decis.* 13.*nu* 6.Carpanus *ad statut. Mediolanens. in Prælud. num.*583.Molfesius *in Summ.to.*2.*tract.*11. *cap.5.nu.* 47.*&* 119.& Montanarus *in pragmat. de administr. Ciuit.n.*87.*& seqq.*At statutum prohibens, vel præcipiens clericis id, quod eis neque de iure diuino, neque humano prohibetur., vel præcipitur, lædit immunitatem Ecclesiasticam,vt ibidem dicebamus & docent Reginaldus *to.*1.*lib* 9.*cap.* 13. *num.* 358. Sayr.*de censur.lib.*3.*cap.*19.*num.* 9. Sousa *in Bullam Cœn.cap.*16.*disp.*84.*concl.*3.Filliucius *to.*1. *tract.*16.*c.* 10.*num.*270.Duardus *in Bullam Cœn.lib.* 2.*can.*15.*q.* 19.*num.*1.& alij,quos refert,& sequitur Diana *res. cit.*ergò,&c.

Et multò magis lædit Immunitatem Ecclesiasti-
5 cam statutum, quando tollit clericis id, quod
positiuè de iure communi illis competit; cùm multò magis contra immunitatem Ecclesiasticam sit, tollere eis id, quod eisdem positiuè competit de iure communi,quàm quod non prohibetur,vel positiuè competit ex priuilegio; vt ibidem etiam dicebamus;& docet Decius *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num.*7.*de Constitut.*Baldus *consil.* 300.*num.*4.*lib.*1.Socinus *consil.*56.*num.*2.*lib.*1.Couar.*in reg. possess.par.*2. §.4.*num.*8 & alij complures Doctores apud Dianam *resol.cit.*& determinauit S. Rota Romana in vna Sulmonensi die 7. mensis Iunij 1617. & in vna Hydruntina pecuniaria die 16. mensis Iunij 1641.
6 Quapropter meritò in *cap.fin.de immunit. Eccles.in* 6.declarauit Bonifacius VIII esse in derogationem libertatis Ecclesiasticæ statutum laicorum prohibens subditis suis,ne clericis, seu personis Ecclesiasticis quidquam vendant, vel ab eisdem emant.
Et meritò *in cap.*1.*eod.tit.* arguit Alexander IV. ma-
7 gistratus seculares,qui libertatem,& immunitatem Ecclesiasticam lædere,ac minuere molientes,Ecclesias, & Ecclesiasticas personas coarctare nitebantur,vt ratione bonorum,quæ acquisiuerunt, tributa persoluerent, vel bona acquisita extra manum suam ponerent.

SECTIO IV.

Secunda difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si recipiat vtilitatem publicam non solum in ordine ad abundantiam, sed etiam in ordine ad necessitatem, & penuriam annonæ comprehendit Clericos si non secundum vim coactiuam, saltem secundum vim directiuam, non quidem directè, & ex vi ipsius statuti, sed indirectè ex vi rationis naturalis, & ex debito charitatis.*

2 *Clerici in tali casu tenentur obseruare statutum in subsidium.*

3 *Episcopis in tali casu, sicut & in omni alio casu alterius necessitatis tenentur suis edictis statutum laicorum adiuuare.*

4 *Statutum respiciens vtilitatem publicam solum in ordine ad abundantiam, & non in ordine ad necessitatem, & penuriam annonæ, quia primariò atque non respicit vtilitatem Clericorum & laicorum, non comprehendit Clericos.*

5 *Statutum quando est in bonum commune etiam ipsorum Clericorum obligantur ij ad contributionem, & ad id cogi possunt per superiorem solum Ecclesiasticum secus si periculum sit in mora.*

6 *Probabilius est Clericos non teneri ad onera realia prout est refectio Pontium, viarum, & cæterorum.*

7 *Textus in leg. ad instructiones Codice de sacrosanctis Ecclesiis est contra immunitatem Ecclesiasticam.*

8 *Textus in l.cit.fuit positiue correctus non solum per Pontifices, sed etiam per Imperatores.*

9 *Laicorum facultates si non sufficiant ad succurrendum publicæ necessitati, tenentur Clerici saltem quoad aliquam partem contribuere, sed requiritur ad id consensus Summi Pontificis, secus si periculum sit in mora, quia tunc sufficeret consensus Episcopi cum Clero.*

10 *Consensus Episcopi, & Cleri non potest obligare exemptos nisi accedat consensus eorum Prælatorum.*

11 *Vide quando statutum laicorum comprehendat Clericos, & quando non, & in quibus casibus.*

OBiicies secundò, si hoc esset, sequeretur, quod neque indirectè secundùm vim directiuam tenerentur clerici non extrahere vinum, vel frumentum, &c.tempore necessitatis; & sic de similibus aliis casibus loquendo, quod dici minimè debet.

Respondetur,nego sequelam antecedentis; quia statutum, vel respicit vtilitatem tantum aliquorum(vti respicit verbi gratia statutum; quod in vtilitatem dominorum vinearum in territorio existentium,prohibet,ne vinum in territorium introducatur) & tunc certum est, quod clericos non comprehendat,& quod clerici nullo pacto ad tale
statutum teneantur,vt supra dicebamus. Vel respi- 1
cit vtilitatem publicam, non solum in ordine ad abundantiam, sed etiam in ordine ad necessitatem, & penuriam annonæ; & tunc etiam certum est,quod è contra clericos comprehendat, & quod clerici ad tale statutum secundùm vim directiuam,etsi non secundùm coactiuam,teneantur; non quidem ex probabiliori sententia Doctorum directè,ex vi ipsius statuti, vtpotè defectu iurisdictionis,sed indirectè,ex vi rationis naturalis, & ex debito charitatis,tanquam pars Reipublicæ,quæ in tali casu cum toto conformari debet, vt supra etiam *Dubit.*2.*num.* 2. *& seqq.*dicebamus, & docent Decianus *lib.*3 *consil.*51. *num.*31.Mattha *par.*4.*art.* 1.*cas.*1.*n.*48.*& cas.*2.*n.*5. *&* 10.Sperellus *decis.* 13.
Ciarliuins *lib.*1.*c.*31.*n.*10 & alij,qui aiunt, quod 2
clerici in tali casu teneantur obseruare statutum,in subsidium;& probant ex text. *in cap. non minus de immun.*

immunit. Eccles. & c. 1. eod. tit. in 6. Quapropter debe-
rent in tali casu Episcopi, sicut & in omni alio casu
altarius necessitatis, suis edictis statutum laicorum
adiuuare, sicut *cit. Dub. 30. sect. 5. & cit. cap. 5. Dub. 7.*
sect. 2. dicebatur, & docent Surdus *Consil* 308. *num.*
39. & Sperellus *decis.* 12. *num.* 58. &, teste Diana *cit.*
4 *resol* 4. pluties S. Congregatio Cardinalium ordi-
nauit. Vel respicit vtilitatem publicam, solum in
ordine ad abundantiam, & non in ordine ad ne-
cessitatem, & penuriam annonæ; & tunc quia non
respicit æquè primariò vtilitatem clericorum, ac
5 laicorum (vti respiceret, si esset, nè flumen vicinos
agros clericorum, ac laicorum inundet, vel nè ver-
mes, aut hostes vicina prædia vtrorumque deua-
stent, &c. In quibus casibus certum est, quod, vt *in*
lib. de Parlam. Dub. 29. & suprà *c. 5. dub.* 16. diceba-
mus, clerici contribuere teneantur, & ad id cogi
possint, per superiorem, tamen solum Ecclesiasti-
cum; quamuis, si id commodè fieri non queat, vel
periculũ sit in mora, nõ improbabile putent aliqui,
executionem realem fieri tunc posse per superio-
rem secularem, quia in tali casu præsumi potest ra-
tihabitio, seu tacita licentia summi Pontificis) sed
respicit primò, & principaliter vtilitatem Commu-
nitatis, & sic secundariò clericos (vti respicit statu-
tum præcipiens contributionem ad manutentio-
nem exercitus, ad constructionem, vel custodiam
turrium, ad reparationem pontium, fontium, via-
rum publicarum, murorum Vrbis, & similium) pro-
babilius est, quod clerici nullo pacto ad quidquam
6 teneantur (vt contra multos Iuristas, & contra In-
nocentium, Hostiensem, Glossam, Card. Anchara-
num *in cap. non minus, de Eccles. immunit.* tenent com-
muniter Canonistæ, & Theologi, Azorius *par. 3.*
3. lib. 5. cap. 9. q. 3. Faustus *de Contractibus disp. 33. q.*
20. & alij passim) quia tunc statutum non tangit
clericos principaliter, sed (vti dicebam) solum se-
cundariò, vt scilicet membra sunt Communitatis;
alioquin minus arctum, & prope nullum esset in
oneribus publicis priuilegium clericorum, quod
par esse non videtur; cùm ipsi deseruiant laicis in
communitate in omnibus negotiis spiritualibus, &
ad animæ salutem pertinentibus.

7 Neque obstat *l. ad instructiones, Cod. de sacros. Ec-*
cles. ibi: *Ad instructiones itinerum, pontiumque etiam di-*
uinas domus, & venerabiles Ecclesias libenter ascribi-
mus; quia cùm illa lex sit contra immunitatem Ec-
clesiasticam, vim non habet, nisi speciatim ab Eccle-
sia approbetur, vt communiter Theologiæ, & Ca-
nonum Doctores docent; & videri poterit Silu.
ver. Immunitas, 1. n. 20.

8 Adde, quod dicta lex fuerit positiuè correcta, nõ
solum per Pontificea *in cap. non minus, & cap. aduer-*
sus de immunitat. Eccles. sad etiam per Imperatores
in Authent. item nulla Communitas, Cod. de Episcop, &
cleric.

9 Interim tamen non nego, quod in tali casu quã-
do laicorum facultates ad succurrendum publicæ
necessitati non sufficiunt, teneantur clerici, saltem
quoad aliquam partem, contribuere, ad quod olim
requirebatur consensus Episcopi, & cleri; vt patet
ex *cit. cap. non minus*, sed nunc requiritur consensus
Summi Pontificis; vt patet ex Bulla Cœnæ Domi-
ni quem consensum etiam requirit Innocent, III.
in cit. cap. aduersus; nisi forsan periculum esset in mo-
ra, quia tunc non debe et consensus Summi Ponti-
10 ficis expectari, sed sufficeret consensus Episcopi cũ
clero, vt notat Silu. *loco supra cit.* quia tamen Epi-
scopi cum clero consensus non potest obligare
exemptos: quapropter necesse est, vt hi quoque cõ-
sentiant; posito tamen consensu Prælatorum (quo-
rum est consentire, & sic omnes inferiores illorum
tenentur) exactio à clericis, & personis Ecclesiasti-
cis non fiet auctoritate laica, sed Ecclesiastica, vt su-
pra dicebamus.

Hinc (si in aliqua ciuitate sit statutum, vt aliqui 11
tantum vinum, frumentum, vel quid aliud vendãt,
ad finem, vt ex hoc monopolio ciuitas lucretur ma-
gnam pecuniariam quantitatem ad publicum ali-
quod opus postea applicandam) statim videndum
est, an hoc publicum opus tangat principaliter cle-
ricos, id est æquè primò sit in vtilitatem clericorum
& laicorum (vt nè flumen, vermes, vel hostes res cle-
ricorum, & laicorum vicinas deuastent) vel tangat
clericos solum secundariò, vt scilicet sunt membra
Communitatis (vt ad manutentionem exercitus, ad
constructionem, vel custodiam turrium, ad repara-
tionem fontium, pontium, viarum publicarum, mu-
rorum, vrbis, & similium, ad manutentionem, vel
erectionem hospitalis, vel monasterij monialium,
subleuationem necessitatum, vel conseruationem
redituum ciuitatis, aut ad quid simile) quia in pri-
mo casu dicendum est, quod comprehendat cleri-
cos, & sic quod clerici non possint (quamuis per
alios) tabernas aperire, & suum vinum, frumentum,
vel quid aliud vendere; secus in secundo casu se-
cundum probabiliorem Doctorum opinionem.

SECTIO V.

Tertia Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Læsio libertatis Ecclesiasticæ non pendet ex bono, vel prauo animo statuentis, sed ex eo, quod tantum libertatem Ecclesiasticam realiter, directè, vel indirectè lædat, nec ne.*

2 *Si quis statutum ferat ex prauo animo, vt realiter lædat libertatem Ecclesiasticam, sed illam nullo pacto lædere est aptum, non lædit, nisi quoad affectum, & sic censuras, & alias pœnas non incurrit.*

3 *Læsio iustitiæ non pendet ex bono, vel prauo animo operantis, sed ex eo, quod operatio sit realiter contra iustitiam.*

4 *Si quis opus faciat ex prauo animo, vt iustitiam lædat, sed illam lædere non est aptum, reuera illam non lædit, nisi quoad affectum, & sic non tenetur ad restitutionem, nec contrahit censuras, irregularitatem, & alias pœnas.*

OBiicies tertiò, Dictum statutum non fit ani- 1
mo præiudicandi libertatem Ecclesiasticam;
ergo non est, cur absque eo, quod illam lædat, cle-
ricos non comprehendat.

Respondetur, transeat antecedens: at nego con-
sequentiam; quia (vt *lib. de Parlament. cit. Dubitat.*
30. sect. 6. & suprà cap. 5. dub. 7. sect. 6. dicebam, & do-
cent Suar. *contra Regem Angliæ lib. 4 cap. 33. num. 12.*
& Baldellus *lib. 5. disp. 36. num. 13.*) læsio libertatis
Ecclesiasticæ non pendet ex bono, vel prauo animo
statuentis; sed ex eo, si statutum libertatem Eccle-
siasticam realiter, directè vel indirectè lædat, nec
nè; vnde si quis è contra statutum ferat ex prauo 2
animo, vt illam realiter lædat; sed illam nullo pa-
cto lædere est aptum, reuerà illam non lædit, nisi
quoad affectum; & sic censuras, & alias pœnas non
incurrit. Sicuti læsio iustitiæ non pendet ex bono,
vel

3 vel prauo animo operantis;sed ex eo,si operatio sit realiter contra iustitiam,id est,ex se alteri realiter inferat iniustum damnum,seu ex ipsa per se realiter alteri sequatur iniustum damnum.Vnde si quis
4 è contra opus faciat ex prauo animo, vt iustitiam lædat, sed illam lædere non est aptum,reuera illam non lædit, nisi quoad affectum; & sic non tenetur ad restitutionem,nec contrahit censuras, irregularitatem,& alias pœnas in actum iniustum impositas;Qua de re vide,quæ diffusè dicebantur *cap.2. Dubit 8.sect.9.& seqq.*

SECTIO VI.

Quarta Difficultas,eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum absque eo,quod lædat libertatem Ecclesiasticam comprehendit Clericos , si extrahant,vel introducant vinum non ex propriis prædiis collectum,sed ab ipsis emptum,vt carius vendatur.*

1 OBiicies quartò , saltem statutum absque eo quod lædat libertatem Ecclesiasticam , comprehendit clericos,si extrahant,vel introducant vinum,vel frumentum,&c.in aliquem locum , vt ibi carius vendant;quia tunc esset negotiari , quod est prohibitum clericis;quapropter & tunc soluere etiam gabellam tenentur.

Respondetur,distinguo antecedens.Si vinum,vel frumentū,&c.sit ex propriis prædiis collectū,nego; quia tunc non est negotiari .Si fuerit emptum , vt carius vendatur,concedo: quia tunc est negotiari, scilicet rem emptam immutatam carius vendere sicuti diffusè diximus supra *cap.5.dubit.3.sect.5. & lib.de Parlamentis Dubit 26.& 27.* & videri poterit Tannerus *tomo 3.Disput.4.quæst.7.dub.2.numer.69.* Turrian. *to. 2.in 2. 2. disp.59.dub.2.num.2* Sousa *in Bullam Cœnæ cap.19.disp.92.conclus.1.num.4.* Castros Palaus *to.2.tract.12.disp.vnic.punct.9.num.16.* Fagundez *de iustit. lib. 5. cap. 37.num.23.* Bonacina *to. 3.in Bullā Cœnæ disp,1.q.19.n.1 3.punct.6.* Lessius *de iustit. & iure,lib.2.cap.21.dub.2.* Sperellus *decis. 94. num.8. & 9.* Diana *par 5.tract.2.resol.27.* Pereira *de manu Regia par.2.cap.24.num.34.* Ceuallos *tract.de cognit.per viam violent.par.2.quæst.64.num.22.* & Maccabrunus *consil.18.num. 241.& seqq.* quidquid in contrarium sentiant Carolus de Graffis *de eff.cler.eff.3.num.178. &* Laguna *in allegat.art.2.num.45.*

DVBITATIO XV.

An statutum laicorum præcipiens,vt hæreditatem , non confecto inuentario,adeuntes , teneantur vltra vires hæreditatis in solidum omnibus creditoribus hæreditatis(iuxta text.in l.si te bonis , & l.fin. §.cùm igitur , Cod. de iur.delib.)etiamsi fuerint clerici, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum præcipiens prædicta in tit.recensita,est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Statutum laicorum præsertim explicite loqui de Clericis non valet.*

3 *Statutum laicorum prædictum non valet,etiamsi hæres institutus fuerit Clericus,ex amore Dei.*

4 *Locus sacer, Ecclesia,& Monasterium non tenentur vltra vires hæreditarias etiam in casu dicti statuti etiam si Inuentarium non confecerint.*

5 *Statutum inferens pœnam contra ipsum violantes eo magis est contra libertatem Ecclesiasticam.*

6 *Hæres laicus etiam qui non confecit inuentario,hæreditatem adiuit,non tenetur in cōscientia vltra vires hæreditatis soluere legata, vel debita Defuncti , contra Molinam.*

7 *Lex fundata in præsumptione,deficiente præsumptione in aliquo casu,non obligat in conscientia.*

8 *Legis ratione in generali cessante,cessat legis obligatio in generali,sic cessante in particulari , cessabit legis obligatio in particulari.*

9 *Valet argumentum à toto ad partem.*

10 *Professio Religiosi à principio nulla , si intra quinquennium reuera non sit per aliquem actum ratificata non obligat in conscientia non obstante decreto concilij Tridentini requirentis reclamationem,& ad id poterit remoto scandalo Religionem deserere.*

11 *Bulla Sixti V.annullans professionem ob iuris defectum,quod de Professi vita, & moribus,inquisitio facta non fuerit,cum inmitatur etiam præsumptionem,in conscientia non obligat,si à parte rei, professioni nullum vitium adfuerit.*

12 *Bulla Sixti V.contra Chyromanticos fundata in præsumptione , quod illi pactum habeant cum Dæmone, cessante præsumptione non obligat in conscientia ad denunciandum sancto Officio.*

13 *Bulla Clementis VIII largitionem munerum Religiosis prohibens fundata in præsumptione , cessabit etiam donationis prohibitio in foro interiori.*

14 *Lege non assistente Hæredi in testamento minus solemni ob fraudem,cessante,quia cessat præsumptio,poterit Hæres in conscientia hæreditatem adire.*

15 *Item dic de eo,qui prius matrimonij simulator , non expectata Ecclesiæ sententia,reliquit putatiuam vxorem ,& alteram validè duxit , cum circa hoc Ecclesia fundetur in præsumptione.*

16 *Simulator prædictus si nulla ratione effugere nequeat quominus deserta posteriori legitima Vxore,priori putatiuæ adhæreat,potest cum ea aliquādiu cohabitare,vt Ecclesia placet,ostatisfaciat,non tamen debet consentire in copulam ; sed potius sustinere excommunicationem.*

17 *Excommunicatia , vel prohibitio simplex loquendi cum monialibus non obligat in conscientia cessante præsumptione infructuosa amicitia.*

18 *Cessante fine dictæ prohibitionis accedentes ad monasteria,non obligantur in conscientia.*

RESPONDETVR affirmatiuè Patet etiam ex dictis *dubit. 2.* præsertim, quia loquitur de clericis,de quibus loqui non valet, & in quos laicus iurisdictionem , præsertim coërcitiuam,non habet. Atque ita docet Io Andreas,quem citat,& sequitur Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. 15. q.17.num.8.*& Martha *de iurisdict.par. 4.cent.1.cas. 75.num. 5.* contra Doctores,quos citat ,& sequitur Morla *in emptor. iur.tit.1.quæst.16.num.11.* & Carolus de Graffis *de effectib. cleric. effect. 2.num.25* a.qui id extendunt , etiamsi hæres institutus fuerit clericus ex amore Dei,quamuis limitent,si hæres institutus fuerit locus sacer , vt Ecclesia , vel monasterium, 1 2 3

rium.&c.non teneatur vltra vires hæreditatis,etiã-
si inuentarium non confecerit; qua de re videri
etiam poterit Abbas *in cap. Ecclesia S. Mariæ de
Constitut.n.13.*& Felin. *ibidem.n.66.*

5 Et eò magis dictum statutum est contra liber-
tatem Ecclesiasticam; quia contra ipsum violan-
tes pœnam infert, vt *in præcedenti Dubitat.* dice-
batur.

Neque obstat,si dicas, quod huiusmodi statu-
tum sit propter bonum publicum;quia Responde-
tur,vt ibi

6 His adde,quod satis probabiliter, etiam hæres
laicus,qui non confecto inuentario hæreditatem
adierit, non teneatur in conscientia vltra vires
hæreditatis soluere legata,vel debita defuncti; sicu-
ti contra Molinam *de iust. & iure to. 2. tract.2.disp.
217.n.22.*Reginaldum *to.2.lib.25.cap.52.num.627.*
& alios docent Silu,*ver.lex,q.9.*Angel.*eod.ver.num.
6.*Nauarra *de restit.lib.3.cap.4.dub.9.num.* 137. Sua-
rez *de legib.lib.3.cap.23 num.9.*Saytus *in Claui Reg.
lib.3.cap 7.num.7.*Salonius *in 2.2.q.77.art. 3. dub.
10* & Sanchez *lib.4. moral. cap.15.num.* 37. Et ra-
tio est,quia huiusmodi lex, vel statutum fundari
7 videtur in præsumptione; & quandocumque lex
fundatur in præsumptione, si præsumptio in ali-
quo casu particulari deficit,in tali casu particulari
lex in conscientia non obligat;ergò,&c.

8 Confirmatur,quia etiam in opinione satis pro-
babili multorum,sicut si cesset legis ratio in gene-
rali(id est, respectu omnium personarum, tempo-
rum,&c.)cessat legis obligatio in generali; ita si
cesset legis ratio in particulari (id est respectu ali-
cuius personæ,temporis,&c.)cessabit legis obliga-
tio in particulari;cùm sicuti se habet lex in gene-
rali;ita se habeat lex in particulari ad rationem le-
9 gis in particulari. Vnde dici consueuit, quod va-
leat argumentum à toto ad partem. Atque ita con-
tra nonnullos docent Nauarrus *to.4. Comment. in
Rubr.de iudiciis,num.74.*Henriquez *lib.11. cap.17.n.
2.in gl.lit.O.*& Granadus *in 2.2.contr. 7.tract.3.par.
2.disp.15.sect.2.*

10 Hinc,cùm decretum Concilij Tridentini *sess.25.
cap.19.*denegans audientiam professis,qui,transa-
cto quinquennio,volunt reclamare,innitatur præ-
sumptioni ratificationis professionis per illud
quinquennium inductæ; si reuera professio ex ali-
quo capite à principio nulla,non est in illo quin-
quennio per aliquem actum ratificata, non obli-
gat in conscientia; & sic potest taliter professus
non obstante tali decreto Tridentini,remoto scan-
dalo, Religionem deserere, quin etiam & in foro
externo petere restitutionem in integrum, & sic
adhuc reclamare.

11 Item secundò,cùm Bulla Sixti V.annullans pro-
fessionem ob iuris defectum, quod de professi vi-
ta,& moribus inquisitio facta non fuerit,fundetur
etiam præsumptioni, in conscientia etiam non
obligat,si à parte rei professioni nullum vitium ad-
fuerit; & sic poterit taliter professus tutus esse in
conscientia.

12 Item tertiò,cùm altera Bulla Sixti V.præcipiens,
vt Chiromantici,&c.Sancto Officio denuncientur,
fundetur etiam præsumptioni, quod illi pactum
habeant cum dæmone;si quis certò sciat, tale pa-
ctum reuerà non adesse,in conscientia non tenebi-
tur illos denunciare.

13 Item quartò, cùm Bulla Clementis VIII. lar-
gitionem munerum Religiosis prohibens, fun-
detur etiam præsumptioni, quod illa ex ambitio-
ne fiat; si cessat reuerà ambitio in donatione,ces-
sabit etiam donationis prohibitio in foro interiori.

Item quintò, cùm lex hæredi ex testamento mi- 14
nus solemni non assistens,fundetur etiam præsum-
ptioni, quod testamento vitium aliquod vis vel
fraudis,&c.interfuerit; si reuerà testamento nul-
lum vitium tale interfuit,potest talis hęres in con-
scientia hæreditatem adire,& sibi retinere.

Item sextò.cum excommunicatio, qua prioris 15
matrimonij simulator(qui, non expectata Ecclesiæ
sententia, reliquit putatiuam vxorem, & alteram
validè duxit)ab Ecclesia (quæ fictionem coniugi
allegãti facilè credere nõ debet)cogitur,vt ad prius
matrimonium redeat,fundetur etiã præsumptioni, 16
neque etiam obligat in conscientia;quin immò ta-
lis,quamuis,si qua ratione effugere nequeat, quo
minus deserta posteriore legitima vxore,priori pu-
tatiuæ adhæreat,possit illi aliquãdiu cohabitare,vt
Ecclesiæ præcepto satisfaciat,tamen potius excom-
municationis sententiam secundùm externum fo-
rum humiliter sustinere debet; quàm in copulam
consentire,cùm id verum adulterium sit, per se &
ab intrinseco malum, quod proinde Ecclesiæ Præ-
latus neque iubet,neque iubere potest, *arg.c.inqui-
sitioni,de sent.excomm.*& docet S. Th. *in Supplem.qu.
45 art.4 & ibid.*Ledesma.

Item septimò,cùm in opinione quorumdam ex- 17
communicatio, vel prohibitio simplex loquendi
cum Monialibus, fundetur similiter præsumptio-
ni,tenendi scilicet infructuosas amicitias cum il-
lis;si quis cum eisdem loquatur ad pacandam ali-
quo modo conscientiam earum, excommunicatio,
vel quæcumque alia prohibitio, similiter neque
obligabit in conscientia.Accedit quod licet dicta 18
excommunicatio,vel prohibitio non fundetur præ-
sumptioni(quod multò probabilius mihi videtur)
adhuc quia finis eius cessat in hoc casu particula-
ri,in hoc casu particulari non obligabit in con-
scientia; quod de omni alio simili casu dicen-
dum est.

DVBITATIO XVI.

An statutum laicorum præcipiens, vt falsis mensuris, vel corrupta substantia, vel supra taxatum pretium vendentes,serico vtentes, è Regno victualia, vel pecuniam extrahentes, arma in certa specie, vel in certa hora prohibita gestantes, &c.pœna aliqua pecuniaria afficiantur, vel rebus ipsis, tanquam in commissum, ceciderint; spolientur, etiamsi tales clerici fuerint, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædicta disponens, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Pœna licet pecuniaria oritur ex delicto, & ideo si dicto statuto tenerentur Clerici,possent in Iudicio seculari ciuiliter ex persona li actione, trahi, quod est absurdum.*

3 *Textus in cap. ex litteris de vita, & honestate Clericorum loquitur de Clerico negotiatore,qui subiacet Iudici laico, & ab eo puniri potest in re negotiationis.*

4 Non

compet. num. 40. *& consil.* 1 t 1. *num.* 4. *vol.* 2. Felin. *in cap. in praesentiarum de probat. num.* 38. *& in cap. Ecclesia S. Mariae de Constit. num.* 78. Decius *ibid.* vbi cum Alexandro *consil.* 138. *num.* 13. *vol.* 2. Socino Seniori *consil.* 8 t. *num.* 5. *vol.* 1. *& consil.* 241. *num.* 2. *vol.* 2 Ruioo *consil.* 204. *num.* 10. *volum.* t. & Rolando *consil.* 35. *num.* 26. *volum.* 3. dicit, esse opinionem
4 magis communem. Quamuis valeat statutum excludens in genere mulieres; & consequenter sic excludens mulieres Religiosas; quia tunc mu-
5 lier, cùm transeat in monasterium cum succedendi impotentia, ex vi talis statuti non fit per ingressum monasterij conditionis deterioris. Ruinus *consil.* 45. *num.* 15. *volum.* 1. Hondedeus *consil.* 11. *num.* 37. Socinus senior *consil.* 81. *numer.* 5. *volum.* 1. *& consil.* 230. *numer.* 8. *volum.* 2. Socinus Iunior, vbi dicit esse magis probabilem, & communem, cum Parisio *cons.* 40. *n.* 18. *&* 24. *volum.* 3.

SECTIO V.

Difficultas tertia, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quodcumque prohibens alienationem in Ecclesiam, vel Clericos, omnium bonorum, vel tantum immobilium, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *In materia dicta alienationis rationes aequè locum habent in vtroque casu, & valet argumentum de toto ad partem.*

3 *Plus, & minus non variant speciem.*

4 *Libertas Ecclesiastica sicut laeditur, quando laeditur in toto; ita etiam laeditur quando laeditur in parte.*

5 *Iurisdictio statuentis sicut deficit, quando prohibet Ecclesia fieri acquisitionem in toto, seu generaliter; ita etiam deficit, quando prohibet fieri acquisitionem in parte, seu in particulari.*

6 *In cap. quae in Ecclesiarum statutum laicorum non est generale, nec in totum prohibet Ecclesia acquisitionem fieri; sed tantum quoad Dominium vtile rerum emphyteoticarum Ecclesiae, & Clericorum.*

7 *Item in cap. Ecclesia S. Maria statutum non est generale; sed etiam Ecclesia fieri acquisitionem prohibet in particulari.*

8 & 9 *Vide etiam alia capitula prohibentia in particulari.*

1 OBiicies tertiò; Est contra libertatem Ecclesiasticam statutum, si prohibeat in Ecclesiam, vel clericos alienationem omnium bonorum; secus si prohibeat alienationem bonorum tantum immobilium; Ergo, &c.

Respondetur, nego antecedens; quia cùm Canones, Doctores, Paulus V. & etiam ipse Rex Carolus II. huiusmodi statutum damnauit, non damnauit (vt patet ex dictis) quia prohiberet illud in Ecclesiam, vel in clericos alienationem generalem omnium bonorum, sed quia prohiberet alienationem bonorum immobilium tantum. Vide etiam Felinum *in cap. Ecclesia S. Maria de constitut. n.* 118. &
2 Franchum *in c. fin. col.* 2. *fin.* vt omittam, quod rationes aequè locum habeant in vtroque casu; & valeat argumentum de toto ad partem, *l. quae de tota, ff. de rei*
3 *vindicat.* & plus, & minus non varient speciem, *l. fin. ff. de fundo instructo*; & in casu nostro clara res
4 est; quia sicut laeditur libertas Ecclesiastica, quando laeditur in toto, ita etiam laeditur, quando laeditur in parte; quam tamen libertatem Ecclesiasticam iura exigunt intactam. Item sicut deficit iurisdictio
statuentis, quando prohibet Ecclesiae fieri acquisi- 5
tionem in toto, seu generaliter, & in omni casu, ita etiam deficit, quando prohibet fieri acquisitionem in parte, seu in particulari, & in certo casu. Et sic falsum est, quod ad hoc, vt statutum sit contra libertatem Ecclesiasticam, requiratur, quod prohibeat Ecclesiis, vel clericis fieri acquisitionem in toto, seu generaliter, & in omni casu; & non sufficiat, *si fiat in parte*, seu in particulari, & in certo casu, nempe bonorum stabilium.

Accedit, quod *In cap. quae in Ecclesiarum*, statutum 6
laicorum non est generale, nec in totum prohibet, Ecclesiae acquisitionem fieri; sed tantum quoad dominium vtile rerum Emphyteoticarum Ecclesiae, & clericorum, & sic in certo casu, quando scilicet dominus vtilis pateretur paupertatem. Item *in c. Ecclesia S. Maria* statutum nec est generale, sed etiam 7
Ecclesiae fieri acquisitionem prohibet in particulari, quando scilicet res esset litigiosa. Item *in c. fin. de* 8
immun. Eccl. in 6. statutum prohibet etiam in particulari, per particulam disiunctiuam, *quacunque clericis vendat, vel emi*, &c. ad cuius veritatē sufficit, quod vna pars sit vera, *l. si haeredi plures, ff. de condition. institution. & in l. cum pupillus, ff. de condition. & demonstrat.* Item tandem *in c. quanto, de priuileg.* statutum 9
prohibet etiam tantum in particulari, Ecclesiae acquisitionem fieri, scilicet ex furnis, & molendinis; & tamen omnia haec statuta, tanquam contra libertatem Ecclesiasticam, si clericos, vel Ecclesias includant, in dictis iuribus reprobantur.

SECTIO VI.

Difficultas quarta, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non potest statuere nec super bona Ecclesiis, vel Clericis acquisita, nec super bona acquirenda.*

2 *Expressè prohibetur laicis onera imponere, vel exigere ab Ecclesiasticis super bona quacumque hactenus acquisita, vel in posterum acquirenda.*

3 *Priuilegia quacumque titulo Ecclesiasticis concessa competunt non solum pro bonis iam acquisitis; sed etiam pro bonis in futurum acquirendis.*

4 *Praelatus licet non possit praeiudicare Ecclesia in acquisitis, potest tamen praeiudicare in acquirendis.*

5 *Princeps laicus non potest praeiudicare Ecclesia in acquirendis per statutum, etiamsi id non faciat malo animo.*

6 *In laesione immunitatis Ecclesiasticae non tam attendi debet animus quam effectus.*

OBiicies quartò, aliud est statuere super bona Ecclesiis, vel clericis acquisita, ac super bona acquirenda; ergo, licet Princeps laicus non possit statuere super iis, non est, cur non possit statuere super his. Sic Baldus *in c. quae in Ecclesiarum, de constitut. num.* 8.

Respondetur cum Albano *tract. de immunit. n.* t 2. 2
& Mandello *consi.* 8. *num.* 20. nego consequentiam; quia Canones indistinctè loquuntur, tam respectu bonorum acquisitorum, quàm acquirendorum; vt patet ex *cap. bene quidem* 96. *distinct. & cap. en enim,* 10. *q.* 2. *desumpto*, ex *l. iubemus*, §. 1. *Cod. de sacros. Eccles. cap. Ecclesia S. Mariae, de constitut. & cap. fin. de rebus Eccles. non alien.* Accedit, quod sumus in fauorabilibus, quae potius sunt amplianda,

quàm

2 quàm restringenda. Accedit secundò, quod *in c. 1. §. fin. de immunit. Eccles. in 6.* expresè prohibetur laicis, onera imponere, vel exigere ab Ecclesiasticis super bona, quæcumque hactenus acquisita, vel in posterum acquirenda: & meritò; quia priuilegia
3 quocumque titulo Ecclesiasticis concessa, competunt non solum pro bonis iam acquisitis, sed etiam pro bonis in futurum acquirendis, vt patet *ex cit. l. iubemus, §. 1. de sacros. Eccles. & cit. c. ea enim, 10. q. 10.* & ex iis, quæ dicebam *lib. de Parlamentis, dubit. 24. 25. &* 28. & suprà *cap. 5. dubit. 6.*

4 Instabis, Prælatus, licet non possit præiudicare Ecclesiæ in acquisitis, potest tamen præiudicare in acquirendis, Ergo, &c.

Respondetur, transeat antecedens (quod dixi; quia licet id neget Baldus *in l. contra iuris, §. 2. ff. de pact.* Alexand. *in l. legatum, ff. de legat. 1. numer. 2.* Ancharan. *in cap. vt super, de rebus Eccles. non alienand. num. 6.* Imola *ibid. num.* 16. tamen id affirmant Iason *in cit. l. legatum, n. 15. & 16* & Federicus de Senis *consil. 9.* & dicunt esse communem.) nego tamen consequentiam: & disparitas est: quia in casu nostro expresè est decisum contrarium, *cit. c. 1. §. fin. de immunit. Eccles. in 6.*

5 Vrgebis, Princeps laicus saltem potest per statutum præiudicare Ecclesiæ, & clericis in acquirendis, si id non faciat malo animo. Baldus *consil. 21. num. 3.* & Mandosius *in addit. ad Lapum, allegat. 42.* Ergo, &c.

6 Respondetur, nego antecedens; quia in læsione immunitatis Ecclesiasticæ non tam attendi debet animus, quàm effectus, vt patet in læsione iustitiæ; & dicam *infrà dubit. 14. sect. 5.* & dicebam *lib. de Parlamentis, dubit. 30. sect. 6. & supra cap. 5. dubit. 7. sect. 6.*

SECTIO VII.

Difficultas quinta, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Diminutio Regni non est sufficiens causa statuendi contra libertatem Ecclesiasticam; sed patet recursus ad summum Pontificem, si Principes se sentiant grauatos.*

OBiicies quintò, ex frequenti translatione bonorum in Ecclesias, & Ecclesiasticos ita minui possunt vires Regni, vt, quæ supersunt, in damnum commune non sufficiant ad defendendum Regnum. Ergo, &c.

1 Respondetur, nego antecedens. Atque ita docet experientia tot seculorum: nec mirum; quia supplet propterea Deus superabundanter. Quod si forsan nimis grauatos se sentiant Principes, non de facto contra immunitatem Ecclesiasticam statuant, sed ad Pontificem recurrant: vt rectè dixit Hostiens. *in cap. cum laicis, de reb. Eccles. non alien. n. 10.* Vide, quæ dicentur *infra sect. 9.*

SECTIO VIII.

Difficultas sexta, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Leuitæ, & Sacerdotes veteris legis quando dicuntur nihil possedisse, intelligitur quod non per sortem, vt ceteri possidebant, sed quod possidebant titulo eleemosynæ.*

OBiicies sextò, Leuitæ, & Sacerdotes veteris legis nihil stabile possidebant Ergo. 1

Respondetur, nego antecedens; & patet ex *cap. 25. Leuit. & cap. 32. Ierem.* videri etiam poterit Sancius *in Ezech. cap. 44. vers. 18. num. 59* B[illegible]anus *in analogia veteris Ecclesiæ, cap. 7. q. 6. num. 3.* Nicolaus Maistre *de sacro patrimonio, lib. 1. c. 10.* & Valenzuela *in defens. censur. Pauli V. part. 3. num. 97.* Quod si quando in scriptura dicitur, quod ij nihil stabile possidebant, id dicitur, quia quidquid tale possidebant, titulo eleemosynæ, & non per sortem, vt cæteri possidebant.

SECTIO IX.

Difficultas septima, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Cupiditas Ecclesiasticorum in acquirendis superfluis compesci debet ab ipsismet Ecclesiasticis, ipsorumque superioribus, non à laicis, qui in illos iurisdictionem non habent.*

2 *Periculum non est, quod omnia tandem deueniant in manus Ecclesiasticorum, idque demonstrat experientia tot seculorum; ex quibus Ecclesia Dei fundata est.*

3 *Vtilitas publica, ne laici nimis onerentur collectis, præferri non debet priuatæ Clericorum.*

4 *Clerici, si non grauantur collectis, grauantur saltem pluribus aliis oneribus Ecclesiasticis directis ad bonum spirituale ipsorum laicorum.*

5 *Ecclesiasticorum diuitiæ quo magis crescunt, eo magis crescit eleemosynarum onus, & cura multiplicandi numerum Ecclesiasticorum.*

OBiicies septimò, saltem compesci debet cupiditas Ecclesiasticorum in acquirendis superfluis, ne tandem omnia in manus ipsorum deueniant. Ergo. 1

Respondetur, transeat, si sint superflua, in quo casu tamen compesci illa debet ab ipsismet Ecclesiasticis, ipsorumque superioribus, non à laicis, qui in illos iurisdictionem non habent. Cæterum, quod omnia tandem deueniant in manus Ecclesiastico- 2
rum, periculum non est, vti supra dicebam demonstrare experientiam tot seculorum, ex quibus Ecclesia Dei fundata est. Vide Theologos Religionis Seruorum *in defens. cens. Pauli V. c. 7. fol. 107.* Vgolinum *in respons. ad Iurisconf. Par. cap. 6. num. 3. & 4.* Vigianum *de immunit. Eccles. disp. 3. fol. 53.* Comitolum *in apol. pro monitorio Pauli V. cap. 5. num. 6.* Ortiz *de immunitat. Eccles. part. 3. consider. 4.* Torrium *in Apol. pro libert. Eccles. fol. 26.* Iulium Rossum *in Respons. ad M. Antonium Capellum, part. 4. cap. 6. fol. 174.* Bernardum Iustum *in defens. libertat. Eccles. fol. 17.* & Collegium Bononiense *in consil. pro libert. Eccles. num. 31. & seqq.* vbi rectè ait, quod 5
vtilitas publica, ne laici nimis onerentur collectis, præferri non debeat priuatæ clericorum; quia vt bona apud clericos maneant, respicit etiam publicam vtilitatem, quæ publica vtilitas præfertur vtilitati publicæ profanæ. Accedit, quod clerici, si non grauantur collectis, (quibus tamen quandoque grauantur) grauantur saltem pluribus aliis oneribus Ecclesiasticis directis ad bonũ spirituale

laicorum ipsorum;& quod, quo magis dictæ diuitię crescunt,eo magis crescit eleemosynarum onus, & cura multiplicandi numerum Ecclesiasticorum.

SECTIO X.

Difficultas Octaua, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Vsus nonnullarum Prouinciarum recensetur,qui tamen sec.12.& 13 examinabitur.*

1 OBiicies octauò,Sic seruatur in Gallia,Germanica Brabantia, & Lusitania,vbi Ecclesiastici non possunt sine amortizatione, & dispensatione Principis bona immobilia acquirere. Item & in dominio Veneto;cum hac tamen moderatione , vt illi infra biennium bona immobilia donata, vel testamento relicta extra manum ponere , & alienare teneantur. Ergo.

Respondetur,de hac te dicam *infrà dub.12.& 13.*

DVBITATIO XII.

An statutum laicorum (vt in Regno Galliæ,Valentiæ,Germaniæ , Brabantiæ , & Lusitaniæ)pręcipiens,nè bona,vulgo dicta de Realengo,in Ecclesias , vel clericos sine licentia Regis transferantur , sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statum recensitum in titulo , est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Regie dum requiritur licentia , ab ea dependet omnis contrectatio,& sic non est libera;sed adhuc contra libertatem Ecclesiasticam.*

3 *Lex amortizationis lata à Ioanne II.in Regno Castellæ,reuocata postea fuit à Catholico Rege Philippo II.*

4 *Carolus II.Siciliæ Rex similem legem reuocauit,satisque arbitratus est,si bona immobilia cum onere suo ad Ecclesiam transirent.*

5 *Non solum ius diuinum;sed etiam Constantinus magnus liberam cuique decedenti facultatem fecit,relinquendi quæcumque voluerit Ecclesiis.*

6 *Rex à principio non fuit Dominus omnium bonorum sui Regni,nisi quoad iurisdictionem.*

7 *Leges amortizationis non sunt mixta Laicorum & Clericorum lata in Comitiis Curiatis omnium statuum.*

8 *Non quod fiat,& factum sit,at quod fieri debet spectandum est.*

9 *Tolerantia Pontificis in iis,quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam non est approbatiua , sed tantum permissiua,ad euitandum sc.maiora incommoda.*

10 *Priuilegium dictis Regnis per summum Pontificem concessum,quando reuera esset , & non sit reuocatum, d.statuta saluaret.*

11 *Allegans priuilegium , debet de illo in authentica forma docere.*

12 *Stante iustitia statuti , de quo loquimur adhuc possent in Ecclesiis , & monasteriis probabiliter instituì Capella,Oratoria,& anniuersaria Missarum.*

RESpondetur affirmatiuè, patet etiam ex di- 1
ctis *dubit.2.*tum quia dum Regis licentia 2
requiritur,ab eo dependet omnis contre-
ctatio,& sic non est libera,sed adhuc con-
tra libertatem Ecclesiasticam. Atque ita docens
Felinus *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. num.*
86. Lapus *allegat.92. num.7.* Silu.*ver. Immunitas, 2.*
numero 5. Antonius Bouius , Iulius Rossus,Fagna-
nus,Franc. Cælius , Anast.Germonius Collegium
Bononiense *in locis infra citandis* , Valenzuela *in de-*
fens. censur.Pauli V.part.3. Gueuara *in propugn.libert.*
Ecclesiast. assert. 1. §.6. numero 21. qui *numero 22.* sub- 3
dit, quod lex amortizationis lata à Ioanne II.
in Regno Castellæ , reuocata posteà fuerit à Ca-
tholico Rege Philippo II.) Petr. Iacobus *in pract.*
tit. de successione Regni Franciæ , fol. 76. pag. 2. col. 4.
in 8.impress. Annæus Robertus *lib. 2. rerum iudicata-*
rum c.81. Tannerus *in defens.Ecclesiast.libert.lib.2.c.17.*
Theologi Seruitæ *in defens. censs. Pauli V. capite 7.*
ad argum. 8. Maynardus *de priuileg. cler. part. 2.*
art. 22. numero 52. Vgolinus *in Respons. ad Iuris-*
cons. Pat. cap.6. Regens de Ponte *in Respons.pro cens.*
Veneta fol. 85. & seqq. Corneus *vol. 3. consil. 64.*
numero 4. (vbi citat Zabarellam) Laderchius *con-*
sil.103. num. 1.& seqq. Bastidia *in Antidoto ad con-*
siderationem Pauli Seruitæ ad argum. 47. Ioan Va-
lerus *in differ. vtriusque fori , ver. bona , differ.*
3. per totam , Diana *part. 5. tract. 2. resol. 103.*
& Io. Cochier. *in vindiciis libertatis Ecclesf. part.*
1. capite 11. per totum ; vbi *numero 6.* obseruat, 4
quod Carolus II. Siciliæ Rex similem legem
reuocauerit , satisque arbitratus sit , si bona im-
mobilia cum onere suo ad Ecclesiam transirent.
Et ratio dictæ nostræ sententiæ vlterius est ; quia
non solum ius diuinum , sed etiam Constanti-
nus Magnus liberam cuicumque decedenti fa-
cultatem fecit relinquendi quæcumque voluerit 5
Ecclesiis ; vt patet ex *l. 1. Cod. de Sacros. Eccles.*
vide etiam *capite 1.& capite fin. de immunit. Eccles.*
in 6. Bartolum , Alexandrum,Ruinum,Iasonem,&
alios *in cit. l. 1. Cod. de sacros. Eccles.* & quæ dice-
bantur *suprà dubit. 11.* & quæ dicentur *infra dubit.*
sequenti.

Quamuis oppositum doceant Olibanus *in tract.*
de iure fisci , cap. 7. num. 31. Currellius *de Eccles.*
libertate lib. 2. quæst. 104. & Pereira *de manu Regia*
part.1.cap.67.num.9.& seq. non omnino improba-
biliter ; non quidem ex eo , quod (vt ipsi volunt)
agatur de bonis acquirendis , & non de acquisitis;
quia contrarium,etiam quoad illa,verum esse,pro-
babam *suprà cit. dubit. 11.* Neque ex eo , quod (vt
alij volunt,inter quos Belluga *in specul. Principum*
Rubr. 14. §. veniamus , num. 30. & 31.)à principio
omnia fuerint Regis ; & sic Rex in traditione rei
propriæ potuerit apponere legem amortizatio-
nis ; quia Rex à principio non fuit dominus om- 6
nium bonorum sui Regni, nisi quoad iurisdictio-
nem , vt *in l. benè à Zenone , & ibi* gl. communiter
recepta , *Cod. de quadr. præs.* cùm Rex à popu-
lo potestatem habeat , *§. sed quod Principi pla-*
cuit de iure nat.& dicebam etiam *suprà cit. dubit.11.*
Neque ex eo , quod (vt volunt alij) hæ leges 7
amortizationis sint mixtæ laicorum , & clerico-
rum latæ in Comitiis Curiatis omnium statuum;
quia hoc etiam non obstare probabam *cap. 5. dubit.*
14.sect.5.& lib.de Parlam.Dubit.27. sect. 8. Neque 8
ex eo,quod sic seruetur de facto ; quia , non quod
fiat,& factum sit, at quod fieri debeat, spectandum
est,*l.sed licet ff. de offic. Præsid. & cap.cum causam , de*
elect.

Sed

9 Sed ex scientia, & tolerantia Pontificis; vel potius (cùm hæc tolerantia fortasse non sit approbatiua, sed tantum permissiua, ad euitanda scilicet maiora incommoda, vt alibi dicebam.) ex priuilegio eiusdem Pontificis (si verè tamen de hac re priuilegium Regibus illorum Regnorum Regnorum à Pontifice sit concessum, & modò non sit per Bullam Cœnæ, & per Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium sedis Apost. &c. quæ incipit *Romanus Pontifex*; reuocatum, iuxta illa, quæ supra dubit. 10. dicebātur) atque ita dictum statutum, de quo loquimur, defendunt Antonius Bouius *in Responsi. ad Paulum Seruitam par. 3. argum. 10. fol. 42.* Torrius *in Apologia pro libert. Eccles. fol.* 14. Paponius *lib. 1. cap. 5. num. 5.* Iulius Roffus *in Responsi. ad M. Antonium Capellum par. 4. cap. 1. & seqq. ad argum.* 27. Fagnanus *de infirmia censur. Pauli V. par. 5 fol.* 81. Franciscus Cœlius *tract. de immunit. Eccles.* Anastasius Germonius *in Assert. libertatu Eccles. cap. 7. fol. 73.* & Collegium Bononiense *in Responsi. pro libertate Eccles. num.* 39. Vide omninò quæ cit. *dubit.* 10. dicebantur, quibus addo duo.

11 Primum, quod qui priuilegium se dicit habere, teneatur illud in authentica forma demonstrare, *cap. 1. de fide instrument. & cap. porrò de priuileg.* & tradunt *ibi* Abb. Decius, & alij, quos citat & sequitur Barbosa *in collect. to. 2. lib. 5. tit. 33. cap. 3. numer.* 5. Saura *in vote Platonis, de primu instantiis, & aliis recursibus. §. 1. fol.* 48. *col.* 2. *&* Pelantius *tractatu. de immunit. Eccles. disp. 3. numer.* 2. & determinauit Rota Romana in vna Oscensi Canonicatus die 1. Decembris; 1595.

12 Alterum, quod etiam stante iustitia statuti, de quo loquimur, adhuc possint in Ecclesiis, & monasteriis probabiliter institui capellæ, oratoria, & anniuersaria Missarum, & sub hoc titulo illis iustè relinqui bona stabilia; quia, cùm aliter fieret, experientia compertum est huiusmodi obligationem breui temporis interuallo euanuisse, in magnum piarum mentium detrimentum. Vide Germonium *de libertate Eccles. cap. 7. fol.* 75.

DVBITATIO XIII.

An statutum laicorum præcipens, vt bona Ecclesiæ relicta, intra certum tempus vendantur, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Huiusmodi statutum in titulo recensitum est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Alexander IV. in cap. 1. §. fin. de immunit. Eccles. in 6. vtitur his verbis. Nec etiam liceat illud ipsas Ecclesiis, vel Personas, ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manum suam ponendum iam acquisita, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.*

3 *Statutum Senarum, quo cauebatur vt Hospitale S. Mariæ teneretur vendere possessiones, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

4 *S. Rota Romana inuehit contra nonnulla Responsa Iurisstarum, qui vel spe lucri, vel adulandi gratia Principibus laicis, in luce clara sponte cæcutire voluerunt, scribendo contra libertatem Ecclesiasticam.*

RESPONDETVR, affirmatiuè; 1 patet etiam ex dictis *dubit.* 2. *p. sectionum*, quia loquitur explicitè de Ecclesiis, vel clericis; Atque ita docent Hostiensis *in cap. fin. num 5. de rebus Eccles. non alien.* Archidiaconus *in cap. Romana, num.* 13. *de appellat. in 6.* (vbi allegat textum *in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. & in cap. cùm laicis de rebus Eccles. non alien.*) Speculator *tit. de locato, §. nunc aliqua, num.* 141. Surdus *lib. 1. consil. 2. n.* 20. *&* 21. Maynard. *de priuileg. Eccles. par. 2. art.* 22. *nu.* 44. & alij communiter Doctores, quos citabam, & sequebar *supra sect.* 1. *&* 12. quidquidin contrarium dixerit Cuttellius *de Eccles. libert. quæst.* 58. *&* 64. Quinimmò Alex. IV. hanc conditionem, tanquam contra libertatem Ecclesiasticam, damnauit *in cap. 1. de immunit. Eccles. in 6.* & notarunt Ioan. Andr. *in cap. fin. eod. tit. num. 2.* Abb. *in cap. relatum, de testament. num.* 5. & Ancharan *consil.* 61. *num.* 2. *& consil* 155. *num.* 6. Vide quæ cit. *dubit.* 11. dicebantur; vide etiam Rotam Romanam quæ in vna Veneta cēsurarum sic habet: Quod verò attinet ad illum articulum particularem, vt Ecclesia intra certum tempus, v. g. vnius, vel duorum, vel duodecim annorū, bona immobilia vendere laicis teneatur, illum expressè damnauit Alex. IV. *in cap. 1. §. fin. de immun. Eccles. in 6* his verbis: *Nec etiam liceat illud ipsas Ecclesias, vel personas ad distrahendum, aut extra manum suam ponendum iam acquisita, vel quæ deinceps acquirent, aliquatenus coarctare.* Vnde 2 non valere statutū laicorum contrarium disponens, notarunt ibidem Geminianus *n. 5. vers. Nota, quod laici*, Francus *n.* 5. Decius *in c. Ecclesia S. Mariæ n.* 192. *vers.* 8. *non valet statutum, de constit.* & Bald *in Authent. hoc ius porrectum n.* 18. *vers. & propterea non valet. Cod. de sacros. Eccles.* vbi agit contra statutum Senarum, 3 quo cauebatur, vt Hospitale S. Mariæ teneretur vēdere possessiones. Idem tenuit Hostiensis *in cap. cum laicis, num.* 5 *super verbo de alienatione, de rebus Ecclesiæ non alienād.* & Archidiac. *in cap. Romana, num.* 13. *verb. consuetudine, de appellat. in 6.* Hucusque S. Rota Romana, quæ paulo post sic subdit: Cùm in hac materia Sacrorum Conciliorum, & Romanorum Pontificum diuina Respōsa, quę clara sunt, seruari debeāt, 4 non oportet admodum solicitè quærere, cur aliqui Iuris ciuilis potissimum Interpretes contrariū consuluerint; nec anxiè laborare, vt eorū responsis singulatiter respondeatur; cùm notum sit, eos sæpe vel lucri cupiditate, vel studio adulandi Principibus laicis, vel sacrorum Canonum imperitia sic in trāsuersum actos, vt in luce clara spōte cæcutire voluerint. Sic S. Rota Romana Quod si contrarium alicubi seruatur in praxi, id fortasse fit ex priuilegio à Sede Apostolica concesso, quod an aliquando fuerit reuera concessum; & dato fuerit aliquando reuera concessum, modò reuocatum non sit, videant, qui dixerint, iuxta ea, quæ supra *dubit.* 10. *&* 12. dicebantur.

DVBITATIO XIV.

An statutum laicorum præcipiens, ne victualia v. g. vinum, frumentum, legumina, oleum, &c. è territorio extrahantur, vel eò introducantur, etiam à clericis, quia ea ex prædiis suis collegerint, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SECTIO

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædicta in titulo recensita disponent, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Statutum etiam implicite loquens de Clericis, seu de eorum bonis; licet videatur continere Ecclesiæ fauorem, & patrocinium, non valet, nisi tantum priuilegiando.*

3 *Statutum Laicorum generale (siue actiuum, siue passiuum) v.g. de non extrahendo, vel introducendo in Ciuitatem vinum, frumentum, &c. vel de non alienando immobilia in non subditos nulla facta mentione de Ecclesia, vel Ecclesiasticis Personis, licet respectu laicorum sit validum, Clericos tamen non comprehendit.*

4 *Statutum Laicorum generale non comprehendit Clericos, tam defectu potestatis, quam defectu voluntatis; quia cum hoc sit impossibile statuenti, non præsumitur.*

5 *Impossibilium nulla est dispositio.*

6 *Nemo videtur manum imponere ad sibi illicita, & impossibilia.*

7 *In dubio non præsumitur quis voluisse in sua dispositione comprehendere ea, de quibus expresse disponere non potest.*

8 *Statutum eo magis est contra libertatem Ecclesiasticam, si non respiciat vtilitatem publicam; sed tantum vtilitatem priuatam aliquorum.*

9 *Clerici nullo pacto, neque indirecte, & secundum vim directiuam tenentur, & obligantur ad statutum non respiciens bonum publicum; sed priuatum aliquorum prout in titulo præsentis sectionis.*

10 *Statutum Laicorum eo magis est contra libertatem Ecclesiasticam, si contra ipsum violantes pœnam inferat; quia Laicus in Clericos iurisdictionem non habet, præsertim punitiuam.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè. Patet
2 etiam ex dictis *dubit.* 2. quia loquitur de clericis, de quibus, & de quorum bonis statutum laica le(etiam, si Ecclesiæ fauorem, & patrocinium continere videatur) loqui non valet, nisi tantum priuilegiando, vel permittendo, non autem præcipiendo, vel vetando, *vt suprà dubit.* 2. *num.* 16. & 17. dicebamus. Atque ita contra Menochium *tom.* 8. *consil.* 800. *num.* 38. Pereiram *de manu Regia part.* 2. *concord.* 291. Mexiam *in pragm. taxa panis concl.* 5. Bobadillam *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *num.* 117. Auiles *in cap.* 17. *prætor. gl.* 1. *num.* 12. Rouitum *prag.* 2. *de extract. num.* 16. *fol.* 207. Giurbam *obseru.* 1. *num.* 21 Curtellium *de Eccles. Libert. lib.* 1. *q.* 69. & Lagunam *in allegat. art.* 2. *num.* 52. docent Grammaticus *decis.* 100. *num.* 15. Bursatus *lib.* 1. *consil.* 42. *num.* 28. Io. de Amico, *consil.* 18. *num.* 17. Rolandus *lib.* 4. *consil.* 61. *num.* 22. Baiardus *in addit. ad Clar. §. fin. q.* 81. *num.* 87. Azor. *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. *q.* 13. Mattha *de iurisdict. part.* 4. *cas.* 83. *num.* 1. Bellettus *in Disquis. cleric. part.* 1. *tit.* 6. §. 3. *num.* 1 Faustus *in specul. Confess. disp.* 33. *q.* 20. Gueuara *in propugn. libertatis Eccles. assert.* 1. §. 3. *num.* 11. Sperellus *decis.* 12. *num.* 45. Genuensis *in prax. c.* 74. *n.* 4. Carpanus *ad statuta Mediolanens. in Præludio num.* 183. Montanarus *in pragmat. de administratione ciuitatis, num.* 86. & *seq.* & Ciarlinius *in controuers. forens. lib.* 1. *c.* 31. *per totum.*

Vide etiam alios Doctores, & præcipue Baldum *in cap. cum venissent, num.* 6. *de eo, qui mittitur in possess.* & *consil.* 360. *num.* 4. *lib.* 1. apud Dianã *part.* 6. *tract.* 8.
resol. 4. qui aiunt, quod statutum laicorum gene- 3
rale (siuè actiuum, siuè passiuum) v.g. de non extra-
hendo, vel introducendo in ciuitatem vinum, fru-
mentum, &c. vel de non alienando immobilia in
non subditos, &c. nulla facta mentione de Eccle-
sia, vel Ecclesiasticis personis (licet respectu laico-
rum sit validum, iuxta communem Doctorum sen-
tentiam, de qua testatur Albericus *tract. de statut. part.* 2. *q.* 1. *num.* 10. & Curtellius senior *consil.* 17.
num. 8.) clericos tamen non comprehendat; ex eo,
quia, si generaliter disponit, non faciens mentio-
nem expressam de Ecclesia, vel Ecclesiasticis perso-
nis, debet intelligi secundùm ius, si verò eos expri-
mit, quamuis verbis eos comprehendat; nihil fa-
cit; quia defectu potestatis nihil potest in eos re ip-
sa; & sic, quod, licet statutum sit generale, clericos 4
non comprehendat, tam defectu potestatis (quia in
illos iurisdictionem non habet) quàm defectu vo-
luntatis; quia, cùm hoc sit impossibile statuenti, nõ
præsumitur ad id eius voluntas extendi: impossi-
bilium enim nulla est dispositio, *l. confessionibus* 5
ff. de interrogat. actionib. tum quia nemo videtur
manum imponere ad sibi illicita, & impossibilia. *l.* 6
miles, §. reatu, vbi Angelus, *ff. ad leg. Iuliam de adulter.*
& Ancharanus *in Repetit. cap.* 1. *num.* 19. *de constit.* tũ 7
quia in dubio non præsumitur voluisse in sua dis-
positione comprehendere ea, de quibus expressè
disponere non potest, *l. Lucius*, §. *vlt. ff. ad Munici-
pal.* & *cap. à nobis.* 1. *de sententia excommunicationis.*

Et eo magis statutum est contra libertatem Ec- 8
clesiasticam, si non respiciat vtilitatem publicam,
sed tantum vtilitatem priuatam aliquorum, vt si
prohibeat extrahi è ciuitate, vel introduci in ciui-
tatem vinum, vel frumentum, &c. recollectum ex-
tra territorium, in fauorem illorum, qui habent
vineas, & prædia in territorio; quia tunc ad huius-
modi statutum, vtporè non respiciens bonum pu- 9
blicum, sed priuatum aliquorum, nullo pacto, ne-
que etiam indirectè, secundùm vim directiuam, te-
nentur, & obligantur clerici, vt in eadem *Dubit.* 1.
dicebatur; & docent Baldus *lib.* 2. *consil.* 298. *verb. non obstat.* Ripa *tract. de peste, tit. de remed. ad conseruandam vbertatem, num.* 122. Grammaticus *cit. decis.* 100. *num* 15. & 16. Io. de Amico *cit. consil.* 18. *in fin.* Mattha *part.* 4. *centur.* 1. *cas.* 1. *num.* 10. & *seqq.* Couat. *in cap. possessor. par.* 2. §. 4. *num.* 8. *de regul. iuris in* 6. Menochius *cit. consil.* 800 *num.* 50. Bursatus *cit. consil.* 42. *num.* 18. & *consil.* 93. *num.* 26. Sperellus *decis.* 13. *num.* 10. Diana *part.* 6. *tract.* 8. *resol.* 4. Bellettus *loc. supra cit. num.* 3. Andr. de Isernia in proœm Const. Regni, & in tit. quæ sint regalia propè finem, vers. attendenda est, Rouitus *ad pragm.* 2. *de extract. num.* 15. & alij contra Mexam *super pragm. taxa panis concl.* 5. *numero* 17. & Morlam *p.* 1. *titulo* 2. *q.* 16. *num.* 19.

Et iterum eo magis statutum est contra liber- 10
tatem Ecclesiasticam, si contra ipsum violantes
pœnam inferat; quia laicus in clericos iurisdi-
ctionem non habet, præsertim punitiuam, vt in
eadem *dubit.* 2. dicebamus: & determinauit S.
Rota in Romana donatione die 23. Iunij 1634.

Vide etiam, quæ *lib. de Parlamentis Dubit.* 40 *sect.* 15. 16. 17. 18. 19. & 20. *per suas subsectiones* dicebantur, & quæ *c.* 9. *dubit.* 1. & *seqq.* dicentur.

* * *

SECTIO II.

Corollaria.

SVMMARIVM.

1 *Ministri laici non possunt tempore penuriæ compellere Clericos ad vendendum frumentum, vel quid aliud simile, sed hoc fieri debet, nisi periculum sit in mora, à Prælato competenti Ecclesiastico.*

2 *Ministri laici neque possunt vexare famulos, colonos, vel ministros alios clericorum, qui de eorum mandato frumentum, vinum, vel quid aliud simile è Territorio, vel Ciuitate extrahunt, vel eo introducunt.*

3 *Operarij ad nihil tenentur, quando obediunt mandato Conductoris, in re, quæ de sui natura non sapit delictum.*

4 *Ministri laici neque possunt auferre res Clericorum, quæ è Territorio, vel Ciuitate extrahuntur, vel eo introducuntur.*

5 *Ministri laici neque possunt res Clericorum destruere verbi gratia frumentum vel vinum &c. quod Clerici ex proprijs prædiis recollectum per laicos vendunt.*

1 EX dictis sequitur primò, quod non possint ministri laici tempore penuriæ compellere clericos ad vendendum frumentum, vel quid aliud simile, &c. sed hoc debeat fieri (nisi periculum sit in mora) à Prælato competenti Ecclesiastico; cùm necessitas publica non præbeat auctoritatem laicis supra clericos, vt *in citatis* dicebamus: quapropter Sacra Congregatio die 19. Iunij 1591. determinauit, quod Clerici non tenentur sua frumenta, & blada Iudici laico, sed Episcopo denunciare.

2 Sequitur secundò, quod neque possint vexare famulos, colonos, vel ministros alios clericorũ, qui de eorum mandato frumentũ, vinum, vel quid aliud simile, &c è territorio, vel ciuitate extrahunt, vel eo introducunt; sicuti docent Ciarlinius *lib. 1. cap. 3 contr. in fin.* & Sperellus *decis. 12. num. 61. & decis. 14. num. 7.* qui etiam testatur; ita sæpe respondisse Sacram Congregationem immunitatis. Et vlterius

3 probatur; quia operarij ad nihil tenentur, quando obediunt mandato conductoris, in re, quæ de sui natura non sapit delictum, ex gloss. *in l. cum rem, §. signum de rei vendicat.* communiter recepta, teste Decio *in l. velle, de regul. iur.* tum quia in tali casu ministri laicorum nullum ius habent in re, & sic iudicium non substantiatur in illis, sed in clericis, quorum negotium agebant; quapropter causa spectat ad forum Ecclesiasticum, & sic si illa vsurpetur, erit indirectè facere contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam.

4 Sequitur tertiò, quod neque possint auferre res clericorum, quæ è territorio, vel ciuitate extrahuntur, vel eò introducuntur; sicuti in cit. locis etiam dicebamus; & docet Sperellus *cit. decis. numer. 59.* contra Curtellium, & alios quos ibidem referebamus: id enim habet rationem pœnæ, quam defectu iurisdictionis, præsertim coërcitiuæ, seu punitiuæ, in clericos exercere non possunt ipsi, sed solum Ministri Ecclesiastici: cùm, si iurisdictionem illi nõ habent in personam, consequens sit, quod neque iurisdictionem habeat in bona, quæ sequuntur personam.

Sequitur quartò, quod neque possint res clericorum destruere, v. g. frumentum, vel vinum, &c. 5 quod clerici ex proprijs prædiis recollectum per laicos vendunt (ex causa, quod improbum illud sit) quoquo modo perdere, verbi gratia in terram, vel in mare proijcere; sed solum possunt laico illas vẽdenti, per modum iustæ defensionis impedimentum præstare, & iubere, ne vendat, & interim ad Iudicem Ecclesiasticum, vt prouideat, recurrere.

SECTIO III.

Prima difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Bonum publicum, & necessitas publica, non tribuit laico iurisdictionem, vt possit in Clericos statuere.*

2 *Bono publico sufficienter prouidetur si statutum loquatur de aliis, nullo pacto loquendo de Clericis.*

3 *Statutum latum propter bonum publicum, & publicam necessitatem quamuis indirectè, & secundum vim directiuam, non semper ligat Clericos, sed solum quando illud, neque directè, neque indirectè lædit immunitatem Ecclesiasticam.*

4 *Clericis res suas vbicumque voluerint vendere, non prohibetur neque de iure Diuino, neque de iure humano.*

5 *Statutum, quod tollit Clericis, id quod de iure communi illis competit, multo magis lædit immunitatem Ecclesiasticam.*

6 *Statutum laicorum prohibens subditis suis ne Clericis, seu Personis Ecclesiasticis quidquam vendant, vel ab eis emant, est in derogationem libertatis Ecclesiasticæ.*

7 *Alexander IV. arguit magistratus seculares, qui Immunitatem & libertatem Ecclesiasticam lædere nitebantur, & quomodo.*

OBiicies primò, tale statutum est propter bonum publicum; ergo non est, cur absque eo, quod lædat libertatem Ecclesiasticam, clericos non comprehendat.

Respondetur, nego consequentiam; quia, vt supra *Dub. 11* dicebatur, bonum publicum, & necessitas publica non tribuit laico iurisdictionem, vt possit in clericos statuere; præsertim, quia bono publico sufficienter prouidetur, si statutum loquatur 2 de aliis, nullo pacto loquendo de clericis, quia tunc ad tale statutum, vtpotè iustum, & rationabile, cùm bonum publicum, & vtilitatem publicam respiciat, obligabuntur clerici, saltem indirectè, secundùm vim directiuam; & ad idem statutum seruandum compellentur à Iudicibus Ecclesiasticis (quorela ad illos delata) vel iisdem pœnis ab ipso statoro impositis, vel potius mitioribus. Qua de re dixi *in cit. dub. 2. & lib. de Parlamentis cit. Dub. tat. 4. sect. 18. 19. & 20. per suas subsectione*; & dicam *cap. 9. dub. 1. & seqq.*

Dixi, *obligantur tura clerici, saltem indirectè, secundùm vim directiuam*; quia statutum latum propter 3 bonum publicum, & publicam necessitatem non semper (quamuis indirectè, & secundùm vim directiuam) ligat clericos, sed solum, quando illud neque directè, neque indirectè lædit immunitatem Ecclesiasticam (*vt supra dub. 2. & c. 5. dub. 7. & lib. de Parlamentis Dubit. 30. sect. 1. 2. & 14.* dicebamus; & docent Salas *de legib. disp. 14. sect. 8. num. 92. & seqq.*

Molina *de iust.to.1.tract.2.disp.31.num.55.* Regens de Ponte *in respons.super censur.Pauli V.fol.* 13. Collegium Bononiense *in respons.pro libert.Eccles.num.* 14.Baldellus *lib.5.disp.33.num.*14.& alij,quos citat, & sequitur Diana *par.6.tract.*8 *resol.*4. & probatur; quia alioquin semper clerici indirectè, secundùm vim directiuam,tenerentur ad leges Principum secularium;cùm semper hæ, vt sint iustæ, ferantur propter bonum publicum, & publicam necessitatem)quod non contingit in statuto de non extrahendo,vel introducendo vinum, vel frumentum, &c.in ciuitatem (sicuti neque propter eandem rationem contingit in statuto de non alienando immobilia in non subditos,& in similibus aliis statutis,de quibus supra,& infra.)quandoquidem neque de iure diuino, neque de iure humano prohibetur clericis res suas, vbicumqua voluerint, vendere; quinimmò id eis conceditur, vt *in cit. Dubitat.* 10. *sect.1.& 24.& cit.cap.5.dubit.7.sect.1.16.& seqq.*dicebatur;& ex S. Rota docet Nouarius *de grauaminibus Vassal.to.* 1.*grauam.62.n.* 2. Menochius *consil.* 626.*n.*14.*vol.*7. Sperellus *decis.*12.*num.*40. *& decis.* 13.*nu* 6.Carpanus *ad Statut. Mediolanens. in Prælud. num.*583.Molfesius *in Summ.to.2.tract.*12. *cap.5.nu.* 47.*&* 119.& Montanarus *in pragmat. de administr. Ciuit.n.*87.*& seqq.*At statutum prohibens, vel præcipiens clericis id, quod eis neque de iure diuino, neque humano prohibetur, vel præcipitur, lædit immunitatem Ecclesiasticam,vt ibidem dicebamus & docent Reginaldus *to.1.lib* 9.*cap.* 23. *num.* 358. Sayr.*de censur.lib.3.cap.*19.*num.* 9. Sousa *in Bullam Cœn.cap.*16.*disp.*84.*concl.*3.Filliucius *to.*1. *tract.*56.*c.* 10.*num.*270.Duardus *in Bullam Cœn.lib.* 2.*can.*15.*q.* 19.*num.*1.& alij,quos refert,& sequitur Diana *res. cit.*ergò,&c.

5 Et multò magis lædit immunitatem Ecclesiasticam statutum, quando tollit clericis id, quod positiuè de iure communi illis competit; cùm multò magis contra immunitatem Ecclesiasticam sit, tollere eis id, quod eisdem positiuè competit de iure communi,quàm quod non prohibetur,vel positiuè competit ex priuilegio; vt ibidem etiam dicebamus;& docet Decius *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num.7.de Constitut.*Baldus *consil.* 300.*num.*4.*lib.*1.Socinus *consil.*56.*num.*2.*lib.*1.Couar.*in reg. possess.par.*2. §.4.*num.*8 & alij complures Doctores apud Dianam *resol.cit.*& determinauit S. Rota Romana in vna Sulmonensi die 7. mensis Iunij 1617. & in vna Hydruntina pecuniaria die 16. mensis Iunij 1641.

6 Quapropter meritò in *cap.fin.de immunit. Eccles.in* 6.declarauit Bonifacius VIII esse in derogationem libertatis Ecclesiasticæ statutum laicorum prohibens subditis suis,ne clericis, seu personis Ecclesiasticis quidquam vendant, vel ab eisdem emant.

7 Et meritò *in cap.1.eod.tit.*arguit Alexander IV. magistratus seculares,qui libertatem,& immunitatem Ecclesiasticam lædere,ac minuere molientes,Ecclesias, & Ecclesiasticas personas coarctare nitebantur,vt ratione bonorum,quæ acquisiuerunt, tributa persoluerent, vel bona acquisita extra manum suam ponerent.

SECTIO IV.

Secunda difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum si recipiat vtilitatem publicam non solum in ordine ad abundantiam, sed etiam in ordine ad necessitatem,& penuriam annonæ comprehendit Clericos si non secundum vim coactiuam,saltem secundum vim directiuam,non quidem directè, & ex vi ipsius statuti, sed indirectè ex vi rationis naturalis, & ex debito charitatis.*

2 *Clerici in tali casu tenentur obseruare statutum in subsidium.*

3 *Episcopis in tali casu,sicut & in omni alio casu alterius necessitatis tenentur suis edictis statutum laicorum adiuuare.*

4 *Statutum respiciens vtilitatem publicam solum in ordine ad abundantiam, & non in ordine ad necessitatem, & penuriam annonæ, quia primariò æque non respicit vtilitatem Clericorum & laicorum, non comprehendit Clericos.*

5 *Statutum quando est in bonum commune etiam ipsorum Clericorum obligantur ij ad contributionem,& ad id cogi possunt per superiorem solum Ecclesiasticum secus si periculum sit in mora.*

6 *Probabilius est Clericos non teneri ad onera realia prout est refectio Pontium,viarum,& cæterorum.*

7 *Textus in leg. ad instructiones Codice de sacrosanctis Ecclesiis est contra immunitatem Ecclesiasticam.*

8 *Textus in l.cit.fuit positiuè correctus non solum per Pontifices,sed etiam per Imperatores.*

9 *Laicorum facultates si non sufficiant ad succurrendum publicæ necessitati,tenentur Clerici saltem quoad aliquam partem contribuere,sed requiritur ad id consensus Summi Pontificis, secus si periculum sit in mora, quia tunc sufficeret consensus Episcopi cum Clero.*

10 *Consensus Episcopi, & Cleri non potest obligare exemptos nisi accedat consensus eorum Prælatorum.*

11 *Vide quando statutum laicorum comprehendat Clericos,& quando non,& in quibus casibus.*

OBiicies secundò,si hoc esset, sequeretur,quod neque indirectè secundùm vim directiuam, tenerentur clerici non extrahere vinum, vel frumentum, &c.tempore necessitatis; & sic de similibus aliis casibus loquendo, quod dici minimè debet.

Respondetur,nego sequelam antecedentis; quia statutum, vel respicit vtilitatem tantum aliquorum(vti respicit verbi gratia statutum; quod in vtilitatem dominorum vinearum in territorio existentium,prohibet,ne vinum in territorium introducatur) & tunc certum est, quod clericos non comprehendat,& quod clerici nullo pacto ad tale statutum teneantur,vt supra dicebamus. Vel respi- 1
cit vtilitatem publicam, non solum in ordine ad abundantiam, sed etiam in ordine ad necessitatem, & penuriam annonæ; & tunc etiam certum est,quod è contra clericos comprehendat, & quod clerici ad tale statutum secundùm vim directiuam,etsi non secundùm coactiuam,teneantur; non quidem ex probabiliori sententia Doctorum directè,ex vi ipsius statuti, vtpotè defectu iurisdictionis,sed indirectè,ex vi rationis naturalis, & ex debito charitatis,tanquam pars Reipublicæ,quæ in tali casu cum toto conformari debet, vt supra etiam *Dubit.2.num.* 2. *& seqq.*dicebamus, & docent Decianus *lib.3 .consil.*51. *num.*31.Martha *par.4.art.* 1.*cas.*1.*n.*48.*& cas.2.n.5.* & 10.Sperellus *decis.* 13. Ciarlinius *lib.1.c.*31.*n.*10 & alij,qui aiunt, quod 2
clerici in tali casu teneantur obseruare statutum,in subsidium;& probant ex text. *in cap. non minus de immun.*

immunit. Eccles. & cit. eod. tit. in 6. Quapropter deberent in tali casu Episcopi, sicut & in omni alio casu alterius necessitatis, suis edictis statutum laicorum adiuuare, sicut *cit. Dub. 30. sect. 2. & cit. cap. 5. Dub. 7. sect. 2.* dicebatur, & docent Surdus *Consil.* 301. *num.* 39. & Sperellus *decis.* 12. *num.* 58. &, teste Diana *cit.*
4 *resol.* 4. pluries S. Congregatio Cardinalium ordinauit. Vel respicit vtilitatem publicam, solum in ordine ad abundantiam, & non in ordine ad necessitatem, & penuriam annonæ; & tunc quia non respicit æquè primariò vtilitatem clericorum, ac
5 laicorum (vti respiceret, si esset, nè flumen vicinos agros clericorum, ac laicorum inundet; vel nè vermes, aut hostes vicina prædia vtrorumque deuastent, &c. In quibus casibus certum est, quod, vt *in lib. de Parlam. Dub. 29.* & suprà *c. 5. dub. 16.* dicebamus, clerici contribuere teneantur, & ad id cogi possint, per superiorem, tamen solum Ecclesiasticum; quamuis, si id commodè fieri non queat, vel periculū sit in mora, nō improbabile putent aliqui, executionem realem fieri tunc posse per superiorem secularem, quia in tali casu præsumi potest ratihabitio, seu tacita licentia summi Pontificis) sed respicit primò, & principaliter vtilitatem Communitatis, & sic secundariò clericos (vti respicit statutum præcipiens contributionem ad manutentionem exercitus, ad constructionem, vel custodiam turrium, ad reparationem pontium, fontium, viarum publicarum, murorum Vrbis, & similium) probabilius est, quod clerici nullo pacto ad quidquam
6 teneantur (vt contra multos Iuristas, & contra Innocentium, Hostiensem, Glossam, Card. Ancharanum *in cap. non minus, de Eccles. immunit.* tenent communiter Canonistæ, & Theologi, Azorius *par. 3. q. lib. 5. cap. 9. q. 3.* Faustus *de Contractibus disp. 33. q. 40.* & alij passim) quia tunc statutum non tangit clericos principaliter, sed (vti dicebam) solum secundariò, vt scilicet membra sunt Communitatis; alioquin minus arctum, & prope nullum esset in oneribus publicis priuilegium clericorum, quod par esse non videtur; cùm ipsi deseruiant laicis in communitate in omnibus negotiis spiritualibus, & ad animæ salutem pertinentibus.

7 Neque obstat *l. ad instructiones, Cod. de sacros. Eccles.* ibi: *Ad instructiones itinerum, pontiumque etiam diuinas domus, & venerabiles Ecclesias libenter ascribimus*; quia cùm illa lex sit contra immunitatem Ecclesiasticam, vim non habet, nisi speciatim ab Ecclesia approbetur, vt communiter Theologiæ, & Canonum Doctores docent; & videri poterit Silo. *ver. Immunitas, 1. n. 20.*

8 Adde, quod dicta lex fuerit positiuè correcta, nō solum per Pontifices *in cap. non minus, & cap. aduersus de immunitat. Eccles.* sed etiam per Imperatores *in Authent. item nulla Communitas, Cod. de Episcop. & cleric.*

9 Interim tamen non nego, quod in tali casu quādo laicorum facultates ad succurrendum publicæ necessitati non sufficiunt, teneantur clerici, saltem quoad aliquam partem, contribuere, ad quod olim requirebatur consensus Episcopi, & cleri; vt patet ex *cit. cap. non minus*, sed nunc requiritur consensus Summi Pontificis; vt patet ex Bulla Cœnæ Domini quem consensum etiam requirit Innocent. III. *in cit. cap. aduersus*; nisi forsan periculum esset in mora, quia tunc non deberet consensus Summi Ponti-
10 ficis expectari, sed sufficeret consensus Episcopi cū clero, vt notat Silu. *loco supra cit.* quia tamen Episcopi cum clero consensus non potest obligare exemptos: quapropter necesse est, vt hi quoque cōsentiant; posito tamen consensu Prælatorum (quorum est consentire, & sic omnes inferiores illorum tenentur) exactio à clericis, & personis Ecclesiasticis non fiet auctoritate laica, sed Ecclesiastica, vt supra dicebamus.

Hinc (si in aliqua ciuitate sit statutum, vt aliqui 11
tantum vinum, frumentum, vel quid aliud vendāt, ad finem, vt ex hoc monopolio ciuitas lucretur magnam pecuniariam quantitatem ad publicum aliquod opus postea applicandam) statim videndum est, an hoc publicum opus tangat principaliter clericos, id est æquè primò sit in vtilitatem clericorum & laicorum (vt nè flumen, vermes, vel hostes res clericorum, & laicorum vicinas deuastent) vel tangat clericos solum secundariò, vt scilicet sunt membra Communitatis (vt ad manutentionem exercitus, ad constructionem, vel custodiam turrium, ad reparationem fontium, pontium, viarum publicarum, murorum, vrbis, & similium, ad manutentionem, vel erectionem hospitalis, vel monasterij monialium, subleuationem necessitatum, vel conseruationem redituum ciuitatis, aut ad quid simile) quia in primo casu dicendum est, quod comprehendat clericos, & sic quod clerici non possint (quamuis per alios) tabernas aperire, & suum vinum, frumentum, vel quid aliud vendere; secus in secundo casu secundum probabiliorem Doctorum opinionem.

SECTIO V.

Tertia Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Læsio libertatis Ecclesiasticæ non pendet ex bono, vel prauo animo statuentis, sed ex eo, quod tamen libertatem Ecclesiasticam realiter, directè, vel indirectè lædat, nec ne.*

2 *Si quis statutum ferat ex prauo animo, vt realiter lædat libertatem Ecclesiasticam, sed illam nullo pacto lædere est aptum, non lædit, nisi quoad affectum, & sic censuras, & alias pœnas non incurrit.*

3 *Læsio iustitiæ non pendet ex bono, vel prauo animo operantis, sed ex eo, quod operatio sit realiter contra iustitiam.*

4 *Si quis opus faciat ex prauo animo, vt iustitiam lædat, sed illam lædere non est aptum, reuera illam non lædit, nisi quoad affectum, & sic non tenetur ad restitutionem, nec contrahit censuras, irregularitatem, & alias pœnas.*

OBiicies tertiò, Dictum statutum non fit animo præiudicandi libertatem Ecclesiasticam; 1
ergo non est, cur absque eo, quod illam lædat, clericos non comprehendat.

Respondetur, transeat antecedens, at nego consequentiam; quia (vt *lib. de Parlamento cit. Dubitat. 30. sect. 6. & suprà cap. 5. dub. 7. sect. 6.* dicebam, & docent Suar. *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 33. num. 12.* & Baldellus *lib. 5. disp. 36. num. 13.*) læsio libertatis Ecclesiasticæ non pendet ex bono, vel prauo animo statuentis; sed ex eo, si statutum libertatem Ecclesiasticam realiter, directè vel indirectè lædat, nec
nè; vnde si quis è contra statutum ferat ex prauo 2
animo, vt illam realiter lædat; sed illam nullo pacto lædere est aptum, reuera illam non lædit, nisi quoad affectum; & sic censuras, & alias pœnas non incurrit. Sicuti læsio iustitiæ non pendet ex bono,

vel

3 vel prauo animo operantis;sed ex eo,si operatio sit realiter contra iustitiam,id est,ex se alteri realiter inferat iniustum damnum,seu ea ipsa per se realiter alteri sequatur iniustum damnum. Vnde si quis
4 è contra opus faciat ex prauo animo, vt iustitiam lædat, sed illam lædere non est aptum,reuera illam non lædit, nisi quoad affectum; & sic non tenetur ad restitutionem,nec contrahit censuras, irregularitatem,& alias pœnas in actum iniustum impositas;Qua de re vide,quæ diffusè dicebantur *cap.2. Dubit 8.sect.9.& seqq.*

SECTIO VI.

Quarta Difficultas,eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum absque eo,quod lædat libertatem Ecclesiasticam comprehendit Clericos, si extrahant,vel introducant vinum non ex propriis prædiis collectum;sed ab ipsis emptum,vt carius vendatur.*

1 OBiicies quartò, saltem statutum absque eo quod lædat libertatem Ecclesiasticam, comprehendit clericos,si extrahant,vel introducant vinum,vel frumentum,&c.in aliquem locum, vt ibi carius vendant;quia tunc esset negotiari, quod est prohibitum clericis;quapropter & tunc soluere etiam gabellam tenentur.

Respondetur,distinguendo antecedens. Si vinum,vel frumentũ,&c.sit ex propriis prædiis collectũ,nego; quia tunc non est negotiari. Si fuerit emptum, vt carius vendatur,concedo: quia tunc est negotiari, scilicet rem emptam immutatam carius vendere sicuti diffusè diximus supra *cap.5.dubit.3.sect.5.& lib.de Parlamentis Dubit 26.& 27.* & videri poterit Tannerus *tomo 3.Disput.4.quæst.7.dub.2.numer.69.* Turrian. *to.2.in 2.2.disp.59.dub.2.num.1.* Sousa *in Bullam Cœnæ cap.19.disp.92.conclus.1.num.4.* Castrus Palaus *to.2.tract.12.disp.vnic.punct.9.num.16.* Fagundez *de iustit. lib.5.cap.37.num.23.* Bonacina *to.3.in Bullã Cœnæ disp.1.q.19.n.14.punct.6.* Lessius *de iustit. & iure,lib.2.cap.25.dub.1.* Spetellus *decis.94.num.8.& 9.* Diana *par 5.tract.1.resol.27.* Pereira *de manu Regia par.2.cap.24.num.34.* Ceuallos *tract.de cognit.per viam violent.par.2.quæst.64.num.21.* & Maccabrunus *consil.18.num.241.& seqq.* quidquid in contrarium sentiant Carolus de Grassis *de eff.cler.eff.3.num.178.& Laguna in allegat.art.2.num.45.*

DVBITATIO XV.

An statutum laicorum præcipiens,vt hæreditatem, non confecto inuentario,adeuntes, teneantur vltra vires hæreditatis in solidum omnibus creditoribus hæreditatis(iuxta text.in l.si te bonis, & l.fin. §.cùm igitur, Cod. de iur.delib.)etiamsi fuerint clerici, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum præcipiens prædicta in tit.recensita,est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Statutum laicorum præsertim expliciete loqui de Clericis non valet.*

3 *Statutum laicorum prædictum non valet,etiamsi hæres institutus fuerit Clericus,ex amore Dei.*

4 *Locus sacer, Ecclesia,& Monasterium non tenentur vltra vires hæreditarias etiam in casu dicti statuti etiam si Inuentarium non confecerint.*

5 *Statutum inferens pœnam contra ipsum violantes eo magis est contra libertatem Ecclesiasticam.*

6 *Hæres laicus etiam qui non confecto inuentario,hæreditatem adiuit,non tenetur in cõscientia vltra vires hæreditatis soluere legata, vel debita Defuncti, contra Molinam.*

7 *Lex fundata in præsumptione,deficiente præsumptione in aliquo casu,non obligat in conscientia.*

8 *Legis ratione in generali cessante,cessat legis obligatio in generali,sic cessante in particulari, cessabit legis obligatio in particulari.*

9 *Valet argumentum à toto ad partem.*

10 *Professio Religiosi à principio nulla, si intra quinquennium reuera non sit per aliquem actum ratificata non obligat in conscientia non obstante decreto concilij Tridentini requirentis reclamationem,& ad id poterit remoto scandalo Religionem deserere.*

11 *Bulla Sixti V. annullans professionem ob iuris defectum,quod de Professi vita, & moribus,inquisitio facta non fuerit,cum innitatur etiam præsumptioni,in conscientia non obligat,si à parte rei, professioni nullum vitium adfuerit.*

12 *Bulla Sixti V. contra Chyromanticos fundata in præsumptione, quod illi pactum habeant cum Dæmone cessante præsumptione non obligat in conscientia ad denunciandum sancto Officio.*

13 *Bulla Clementis VIII largitionem munerum Religiosis prohibens fundata in præsumptione, cessabit etiam donationis prohibitio in foro interiori.*

14 *Lege non assistente Hæredi in testamento minus solemni ob fraudem,cessante,quia cessat præsumptio,potest Hæres in conscientia hæreditatem adire.*

15 *Item dic de eo,qui prius matrimonij simulator, non expectata Ecclesiæ sententia,reliquit putatiuam vxorem,& alteram valide duxit, cum circa hoc Ecclesia fundetur in præsumptione.*

16 *Simulator prædictus si nulla ratione effugere nequeat quominus deserta posteriori legitima Vxore,priori putatiuæ adhæreat,potest cum ea aliquãdiu cohabitare,vt Ecclesiæ præcepto satisfaciat,non tamen debet consentire in copulam; sed potius sustinere excommunicationem.*

17 *Excommunicatio, vel prohibitio simplex loquendi cum monialibus non obligat in conscientia cessante præsumptione infructuosæ amicitiæ.*

18 *Cessante fine dictæ prohibitionis accedentes ad monasteria,non obligantur in conscientia.*

ESPONDETVR affirmatiuè Patet
etiam ex dictis *dubit. 2.* præsertim, 1
quia loquitur de clericis,de quibus 2
loqui non valet, & in quos laicus
iurisdictionem, præsertim coërcitiuam,non habet. Atque ita docet Io Andreas,quem citat,& sequitur Duardus *in Bullam Cœnæ lib.2.15. q.17.num.8.*& Martha *de iurisdict.par. 4.cent.1.cas. 75.num. 5.* contra Doctores,quos citat,& sequitur Morla *in emptor. iur.tit.1.quæst.56.num.11.*& Carolus de Grassis *de effectib. cleric. effect. 2.num.252.* qui id extendunt, etiamsi hæres institutus fuerit clericus ex amore Dei,quamuis limitent,si hæres insti-
tutus fuerit locus sacer, vt Ecclesia, vel monasterium, 3

rium,&c. non teneatur vltra vires hæreditatis, etiã si inuentarium non confecerit; qua de re videri etiam poterit Abbas *in cap. Ecclesia S. Mariæ de Constitut. n. 13.* & Felin. *ibidem. n. 66.*

5 Et eò magis dictum statutum est contra libertatem Ecclesiasticam; quia contra ipsum violantes pœnam infert, vt *in præcedenti Dubitat.* dicebatur.

Neque obstat, si dicas, quod huiusmodi statutum sit propter bonum publicum; quia Respondetur, vt ibi

6 His adde, quod satis probabiliter, etiam hæres laicus, qui non confecto inuentario hæreditatem adiuerit, non teneatur in conscientia vltra vires hæreditatis soluere legata, vel debita defuncti; sicuti contra Molinam *de iust. & iure to. 1. tra t. 2. disp. 217 n. 12.* Reginaldum *to. 2. lib. 25. cap. 52. num. 627.* & alios docent Silu, *ver. lex, q. 9.* Angel. *eod. ver. num. 6* Nauarra *de restit. lib. 3. cap. 4. dub. 9. num.* 137. Suarez *de legib. lib. 3. cap. 23. num. 9.* Sayrus *in Claui Reg. lib. 3. cap. 7. num. 7.* Salonius *in 2. 2. q. 77. art. 3. dub. 10* & Sanchez *lib. 4. moral. cap. 15. num. 37.* Et ratio est, quia huiusmodi lex, vel statutum fundari

7 videtur in præsumptione; & quandocumque lex fundatur in præsumptione, si præsumptio in aliquo casu particulari deficit, in tali casu particulari lex in conscientia non obligat; ergò, &c.

8 Confirmatur, quia etiam in opinione satis probabili multorum sicut si cesset legis ratio in generali (id est, respectu omnium personarum, temporum, &c.) cessat legis obligatio in generali; ita si cesset legis ratio in particulari (id est respectu alicuius personæ, temporis, &c.) cessabit legis obligatio in particulari; cùm sicuti se habet lex in generali; ita se habeat lex in particulari ad rationem le-

9 gis in particulari. Vnde dici consueuit, quod valeat argomentum à toto ad partem. Atque ita contra nonnullos docent Nauarrus *to. 4. Comment. in Rubr. de iudiciis, num. 74.* Henriquez *lib. 11. cap. 17. n. 2. in gl. lit. O.* & Granadus *in 1. 2. contr. 7. tract. 5. par. 1. disp. 15. sect. 2.*

10 Hinc, cùm decretum Concilij Tridentini *sess. 25. cap. 19.* denegans audientiam professis, qui, transacto quinquennio, volunt reclamare, innitatur præsumptioni ratificationis professionis per illud quinquennium inductæ; si reuera professio ex aliquo capite à principio nulla, non est in illo quinquennio per aliquem actum ratificata, non obligat in conscientia; & sic potest taliter professus non obstante tali decreto Tridentini, remoto scandalo, Religionem deserere, quin etiam & in foro externo petere restitutionem in integrum, & sic adhuc reclamare.

11 Item secundò, cùm Bulla Sixti V. annullans professionem ob iuris defectum, quod de professi vita, & moribus inquisitio facta non fuerit, fundetur etiam præsumptioni, in conscientia etiam non obligat, si à parte rei professioni nullum vitium adfuerit; & sic poterit taliter professus tutus esse in conscientia.

12 Item tertiò, cùm altera Bulla Sixti V. præcipiens, vt Chiromãtici, &c. Sancto Officio denuncientur, fundetur etiam præsumptioni, quod illi pactum habeant cum dæmone; si quis certò sciat, tale pactum reuerà non adesse, in conscientia non tenebitur illos denunciare.

13 Item quartò, cùm Bulla Clementis VIII. largitionem munerum Religiosis prohibens, fundetur etiam præsumptioni, quod illa ex ambitione fiat; si cessat reuerà ambitio in donatione, cessabit etiam donationis prohibitio in foro interiori.

Item quintò, cùm lex hæredi ex testamento minus solemni non assistens, fundetur etiam præsum- 14
ptioni, quod testamento vitium aliquod vis vel fraudis, &c. interfuerit; si reuerà testamento nullum vitium tale interfuit, potest talis hæres in conscientia hæreditatem adire, & sibi retinere.

Item sextò, cum excommunicatio, qua prioris 15
matrimonij simulator (qui, non expectata Ecclesiæ sententia, reliquit putatiuam vxorem, & alteram validè duxit) ab Ecclesia (quæ fictionem coniugi allegãti facilè credere nõ debet) cogitur, vt ad prius matrimonium redeat, fundetur etiã præsumptioni, 16
neque etiam obligat in conscientia; quin immò talis, quamuis, si qua ratione effugere nequeat, quominus deserta posteriore legitima vxore, priori putatiuæ adhæreat, possit illi aliquãdiu cohabitare, vt Ecclesiæ præcepto satisfaciat, tamen potius excommunicationis sententiam secundùm externum forum humiliter sustinere debet, quàm in copulam consentire, cùm id verum adulterium sit, per se & ab intrinseco malum, quod proinde Ecclesiæ Prælatus neque iubet, neque iubere potest, *arg. c. inquisitioni, de sent. excomm.* & docet S. Th. *in Supplem. qu. 45 art. 4 & ibid.* Ledesma.

Item septimò, cùm in opinione quorumdam ex- 17
communicatio, vel prohibitio simplex loquendi cum Monialibus, fundetur similiter præsumptioni, tenendi scilicet infructuosas amicitias cum illis; si quis cum eisdem loquatur ad pacandam aliquo modo conscientiam earum, excommunicatio, vel quæcumque alia prohibitio, similiter neque obligabit in conscientia. Accedit quod licet dicta 18
excommunicatio, vel prohibitio non fundetur præsumptioni (quod multò probabilius mihi videtur) adhuc quia finis eius cessat in hoc casu particulari, in hoc casu particulari non obligabit in conscientia; quod de omni alio simili caso dicendum est.

DVBITATIO XVI.

An statutum laicorum præcipiens, vt falsis mensuris, vel corrupta substantia, vel supra taxatum pretium vendentes, serico vtentes, è Regno victualia, vel pecuniam extrahentes, arma in certa specie, vel in certa hora prohibita gestantes, &c. pœna aliqua pecuniaria afficiantur, vel rebus ipsis, tanquam in commissum, ceciderint, spolientur, etiamsi tales clerici fuerint, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædicta disponens, est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Pœna licet pecuniaria oritur ex delicto, & ideo si dicto statuto tenerentur Clerici, possent in Iudicio seculari ciuiliter ex personali actione, trahi, quod est absurdum.*

3 *Textus in cap. ex litteris de vita, & honestate Clericorum loquitur de Clerico negotiatore, qui subiacet Iudici laico, & ab eo puniri potest in re negotiationis.*

4 Non

4 *Non obstat quod dictæ res ceciderint in commissum, quia dicta lex commissoria est ciuilis, & non obligat Clericos; & dato, & non concesso, quod ei subessent, executio spectaret ad Iudices Ecclesiasticos.*

5 *Non obstat quod si non possint spoliari Clerici per modū iurisdictionis, possint tamen per modum naturalis defensionis, & cur.*

6 *Non obstat consuetudo in contrarium, quia ea damnatur à summis Pontificibus, & est potius corruptela, quam Consuetudo & ideo nullo modo fieri potest, nisi fiat ea consensu saltē im. licito superioris Ecclesiastici.*

7 *Episcopi aliqui solent dare in dictis casibus facultatem ministris Curiæ secularis capiendi etiam personam Clerici cum dictis rebus.*

1 RESPONDETVR, affirmatiuè; patet etiam ex dictis *dubit.* 2. & ex dicendis *cap.* 9. *dubit.* 1. & *seqq.* & quia loquitur de clericis, de quibus loqui non valet; & in quos Princeps laicus iurisdictionem, præsertim punitiuam, non habet, vti toties dictum est.

Quamuis, si de aliis, nullo pacto loquendo de clericis, statutum loquatur (cùm sit propter bonum publicum, & non repugnet statui Ecclesiastico, ac Canonicis priuilegiis) etiam clerici ei subdantur secundùm vim directiuam, saltem indirectè, modo quo supra explicabatur, & etiam secundùm vim coactiuam, seu punitiuam, non quidem per Iudices seculares, defectu iurisdictionis, præsertim punitiuæ, quam, vt dicebamus, in clericos non habent, sed per Iudices Ecclesiasticos, qui in ipsos vtramque iurisdictionem, etiam directè, habent.

2 Et confirmatur; quia alioquio, cùm pœna, licet pecuniaria, ex delicto oriatur (vt habetur *in l.* 1. *ff. si quadrup.* & §. 1. *Instit. de noxal. l. Quintus*, & *seq. ff. ad leg. Aquil. & cap. si laserit., de iureiur.*) sequeretur, quod clerici conueniri possent in iudicio seculari ciuiliter ex personali actione, quæ ex delicto descendat, quod dicere, absurdum est.

Atque ita supra *dub.* 2. & *lib. de Parlamentis Dubit.* 4. *sect.* 19. & 20. per suas subsectiones dicebamus, & *infra cap.* 9. *dubit.* 1. & *seqq.* dicemus, & docent Suttdus *consil.* 301. *num.* 31. Suar. *in defens. fidei lib.* 4. *quæst.* 34. *num.* 14. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 4 *num.* 7. Vasquez *in par. a. to.* 2. *disp.* 167. *cap.* 4 *nu.* 29. Bellettus *in Disquis. cleric par.* 1. §. 50. *num.* 7. Vigianus *de immunit. Eccles. diss.* 2. *concl.* 5. Malderus *in* 2. *par. quæst.* 96. *art.* 5. Baldellus *to.* 1. *lib.* 1. *disp.* 37. *num.* 16. Montesinus *in par.* 2. *S. Th. disp.* 13. *quæst.* 11. *diffic.* 5. *num.* 200. & *seqq.* Squillante *de priuileg. cleric. cap.* 7. *num.* 94. & *cap.* 8. *num.* 39. Martha *de iurisdict. par. cap.* 4. *cent.* 1. *cas.* 7. Barbosa *de iur. Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 140. Fagnanus *de censur. Pauli V. par.* 3. *fol.* 72 Maynardus *de priuileg. Eccles. cap.* 7. §. 6. Bonacina *in Bullam Cœnæ disp.* 1. *quæst.* 16. *punct.* 5. *num.* 27. Castrus Palaus *to.* 2 *tract.* 3. *disp.* 1. *punct.* 14. §. 6. *n.* 9. Diana *p.* 1. *tract.* 2. *reso.* 9. & *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 19. Merolla *to.* 2. *disp.* 4. *cap.* 3 *diffic.* 1. *num.* 608. & alij complures Doctores, quos *in cit. locis* citabamus contra Couarruuiam *lib.* 2. *resol. cap.* 20 *propè finem*, & *in pract. qq. cap.* 33. *in fin.* Clarom *in pract. crimin. quæst.* 36. *num.* 16. Ioanem de Boa *in Apolog. de iur. Princip. quæst.* 2. *num.* 70. Naldum *ver. Clericus, num.* 23. Peregrinum *de Manu Regia par.* 2. *cap.* 43. *num.* 2. Curtellium *ad leg. Friderici cap.* 15. *not.* 17. *num.* 2. & *cap.* 116. *not.* 105. *num.* 3. & *ad leg. Iacobi cap* 58. *not.* 7. *in fin.* & *capit.* 62. *not.* 75. *n.* 3. & *ad leg. Martini cap.* 41. *not.* 42. *nu.* 4. & *de Eccles. libert. lib.* 2. *quæst.* 71. & 77. Caballum *commur.* 1. *cas.* 9. *num.* 13. Salsedum *in pract. crim cap.* 66. §. *quamuis ab hac opinione*, Villadiegum *in Polit. cap.* 5. §. 20. *num.* 66. & *seqq.* Pegueram *decis.* 56. *num.* 14. & *seqq.* Afflictum *in Ι ralud Constit. Neapol. quæst.* 7. *num.* 2. Prosp. tum Rindellū *tract. de pascuis par.* 1. *cap* 13. & cōplures alios Iuristas, nec non aliquos Theologos, quos in locis supra citatis, præcipuè *in cit sect.* 19. *subsect.* 5. referebamus.

3 Neque obstat text. *in cap. ex literis de vita, & honestate cleric.* quia ibi (vt patet legenti) Pontifex loquitur de clerico negotiatore, qui subiacet Iudici laico, vt ab eo puniri possit in rebus negotiationis, quod (vtpote odiosum, & disparitatem rationis habens, vt patet ex dictis) extendi non debet ad casus nostros.

4 Neque obstat secundò, si dicas, quod dictæ res ceciderint in commissum; & sic non mirum, quod clerici iis spoliari possint; quia si ceciderint in commissum, id non est, nisi in pœnam ex lege ciuili prohibente, cui legi ciuili clerici, quàuis subdantur secūdùm vim directiuā nō tamen subdontur secundùm vim coërcitiuam, seu punitiuam; ita, vt non per Iudices seculares, sed per Iudices Ecclesiasticos tantum executio pœnæ fieri debeat. Vide *loca supra cit.* & præcipuè *cit. sect.* 19. *subsect.* 5.

5 Neque obstat tertiò, si dicas, quod licet clerici non possint dictis rebus spoliari per modum iurisdictionis, & aliqualis punitionis, propter rationes iam dictas, possint tamen saltem iis spoliari per modū iustæ defensionis, ad consulendum scilicet bono communi, verbi gratia ad tollēdum periculum perturbationis ciuitatis, vel ad impediendum ne sequatur delicti commissio, vel ad conseruandam abundantiam in ciuitate, vel ad aliquid aliud simile, &c. quia, si ita est, necessariò inde sequitur, quod clerici non possint dictis rebus spoliari simpliciter, ita vt illæ applicentur fisco, vel iustitiæ ministris, sed tantum spoliari secundùm quid, ita vt postea, sublata tali occasione, illæ restituantur clericis ipsis, vel saltem eorum Prælatis. Vide *loca supra cit.* & præcipuè *cit subsect.* 5.

6 Neq; obstat quartò, si dicas, adesse consuetudinē in contrarium, quod scilicet clerici dictis rebus spolientur simpliciter; quia per concilium Tridentinum, per Bullam Cœnæ quotannis, & per Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium sedis Apostolicæ, &c quæ incipit: *Romanus Pontifex.* vt toties dixi, reuocatur tanquam abusus, & corruptela, omnis consuetudo, quæ sit contra libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam: quapropter id fieri nullo pacto potest, nisi fortassè fiat (vt in cit. locis) ex consensu superioris Ecclesiastici, saltem im- 7 plicito; quia solent, & rectè, aliqui Episcopi dare in dictis casibus facultatem ministris Curiæ secularis capiendi etiam personam clerici cum dictis rebus, & cū ad ipsos Episcopos (quā maximè tamē decēter fieri potest) ducendi, vt sic euitentur scandala & consulatur bono publico, sine diminutione libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ.

DVBITATIO XVII.

An statutum laicorum super iure, quod vocatur *Congrui*, si se extendat ad clericos, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVM

SVMMARIVM.

1 *Statutum modo prædictũ est etiam contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Rota Romana sentit, quod dicto statuto laicorum Clerici simpliciter non ligantur.*

3 *Laicus non potest quidquam valide statuere circa vtile Dominium Emphyteutæ Ecclesiastici.*

4 *Clericus Emphyteuta pro solutione laudemij, non debet conueniri coram Iudice seculari, sed Ecclesiastico.*

5 *Ius congrui, seu retractus in sententia Sardi, non habet locum in Clericis passiue, habet tamen locum in Clericis actiue.*

6 *Clerici stante statuto de cõpromittendis litibus inter affines, possunt agere contra laicos ad compromittendum, non autem è contra.*

7 *Laici an ex vi statuti laicalis possint conueniri à laicis, vel conuenire laicos pro iure congrui, nonnulli Doctores vtrumque negant, nonnulli autem vtrumque affirmant, at sententia Auctoris est probabilior.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè. Patet etiam ex dictis *dub.* 2.

Neque obstat, quod huiusmodi statutum sit propter bonum publicum. Nam esto, sit ita, bonum publicum non tribuit laicis iurisdictionem super clericos: & bono publico sufficienter prouidetur, si statutum loquatur de aliis, & nullo pacto loquatur de clericis; quia tunc ei subduntur clerici secundum vim directiuam, & etiam secundùm vim coactiuam, quamuis per Iudices solum Ecclesiasticos, vt *Dubitat.* 14. *&* 16. dicebamus. Vide etiam
2 sacram Rotam Romanam in Romana domo de Scapucciis die 19. Ianuarij 1611. vbi clarè apud Marchesanum *de commiss. par.* 1. *cap. de commiss. appell. in possess. Sala.* §. 2. *decis.* 8. determinauit, quod dicto statuto laicorum clerici simpliciter non ligentur.

Quapropter dicendum, quod laicus non pos-
3 sit quidquam validè statuere circa vtile dominium Emphyteutæ Ecclesiastici; quod est contra Gratianum *in discept. forens. cap.* 460. *num.* 26. & Valascus *de iure Emphyteut. quæstio.* 17. *num.* 12. *& seqq.* Et etiam dicendum, quod clericus Emphyteuta
4 pro solutione laudemij non debeat conueniri coram Iudice seculari, sed Ecclesiastico; quod est contra Chassaneum *in consuet. Burgun. Rubr.* 11. §. 1. *num.* 9. sed docent Maurus Burgius *de laudemio, par.* 3. *inspect.* 1. *num.* 4. & Amadeus à Ponte *to.* 1. *tract. quæstio. vltim. num.* 5. Vide *cap* 7. *Dubit.* 1. *& cap.* 10. *dub.* 16.

Adde, quod nonnulli (vt Surdus *lib.* 1 *consil.* 2.
5 *numero* 14. & alij) tenent, quod ius Congrui, seu retractus, non habeat locum in clericis passiuè, habeat tamen locum in clericis actiuè, ita vt scilicet laici non possint iure congrui agere contra clericos, possint tamen clerici iure Congrui agere contra laicos; quia clerici possunt vti statutis, & consuetudinibus laicorum, quatenus tendunt in suum fauorem, non autem è contra; sicuti notauit gloss. *in cap. nouit, ver. quicumque de iudiciis,* Baldus *lib.* 1. *consil.* 3. Abb. *in cap. constituens de integr. num.* 4 Franceus *decis.* 285. *numero* 5. Crauetta *lib.* 3. *consil.* 441. *num.* 6. Hondedeus *lib.* 1. *consil.* 20. *num.* 2. Flamineus de Rubeis *lib.* 1. *consil.* 2. *numero* 16. *&* 27. Molfesius *in consuetud. Neapolitan. tomo* 1. *par.* 2. *quæstio.* 7. *num.* 41. *& tomo* 2. *cons.* 23. *num.* 7.
6 Quapropter, si sit statutum de compromittendis

litibus inter affines; vel aliud simile, poterunt etiam clerici agere contra laicos, seu compellere laicos ad compromittendum, non autem è contra; sicuti docent Doctores, quos citat, & sequitur Carolus de Grassis *de effectibus cleric. effect.* 2. *num.* 414. contra Riccium *in Collect. decis. par.* 1. *collect.* 171 Capicium *decis.* 66. *num.* 1. *&* 5. Thorum *in Compend. decis. Neapol. verb. Clericus,* & Borellum *de compromiss.* § 1 *gloss.* 3. *n.* 224. Vide etiam Carolum de Grassis *loc. supra citato, num.* 388. Riccium *par.* 1. *col.* 180. *num.* 3. & Giurbam *decis.* 25. *num.* 10. apud quos, an 7
clerici ex vi statuti laicalis possint conueniri à laicis, vel conuenire laicos pro iure congrui, nonnulli Doctores vtrumque negant, nonnulli autem vtrumque affirmant. At quod supra dixi in principio, est multò probabilius.

DVBITATIO XVIII.

An statutum laicorum prohibens in generali librorum impressionem sine licentia ipsorum, si se extendat ad clericos, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum non potest Clericis prohibere librorum impressionem, neque eos coarctare ad obtinendam eorum licentiam.*

2 *Statutum laicorum si aliquid posset decernere circa librorum Clericorum impressionem, nil aliud esset, quam Clericum in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis ad forum laicalem, non non modo indirectè, sed etiam directè trahere.*

3 *Episcopus potest prohibere, ne sine licentia ipsius libri imprimantur, includendo etiam Regulares exemptos, & seculares propriæ Diœcesis. at id non potest Potestas laica.*

4 *Laici propter finem spiritualem, ad quem ordinantur omnia temporalia, subordinantur Clericis, & non è contra.*

5 *Clerici, an ex libris, quos edunt debeant soluere gabellas vide supra dub.* 3 *sect.* 13.

RESPONDETVR affirmatiuè. Patet etiam ex dictis *dubit.* 2. quia, cùm laici super Ec- 1
clesiasticos iurisdictionem, & potestatem non habeant, *cap. Eccl. S. Mariæ de const.* consequens inde necessariò fit, quod super illos quidquam statuere non valeant, *arg. l. fin. ff. de iurisd. omn. Iud. & c. a nobis de sentent. excommun.*

Confirmatur; quia si quis clericus librum imprimat, verbi gratia super Bullam Cœnæ, vel super Scripturam sacram, &c. & potestas laica ex vi sui statuti velit tali clerico licentiam imprimendi ta- 2
lem librum concedere, id non aliud esset, quàm clericum in causis spiritualibus, & Ecclesiasticis ad suum forum laicale non modò indirectè, sed etiam directè trahere; quod euidenter est contra Canonem. 15. Bullæ Cœnæ. Atque ita præter alios docet Aloysius Bariola *c. fi.* 34. *per totam.*

Obiicies, tale statutum est propter bonum publicum. Respondetur, vt *supra dubit.* 14 *&* 16. dicebatur.

Obiicies secundò, potest Episcopus prohibere; 3

ne sine licentia ipsius libri imprimantur,includendo etiam Regulares exemptos,& seculares propriæ diœcesis;Ergo & poterit id prohibere Potestas secularis, includendo etiam clericos; quia alioquin non seruatur æqualitas,contra text. *in l. fin. Cod.de fruct. & lit.expens.*

Respondetur,concedo antecedens:at nego consequentiam, & disparitas est,quia id habet Episcopus ex Concilio Lateranensi *sess.* 10. *ex Tridentino sess.* 4. *ex* Bullis Pontificiis, & ex decretis
4 Cardinalium; & meritò, propter finem spiritualem, ad quem omnia ordinantur temporalia. Vnde fit, quod propter talem finem spiritualem ad quem ordinantur omnia temporalia, laici subordinentur clericis, & non è contra: An autem Clerici
5 ex libris, quos edunt, debeant soluere gabellas, vide *suprà cap.* 5.

DVBITATIO XIX.

An statutum laicorum prohibens sub aliqua pœna, nè quis extra Regnum, vel ciuitatem matrimonium contrahat, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Recensitum statutum est contra libertatem Ecclesiasticam,quia disponit de spiritualibus, & de matrimonio,quod ab omni coactione debet esse liberum,etiam de iure ciuili.*

2 *Quod intellige,si statutum inferat pœnam damni,secus si inferat pœnam auferendo lucrum.*

3 *Præsertim,vbi tale statutum in consuetudinem antiquam processerit.*

4 *Consuetudo etiam sui; in matrimonio dirimendo seruari potest.*

5 *Quid veniat nomine lucri.*

1 RESPONDETVR affirmatiue. Patet etiam ex dictis *dubit.* 1.quia disponit de spiritualibus;& de matrimonio, quod ab omni coactione debet esse liberum,etiam de iure ciuili; vt patet ex *l.Titia,ff.de verb.obligat.*& docent Abb.*in cap.* 1. *de sponsal.*Felin.*in cap. Ecclesia S. Maria de constit.*& Dec. *ibid.* Gabriel *lib.*2.*consil.*12. *n.*9.(vbi testatur de communi)Molina *de ritu Nuptiarum lib.*2.*diff.*7.*n.*16.Ludouic.Mor.*consil.*96.*nu.* 9. & Barbosa *in collectan.to.*2.*lib.*4.*tit.*1.*c.*1 *n.* 7.contra Baldum *in l.si matr.Cod.de suis,& legit.hæred.& lib.*1. *consil.* 357. *& in cap. consului, num.* 6. *de officio deleg.* Petr. Barb. Brun. Cephal. Passer à Ponte,& Ferret. quos citat,& sequitur Curtellius 2.*to.de donat.Spec.* 6.*num.*51.*fol.*84.*& de immun. Eccles. lib.*2.*q.*57.Item contra Iasonem *in l.*1 §.*veteres,ff de acquir.possess.*Soccinum *ibid* Alexandr.*lib.*2.*consil.*151.*num.*2.& Ruinum *lib.*3.*consil.*49.qui contrarium senciunt.at isto-
2 rum contrariam opinionem intelligo,si statutum loquatur de pœna,quæ auferat lucrum,iuxta ea,quæ dicam *infra sect.*3.& docet Abb.*loco supra cit.num.* 7. ibi: *Nunquid consuetudo patria potest disponere circa matrimonium? Innocent.dicit,quod circa substantiam matrimonij disponere non possit,sed circa dotem,forte quod sic arg.cap. Raynucius,de testam. Dom. Ant.latius exercditur materiam, dicens, quod aut statutum patriæ disponit circa substantialia matrimonij, puta, inualidando contractum,vel personas,& non valet statutum, vt hic.* Allegat Federic.de Senis *consil.* 35.in id,quod statuta,& leges circa matrimonium nullius sint momentij,& statim: *Quandoque statutum disponit circa pœnam erga substantialia matrimonij; quod si hoc facit, apponendo pœnam de nouo, & sic inferendo damnum, non tenet, & disputat Io. Andreas.* Et demum concludit: *Quandoque statutum imponit pœnam,auferendo lucrum, quod lex secularis attulerat, & tenet Dom. Ant. quod valeat statutum,& hic sequendo gloss.ordin.& Io. Andr.* Vnde,quod nubens extra territorium lucro priuari possit,expressè concedit Mattha *de iurisd.par.*4.*casu* 70.*num.* 18 ibi: *Statutum imponens pœnam lucri cessantis,videlicet tollens lucrum à seipso,vel à lege datum, est validum; quem articulum latius probat Brunell. concl.* 19.*limit.* 2 *num.*7. *& dicit Baldus in rubr. de Constit. in fine, valere omnia statuta laicorum circa accidentia matrimonij, vt sunt dotes, & successiones, & solemnitates extrinseca, quæ non tangunt substantiam matrimonij.*

Et hæc maximè procedunt,vbi talia statuta in consuetudinem antiquam processerunt; cum huiusmodi consuetudo legibus præualeat,ex *cap. super eo, de cognat. spir.* vbi Pontifex etiam super matrimonio dirimendo consuetudinem eiusdem diœcesis, immò & circumiacentium seruari præcipit, 3
ibi: *& si quos taliter coniunctos inueneris, iuxta earumque Ecclesiarum consuetudinem ipsos separare ab inuicem non omittas.*Et Innocent. III. *in cap. non olim,de cleric. coniug.* de quibus Sanchez *de matrim. lib.* 7.*disput.*4. vbi omnium sententias latè recitat, & conciliare conatur. 4

An autem omne illud,quod mulieri præter congruam dotem ad legitimæ metam debitam relinquitur ab homine,vel defertur à iure, lucrum sit (cùm omne quod relinquitur præter necessitatem naturæ,lucrum videatur,quo filius impunè, immò & iure permittente, siue ab homine, siue à statuto priuari potest) Vide Baldum *loco supra cit.* Abb.*consil.*63 *num.*4.*lib.*1.& Molinam *in terminis Maioratus lib.*2.*cap.*1.vbi ait,quod in hoc statutum, vel lex ciuilis liberam quodcumque vinculum rescindendi potestatem habeat. 5

SECTIO II.

An filius,vel filia,inconsultis,aut inuitis parentibus nubens exhæredari possit?

SVMMARIVM.

1 *Filius vel filia inconsultis, aut inuitis Parentibus nubens exhæredari non potest,etiam de iure ciuili communi.*

2 *Limitatur primò nisi Parentibus volentibus, & non differentibus vsque ad annum* 25. *ætatis, filia maritum,& dotem secundum vires substantiæ dare,illa non consenserit,sed luxuriosam vitam ducere elegerit.*

3 *Limitatur secundò, nisi absque consensu Parentum mancipio nupserit.*

Respondetur ex dictis, quod exhæredari non possit, etiam de iure ciuili communi quia

quia talis causa non est vna ex causis quatuorde-
cim, nec grauior illis, quæ numerantur à gloss. *in*
cap. Quintanallis de iureiur. ex Authent. vt cum de ap-
pellat. §. aliud quoque, & ex communi docet Na-
uar. *cap. 14. num. 15.* Clarus §. *testamentum*, q. 41. &
2 Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 24. num. 3.* Quamuis
limitetur primò, nisi (parentibus volentibus, &
non differentibus vsque ad annum XXV. ætatis,
filiæ maritum, & dotem secundùm vires sub-
stantiæ dare) illa non consenserit, sed luxuriosam
vitam ducere elegerit, *citat. §. aliud quoque ad fin.*
Secundò, nisi absque consensu parentum manci-
pio nupserit, *Authent. sed si post*, *Codic. de inoffic.*
testamento; & docent Molina *tomo 1. tract. 2. disputat.*
376. §. obserua tertiò, & Sanchez *citat. disp. 24. n. 10.*

SECTIO III.

An saltem possit aliqua lege, vel consuetudine id introduci?

SVMMARIVM.

1 *Filius & filia si inuitis parentibus nubant, vt exhæredentur nulla lege, aut consuetudine introduci potest.*

2 *Filius, & filia in causa matrimoniali non est absolutè subdita Parentum, sed naturaliter gaudet arbitrij sui iure.*

3 *Non potest lege, vel consuetudine introduci, quod libertati naturali matrimonij, ideoque Canonico Iuri, praxi Ecclesiæ repugnat.*

4 *Iudex Ecclesiasticus potest in casus contingentiis se intromittere, ne pœna à Principe laico imposita exigatur, & exibere eius ministris, ne hoc permittant.*

5 *Limita si in lege, vel consuetudine consensus Parentum requiratur de necessitate, secus autem de consilio.*

6 *Non est omnino improbabile, lege, vel consuetudine posse introduci, quod filius, vel filia in casu, quo grauiter sine Parentum consilio, vel consensu, matrimonium contrahendo, delinquit, in commissi criminis pœnam exhæredari possit.*

7 *Delicta, quæ in contrahendo matrimonium, committi solent, etiam ad Potestatem secularem pertinet cognoscere, contra nonnullos asserentes quod talis pœna repugnat libertati matrimonij.*

8 *Libertas, quæ ad peccatum tendit, à sacris Canonibus non defenditur.*

RESpondetur etiam ex dictis, quod, vt scilicet
filius, vel filia, si parentibus inuitis nubat, in
quolibet casu exhæredari possit, neque posse lege,
3 vel consuetudine introduci; idque ob easdem ratio-
nes; & quia filius, vel filia in causa matrimoniali
non est absolutè subdita potestati parentum, sed
naturaliter gaudet arbitrij sui iure; quare non po-
test lege, vel consuetudine introduci, quod liberta-
ti naturali matrimonij, ideoque Canonico iuri, &
2 praxi Ecclesiæ, repugnat; sed debet (vt aduertunt
Abb. *in cap. 1. num. 9.* Felinus *num. 13. de sponsal.* Mat-
3 tga *de iurisdict. par. 4. cent. 1. cas. 70. num. 24.* & Ciarli-
nius *contr. forens. tom. 1. cap. 104. numer. 32. & seqq.*)
in casu contingenti Iudex Ecclesiasticus se intro-
mittere, nè pœna à Principe laico imposita exi-
gatur, & inhibere eius ministris, ne hoc permit-
tant.

4 Atque ita docent Nauarrus *cap. 14. numero 15.*
Molina *de primog. lib. 2. cap. 16. numero 6.* Gutierez
pract. quæstio. lib. 2. quæstio. 1. numero 2. Couarruuias
super 4. decret. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 5. & seqq. Ve-
racruz *in Specul. Coniug. par. 3. ar. 20. conclus. 3.* Ca-
rolus de Grassis *de eff. clerie. effect. 2. num. 81. &*
seqq. Mattha *cit. cas. 70. numero 5.* (qui numero
11. rectè subdit, id procedere, si in lege, vel in
consuetudine consensus parentum requiratur de 5
necessitate; secus autem de consilio; quia, cùm
testator disponere possit, vt ipsius filia nubat de
consilio alterius, poterit etiam id lege, vel consue-
tudine introduci; & ratio tunc est clara, quia
tunc non tollitur libertas, quæ in matrimonio
requiritur) Bellettus *in Disquisit. cleric. par. 1. tit. 6.*
§. 4. num. 43. Molinus *de ritu nupt. lib. 2. diff.*
7. numero 14. Corduba *in tract. cas. conscient. q.*
171. Ioannes Valerus *verb. matrimonium, diff. 1.* Ma-
rienzus *in l. 1. tit. 1. gloss. 4. num. 2. lib. 5.* Ludouicus
Mor. *consil. 97. num. 8.* contra Caietanum *verb. Ex-*
communicatio, cas. 31. & 37. Ledesmam *in Summa*
tomo 2. in Addit. ad Matrimon. cap. 7. concl. 5 Lupum
in cap. per vestras not. 3. §. 3. num. 9. de donat. inter vir.
& ux. Mench. *de success. creat. §. 10. n. 6. & 8.* Cuttel-
lium *de Eccles. libert. lib. 2. quæstio. 75.* Rebellium *par.*
2. lib. 1. quæstio. 14. sect. vlt. num. 29. Anguianum *in*
tract. de legib. to. 1. lib. 2. contr. 13. n. 15. & 30. Cancer.
par. 1. c. 24. n. 4. & par. 3. cap. 11. n. 4. Salonium *in 2. 2.*
q. 62. in Præludio, q. 5. art. 5. Baunium *par. 1. tract. 12.*
q. vlt. assert. 3. Acacium *tract. de priuilegiis parentum,*
priuil. 6. c. 1. n. 5. & 6. Rabardeum *de cauendo schismate fol. 123.*

Quamuis non omninò improbabile sit, lege, 6
vel consuetudine posse introduci, quod filius,
vel filia in casu, quo grauiter, sine parentum con-
silio, vel consensu matrimonium contrahendo,
delinquit, in commissi criminis pœnam exhære-
dari possit, sicuti præter Caietanum, Ledesmam,
Rebellium, Anguianum, Cancer, Salonium,
Baunium, Aracium, Rabardeum, & alius *in lo-*
cis supra cit. docent Sot. *in 4. distinct. 29. quæstio. 1.*
art. 4. ad 4. Pontius *de matrimon. lib. 1. cap. 1. §. 3. nu.*
29. Franc. Salernus *lib. 1. respons. 16.* & in contro-
uersia singulari pro valore matrimonij contra leges
humanas irritantes §. 4 *fol. 9.* & Molina *cit. disput.*
176. §. contrariam sententiam; & probari posset, ex 7
eo; quia delicta, quæ in contrahendo matrimonio
committi solent, etiam ad potestatem secularem
pertinet cognoscere, & punire; qua de re Couar.
in Epit. par. 2. c. 6. n. 21.

Contrarium tamen adhuc ex dictis tenent alij,
inter quos Sanchez *cit. disput. 24. numero 15.*
Vasquez *in 3. part. tomo 4. disput. 4. de matrimon. cap. 1.*
numero 24. Ioannes Valerus *verb. Matrimonium. diff.*
1. num. 2. Diana *par. 1. tract. 2. resolut. 104. & par 7.*
tract. 1. resolut. 26. & complures alij Doctores, quos
citant, & sequuntur Bellettus *in Disquisit. cleric.*
par. 1. titul. de exemptionib. clericis à statut. secul. §.
5. numero 43. & Molinus *de ritu Nupt. lib. 2. diff.*
7. numero 57. videri poterunt Couarruuias *in*
Epit. de sponsalib. part. 1. cap. 3. §. 8. numer. 6 Ma-
strillus *decis. 163. numero 10. & 11.* Mantica *de*
coniectur. vltim. volunt. lib. 11. titul. 18. numero 37.
Alderanus Mascardus *de interpret. stat. conclus. 1.*
numero 174. & seqq. Gratianus *discept. 633. num. 19.*
& seqq. Molfesius *in Consult. Neapolit. tom. 1. consil. 12.*
num. 37. Henriquez *lib. 11. cap. 6. numer. 2.* Bonacina
tom. 2. disp. 6. q. vn. punct. 6 §. 3. nume. 5. & seqq. Auersa
de Sacram. matrim. q. 3. Trullench *in Decalog. tomo 1.*
lib. 4. cap. 3. dub. 3. numer. 16. Mascardus *de perfect.*
Confess. to. 2. lib. 6. par. 7. tract. 6. docum. 19. numer. 6.

Filliucius *tomo. 1 tract. 10. par. 2. cap. 4. num. 131.* & Ciarlinius *loc. supra cit.* mouentur ex eo, quod talis pœna libertati matrimonij repugnare videatur.

8 Sed ad id Respondeti posset, talem libertatem, quæ ad peccatom tendit, à sacris Canonibus non defendi Quapropter & ita seruatur in Regno Cataloniæ, teste Molina, & Cancer. *locis supra cit.* videri etiam poterit doctus Flauius Ventrilia in sua Epistola legali mihi scripta, vbi satis erudirè etiam pertractat, quandonam vxor marito teneatur ad operas, nednm ad obsequia.

SECTIO IV.

Difficultates, earumquè solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Iura omnia matrimonij libertatem adeo requirunt, & defendunt, vt etiam libertatem requirant, & defendant in sponsalibus, quæ sunt via, seu præparatio ad matrimonium.*

2 *Nulla pœna sponsaliorum contractui adijci potest, soluenda à sponso eiusque Parentibus, vel Cognatis, si per eos steterit quominus matrimonium sequatur. id intellige si adsit iusta causa resiliendi, secus si iniusta.*

3 *Non obstat libertati matrimonij pœna conuentionalis, quæ potius est compensatio damni, & expensarum quam pœna.*

4 *Arrha, non solum ciuili, sed etiam canonico iure, quasi pignoris loco traditæ à sponsis, eorumque Parentibus, in sponsalibus locum habere possunt, ita vt sponsionem non seruans amittat arrhas datas, & ante receptas restituere, cogatur.*

5 *Arrhæ debent duplicari si acceptæ sint tantum pro parte vnius, qui maior. 25. annorum resiliat à sponsalibus & magis, minus secundum Partium conuentionem.*

6 *Arrhæ, spectato iure communi, à dante repeti possunt post matrimonium, quasi cessauerit causa, ob quam illa data fuerint, licet alibi consuetudo sit in oppositum.*

7 *Arrhæ simili ratione etiam in alijs contractibus verbi gratia in emptione & venditione interuenire possunt, non quidem ad substantiam contractus, sed ad maiorem firmitatem.*

8 *Emptor si contractum implere recusat, spectato iure Communi, perdit arrhas, quas dedit; sin vero Venditor, duplum restituere cogitur.*

9 *Multi Doctores assignant disparitatem rationis, cur arrha præsertim cum stipulatione tripli, aut quadrupli, permittantur iure etiā canonico, & non pœnæ, sed rationes eorum non sunt sufficientes.*

10 *Arrharum stipulatio pœnæ rationem habet, & quidem iusta, ac matrimonij libertati non repugnantis.*

1 OBiicies, Iura omnia matrimonij libertatem adeò requirunt, & defendunt (cùm alioquin infelices exitus sequi soleant, sicuti habetur *in cap. requisiuit de sponsal.*) vt etiam libertatem requirant, & defendant in sponsalibus, quæ sunt via, seu præparatio ad matrimonium. Quapropter *in l. Titia ff. de verborum. signif. l. vlt. Cod. de sponsalibus &*

2 *cap. gemma, eodem tit. libro. 4. decret.* statuitur, quod nulla pœna sponsaliorum contractui adiici possit soluenda à sponso, eiusvè parentibus, vel cognatis, si per eos steterit, quominus matrimonium sequatur; Ergo, &c.

Respondetur, ex dictis intelligi; si quis iusta causa à spōsaliorum contractu resiliat; secus si resiliat iniusta causa. Quia, etsi ex communiori sententia Doctorum (vt verum fatear) neque, in hóc casu pœna sponsalibus adiecta debetur; contrarium tamen est valde probabile, vt videre est apud Coninch. *de matrimon. disputat. 22. dubitat. 5.* Et probatur; quia ratio (cur pœna sponsaliorum contractui adiecta, irrita, tam ciuili, quàm Canonico iure, censeri debeat, et sic non debeatur) illa est, nè matrimonij libertas impediatur; sed si quis resiliendi iustam causam non habet, quin resiliendo mortaliter peccat, censendus non est retinere matrimonij contrahendi libertatem, quam leges Christianorum tueri debeant. Ergo, &c. Quapropter non obstat libertati matrimonij, si talis pœna conuentionali (& mul- 3
tò magis pacto, si extitit, vt iniustè resiliens soluat lucrum cessans, vel damnum emergens, quod in opinione omnium soluere tenetur; cùm hæc non sit pœna, sed damni compensatio) ad fidem seruandam compellatur; cùm etiam grauioribus pœnis, ac censuris Ecclesiasticis compelli possit, & soleat Qua de re Abb. *in cap. ex literis 2. de sponsalib. numer. 3.* Couar. *in Epit. par. 2. cap. 4. numer. 3.* Henriquez *libro. 11. cap. 13. numer. 4.* Sanchez *de matrimon. libro. 1. disputat. 29. numer. 4. &* Coninch. *disputat. 22. dub. 1.*

Confirmatur; quia non solum ciuili, sed etiam, ex communiori sententia Doctorum, canonico iure, arrhæ quasi pignoris loco traditæ à spon- 4
sis, eorumque patribus in sponsalibus locum habere possunt; ita vt qui eas dederit, & postea sponsionem non seruauerit, amittat arrhas; & si eas ante receperat, restituere easdem cogatur; vt docet Sanchez *de matrimon. libro. 1. disputat. 36.* Sin verò vnus tantum arrhas recepit, seu spon- 5
sus, seu sponsa (dummodo maior sit X X V. annis) seu parens; eiusque causa accidit, quo minus matrimonium promissum sequatur, statuitur *in l. vlt. Cod. de sponsalibus*, vt duplicatas restituere cogatur immò vt partes, etiam in pœnam tripli, vel quadrupli, etsi non amplius, inter se conuenire possint: sin verò iusta à matrimonio resiliendi causa fuerit, sufficiat reddere arrhas.

His adde primò quod etiam, spectato iure communi, arrhæ à dante repeti possunt post matri- 6
monium, quasi cessauerit causa, ob quam illæ datæ fuerint; quamuis alibi consuetudo sit in oppositum, vt scilicet arrharum datio, quasi sponsalitia donatio ob matrimonium facta, eo secuto confirmetur.

Adde secundò, quo arrhæ simili ratione etiam in aliis contractibus, verbi gratia in emptione, & 7
venditione, interuenire possint, non quidem ad substantiam contractus, sed ad maiorem firmitatem illius, *l. quod sæpe, ff. de contrah. empt.* ita vt spectato iure communi, si contractum imple- 8
re recuset emptor, perdat, quod dedit, sin verò venditor, duplum restituere cogatur, *§. 5. Institut. eod. tit.*

Instabis, multi (vt apud Abb. & alios Canonistas *in cit. cap. gemma, &* apud Sanchez 9
de matrimon. libro. 1. disputat. 35. videre est) dant disparitatis rationem [, cur arrhæ,] præsertim

tim cum stipulatione tripli, aut quadrupli, iure etiam Canonico permittantur, non item permittatur pœna. Ergo.

Respondetur, distinguo antecedens: dant disparitatis rationem sufficientem, nego: dant disparitatis rationem insufficientem, & concedo: quia impossibile est sufficientem disparitatis rationem
10 assignare; cùm euidenter dicta arrharum stipulatio pœnæ etiam rationem habeat, & quidem iustæ, ac matrimonij libertati non repugnantis; si scilicet imponatur ei qui iniustè resilit; quia si resilit iustè, tunc meritò propter rationes dictas adiecta pœna irrita censetur, *cit. cap. gemma*. Cæterùm an vestes, gemmæ, & iocalia transmissa sponsæ, donata censeantur, vide perdoctum, & eruditum & virum Flauium Ventriliam *in suis epistolis legalibus*, vbi etiam perdoctè agit, an, & quando ob allegatam mariti sæuitiam debeantur vxori alimenta extra domum illius, iudicio pendente, degenti: item, an, & quando debeantur viduis lugubria?

SECTIO V.

An possit sponsalia, vel matrimonium iniustè violanti pœna decerni?

SVMMARIVM.

1 *Libertas resiliendi à sponsalibus, & multò magis à matrimonio contracto, quæ apud Romanos olim licita erat, hodie damnata est lege Euangelij.*

2 *Hodie libertati matrimonij non repugnat pœnam decernere iniusto violatori.*

3 *Repudia licet hodie non sint licita, valet tamen hodie stipulatio pœnalis, si coniux extra casus iure concessos coniugem repudiet.*

1 EX dictis sequitur primò, quod, licet lege Euangelij à sponsalibus, & multò magis à matrimonio contracto libertas resiliendi quæ apud Romanos olim licita erat, *l. neque ab initio. Cod de nuptiis*) hodie damnata sit, nihil tamen hodie obstet, quo-
2 minus pœna iniusto datæ fidei violatori decernatur, vt agnouit Leo Imperator *Nouel.* 18. Quod & ipsum simili ratione de diuortiis admonuit Alciatus *in l. Titia, ff. de verbor. obligat.* & Sanchez *de matrim.*
3 *lib. 1. disp. ... num* 9. nempe, quod, licet hodie repudia non sint licita, valeat tamen hodie stipulatio pœnalis, si coniux extra casus iure concessum coniugem repudier, vt scilicet talem pœnam soluere teneatur.

SECTIO VI.

An possit matrimonio pactum lucratiuum apponi?

SVMMARIVM.

1 *Pactum lucratiuum ab altero contrahente adiectum, si cum ipso matrimonium contraxerit, tanquam iure inualidum rescindi debet; valet tamen talis promissio si turpitudinis præsum[p]tio cesset.*

2 *Per pactum lucratiuum matrimonium contrahi censetur non ex mutuo, & spontaneo amore, vt par est, sed ex libidine, & turpi quæstu.*

3 *Promissio lucri tanquam contra bonos mores facta rescinditur, secus si sit facta ad compensandam nobilitatem, vel inuentutem.*

4 *Promissio facta ab altero ex contrahentibus irrita est; secus si fiat ab alio quocumque, vt si Petrus promittat centum Paulæ, si cum Titio contraxerit.*

5 *Libertatis promissio, seu donatio sub conditione non tollit matrimonij libertatem.*

1 SEquitur secundo, quod licèt pactum lucratiuum ab altero côtrahente adiectum, si cu ipso mat imonium contraxerit, tanquam iure inualidum rescindi debeat, *l. si vt aliquis, & si tibi, ff. de verbor. obligat.* (Idque ex eo quia non mutuo spontaneo amore, vt par est sed ex libidine, ac turpi quæstu, matrimonium tali modo contrahi censetur; quapropter
3 dicta promissio tanquam contra bonos mores facta rescinditur; sicuti rectè docent Addentes ad Abb. *in cit. cap. gemma, de sponsalibus num.* 9. Couar. *in Epith. par. 2. cap. 3. §. 3. numer.* 1 Silu *ver. sponsalia, q.* 8. & Sanchez *de matrim. lib. 1 disp.* 33. *num.* 3.) Nihilominus valeat talis promissio, si turpitudinis præsumptio cesset, vt scilicet videatur nomine dotis, vel donationis ob nuptias, vel propter inæqualitatem personarum facta; vt verbi gratia si virgo nobilis, vel senex, &c. aliquid promittat mulieri nobili, vel iuueni in compensationem nobilitatis, vel iuuentutis, iuxta *cap. de illis de condit. ap osit*, & tradit Abb. *in cap cùm in Ecclesia, num* 3. *de simon.*

His adde, quod irrita tantum est dicta promissio si fiat ab ipso contrahente; ecus, si fiat ab alio quo- 4
cumque; vt si Petrus promittat, vel leget centũ Paulæ, si cum Titio contraxerit; quia talis non est turpis quæstus, sed libertatis promissio, seu donatio sub conditione, per quam neque tollitur matrimo- 5
nij libertas; cum non agatur de pœna damni, cuius metu aliquis ad contrahendum contra voluntatem induci potest, sed solum de non acquirendo lucro, per quod aliquis ad matrimonium allicitur, ex *l. Titio, §. 1. ff. de cond. & demonstr.* ibi: *aliud est enim eligere matrimonium pœnæ metu libertatem auferri, aliud ad matrimonium certa lege inuitari.* Vide Paulum Stabanum *resol.* 88.

SECTIO VII.

An, qui fictè matrimonium puellæ promisit teneatur cum illa contrahere?

SVMMARIVM.

1 *Qui fictè, & simulato animo matrimonium Puellæ promisit, per se loquendo ad ipsum contrahendum non obligatur.*

2 *Puella decepta per fictam promissionem, si damnum aliquod passa est, (vta expensarum, secundum iustitiæ æqualitatem, damnum per pecuniam compensari debet.*

3 *Simulator prædictus impotens ad compensandum damnum, maxime si spectata Personæ qualitate, Puella pa. a sit infamiam, vel eam ad copulam allexerit, debet deposita simulatione eam ducere in vxorem.*

4 *Puella faciendo copiam sui corporis instituit contractum innominatum, ex quo vir, qui eam cognouit non potest resilire ab eius matrimonio.*

5 *Simulator in omni foro compelli potest ad ducendam Puellam, quam polluit, si ipsa nolit acquiescere dotationi, vel largis donationibus.*

Limita si ex verbis ambiguis Viri deprehendi non potuisset eius inconstantia, seu potius deceptio, quia si secus, sufficeret damni compensatio.

7 *Simulator tenetur ad damni compensationem, quandoquidem fraude, & mendacio Puellam decepit, secus si Puella facile fraudem aduertere potuit, quia tunc præsumitur decepta.*

8 *Status, & conditionis disparitas non videtur à matrimonio contrahendo liberare Deceptorem, & infamatorem Puellæ si ipsa sufficienter suspicari non potuit simulationem.*

9 *Protestatio facta à simulatore apud semetipsum, nolle se sponsionem facere, & sic non obligari, nihil valet, quia copulæ acceptatio externa, est tali protestationi contraria.*

10 *Protestatio facto contraria nihil operatur, cum facto ipso elidatur.*

11 *Opinio in oppositum, quod sufficiat Puellæ deceptæ damnum compensari, non est omnino improbabilis.*

12 *In sententia S.Th. Vir cognoscens Puellam æqualis, vel melioris conditionis, tenetur eam ducere, ex quo infertur non teneri, si ipse sit melioris.*

13 *Promittens ficte in contractu aliquid quod est longe melius, non tenetur illud præstare, sed sufficit, si præstet aliud, quod arbitrio Prudentum sit æquale.*

14 *Ad iustitiam sufficit, vt contractus reducatur ad æqualitatem.*

1 SEquitur tertiò, quod licet, qui ficto, seu simulato animo matrimonium puellæ promisit, per se loquendo, ad sic promissum matrimonium contrahendum non obligetur, sicuti rectè docent Mol. *tom. 2. disp.* 352. Sanchez *de matrimon. lib. 1. disp.* 10. *q.* 5. & Veracruz *par. 3. Specul. art.* 19 *concl.* 5. contra Nauarrum *cap.* 16. *num.* 18. Vasquez *de matrimon. disp.* 6. *cap.* 3. & Ledesmam *de matrimon. quæstio.* 43.
2 *art.* 1. *Dubitat.* 4. ex eo; quia promissioni defuit consensus, & matrimonium ex dictis debet esse liberum (in quo casu tamen, si puella decepta damnum aliquod passa est, verbi gratia ob eam causam expensas fecit, vel aliud sibi commodum matrimonium omisit, secundùm iustitiæ æqualitatem damnum ei per pecuniam compensari debet)
3 Nihilominus, si alia ratione damnum ei compensari non potest, quàm vt simulator, deposita simulatione, verè eam in matrimonium ducat (vt si spectata qualitate personæ, & aliis circumstantiis, grauem puella passura sit infamiam, quæ alio modo aboleri non possit, vt videre est apud Coninch *disp.* 22 *Dubitat.* 6. *concl.* 3. Vel si simulator ficta matrimonij promissione puellam ad copulam induxerit, vt ex communi sententia Doctorum docet S. Antoninus *par. 2. tit.* 5. *c.* 6. §. 1. Adrian. *quæstio.* 2. *de matrimon.* Sotus *in* 4. *dist.* 29. *quæstio.* 1. *art.* 3. Silu. *ver. Luxuria, quæstio.* 3. Armilla *eod. ver. num.* 2. Molina *tract.* 3. *disp.* 106. *num.* 4. Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disp.* 10. *num.* 3. Lessius *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 10. *Dubitat.* 3. Rodriguez *tom.* 2. *Summa c.* 108. *concl.* 8. & Coninch *de matrim. disp.* 22. *sect.* 8. *concl.* 1. ex eo; quia tunc puella copulam sui corporis faciendo instituit contractum innomina-
4 tum: *Do tibi corpus meum ea lege, vt postea mecum matrimonium contrahas.* Quapropter si puella ex sua parte promissum implet, alter acceptare non potest, nisi ex iustitia contrahendo obliga-
5 tionem implendi etiam id ipsum, cuius causa pars altera ex parte sua impleuerat Vnde sequitur tunc non satis esse, eam dotare, vel largis donationibus damnum sarcire, si ipsa nolit sic acquiescere) ad id simulator in omni foro compelli potest.

Limita, nisi tales promittentis, vel promissio- 6
nis circumstantiæ adsint (verbi gratia verbis ambiguis vti, inconstanter loqui, nimiis exaggerationibus vti, &c.) vt puella simulationem, seu deceptionem aduertere possit, & debeat; quia tunc sufficiet, simulatorem damnum, si quod puellæ secutum fuerit, sarcire; ad quod vtique sarciendum simulator tenetur; quia per iniuriam causam damni dedit: quandoquidem fraude, & mendacio puellam decepit: quamuis & satis probabi- 7
le etiam sit, eum ad id non teneri; quia, si puella fraudem facilè aduertere potuit, & debuit, non præsumitur decepta, sed deceptionem fingere, vt ait S. Thom. *in* 4. *distin.* 28. *art.* 2. *ad* 4. Siluerius *verb. Matrimonium,* 4. *quæstio.* 8. Fabien. *eod. ver.* 2. *quæstio.* 7. & Armilla *ver. restitutio, n.* 22.

Cæterùm, si puella non habet sufficienter, vn- 8
de simulationem, seu deceptionem suspicari possit, & debeat, sola status, seu conditionis accidentalis disparitas simulatorem, seu deceptorem, & infamatorem puellæ non videtur à matrimonio contrahendo liberare; sicuti docent Vasquez *in opusc. de restitut. cap.* 3. § 1. *Dubitat.* 5. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 11. *numero* 2. & Petrus Nauarrus *de restit. lib.* 2. *cap.* 3. *par.* 4. *Dubitat.* 2. *n.* 441. contra Cordubam *lib.* 1. *q.* 13 Lessium *lib* 2. *cap.* 10. *d. b.* 3. *n.* 21. Sanchez *cit. disp.* 10. *n.* 21. & Rodriguez *cit. concl.* 8. Et probatur, quia si talis promisisset ex animo puellæ inferioris conditionis matrimonium, deberet ei fidem seruare, per se loquẽdo; ergo & in casu, quod simulatè illud ei promiserit, si conditionem carnalis copulæ acceptauit. Consequentia probatur; quia id facere non potuit, nisi contrahendo vicissim obligationem implendi id cuius causa puella promissum suum impleuit.

Neque obstat, quod simulator apud animum
suum protestetur, nolle se sponsionem facere, & sic 9
non obligari; quia externa illa spontanea carnalis tali, & non alia conditione oblatæ, & præstitæ copulæ acceptatio est protestationi contraria; protestatio autem facto contraria nihil operatur; cũ facto ipso elidatur; alioquin in quouis, etiã oneroso,
contractu libera cuilibet decipiendi facultas dare- 10
tur; & sic infinitis fraudibus humana commercia paterent.

Quamuis oppositum, quod docent Corduba, 11
Sanchez, & Rodriguez *in locis supra cit.* non sit omninò improbabile; ita vt sufficiat arbitrio prudentum, simulatorem in dicto casu puellæ deceptæ pecunia damnum compensare. Quod insinuat S. Th. *in* 4. *dist.* 28. *art.* 2. *ad* 4. vbi ait, *eum teneri eam ducere, si*
sit æqualis conditionis, vel si ipsa sit melioris conditionis; & 12
sic indicat, non teneri, si ipse sit melioris. Et probari potest ex eo, quia qui fictè in contractu promittit aliquid, quod est longè melius, non tenetur il-
lud præstare, sed sufficit, si præstet aliud, quod arbi- 13
trio prudentum sit æquale: sufficit enim ad iustitiam, vt contractus reducatur ad æqualitatem.
14

SECTIO VIII.

An aliquando non teneatur contrahere?

SVMMARIVM.

1 *Simulator non tenetur Puellam deceptam in vxorem ducere, si adsit aliquod impedimentum, puta quod is susceperit sacros ordines vel Parens Puellæ noluerit eã dare, sed in tali casu tenetur ad damni compensationẽ.*

2 Simu

1 *Simulator, & corruptor Puellæ, si paratus ad matrimonium, non admittatur à Parente Puellæ, non tenetur in conscientia alio modo damnum resarcire.*

3. & 4 *Simulator non tenetur Puellam à se cognitam ducere in Uxorem, si postea contigerit ipsam fornicari cum alio; quia in promissione sponsalium hæc semper tacite conditio honesta subintelligitur. item dic, quod neque teneatur ex iustitia ad compensandum pecunia damnum ipsius.*

5 *Puella dicenti se esse Virginem, si simulator, & corruptor in coniunctione non esse Virginem reperit, neque tenetur eam ducere neque pecunia iniuriam compensare, quia mutuo se decipiunt.*

6 *Simulator, licet deceptus non fuerit à Puella, quam putabat esse Virginem, & erat corrupta, non tenetur eam ducere sed tenetur iuxta Cordubam pecunia damnum compensare.*

7 *Simulator, si sciebat Puellam corruptam esse, & nihilominus ei sub conditione copulæ carnalis, ficte matrimonium promisit, conditione impleta, obligatur ad matrimonium contrahendum.*

8 *Secus, si non non tenetur de infamia, quia tunc sufficit pecunia totum compensari.*

9 *Copula cum corrupta non tanti æstimatur, vt ea matrimonio compensari debeat.*

10 *Corruptor Virginis nihil ei in conscientia restituere tenetur, si ad eam inducendam, non adhibuerit dolum, neque vim; sed solum blanditias, suasiones, vel preces etiam importunas, quæ augent voluntarium, & non inferunt iniuriam; secus si fuerint Principis seu superioris, quia metum inducunt.*

11 *Multi multa non facerent nisi rogati, non tamen propterea dicitur iniuriose ab iis consensus extortus.*

12 *Princeps, & Dominus, & quicumque alius, qui etiã vi, vel fraude illam induxit, neque necessario ei quidquam restituere tenetur, si Puella postea æquè commodum consecuta sit matrimonium; ita vt nullum damnum senserit.*

13 *Offensa, & iniuria cum sit in superiori ordine ad pecuniam, non necessario debet illam per pecuniam compensari, contra nonnullos Doctores.*

14 *Corruptor Virginis etiam per vim, & fraudem, non tenetur quidquam ei restituere, si ab ea, quamuis non item à Patre remissionem damnorum ratione stupri illatorum obtinuerit.*

15 *Puella, & non Pater est Domina corporis, & Virginitatis suæ.*

16 *Corruptor Virginis non tenetur necessario quidquam ei restituere pro violata integritate Virginali, si ipsa in copulam sponte consenserit, quia tunc non est stuprum.*

1 Respondetur, & dico primò, quod si legitimum aliquod impedimentum interuenerit; scilicet, si fiat eius affinis, si ducat alteram per verba de præsenti, si suscipiat Ordines sacros, si sequatur aliquod damnum, vel scandalum graue ex tali matrimonio, vel tandem si patens nolit illam dare; in his casibus simulator, & deceptor puellæ non teneatur illam in vxorem ducere; sed sufficiat pecunia damnum arbitrio prudentis resarcire: quamuis in hoc vltimo sit difficultas; quia, si simulator, & corruptor puellæ non admittitur à parente puellæ ad matrimonium, paratus alioqnin
2 promissum matrimonium præstare, non est, cur in conscientia teneatur ali o modo damnum resarcire. Quapropter quidam in hunc modum distinguunt: vel simulator, & deceptor puellæ ex animo ei matrimonium promisit, & tunc ad nihil aliud obligatur; quia nullam iniuriam intulit: vel animo fallaci promisit; & tunc à parente, & à puella tanquam pudicitiæ insidiator potest repudiari & tamen adhuc ratione iniuriæ illatæ tenetur damnum resarcire Sed his non obstantibus probabilius adhuc videtur, non teneri ad aliud, quàm ad implendum promissum ducendo scilicet eam in vxorem; quia sic videtur pro iniuria per fictionem illata satis compensare. Confirmatur; quia si verbi gratia ficte promitto tibi mutuum, eaque causa tu emas merces, iniuriam tibi facio, & teneor damnum compensare, nisi feruem promissum: si tamen seruare volo, quod promisi, & tu nolis acceptare, non teneor damnum securum resarcire.

Dico secundò, quod, si contingat, illam postea 3
cum alio fornicari, neque teneatur simulator, & corruptor illam ducere; quia in promissione sponsalium hæc semper tacite conditio honesta subintelligitur. An autem in tali casu teneatur ei pecunia damnum compensare? Respondetur negatiuè, nisi ante sic conuentum fuerit. Ratio; quia ex vi 4
promissionis solum tenetur eam ducere, quæ obligatio per superuenientem fornicationem extinguitur. Vnde, nisi talis obligatio antea fuerit in obligationem pecuniariam commutata, ex iustitia ille ad nihil tenebitur.

Dico tertiò, quod, si puellæ dicenti se esse vir- 5
ginem, simulator, & corruptor matrimonium promiserit; & in coniunctione non esse virginem deprehendat, neque teneatur eam ducere. Atque ita docent Lopez 1. *part. cap.* 76. & Corduba *lib.* 1. *q.* 13. *dict.* 1. Et probatur, quia tunc mutuò se decipiunt, & sic est æqualis ex vtraque parte iniuriæ compensatio. Quapropter videtur, quod neque teneatur quid pecunia compensare, quia scilicet vti dicebam) ab ea deceptus fuit Confirmatur; quia si fectiò promisisset, non tenetur propter illam deceptionem, ergo neque tenetur, si ficte promisit.

Dico quartò, quod si putabat illam esse virgi- 6
nem, & in coniunctione (quamuis ex verbis eius deceptus non fuerit) deprehendat oppositum, neque etiam teneatur illam ducere. Atque ita docent Vasquez *in opusc. de restitut. cap.* 3. §. 1. *dub.* 4. Sanchez *in loco infra citando*, & Corduba *lib.* 1. *q.* 13. Et probatur; quia talis causa est sufficiens ad soluenda sponsalia; ergo & ad soluendam promissionem ficte sub conditione copulæ carnalis factam, & acceptatam, vt ex communi docet Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 10. *num.* 13. Tenebitur tamen iuxta Cordubam pecunia damnum compensare; quia ipsa illum non decepit fraude aliqua, sed ex se deceptus est; quare sibi culpam imputet; Quamuis oppositum sit etiam satis probabile; quia, si serio promisisset, non tenetur ducere, neque dotare (quandoquidem ex vi promissionis obligatur solum ducere) quæ obligatio cessat ex eo, quod deprehendatur non esse virgo, sicuti dicebam) Ergo neque tenebitur, si ficte promisit.

Secus dicendum est, si simulator sciebat puellam 7
corruptam esse, & nihilominus ei sub conditione copulæ carnalis ficte matrimonium promisit; quia tunc ea impleta, ad matrimonium sic promissum contrahendum obligatur; cùm tunc ipse deceptus non fuerit, & puella ex parte sua conditionem contractus præstiterit. Ergo, &c. Atque ita docent Palud *in* 4. *dist.* 28. *q.* 1. *art.* 2. *concl.* 4. & Silu. *verb. Matrimonium* 4. *q.* 8. Quamuis contrarium etiam in tali 8
casu (si non timeatur infamia) putet Sanchez; ita vt sufficiat tunc solum pecunia totum compensari:

quod inde probari posset; quia puella corrupta exi-
gendo tale matrimonium pro corporis sui vsura,
nimium exigere videtur: non enim tanti æstimatur
copula cum corrupta, vt ea matrimonio compensa-
9 ri debeat; vnde (cùm non teneatur simulator ad ma-
trimonium ratione promissionis, cum nulla fuerit;
nec ratione damni, cùm nullum secutum sit, vt
suppono) solum tenetur iudicio prudentis viri co-
pulam per talem iniuriam obtentam compensare
(quamuis secus, si esset honesta mulier, etiam vi-
dua, & non virgo, & impenderet infamia) sed quod
dixi, videtur mihi contra Sanchez & alios, quos ipse
citat, ob rationem dictam *probabilius*.

10 Dico quinto, quod corruptor virginis neqnèqnid
quā ei in cō. cientia restituere teneatur; si ad eā in-
ducendā non adhibuerit dolū, neq; vim, sed solum
blanditias, suasiones, vel preces, etiam importunas;
quia blanditiæ, suasiones, & preces, etiam impor-
tunæ, nō tollunt, quin potius augēt, voluntariū &
sic non inferunt iniuriam. Neque obstat, si dicas,
11 quod aliter non consensisset. Nam Respondetur,
quod multi multa non facerent, nisi rogati; non
tamen proptereà dicitur iniuriosè ab iis consensus
extortus. Atque ita satis probabiliter docent Petr.
Nauarra *de restit. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 144. Turrian. *tom.*
2. *in* 2. 2. *disp.* 30. *dub.* 2. *num.* 15. & Tanner. 2. 2. *disp.*
4. *q.* 6. *dub.* 3. *num.* 134 contra Caietanum *verb. Resti-
tutio*, §. *quia verò*, Nauarrum *cap.* 16. *num.* 16. 17. Me-
dinam *in sum. lib.* 1. *cap.* 14. Cordubam *lib.* 1. *q.* 13.
dict. 4. & 7. Valentiam *tom.* 3. *disp.* 9 *q.* 3. *punct.* 3. Sa-
lonium *in* 1. 2. *q.* 62. *art.* 2. Malderum *in* 2. 2. *tract.* 3.
cap. 4. *dub.* 4. Toletum *lib.* 5 *cap.* 11. Angel. *in Flor. de
restit. bene. dub.* 7. *concl.* 4. Siluium *in* 2. 2. *q.* 62. *art.* 2.
& Valerum *ver. restitutio, diff* 10. *num.* 1. Quorum
opinio tamen vera est in casu, quod corruptor ha-
12 buerit in virginem auctoritatem; vt si fuerit Prin-
ceps, vel eius dominus; quia Principis, domini, seu
superioris preces metum inducunt. Quamuis & in
hoc casu etiam Princeps, vel dominus; quin & qui-
cumque alius, qui etiam vi, vel fraude illam induxit,
neque necessariò ei quidquam restituere tenetur, si
puella postea æquè commodum consecuta sit ma-
trimonium; ita vt nullum damnum senserit.

Neque obstat, si dicas, quod puella offensam &
iniuriam passa sit.

Respondetur enim, quod cùm offensa, & iniuria
13 sit in superiori ordine ad pecuniam non necessa-
riò debet illa per pecuniam compensari. Ita Na-
uar *loco supra cit.* Tannerus *numero* 133. Turria-
nus *dub.* 3 *num.* 2. Lessius *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 10.
dub. 2. *num.* 11. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 32. *cap.* 8. *num.*
14 221. & Villalobos *in summa to.* 2. *tract.* 11. *dub.* 30. *n.*
14 contra nonnullos Doctores; Sicuti etiam neque
quidquam corruptor virginis, etiam per vim, &
fraudem, ei restituere tenetur, si ab ea, quamuis non
item à patre, remissionem damnorum ratione stu-
15 pri illatorum obtinuerit. Ita *in locis supra cit.* Tan-
nerus *num.* 139. & Valerus *diff.* 11. *num.* 1. & 2. Et
ratio est; quia ipsa, & non pater, est domina corpo-
ris. & Virginitatis suæ: quapropter si ipsa in copu-
lam spontè consenserit, non est stuprum: & sic etiā
in tali casu corruptor nō tenetur necessariò quid-
quam puellæ restituere pro violata integritate vir-
16 ginali, & granata dote, & similibus damnis inde se-
cutis; vti docet Sotus *lib.* 4. *q.* 7. *art.* 1. *ad* 2. Tanne-
rus *numero* 130. & Filliucius *numero* 219. contra
Valentiam *loc. supra cit.* & Carbonium *de restit.
quæst.* 16.

SECTIO IX.

An, & quantum se extendat libertas matrimonij carnalis, & etiam spiritualis, vt illud impedientes peccent, & pœnas incurrant?

SVMMARIVM.

1 *Concilium Tridentinum prohibet sub anathematis pœna ne subditi directè, vel indirectè cogantur, quominus libere matrimonia contrahant.*

2 *Principes, & ministri Laici non possunt imponere pœnas, ne inter Consanguineos contrahatur, & illas obtenta à Pontifice dispensatione, à contrahentibus exigere contra nonnullos Iuristas.*

3 *Matrimonium post dispensationem à Pontifice obtentam est licitum.*

4 *Pœna esse non potest sine culpa.*

5 *Laici, licet possint imponere pœnas contra non obseruantes diem festum, non possunt tamen illas exigere contra eum, qui obtinuit licentiam laborandi in d. die festo ab Episcopo.*

6 *Laici non possunt quidquam statuere circa accessorium matrimonij, si ex accessorio impediatur principale.*

7 *Ministri Laici impediendo per statutum, vel aliàs minis vel pœnis matrimonij libertatem, incurrunt in d. excommunicationem Tridentini, secus si impediant suasionibus.*

8 *Reges, & Imperatores non incurrunt d. Excommunicationem Tridentini impediendo d. modo, & c. quia requirunt specialem expressionem.*

9 *Reges, & Imperatores impediendo modo prædicto, peccant mortaliter, sicut & eorum ministri, quia faciunt contra matrimonij, & sic contra Ecclesiasticam libertatem.*

10 *Bonum commune, & vtilitas communis non tribuit iurisdictionem Laicis, vt statuere possint aliquid super spiritualia, & in detrimentum Ecclesiasticæ libertatis.*

11 *Per accidens, & indirectè libertatem Ecclesiasticam derogari, est etiam malum, & sub pœna excommunicationis prohibitum in Concilio Tridentino.*

12 *Parentes iniustè impedientes filiorum matrimonia non incurrunt in d. excommunicationem Tridentini; quia de illis non loquitur Concilium.*

13 *Confessarius non potest in articulo mortis absoluere Parentes, qui exhæredauerunt filios, eo quod ipsis inuitis matrimonia contraxerunt, nisi prius testamentum reuocauerint.*

14 *Parentes iniustè filiorum matrimonia impedientes ideo peccant mortaliter, quia faciunt contra libertatem matrimonij.*

15 *Qui liberum habet arbitrium in electione propositi, sequi Parentum non cogitur voluntatem.*

16 *Leges ciuiles ad matrimonium Parentum consensum exigentes tanquam necessarium, vel solum ad honestatem referuntur, vel iure Canonico iam correctæ sunt.*

17 *Anathemate damnantur qui dicunt Matrimonia à filiis familias sine consensu Parentum contracta irrita esse, & Parentes ea rata, vel irrita facere posse.*

18 *Desponsatio, quam Pater nomine filii Puberis, vel Impuberis, absque libero filij consensu expresso, vel saltem tacite, facit, irrita est.*

19 *Matrimonium Impuberis ad hoc vt valeat, necesse*

est

est quod filius post ætatis pubertatem ; illud ratificet.

20 *Filius, vel filia si præsens sit dum Parens spondet (quin & si absens sit, sed postea sciat, ac taceat) & omni seclusa metu non contradicat , consentire præsumitur.*

21 *Præsumptio prædicta non habet locum in foro interno, si filius, vel filia dicat, se animum contrahendi non habuisse , sed ob reuerentiam Parentis tacuisse , & non contradixisse.*

22 *In foro interno sicut creditur dicenti contra se , ita creditur dicenti pro se.*

23 *In foro externo licet præsumptio sit contra filium , vel filiam, qui debet probare contrarium , tamen magna cautio necessaria est, ne fortè ex matrimonio coacto, exitus infelices sequantur.*

24 *Decisio Textus in cap. vnic. de desponsat. Impuber. in 6. quo est specialiter de Parente , habet etiam locum in Tutore, Curatore, vel simili Persona , si pro Puero, vel Puella præsenti, & non contradicente spondeat, si faciat in eorum commodum, & fauorem.*

25 *Taciturnitas secundum se , neque consensum, neque dissensum impertat , nisi aliis coniecturis adiuuetur.*

26 *Qui tacet, non fatetur, sed nec vtique consentire videtur quia taciturnitas est quid medium inter affirmationem, & negationem.*

27 *Tacens consentire videtur , si agatur de eius commodo , & fauore , non item si agatur de eius incommodo , & præiudicio , vide ibi exempla pro vtraque parte.*

28 *Puella, si taceat, non censetur consensum præbere; quia agitur de eius obligatione , nisi consensum facto aliquo, vel positiuo significet : vt si post rogationem , vel sponsaliorum tractatum , annulum à spondente , vel eius manum accipiat.*

29 *Tacens consentire videtur, si negare, vel contradicere deberet, non item si contradicere, vel respondere non deberet.*

30 *Reus à Iudice legitime iussus respondere ad ea , quæ obiiciuntur, si taceat, præsumitur fateri.*

31 *Canonicus in Capitulo non reclamans, sed tacens iniquæ electioni, censetur consentire intellige tamen in ordine ad incurrendum peccatum. & pœnam, non autem in ordine ad valorem actus.*

32 *Taciturnitas in re graui , & Communitati præiudicante non debet haberi pro consensu.*

33 *Compromissum, si fiat ab vno, nomine omnium votantium, non valet , etiam si ij præsentes non contradicant; secus si fiat contractus inter particulares.*

34 *Filii peccant contra pietatem , & reuerentiam debitam Parentibus si iis inscius, & inconsultis , sponsalia temere contrahant.*

35 *Filij non semper ad consilium, & iussa Parentum capienda obligantur ; quia in contrahendo matrimonio sunt sui iuris.*

36 *Parentes si filium, vel filiam, ab omni matrimonio impedire conantur, non merent obedientiam filiorum cum periculo incontinentiæ ; secus si à certo aliquo matrimonio abstinere iubeant ; nam tunc ponderanda sunt rationes pro vtraque parte.*

37 *Filius vel filia si inducantur à Parentibus ad aliquod matrimonium, à quo abhorreant, non teneatur ipsis obedire. excipe casum specialem, sc. ad graues inimicitias amouendas.*

38 *Dummodo tamen matrimonium honestum, sit, & status coniugalis appetatur.*

39 *Filij, licet promittendo matrimonium inconsultis, aut inuitis Parentibus peccent, datam tamen etiam imparis conditionis sponsis sponsaliorum fidem obseruare tenentur, nec Parentes licitè eos impedire possunt.*

40 *Filij ad implendam promissionem sponsaliorum sub mortali obligantur, & in omni foro compelli possunt.*

41 *Parentes mortaliter peccant si filios impedire, vel eis dissuadere conentur id, ad quod filii sub mortali obligantur.*

42 *Prodiga promissio, vel donatio illicita est , & tamen obligationem parit, modo non versetur circa rem malam, quæ sine peccato præstari non possit.*

43 *Parentes impedire possunt, ac debent , implorata etiã Iudicis auctoritate illa matrimonia, quæ ob disparitatem sponsorum familiæ dedecus, scandala, & discordias afferre possunt: & Iudex cauere debet ne contrahantur similia matrimonia , ex quibus scandala , & infelices exitus sequi consueuerunt.*

44 *Amplia prædicta locum habere non solum antequam celebrata sint sponsalia, sed etiam post.*

45 *Promissio, quæ versatur circa rem illicitam (sc. matrimonium cum scandalo, & peccato contrahendum) non obligat.*

46 *In malis promissis fidem non expedit seruari.*

47 *Iudex interdicere debet matrimonium, quando ex eo vehementer timetur scandalum, quod non statim inter Consanguineos cessaturum sit.*

RESpondetur pro libertate matrimonij Conci- 1
lium Tridentinum *sess. 24. cap. 9 de reform. ma-
trimon.* sic statuit : Præcipit Synodus omnibus,
cuiuscumque gradus , dignitatis , & conditio-
nis existant, sub anathematis pœna , quam ipso fa-
cto incurrant, nè quouis modo. directè, vel indire-
ctè subditos suos , vel quoscumque alios cogant,
quo minus liberè matrimonia contrahant.

Ex his sequitur primò, quod Principes, & mini- 2
stri laici non possint imponere pœnas , ne matri-
monia inter consanguineos contrahantur, & illas,
obtenta à Pontifice dispensatione, à contrahenti-
bus exigere, contra nonnullos Iuristas , vt Cur-
tellium *in Cod. leg. Sicul. ad legem Federici, cap. 83. not.
88. num. 2.* & alios; quia sic faciendo impedirent ali-
quo modo contra Tridentinum matrimonij liber-
tatem; quando quidem contrahentes non valentes
ob paupertatem soluere pœnas laicis impositas, 3
etiam (post dispensationem à Pontifice obtentam)
obligarentur , à contrahendo matrimonio illi retra-
herentur. Adde . quod matrimonium post dispen-
sationem à Pontifice obtentam sit licitum; ergo nõ
est, cur per laicos illud possit puniri; cùm pœna es- 4
se non possit sine culpa. Vnde in simili rectè dixit
Barbosa in collectan. Doctorum ad Concilium
Tridentinum *sess 26. de regular. cap. 12. num. 11.* & de- 5
terminauit sacra Congregatio die 9. Nouembris,
1619. quod , licet laici possint imponere pœnas
contra non obseruantes diem festum , tamen non
possint illas exigere contra eum , qui ab Episcopo
laborandi in dicto die festo licentiam obtinuit: qua 6
de re vide etiam Pontium *de matrim. lib. 6. cap. 2. n.
4.* vbi rectè subdit, quod laici non possint , neque
circa accessorium matrimonij quidquam statuere; si
eo accessorio impediatur principale. Quod si dein-
de doceat posse illos pœnis statoris Ecclesiasticas
prohibitiones circa matrimonium adiuuare , id ex
dictis intelligi debet, quatenus dictæ Ecclesiasticæ
prohibitiones perseuerent ; at secus , si illæ ex ali-
quo capite, (quodcumque illud fuerit) destiterint. 7

Sequitur Secundò, quod ministri laici impedien-
do per statorum, vel etiam alia via (minis , vel pœ-
nis, &c. non sic suasionibus, cùm non sint coactio;
qua de re Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 22.*) matri- 8
monij libertatem; incurrant in dictam excommu-
nicationem Tridentini , in quam tamen non in-
cur

8 currunt Reges, & Imperatores idem similiter fa-
ciendo: prior pars patet ex verbis ipsius Concilij
Tridentini:posterior pars probatur,quia Reges, &
Imperatores ibi noo exprimuntur;& vt iocurrant,
tequiritur exprimi,vt eos expressit idem Concilium
in cap 11.*de reformat* & Bulla Cœnę iu multis locis;
& solēt exprimere canones,&tradūt Henriquez *lib.*
11.*c.6.n.6.in gl.lit.G.*& Gutierez *tract.de matrim.cap.*
9 79.*num.* 12 Quamuis sic facieudo peccent mor-
taliter,sicut & eius ministri propter eaodem tatio-
nem;quia scilicet faciunt contra matrimonij, & sic
contra Ecclesiasticam libertatem, sicut & eius mi-
nistri.

Obiicies, huiusmodi statutum,verbi gratia,est
propter bonum publicum seu commune,vt scilicet
conseruetur pax,& concordia inter ciues;ergo neu-
tri peccant mortaliter.

10 Respondetur, transeat antecedens: at,vt sæpius
dixi,bonum commune, & vtilitas communis non
tribuit iurisdictionem laicis,vt statuere possint ali-
quid super spiritualia,& in detrimentum Ecclesia-
sticæ libertatis.

Obiicies secundò,huiusmodi statutum tantum
per accidens derogat Ecclesiasticam libertatem.
Ergo.

11 Respondetur,nego antecedens:at transeat ante-
cedens, nego tamen coosequentiam, quia per ac-
cidens,& indirectè libertatem Ecclesiasticam dero-
gari est etiam malum,& sub pœna excōmunicatio-
nis prohibitum in Coucilio Tridentino, Bulla
Cœnæ,& Canonibus.

12 Sequitur tertiò,quod in dictam excommunica-
tionem Tridentini non incurrant parentes iniustè
filiorum matrimonia impediendo;quia non loqui-
tur Concilium de parentibus;& ex alio capite pœ-
næ de casu ad casum extendi non debent, sed po-
tius restringi.Atque ita doceut Henriquez,& Gu-
tierez *in locis supra cit.*Nauat.*cap.* 27.*num.*150. Mo-
lina *tract.*2.*disp.*176.& Sanchez *de matrim.lib.*4 *disp.*
22.*num.*8.contra Martham *de iurisd par.* 4.*centur.*1.
*cas.*71.*num.* 23. quamuis tamen peccent mortaliter,
si,etiam lege,vel consuetudine in foro exteruo ip-
sis fauente,filiam(saltem in casu,quod illa nubendo
grauiter non deliquit)exhæredauerint,ex eo,quod
contra ipsorum voluntatem matrimonium contra-
13 xerit; adeò vt Confessarius noo possit illos in arti-
culo mortis absoluere, nisi prius testameutum, in
quo filiam ex dicta causa exhæredauerant, reuoca-
uerint.

14 Ratio autem, cur parentes iniustè filiorum ma-
trimonia impediendo,peccent mortaliter,est; quia
filij(cùm matrimonium, vt supra dicebam, debeat
esse liberum)à parētibus,aut similibus personis,io
quorum potestate constituti sunt, neque ad illud
contrahendum cogi,neque ab illo contrahendo im-
pediri possunt,sicuti cum S.Th.2.2. *q.* 104.*art.*5.&
in 4.*dist.*29 *q.vnic.art.*4.docent communiter Docto-
res ex *c.sufficiat*,27.*q.*1.*cap.venient*, 2.*de sponsalib.* &
15 *cap.cùm virum de regular.*ibi: *Qui liberum habet arbitri-
um in electione propositi,sequi parentum non cogitur vo-
16 luntatem.*Quapropter leges ciuiles,quæ ad filiorum
matrimonia parentum consensum,tanquam neces-
sarium exigunt, eæ vel solum ad honestatem refe-
runtur,vel iure Canonico iam correctæ sunt,sicuti
rectè notauit Couar.*in Epith. par.* 2.*cap.* 3.§.8.*num.*
17 1.& videri poterit Tridentinum *cit sess.* 24 *cap.* 1.*de
reformat. matrim.* vbi anathemate damnantur, qui
dicunt *matrimonia à filiis familias sine consensu paren-
tum contracta irrita esse, & parentes ea rata,vel irrita
facere posse.*

Ex quo colligitur,quod irrita sit etiam despoo-
satio,quam pater,nomine filij pubaris, vel impu- 18
beris,absque libero filij consensu expresso, vel sal-
tem tacito facit.Cui noo repugnat *cap.*1. §.*potest,de
desponsat.impuber.*vbi dicitur,quod pater filium im-
puberem matrimonio tradere possit,& filius adepta
pubertate,illud omninò adimplere debeat:hoc enim
non intelligitur absolutè,sed ad hoc, vt matrimo-
nium valeat,necesse esse,quod filius post ætatis pu- 19
bertatem consensu suo illud ratificet;licet gloss.&
Abb.aliter explicent scilicet quod filius adimplere
debeat ex honestate, non obligationis necessitate;
sed minus rectè,cùm id nihil singulare in filio im-
pubere, pro quo pater spoponderat, importet;
quandoquidem idem etiam de pubere dici po-
test.

Et quamuis *in cap.vnic.§.porrò,de desponsat.impu-* 20
ber.in 6 filius,vel filia, si præsens sit, dum parens
spondet(quin & si absens sit, sed posteà sciat,ac ta-
ceat)& omni seclu so metu oon cootradicat,consē-
tire præsumatur; tamen in foro iuterno hæc præ-
sumptio locum non habet,si filius, vel filia dicat,se 21
animum consentiendi noo habuisse, sed ob reue-
rentiam parentis tacuisse, & non contradixisse;
quia in tali foro, sicut creditur diceuti cootra se,
ita & pro se:in foro autem exteroo, quamuis pro-
bationibus,vel saltem coniecturis id ostendere de- 22
beat;alioquin cogetur matrimonium contrahere,&
Iudicis sententiæ debebit obtemperare, ob iuris
præsumptionem iam dictam; tamen magna cautio
hic necessaria est;ne fortè ex matrimonio coacto,&
iu quod contrahendum filius,vel filia expresso con- 23
sensu non coosensit,exitus infelices sequantur.

An autem decisio *cit.cap.vnic. de desponsat. impu-
ber.in* 6.quæ ex iostitutione iuris specialiter de pa- 24
rente est, locum etiam habeat, si tutor,curator,vel
similis persona prò puero,vel puella præsente, &
non contradicente spondeat?

Respondetur affirmatiuè;si talis persona io com-
modum,& fauorem pueri; vel puellæ spoodere vi-
deatur; vt, si contradicere vellet, exprimere de-
beret.

Quod dixi;quia licet iuris regula 43.*in* 6.sit,quod 25
qui tacet,consentire videtur:hæc tamē regula vniuer-
sim vera non est;quia taciturnitas secundū se neq;
cōsensū,neque dissensum importat,nisi aliis conie-
cturis adiuuetur; sicuti rectè declaratur in Regula 26
44.*in* 6. *Qui tacet,non fatetur,sed nec vtique negare vi-
detur*: quia taciturnitas est quid medium inter af-
firmationem, & negationem. Quapropter gloss.
*in reg.*44. Abb.*in cap.nonne de præsumpt.*Silu.*ver.Con-
sensus*,*q.*1.& 3.Mascardus *de probat.concl.*417.*volum.*
1.& Sanchez *de matrim.lib.*2.*disp.*5.*num.*5.& *disp.*6.
num. 11. conantur tradere ex variis circumstantiis
coniecturas,quibus tacentis consensus, vel dissen-
sus præsumi possit.

Prima est:taceos consentire censetur,si agatur de
eius commodo, & fauore, non item, si agatur de 27
eius incommodo,& præiudicio, verbi gratia si Pe-
tro promittente,donante,&c. taceas, censeris acce-
ptare.Item,si Petrus pro te præsente, & tacente fi-
deiubeat,censeris mandare, & ratum habere, iuxta
l.si remuneranus, §.*si passus*,*ff. mandati*, & Bartolum
ibi.Contrà verò,si Petrus rem sibi ab altero donari,
vel puellam sibi ad matrimonium contrahendum
obligari velit,illa verò taceat, non censetur con-
sensum præbere,quia agitur de eius obligatione,
nisi consensum facto aliquo, vel positiuo signifi-
cet, vt si post rogatiooem, vel sponsaliorum tra- 28
ctatum,anulum à spondente,vel eius manum acci-
piat

piat, quia tunc ipso facto consentire, & illius spon-
sionem acceptare censetur, sicuti tradunt Abb. *in
loc. suprà cit. num. 1. §. fallit hoc*, Silu, & Rosella *ver.
Sponsalia* Sanchez *de matrim. lib. 1. disp.* 22. & Co-
mich. 2. 2. *tom. 2. disp. 21 dub. 1. num.* 28.

29 Secunda est: tacens consentire videtur, si ne-
gare, vel contradicere deberet; non item, si respon-
dere, vel contradicere non deberet; v. g. si reus à
30 Iudice legitimè iussus respondere ad ea, quæ obii-
ciuntur, taceat, præsumitur fateri, *cap. si post, de con-
31 fess. in 6.* Item si sedens in Concilio, vel capitulo,
&c iniquæ Constitutioni, vel electioni, &c. non
reclamet, cùm vt liret possit reclamare, censetur cō-
sentire, sicuti docent Innocent. *cap. 1. de his quæ fiunt
à maiori parte Capituli*, Abb. *ibid. num. 3. & cap. 2. de si-
mon. num. 9* quod intelligas in ordine ad incurren-
dum peccatum, & pœnam, vt ait Innocent *loco su-
prà cit.* non item in ordine ad valoré actus; quia in
32 re graui, & Cōmunitati præiudicante taciturni-
tas non debet haberi pro consensu, sicuti docent
Abb. *cap. in causis, cap. Cum ana, de elect. &* Silu. *ver.
33 Electio, 2. q.* 12. vbi propterea ait, quod si compro-
missum fiat ab vno, nomine omnium votantium,
compromissum non valeat, etiamsi ij præsentes non
contradicant; secus, si fiat contractus inter particu-
lares.

34 Non nego tamen, quod filij peccent contra pie-
tatem, & reuerentiam debitam parentibus, si iis in-
sciis, & inconsultis, sponsalia temerè contrahant;
quia parentum cura, & potestas postulat, vt sine eo-
rum consilio in re tam graui nihil determinetur:
35 non tamen filij semper ad consilium, vel iussum pa-
rentum sequendum obligantur, quia in contrahen-
do matrimonio sunt sui iuris, & libertatis, vt su-
pra dicebam, & docet etiam Sanchez *de matrim. lib.
4. cap.* 23.

36 Quare in hunc modum distinguendum mihi vi-
detur, quod, vel parentes filium, aut filiam ab om-
ni matrimonio impedire conantur; & tunc filius,
vel filia, cum periculo incontinentiæ obedire non
tenetur, iuxta illud 1. ad Corinth. 7. *melius est nube-
re, quàm viri*; vel parentes à certo aliquo matrimo-
nio, ad quod filius, vel filia propendet, impedire vo-
lunt; & tunc expendendæ sunt ex vtraque parte
rationes; vel denique parentes filium, aut filiam ad
37 certum matrimonium, à quo abhorret, inducere
conantur; & tunc neque filius, vel filia obedire te-
netur; sicuti rectè docent Silu. *ver. præceptum q.* 2.
Henriquez *lib. 11. cap.* 13. *n.* 13. & Sanchez *cit. disp.*
23. *n.* 3. Excipe casum specialem, in quo plurimum
parentum interesset, verbi gratia ad graues inimi-
citias amouendas, &c. sicuti notarunt Nauar. *cap.*
14 *num.* 15 Henriquez *cit. lib. 11. cap. 6. numer.* 6. Ro-
38 drig. *tom. 2. cap.* 231. *concl.* 6. & Bellarmin. *de ma-
trim. capite 19. proposit.* 3. dummodo tamen matri-
monium, quod proponunt parentes, honestum
sit, & filius, vel filia velit statum coniugalem se-
qui, sicuti subdidit Sanchez *loco supra cit. num.* 5.

39 Cæterum quamuis filij prætermittendo matrimo-
nium inconsultis, aut inuitis parentibus peccarint,
datam tamen, etiam imparis conditionis sponsis,
sponsaliorum fidem obseruare tenentur, nec paren-
40 tes licitè eos impedire possunt, quia cùm ad im-
plendam promissionem sub mortali filii obligen-
tur, & in omni foro compelli soleant, vt ex com-
muni docent Mol. *tom. 2. disp.* 271. Veracruz 3. *part.
specul. art. 19. concl.* 2. & Sanchez *de matrim. lib. 1. disp.*
41 14. consequens est, quod parentes mortaliter pec-
cent, si eos impedire, vel eis dissuadere conentur id,
ad quod filij sub mortali obligantur, Neque mirum,
quod sponsalia interdum illicita sint; & tamen va-
lida, atque obligantia; quia prodiga promissio, vel 42
donatio illicita est, & tamen obligationem parit;
modo non versetur circa rem malam, quæ sine pec-
cato præstari non possit, vt docent communiter Do-
ctores in materia de Contractibus.

Si tamen ex matrimonio, quod filius, vel filia 43
contrahere cogitat, ob disparitatem sponsorum, vel
quid simile, familiæ dedecus, scandala, & discordiæ
timeantur, ideoque tale matrimonium, tanquam
pietati, & charitati repugnans, sine peccato contra-
hi non possit, parentes illud impedire possunt, ac
debent, implorata etiam Iudicis auctoritate, ad cu-
ius officium pertinebit cauere, ne contrahantur si-
milia matrimonia, ex quibus scandala, & infelices
exitus sequi consueuerunt. Quod non solum locũ 44
habet, antequam celebrata sint sponsalia, sed etiam
post, quia promissio, quæ versatur circa rem illici- 45
tam (scilicet matrimonium cum scandalo, & pecca-
to contrahendum) non obligat, vt supra dicebam;
quare tunc locum habet iuris regula 69. in 6. *In* 46
malis promissis fidem non expedit seruari. Quod & su-
mitur ex *cap. cum in tua, eiusdē gl. ver. scandalis*, vbi
ait, propter secuturum scandalum matrimonium
impediri debere; & docent Nauar. *cap.* 16. *num.* 18.
Gutierez *lib. 1. Canon. qq. cap. 20. num.* 23. Abb. *in cap.
requisiuit de sponsalib.* Sanchez *cit. disp.* 14. *n.* 3. & Io.
Chapeauille *de ino to ministr. Sacram. cap.* 6. *q* 19. vbi 47
dicit, quod iudex interdicere debeat matrimonium,
quando ex eo vehementer timetur scandalum,
quod non statim inter consanguineos cessatu-
rum sit.

SECTIO X.

Difficultas, eiúsque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Parentes si filias cogant intrare Monasterium incur-
runt in excommunicationem Concilii Tridentini; secus
si eæ sint Impuberes.*

2 *Pater, & Mater ex iure canonico habent ius na-
turale offerendi filium, vel filiam Religioni; ita vt fi-
lius, vel filia sic oblata teneatur obedire Parenti sic
offerenti; atque adeo non possint ante annos Puber-
tatis è monasterio egredi quod à Concilio non est reuo-
catum.*

3 *Pater, & mater si cogant intrare Monasterium
Puberes, idque siue cogant, vt ibi solum maneant cum
habitu seculari vsque ad occasionem nubendi, & non
ad habitum suscipiendum, neque ad professionem emit-
tendam, incurrunt in dictam excommunicatio-
nem.*

4 *Item dic siue cogant in ordine, siue cum animo etiam
ad postea suscipiendum habitum Religionis aliqua via,
vt suasionibus monialium &c. secus si nullo modo id
intendant.*

5 *Item dic seu cogant in ordine, seu cum animo, vt ibi
inuita permaneant, & suscipiant habitum; secus si id
non intendant, sed solum habeant animum, vt ibi cu-
stodiantur, vel etiam paulatim disponantur, vt postea
si voluerint, habitum suscipiant.*

6 *Parentes inducentes filias metu reuerentiali, vel
etiam suasionibus intrare Monasterium, non contra-
hunt d. censuram.*

7 *Metus reuerentialis, & suasio etiam quatumque non
est proprie coactio.*

8 *Is qui filiam relinquit hæredem cum pacto vt Mo-
naste*

nasterium ingrediatur, non incurrit dictam excommunicationem.

1 OBiicies, parentes incurrunt in excommunicationem Concilij Tridentini *sess.* 25. *cap.* 18. si filias cogant intrare monasterium; ergo & incurrent in excommunicationem eiusdem Concilij Tridentini in casu nostro.

Respondetur, distinguo antecedens; parentes incurrunt in excommunicationem Concilij Tridentini, si filias cogant intrare monasterium im-
2 puberes, seu ante annos pubertatis, nego (quia pater, & mater ex iure Canonico habent ius naturale offerendi filium, vel filiam Religioni, ita vt filius, vel filia sic oblata teneatur obedire parenti sic offerenti, & eius educationem ordinanti. atque adeò non possit, antequam tempus pubertatis attigerit, è Monasterio egredi; in qua re ius Canonicum non est à Concilio Tridentino reuocatum; sicuti ex communi docent Suar. *de relig. tom.* 3. *lib.* 5. *c.* 9. *n.* 4. Sanchez *lib.* 4. *moral. c.* 19. *n.* 8. *&* 9. *&* Portell. *in addit. ad dub. regular. ver. clausura Monialium, num.* 4.)
3 Si filias cogant intrare Monasterium puberes, seu post annos pubertatis, id est, duodecim completos, concedo: idque siue cogant, vt ibi solum maneant cum habitu sæculari vsque ad occasionem nubendi, & non ad habitum suscipiendum, neque ad professionem emittendam; sicuti tenent Nauarr. *cons.* 56. *de sent. excomm. & cons.* 6. *de Regular.* Ledesma *in Addit. ad summ. tom.* 1. *tract. de statib. cap.* 5. *concl.* 8. Zerola *in praxi Episc. p.* 2. *verb. Moniales, q.* 13 Raynerius *in catal. ge cens. n. cap.* 6. *excommun.* 63 Zipæus *in iur. Pontif. noue lib.* 3. *de reg. num.* 30. Megalius *in* 3. *part. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 100. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *allegat.* 104. *num.* 5. *& in collect. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 31. *cap.* 12. *num.* 4. & Filliucius *tom.* 1. *tract.* 14. *cap.* 6. *num.* 89.

4 Siue cogant in ordine, seu cum animo etiam ad posteà suscipiendum habitum Religionis aliqua via, vt suasionibus monialium, &c. Secus, si nullo modo id intendant: in quo casu parentes non incurrere in dictam Tridentini excommunicationem, docent Rodrig. *in sum. tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 9. Sanchez *lib.* 4. *moral. cap.* 14. *num.* 12. & Portell. *loco supra cit. ver. Moniales, num.* 14.

5 Siue cogant in ordine, seu cum animo, vt ibi inuitæ permaneant, & suscipiant habitum; secus, si id non intendant, sed solum habeant animum, vt ibi custodiantur, vel etiam paulatim disponantur, vt posteà, si voluerint, habitum suscipiant; in quo casu parentes, neque incurrere in dictam Tridentini excommunicationem, satis probabiliter docet Suarez *de relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 9. *dub.* 4.

At nego consequentiam, & disparitas est; quia quoad hoc posterius non loquitur Concilium Tridentinum de parentibus, sicut loquitur quoad prius, etiam in casu, quod parentes filias cogant intrare Monasterium vno ex tribus modis supra dictis, indirectè v. g. vexando illas in victu, vestitu, vel quo-
6 cumque alio modo, operibus, aut verbis secus, si ad id eas inducant metu reuerentiali; vel etiam suasionibus (talem statum eas decere, dotem sufficientem non habere, in seculo tutas absque matrimonio, & monachatu, non viuere, &c.) quinimò importunis, expressisque precibus, quod monasterium ingre-
7 diantur. Ratio, quia metus reuerentialis, & suasio quæcumque, etiam importuna, non est propriè coactio. Atque ita probat vsus, & docent Riccius *in prax. tom.* 1. *resol.* 599. *num.* 4. Portell. *verb. Moniales, num.* 11. & Villalobos *in sum. part.* 1. *tract.* 17. *dub.* 31. *num.* 11. qui simul cum Suar. *loco suprà cit.* subdit, Cardinalium Congregationem docuisse, quod neque in dictam Tridentini excommunicationem incurrat is, qui filiam relinquit hæredem cum pacto, vt monasterium ingrediatur; alioquin si non ingredietur, monasterium sit hæres, filia autem tantum alimenta percipiat. Ratio; quia adhuc huius- 8
modi inductio non est propriè coactio, nec propriè per vim, sed potius per modum concupiscentiæ inductio. Vide quæ dicentur *dubit.* 21. *sect.* 1. *& seqq.*

DVBITATIO XX.

An statutum laicorum constituens impedimenta matrimonium dirimentia, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM

1 *Statum supradictum est contra libertatem Ecclesiasticam, nisi illa ab Ecclesia etiam tacitè, vel expressè approbentur.*

2 *Causa matrimonij quoad ea, quæ necessario respiciunt rationem contractus, vel ex ratione contractus proximè sequuntur, Ecclesiastica est.*

3 *Concilium Tridentinum damnat anathemate dicentes causas matrimoniales non spectare ad Iudices Ecclesiasticos.*

4 *Ratio Contractus matrimonii apud Christianos à ratione Sacram. inseparabilis est.*

5 *Causa contractus Matrimonii (præsertim, quia minus dignum trahitur à digniori) spectare debet ad idem forum Ecclesiasticum, ad quod spectat de Sacramento cognoscere.*

6 *Causa meri possessorij Beneficiorum, Decimarum, Oblationum, vel aliarum rerum Ecclesiæ, in sententia nonnullorum Doctorum cognosci potest à Iudice seculari; at causa possessorii Matrimonii cognosci non potest ab alio quam a Iudice Ecclesiastico.*

7 *Causa Matrimonialis ratione spiritualitatis propter Sacramentum excedit omnia spiritualia beneficia, decimas, oblationes, & his similia.*

8 *Matrimonium, quamuis ex se contractus quidam sit subiectus Principi seculari; tamen per Christi institutionem electus est ad rationem Sacramenti, & sic res sacra effectus est, & desinit esse subiectus quoad subditos fideles Principi seculari.*

9. & 10 *Princeps secularis licet materia huius Sacramenti sit contractus, non potest leges condere circa eum, ex quo eius materia per Christum sacra facta est, & consequenter extra eiusdem Iurisdictionem, vt à simili de Clerico ante ordinationem.*

11 *Princeps secularis non solum non potest ferre legem circa substantialia Matrimonij; sed neque circa accessoria, si accessorio illo impediatur matrimonium.*

12 *Causæ dotis, iuris succedendi, & similium ex se secularia sunt, & sic seculari iudicio relinquuntur; cum matrimonij contractui extrinseca sint, licet aliquando incidenter ab Ecclesia cognosci possint.*

13 *Princeps secularis ex natura suæ Potestatis potest ex causa iusta ferre leges circa matrimonium, & sic statuere impedimenta dirimentia matrimonium respectu suorum subditorum tam fidelium quam infidelium in suo*

Territorio

Territorio degentium, vsus tamen talis, potestatis in ordine ad fideles, est ei ab Ecclesia interdictus.

14 *Ecclesia potuit restringere, & moderari Potestatem secularem in iis, quæ spiritualibus coniuncta sunt.*

15 *Fideles subiecti Principibus Ethnicis non astringuntur impedimentis matrimonium dirimentibus iuxta ritum, & leges eorum.*

16. & 17 *In dubio standum est semper pro validitate matrimonii, vt potè quam maxime fauorabilis; adeo vt vnius Docti, & pij Doctoris singularis sententia, si sustineat valorem matrimonii, præferri debeat communi in contrarium, si iste Vir doctus, & probus rationes contrariæ opinionis communis perspexerit, & dissoluerit, & dictam singularem opinionem alij postea secuti fuerint, vel non improbauerint.*

18 *Limita, si simus in casu nouo; secus si simus in casu ab aliis prius ventilato, pluribus rationibus, & Doctoribus communiter in contrarium firmato.*

19 *Limita, dummodo etiamsi simus in casu ab aliis ventilato, singularis hic Doctor non fuerit postea rationibus in contrarium, conuictus, & reiectus.*

20 *Opinio Geminiani refellitur, qui putauit forsan propter paruitatem materiæ, non esse peccatum mortiferum, semel, vel etiam bis horas canonicas, ieiunium, missam, vel quodcumque aliud præceptum omittere; nisi quis id faciat ex contemptu vel ex consuetudine.*

21 *Consuetudo peccandi est quidam interpretatiuus contemptus præcepti.*

22 *Horas canonicas dicere, Missam audire, ieiunium seruare est opus graue diuinum, & sic non habet locum paruitas materiæ.*

23 *Opinio communis non est illa, quam plures Doctores sequuntur; sed illa, quam plures Doctores, licet pauci, in nullius verba iurati, ex professo quæstionem tractantes; solidis rationibus confirmarunt.*

24 *Textus expressus, & ratio efficax si adsit in contrarium recedendum est à communiori, quin à simpliciter communi sententia Doctorum.*

1 RESpondetur affirmatiuè, nisi illa ab Ecclesia etiam tacitè, vel expressè approbentur. Patet etiam ex dictis *d. bic. 2.* quia disponit de spiritualibus, & Ecclesiasticis:
2 quandoquidem causa matrimonij quoad ea, quæ
necessariò respiciunt rationem contractus vel ex
ratione contractus proximè sequuntur (vt illius
firmitas, si scilicet sit legitimè, vel non legitimè cõ-
tractum, prolis conditio legitima, vel illegitima, di-
uortium, & similia) Ecclesiastica est, *c. 1. 33. q. 2. c. mul-
torum 35. q. 6. c. 1. c. non debet de consanguin. & affin. c.
audita de præscript. c. prælatum, c. lator, qui filij sint legi-
timi, cap. commissum, cap. requisiuit, cap. ex litteris, de
sponsal. & cap. tuam de ordine cognitionum*, & definitur
3 à Tridentino Concilio *sess. 24. can. 12.* ibi: *si quis di-
xerit causas matrimoniales non spectare ad Iudices
Ecclesiasticos, anathema sit.* (vt omittam, quod in
cap. accedentibus de excess. prælator statuitur, spe-
ctare ad solos Episcopos, & non ad inferiores Præ-
4 latos) Nec mirum; quia apud Christianos ratio con-
tractus matrimonij à ratione sacramenti insepara-
5 bilis est; & sic ratio contractus matrimonij (præser-
tim, quia minus dignum trahitur à digniori) spe-
ctare debet, ad idem forum Ecclesiasticum, ad quod
6 spectat de sacramento cognoscere; adeò quod, licet
aliqui Doctores concedant, causam meram posses-
soriam beneficiorum, decimarum, oblationum, vel
aliarum rerum Ecclesiæ, tanquam quid facti, & sic
quid seculare; cognosci posse à Iudice laico, id mi-
nimè concedant de causa possessoria matrimonia-
li; ex eo, quod hæc ratione spiritualitatis propter
Sacramentum excedat omnia spiritualia beneficia, 7
decimas, oblationes, & his similia: qua de re vide
Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *de potest.
Episc. part. 3. allegat. 84. n. 14* & S Rotam in Ravenn.
nat. Emphyteusis die 28. Maij 1631.

Ratio autem responsionis à priori est; quia 8
quamuis matrimonium ex se contractus quidam
sit subiectus Principi seculari, tamen per Christi
institutionem eleuatus est ad rationem sacramenti;
& sic res sacra effectus est. Quapropter ex tunc non
subditur amplius potestati Principis secularis (etiã
fidelis) in ordine ad subditos fideles, sed in bapti-
zatis ex institutione Christi, vtpotè factus Sacramẽ-
tum, & res sacra, desinit esse subiectus potestati se-
culari, quam solam habet Princeps secularis: Vnde 9
fit, quod licet materia huius sacramenti sit contra-
ctus, non tamen propterea satis est, quod Princeps
secularis possit leges condere circa ipsum; cùm, ex
quo eius materia per Christum sacra facta est, sit
extra eius iurisdictionem, & potestatem. Sicut, quã- 10
uis homo & eius bona, ante ordinationem sint ma-
teria subiecta iurisdictioni, & potestati seculari, ta-
men post eius ordinationem, vel post eorum dona-
tionem Ecclesiæ, monasterio, vel alteri loco pio fa-
ctam, & acceptatam (per quam effecta sunt sacra, seu
Ecclesiastica) extrahuntur à iurisdictione, & potestate
seculari; ita vt Princeps secularis neque in personã;
neque in dicta bona iurisdictionem, & potestatem
amplius habeat: ergo sic etiam in casu nostro (post-
quam matrimonio accessit ratio Sacramenti) dicen-
dum est, in ordine ad baptizatos, vt scilicet postea
in ordine ad baptizatos Princeps secularis non ha-
beat amplius potestatem in matrimonio. & sic non
possit amplius ferre legem circa impedimenta ma-
trimonij, vel quocũque alio modo circa substantiã 11
illius, quin neque circa accessoria eiusdem, si eo ac-
cessorio impediatur principale, quamuis possit circa
alia accidentalia, & accessoria, quæ non pertinent
ad eius substantiam, neque, ex se impediunt princi-
pale, v. g. circa dotem, dotis lucrum, inter virum, &
vxorem donationes, sponsalitiam largitatem, ius
succedendi, & similia.

Quapropter dedita opera supra dixi, quod causa
matrimonii sit Ecclesiastica quoad ea, quæ neces-
sariò respiciunt rationem contractus, vel ex ratio-
ne contractus proximè sequuntur, vt per hoc ex- 12
cluderem causam dotis, iuris succedendi, & simi-
lium, quæ modò dicebam; quia hæc ex se secularia
sunt, & sic seculari iudicio relinquuntur; cùm
matrimonii contractui extrinseca sint; licet ali-
quando incidenter ab Ecclesia etiam cognosci, &
decerni soleant. Atque ita docent Gloss. Innocent.
Io. Andr. Anton de Butr. Abb. *cap. 1. num. 7. de spons.
& matrim.* Paludanus, *in 4. dist. 42. q. 1. art. 1* S Bona-
uentura *ibid. art. 2. quæst. 2.* Richardus etiam *art. 2.
quæst. 2.* Vasquez *in 3. part. tom. 4. disp. 3. de matrimonio
cap. 5. num. 67* Pontius *de matrim. lib. 6. cap. 1. & 5.*
Riccius *part. 3. decis. 178.* Bellettus *in disquis. par. 1.
tit. de exempt. cleric. à statutis secularium* §. *4. num. 41.
& seqq.* Diana *part. 7. tract. 1. resol. 23.* Auersa *de
matrim. q. 9. sect. 2.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 2. q.
57. num. 7.* & Hurtadus *de matrim. disp. 12. diffic. 52.
num. 7.*

Quod si Rebellius *part. 2. lib. 3. quæst. 1.* Coninch.
de Sacram. disp. 30. dub. 1 Tannerus *tom. 4. disp. 38.
quæst. 4. dub. 1. num. 16. & seq.* Estius *in 4. sent. dist.
34. §. 1.* Becanus *de Sacram. cap. 49. q. 3.* Victoria
in relect. de matrim. part. 2. sect. 1. Ruardus Tapper *in
controuersiis, art. 20.* Turrianus *in sum. part. 2.*

cap. 109. dub. 3. concl. 2. Sylnius in 3. par. q. 50. art. vnic. concl. 6. Valentia tom. 4. disp. 10. quæst. 5. punct. 1. Salas de legib. disp. 9. sect. 5. num. 50. Chamerota de Sacram. tract. 12. cap. 5. dub. 1. Kellisonios in 3. part. tom. 2. q. 50. art. vnic. dub. vn. Fragosus de regimine Resp. tom. 1. part. 1 lib. 2. disp. 2. num. 299. Chartarius decis. 36. num. 12. Ludouicus de S. Iuan. de Sacram. matrim. q. 6. art. 1. dub. 1. Ciatlinius lib. 1. contron. cap. 104. num. 28. Machadus de perfecto Confess. tom. 1. lib. 3. part. 1. tract. 5. docum. 1. num. 4. Vvigers in 3. part. S. Th. q. 50. art. vn. Zipæus lib 3. tit. de spons. consult. 2. Monre in Exam. Theolog. moral. part. 3. cap. 17. Bosius de matrim. cap. 1. §. 37. num. 96. & cap. 11. §. 14. num. 109. Caspensis tom. 1. tract. 26. disp. 9. sect. 1. num. 4 Baunius in Theolog. mor. part. 1. tract. 12. q. vlt. assert. 3. Petrus à Sancto Ioseph in Idea Theolog. sacr. c. 38. resol. 8. Gamacheus in summa Theol. tom. 3. de Sacram. matrim. cap. 15. Io. Petit. tract. 8. sect. 3 Filliucius tom. 1. tract. 19. cap. 1. num. 4. Ochagauia de Sacram. tract. 3. de matrim. q. 32. num. 3. Layman. lib. 5. tract. 10. part. 4. cap. 1. q. 1. Mercerus de Sacram. in supplem. q. 50. Cornejo in 3. part. tract. 6. de impedim. matrim. disp. 7. dub. 3. Villalob. in Sum. tom. 1. tract. 14. diffic. 1. num. 3. & 4. Bonacina de matrim. q. 3 punct. 1. num. 5. Cælestinus tract. 2. cap. 31. num. 1. & alij multi ex S. Th. in 4 dist. 34. q. 1. art. 1. ad 4. & dist. 41. q. 2. art. 2. ad 4. (quos citat, & sequitur Sanchez de ma-
13 trim. lib. 7. disp. 3.) doceant, quod Princeps secularis ex natura suæ potestatis possit ex causa iusta ferre leges circa matrimonium; & sic statuere impedimẽta dirimentia matrimonium respectu suorum subditorum, tam fideliom, quàm infidelium in suo territorio degentium, subdunt tamen posteà quod vsus talis suæ potestatis in ordine ad fideles sit ei ab Ecclesia interdictus; quia Pontifex reseruauit sibi causas matrimoniales; vt patet ex dictis, & ex
14 gl. fin. c. si quis ingenuus, 2. quæst. 2 & meritò; quia, cùm potestas secularis potestati spirituali (saltem in iis, quæ cum spiritualibus coniuncta sunt & ad finem spiritualem, seu supernaturalem, ordinantur) subdatur, potuit Ecclesia (saltem in dictis) potestatem secularem restringere, & moderari.

15 Quod adeò verum est, vt etiam probabiliter existimem, fideles subiectos Principibus Ethnicis non astringi impedimentis matrimonij dirimentibus iuxtà ritum & leges eorum; cùm non videtur indirectam Ecclesiæ potestatem excedere, omnes vbique terrarum degentes Christianos eximere à legibus eorum, & subiicere Ecclesiasticis suis, quatenus attinet ad matrimonij validitatem, vel inualiditatem; quandoquidem plurimum propter Sacramenti dignitatem interest, quod in hac re vniformitatem Christiani omnes obseruent. Atque ita contra Sanchez, Coninch, & alios Doctores in locis suprà cit. docent Tannerus de matrim. Th. 157. & Laymao. lib. 5. tract. 10. part. 4. capite 1. num. 3.

16 Quamnis in dubio standum sit semper pro validitate matrimonij, vt potè quam maximè fauorabilis, adeò, vt vnius docti, & pij Doctoris singularis sententia, si sustineat valorem matrimonij, præferri debeat in tali casu communi in contrarium Doctorum opinioni, in fauorem matrimonij; sicuti docent Menochius de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 71. numero 30. Bossius de matrim. cap. 3. numero 234. Palaos tom. 1. disp. 2. punct. 1. num. 12. Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 18. numero 2. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 1. diffic. 7. numero 3. Barbosa in collectan. tom. 1. lib. 2. tit. 20. cap. 47. numero 8. Molinus de ritu nuptiarum lib. 1. compar. 17. num. 15. & Sperellus decis. 94. num. 14. cùm ex alio capite vnius docti, & pij Doctoris (qui tamen suam opinionem non inconsideratè, ac temerè, sed post perspectas rationes, quæ in oppositum afferri possent, amplexus est; quod ab ipso factum fuisse, alij plerumque præsumere possunt, præsertim indocti; & præsertim si illa typis mandata sit) singularis auctoritas faciat opinionem ab extrinseco probabilem (probabilem enim ab intrinseco facit ratio, quæ sit non modici momenti, & illam veritati consonam
persuadeat. Quod cum Sanchez cit. c. 9 n. 9. Vasq. 17
disp. 62. c. 4. in princip. & aliis intellige similiter de viro docto, & probo qui rationes contrariæ opinionis communis perspexerit, ac dissoluerit: & præterea singularem talis docti, & probi viri opinionem alij posteà examinantes, tanquam improbabilem, & erroneam non condemnauerint; quia in tali casu valde suspecta de falsitate redderetur, licet ob intellectus tenuitatem, vel ob affectus prauitatem id ille agnoscere impediatur) vt cum S. Th. (qui ait posse quempiam dicto solius magistri acquiescere) docent Valentia tom. 2. disp. 1. quæst. 12. punct. 4. Castrus Palaus tom. 1. disp. 2. punct. 1. num. 12. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 1. diffic. 7. num. 3. Filliucius tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 134. Merolla tom. 1. disp. 3. cap. 4. dub. 1. num. 4. Alfonsus de Leone de potest. Confess. Recollect. 1. num. 30. Moscienscus par. 3. cap. 1. Petrus à sancto Iosepho lib. 1. cap. 3. resol. 4. & alij multi, quos citat Sanchez lib. 1. moral. cap. 9. num. 7.

Quod tamen intellige cum Portell. ver. Opinio 18
eligenda, num. 4. si simus in casu nouo, secus, si simus in casu ab aliis prius ventilato, pluribus rationibus, & Doctoribus communiter in contrarium firmato vel etiam intellige (vt docent Nauarrus cap. 27. num. 285. Sermarinus in confut. 2. tractatuum, propos. 5. Sauta in voto Platonis præind. 9. Caramuel in Regulam S. Benedicti disp. 6. numero 55. & Bressetus de conscientia lib. 3. cap. 3. num. 30. & 31.) etiamsi simus in casu prius ventilato, & communiter in contrarium firmato; dummodo similiter (vt supra dicebam) singula-
ris hic Doctor, quin & alii cum ipso, non sint po- 19
steà ab omnibus, qui scripserunt, communiter, & solidè (tanquam improbabilem, ac singularem sententiam sequentes) reiecti, adductis rationibus, vel Principum decretis, ad quæ priores illi vel non attenderunt, vel solidè respondere non potuerunt (vt Angelus ver. Hora, §. 10. vbi citat Ricardum; & ver. Ieiunium, num. 14. vbi citat Card. Zabarellam; & ver. Inobedientia, vbi ci-
tat Thomam, Ricardum, Archidiaconum, & Gemi- 20
nianum, qui putanit forsan propter paruitatem materiæ, non esse peccatum mortiferum, semel vel etiam bis Horas Canonicas, ieiunium, Missam, vel quodcumque aliud humanum præceptum omittere; nisi quis id faciat ex contemptu, scilicet eo fine, vt Ecclesiæ potestatem, aut opus ab Ecclesia impositum contemnat; vel ex consuetudine; cùm etiam consuetudo peccandi sit quidam interpretatiuus contemptus præcepti: Hic enim Doctor
communiter ab omnibus meritò est reiectus; cùm 21
ex eo, quod Horas Canonicas dicere, Missam audire, ieiunium seruare, &c. sit opus graue diurnum, seo diei addictum, locum in casu nostro non habeat paruitas materiæ; & sic eius opinio contra communem singularis pro probabili non habetur) Vide etiam S. Th. quodlib. 3. art. 10. Sylu. ver. Opinio, q. 1. Vasquez disp. 62. cap. 4. numero

27. &

17.& 18.& Nauarrum *num.* 286. *& seqq.* vbi rectè
subdit, quod opinio communis non sit illa, quam
plures Doctores sequuntur (cùm fieri possit, quod
23 illam, nulla noua ratione moti, sed ductu alterius
more pecudum sequantur) sed illa sit, quam plures
Doctores (licet pauci in nullius verba iurati,) ex
24 professo quæstionem tractantes, solidis rationibus
confirmarunt. Et *cap.* 12. *num.* 10. rectè etiam ait,
quod, si textus expressus, vel ratio efficax adsit in
contrarium, recedendum sit à communiori, quin à
simpliciter communi sententia Doctorum.

SECTIO II.

An, si Princeps de facto impedimentum aliquod matrimonii dirimens constituat, peccet, & matrimonium sic contractum sit validum?

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum contra prohibitionem vt supra factam à Principe seculari, qui constituit aliqua impedimenta dirimentia, validum est, & Princeps id statuens peccat.*

2 *Vsus condendi leges circa substantialia matrimonij Principi seculari interdictus est, & Ecclesiæ reseruatus, atque adeo actus secundus impeditus, vt facta in oppositum irrita sint.*

3 *Satis probabiliter est etiam impeditus actus primus, vt Princeps secularis ex se id statuere non possit in ordine ad fideles, postquam matrimonio ratio Sacramenti accessit.*

4 *Matrimonia Clandestina non sunt irrita, quandiu Ecclesia illa irrita non fecerit.*

5 *Matrimonium non est contractus mere ciuilis, sed eleuatus ad esse sacrum, vt sit materia Sacramenti.*

6 *Causa ciuiles Ecclesiastica de iure Diuino, & positiuo tam Canonico, quam ciuili eximuntur à Potestate illius, & spectant ad Iudicem Ecclesiasticum.*

7 *Principes etiam Regij sanguinis valide contrahunt sine consensu Regis, qui contra libertatem matrimonij nihil potest.*

8 *In Regno Franciæ adest consuetudo, ne Principes Regij sanguinis sine consensu Regis matrimonium valide contrahant, sed censetur approbata ab Ecclesia.*

1 EX dictis sequitur primò, quod, si Princeps secularis de facto, non obstante prohibitione, &
reseruatione, vt supra, facta ab Ecclesia, in ordine ad
fideles impedimentum aliquod matrimonij dirimens constituat, non solum peccet Princeps sic
statuens, sed etiam matrimonium sic contractum
validum sit contra Petrum Sot. *sect.* 4 *de matrim.* Rabardeum *de cauendo schismate sect.* 5. & quosdam alios
apud Ioannem Præpositum *in* 3. *par. S. Th. q.* 7. *de im-*
2 *pedim. matrim. dub.* 1. *num.* 1. quia ex dictis talis potestatis vsus Principi seculari sic ab Ecclesia est interdictus, & sibi reseruatus, atque adeò actus secundus impeditus, vt facta in oppositum irrita sint.
Adde, quod satis probabiliter est etiam impeditus
3 actus primus, vt Princeps secularis ex se id statuere non possit in ordine ad fideles, postquam matrimonio ratio Sacramenti accessit, vt colligitur ex
dictis etiam, & ex Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.*
4 1 quatenus ibi definit, quod matrimonia clandestina non sint irrita, quamdiu Ecclesia illa irrita non
fecerit.

Obiicies, matrimonium supponit contractum
ciuilem; ergo Princeps secularis potest in illud ratione contractus ciuilis; cum Princeps secularis
possit circa omnia ciuilia.

Respondetur, distinguo antecedens: matrimo- 5
nium supponit contractum ciuilem, merè ciuilem,
nego: supponit contractum ciuilem, ex institutione
Christi iam Sacramentum, seu eleuatum ad esse sacrum, vt sit materia Sacramenti, concedo. Vnde nego consequentiam; sicut, licet causæ ciuiles spectent
ad Principem secularem, tamen hoc ipso, quod sunt 6
causæ ciuiles Ecclesiasticæ, scilicet Ecclesiasticorum, de iure diuino, & positiuo tam Canonico,
quàm ciuili eximuntur à potestate illius, & spectat
ad Iudicem Ecclesiasticum; ergo multò magis contractus ciuilis matrimonij ex institutione Christi
iam eleuatus ad incomparabilem maiorem Sacramenti spiritualitatem.

Instabis, saltem Princeps secularis potest in illud per ordinem ad Principes regij sanguinis, vt
hi scilicet validè matrimonium contrahere non
possint sine consensu Regis.

Respondetur, nego antecedens, idque ob easdem 7
rationes supra dictas. Et confirmatur ex eodem
Concilio Tridentino, quatenus simpliciter, & indefinitè *sess.* 24. *can. vlt.* sub pœna anathematis definit causas matrimoniales ad Iudices Ecclesiasticos spectare & quatenus *eit. sess.* 24. *cap* 1. decernit,
matrimonia à filiisfamilias sine consensu parentum
contracta (sicut & contracta à seruis sine consensu
dominorum) valida esse. Quapropter multò magis
valida erunt matrimonia à Principibus sanguinis
regij contracta sine consensu Regis; cum Principes
sanguinis regij minus subditionis habeant ad Regem, quàm filij ad parentes, & serui ad Dominos. Et
tandè quatenus *cit. sess.* 24. *c.* 9. sic subdit: *Cùm maximè nefarium sit matrimonij libertatem violare, prohibet Sācta Synodus omnibus cuiuscūque gradus, & conditionis existant, sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrāt, ne quouis modo, directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quominus liberè matrimonium contrahant.* Vbi Tridentinum Concilium satis clarè, & generaliter loquitur; ergo, &c qua de re Zipeus *lib* 3. *de spons. & matrim. cons.* 11.

Vigebis, in Regno Franciæ adest consuetudo in
contrarium, vt scilicet Principes regii sanguinis nō 8
possint sine consensu Regis matrimonium validè
contrahere. Ergo, &c.

Respondetur, transeat, sed non nisi approbata ab
Ecclesia; qua de re Salernus in tractatu de hac materia, §. 1.

SECTIO III.

An matrimonii impedimentum dirimens possit consuetudine introduci?

SVMMARIVM.

1 *Matrimonii Impedimentum dirimens non potest consuetudine introduci, nisi similiter admisceatur consensus Ecclesiæ explicitus, vel implicitus.*

2 *Statuta laicorum in rebus Ecclesiasticis nullius sunt firmitatis, nisi prius ab Ecclesia approbata fuerint.*

SEquitur secundò quod matrimonii impedimen-
tum dirimens neque possit consuetudine in- 1
troduci; quia (cùm consuetudo, vt alibi dicebam, non plus vitium habeat, quàm statutum)
consequens est, quod neque cōsuetudine introduci

 possit,

possit,nisi similiter consuetudini admisceatur con-
sensus Ecclesiæ explicitus, vel implicitus, iuxta *c.
Ecclesia S. Mariæ de constitut.* vbi definitur, quod
2 statuta laicorum in rebus Ecclesiasticis(quale apud
Christianos est matrimonium propter adiunctam,
& inseparabilem,illamque digniorem rationem Sa-
cramenti; ita vt non sit verum matrimonium, quin
simul sit verum Sacramentum) nullius sint firmi-
tatis,nisi prius ab Ecclesia approbata fuerint.Vide
Doctores *supra cit.*& præcipuè Cornejo *cit. disp. 7.
dub.4.per tot.*

SECTIO IV.

An leges ciuiles aliquid circa essentialia matrimonii statuentes irritæ sint?

SVMMARIVM.

1 *Leges ciuiles aliquid circa essentialia matrimonij statuentes(nisi explicite, vel saltem implicitè à iure Canonico approbentur, etiam si explicite non reprobentur)irrita sunt.*

2 *Lex ciuilis irritatur, qua vt matrimonia inter filios familias subsistant præter consensum contrahentium principalium,requirit consensum Parentum.*

3 *Lex ciuilis pro nullo habens matrimonium inter Raptorem,& Raptam contractum,irritatur.*

4 *Matrimonium inter Raptorem, & Raptam contractum irritum declarauit Concilium Tridentinum,quãdiu Rapta in potestate Raptoris fuerit.*

5 *Homo homini non subest in iis,quæ pertinent ad corporis sustentationem, ad generationem, ad status electionem,& similia.*

6 *Filius familias sine consensu Parentum potest de facto religionem ingredi.*

7 *Consensus Parentum ad filiorum matrimonia à quibusdam canonibus requiritur,non vt necessarius,sed vt decens,& honestus.*

8 *Textus in cap.de desponsat.Impuber.dicens filios debere adimplere sponsalia à Parentibus promissa explicatur procedere de honestate,non de necessitate.*

9 *Matrimonia sine consensu Parentum contracta forsitan olim ex institutione Pontificia, vel Episcopi,qui Ecclesiis suis impedimenta dirimentia constituebant, irrita fuere.*

10 *Lex ciuilis infamiam irrogans Viduis nubentibus intra annum luctus,irritatur.*

11 *Lex Cæsarea decernens valida esse matrimonia, quæ inter consobrinos contrahuntur,abolètur.*

12 *Lex ciuilis decernens, quod si filia Senatoris contrahat cum liberto, matrimonium non teneat, robur non habet de iure Canonico.*

13 *Romanus Pontifex solum potest statuere circa matrimonia contrahenda,vel prohibenda,& id ad seculares Iudices non pertinet.*

14 *Matrimonium inter Tutorem, & Pupillam contractum validum est,licet lex ciuilis illud prohibeat,cum illud idem lege Pontificia prohibitum non sit.*

15 *Laici, etiam summi Principes non possunt lege prohibere matrimonium cum alienigenis, vel cum certo genere hominum.*

1 SEquitur tertiò,quod leges ciuiles aliquid circa
essentialia matrimonij statuentes (nisi explici-
tè, vel saltem implicitè à iure Canonico appro-
bentur, etiam si explicitè non reprobentur)irritæ
sint;vt patet primò ex *cap.suam,de ord.cognit. cap.1.
de sponsalib. & cap. fin. de raptor.*
Item secundò ex *27.caus.2.can.sufficiat;*vbi irrita- 2
tur lex ciuilis,quæ,vt matrimonia inter filiosfami-
lias subsistant, præter consensum contrahentium
principalium,requirit consensum parentum.
Item tertiò,ex *tit.de raptoribus,cap. cùm causa 6.&* 3
cap. fin. vbi irritatur lex ciuilis pro nullo habens
matrimonium inter raptorem, & raptam contra-
ctum: & videri etiam poterit Concilium Tridenti-
num *sess.24. cap. 6.* vbi decernit, irritum esse tale 4
matrimonium,quamdiu rapta in potestate raptoris
fuerit;secus,si ab eo separata,& in loco tuto, ac li-
bera constituta,ei nubere voluerit;quamuis paren-
tes reclamarent.Et in vtroque casu sic suadet ratio
naturalis;quia in his, quæ sunt iuris naturalis, vt
quæ pertinent ad corporis sustentationem, ad ge-
nerationem,ad status electionem, & similia homo 5
homini non subditur;& sic ei obedire non tenetur,
sed soli Deo; cùm in tali in re sint omnes æquales; 6
sicuti docet S.Th.*in 2.2.quæstio.104. art.5. in corpo-
re* communiter receptus. Vnde de facto potest fi- 7
liusfamilias sine consensu parentum Religionem
ingredi.Neque obstat,quod quidam SS. Patres, &
quidam Canones ad matrimonia filiorum familias
contrahenda consensum parentum requirant. Re-
quirunt enim illum non ad necessitatem,seu valo-
rem,sed ad honestatem,seu decentiam matrimonij,
vt supra *dubitat.19.sect.9.*dicebamus.Quapropter &
in hunc sensum,textum,*in cap.de desponsat. impuber.* 8
dicentem filios debere adimplere sponsalia à paren-
tibus promissa explicant glossa ibi, Ioannes An-
dreas,*num.*8.Zabarella *num.*1 Butrius *num.*4.Abbas
*num.*7.Ancharanus *num.*4. Præpositus *n.*4. Boich.*n.* 9
4.& Alexander de Neuo *num.*13.Vt omittam, quod
forsitan olim matrimonia sine consensu parentum
contracta,ex institutione Pontificis, vel Episcopo-
rum (qui etiam in Ecclesiis suis impedimenta ma-
trimonij dirimentia, prout expedire iudicabant,
constituere tunc poterant,teste Sanchez *de matrim.
lib.7.disp.1.num.9.*& Pontio *lib.2.c.1.n.* 12.) irrita
fuerint.
Item quartò ex cap. cùm secundùm Apostolum 10
de secundis nuptiis,vbi irritatur lex ciuilis, quæ
infamiam irrogat viduis nubentibus intra annum
luctus,contra illud Apostoli Pauli:*Soluta a lege vi-
ri in Domino nubat,cui voluerit.* Item quintò ex *cap.
quædam lex 35.q.1.* vbi irritatur lex Cæsarea, quæ 11
decreuit esse valida matrimonia, quæ inter conso-
brinos contrahuntur.
Atque ita docet glossa *in cap. si quis ingenuus 29.* 12
*quæstio.2.*vbi ait,quod lex *filiam ff.de senat.* quæ de-
cernit,quod,si filia Senatoris contrahat cum liber-
to,matrimonium non teneat,talis lex ciuilis pro-
pter ius Canonicum in contrarium modò robur
non habeat. Item Abb.& Felinus *in cit.c.suam,de or-
din.cognit.cit.cap.1.de sponsal. & cit.cap. fin. de raptor.*
idem Abbas *in cap.1.de cognat.leg.* Felinus *in cap.Ec-
clesia,de constitut.n.72.* Item Couarruuias *in 4. De-
cret.2.par.cap.6.§.10.n.16.*vbi ait,planum esse, so- 13
lum Romanum Pontificem posse statuere circa ma-
trimonia contrahenda,vel prohibenda, & id ad se- 14
culares Iudices non pertinere.Quapropter (inquit
ipse)inter tutorem,& pupillam contractũ matrimo- 15
niũ validum est(licet lex ciuilis illud prohibeat,cũ
illud idem lege Pontificia prohibitum non sit) &
laici,etiã Summi Principes,nõ possunt lege prohi-
bere matrimonium cũ alienigenis, vel cũ certo ge-
nere hominum; quã dicit esse sententiam commu-
nem,etiam Ciuilistarum.Item ex Theologis ita etiã
docet S.Th.*in 4.dist.42.q.2.art.2. ad 4.* S. Bonauen-
tura

tura *ibid. q. 2. ad 2.* Paludan. *q. 1. art. 1. concl. 7.* Silu. *ver. matrimonium, 8. q. 8. dist. 1.* Tabien. *ver. Impedimentum, 6. num. 1.* Sot. *in 4. dist. 42. q. 2 art. 2. ad 2.* Ledesma *de matrim. q. 50. art. 3. dub. 1. concl. 2.* & alij passim, quos supra adducebam.

DVBITATIO XXI.

An statutum laicorum disponens, vt is, qui nondum habet ius in re bonorum quæ possessurus est, liberum dominium acquirat, si in seculo maneat, secus si Religionem ingrediatur, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens pro vt in titulo recensito est contra libertatem Ecclesiasticam, præsertim quia disponit in detrimentum Religionis.*

1 RESpondetur affirmatiuè. Patet etiam ex dictis *dubit. 2.* præsertim quia disponit in detrimentum Religionis, & contra pietatem. Atque ita docent Decius *in cap. in præsentia, de probat. num. 52.* Pontius *de matrim. lib. 3. cap. 8. num. 25.* & passim DD. contra Bartolum *in l. fin. Cod. de pactis, num. 6* & alios, quos citat, & sequitur Curtelliua *tom. 2. de donat. & lib. 2. de Eccles. libert. q. 125.* limitans tamen, si id non fiat in odium Ecclesiasticorum, sed solum ad familiarum conseruationem.

SECTIO II.

An, si quis legat centum, si nupseris, assequaris centum si Religionem ingrediaris?

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens Religionem assequitur legatum ei factum si nupserit, non cogitato de Religione.*

2 *Legans tali conditione censetur de Religione non excogitasse, ac proinde illam excludere non voluisse.*

3 *Hæreditas, vel legatum determinatæ Personæ relictum sub conditione matrimonii contrahendi, ita & non aliter debetur, quam si matrimonium contrahatur: tamen si is, cui id relictum est, Religionem ingrediatur, illud ipsum etiam consequi debet.*

4 *Testator si in genere disposuerit, quod Puellis in matrimonium collocandis legatum detur, præsumitur intellexisse de matrimonio proprie dicto, seu carnali, non autem de spirituali, & sic excluderentur Puellæ ingredientes Monasterium.*

5 *Legatum siue relictum sit pro maritanda Puella certa, siue pro maritandis Puellis incertis, seu in genere, in vtroque casu Puella ingrediens Religionem legatum consequi potest.*

1 EX dictis sequitur primò, quod si quis debet, vel leget tibi centum, si nupseris, nihil exprimendo de ingressu Religionis, assequaris centum, etiamsi Religionem ingrediaris; præsertim, quia is censetur in tali casu (cùm id nō expresserit) de Religione non cogitasse; ac proinde illam excludere non voluisse; & in hoc conueniunt Doctores omnes teste Molina *tom. 1. tract. 2. disp. 207.* & habetur expressè *in Nouella 123. de sanct. Episc. in princ. & Auth. nisi rogati. Cod. ad S. C. Trebellian.* Itaque et si hæreditas, vel legatum, &c. determinatæ personæ relictum sub conditione matrimonij contrahendi, ita & nō aliter debetur quam si matrimonium contrahatur cùm hæc sit iusta, & honesta conditio; tamen si is, cui id relictum est, Religionem ingrediatur, illud ipsum etiam consequi debet; præsertim ob benignam iuris interpretationem, seu præsumptionem; quod, si dator, vel testator de Religione cogitasset, nihilominus dedisset, & legasset iuxtà *Auth. de sanctiss. Episc. & Auth. nisi rogati, Cod. ad S. C. Trebellian.* supra citatas, vti supra dicebam. Quamuis, si, nulla persona nominata, dator, vel testator in genere disposuerit, quod puellis v. g. in matrimonium collocādis relictū detur, præsumatur intellexisse de matrimonio propriè dicto, seu carnali (non autem de spirituali, scilicet de Religione; & sic si puella in tali casu Religionem ingrediatur, relictum non assequetur) vti docent Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 33. num. 32.* Lara *lib. 1 de capellan. cap. 21. num. 26.* Petrus Cened. *in Canon. qq. q. 25 n. 11* & Diana *p. 2. tract. 5. resol. 52.* videri etiam poterit Paulus Staibanus *resol. 37. fol. 154.* Quod tamen & negant satis probabiliter Natta *consil. 296. num. 4.* Boerius *decis. 13.* & alij, quos citat, & sequitur Ochagauia *de Sacram. tract. 1. de matrim. q. 15. num. 17.* vbi etiam in foro contentioso sic seruari testatur) & Pontius *de matrim. lib 3. cap 7. num. 11.* (vbi suo tempore sententiam hanc inter Doctores Salmanticenses communem fuisse ait.) & probatur ex Nouella 123. *de sanctiss. Episc.* & Auth. *nisi rogati, Cod. ad S. C. Trebellian supra cit.* cùm dictæ constitutiones inductæ sint ex mero, & pleno fauore Religionis, & non ex præsumptione aliqua (vt mox infra in sectione sequenti dicetur) suadent etiam, vt ex eadem ratione extendantur ad legata indefinitè relicta; cùm non possit sufficiens ratio disparitatis assignari inter legatum indefinitè, vel certæ personæ, relictum; quia vtrobique quoad omnia reperitur eadem ratio: & consequenter, dicendum, quod, siuè legatum relictum sit pro maritanda puella certa, siuè pro maritandis puellis incertis, seu in genere, in vtroque casu puella si Religionem ingrediatur, legatum consequi possit.

Confirmatur; quia etiam contra voluntatem testatoris in fauorem Religionis (vt in eadem subsectione sequenti dicetur) puella legatum consequetur (si illud fuerit relictum, si nupserit, & non si Religionem ingressa fuerit. Ergo multò magis consequetur in casu nostro.

SECTIO III.

An, si quis leget centum, si maneas in seculo, secus si Religionem ingrediaris: vel si leget centum, si nupseris, quinquaginta, si Religionem ingrediaris, in vtroque casu assequaris centum, si in vtroque casu Religionem ingrediaris?

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens Religionem consequitur integrum legatum sibi factum cum conditione si maneas in seculo, secus si*

Religionem ingrediatur, item si disponens dicat lego ei centum si maneas in seculo, quinquaginta si Religionem ingrediatur, tantum consequitur centum contra nonnullos Doctores.

2 *Nouella 123. Iustiniani cap. 37. non nititur præsumptione tacita voluntatis Datoris, vel Testatoris, vt contendunt Doctores contrarij, sed absolutè intendit contra Testatoris voluntatē fauere Pietati, & ideo vult talem causam pro non adiecta habere.*

3 *Clausula si non nupserit in fauorem nuptiarum pro non adiecta habetur.*

4 *Parentes non possunt filios Religionem ingredientes legitima priuare, sed bona tenentur Religioni assignare.*

5 *Legatarius non solum in foro exteriori, sed etiam in interiori conscientia potest legatum accipere, & retinere, etiam si dictas conditiones non obseruet.*

6 *Voluntas Testatoris regulanda est secundum ius, cum non possit homo facere, vt leges iustæ in suo Testamento non valeant.*

7 *Voluntas Testatoris seruanda est pro lege quando est secundum, vel prater legem, non autem quando iure reprobatur à lege.*

8 *Nemo, qui Religionem cogitat serio, ratione talis clausula à Religione auertitur, si id quod relictum est sit exiguum, secus si sit opimum.*

9 *A Religione auerti non debet non solum qui firmo animo Religionem cogitat, sed nec etiam qui de illa quoquo modo deliberat.*

10 *Opinio Couar. Molina, Gutierez, Villalob, Sanchez, & ceterorum contrarium asserentium non est omnino improbabilis, cum voluntas Testatoris bono etiam fine concepta esse potuerit, & qualis sit is finis vide latius ibi.*

11 *Iura Primogenitura, & quadam feuda, presertim maiora hanc conditionem de facto annexam habent, vt Clerici, & Religiosi non succedant.*

1 SEquitur secundò, quod si quis det, vel leget tibi centum, si maneas in seculo; secus, si Religionem ingrediaris. Vel si det, vel leget tibi centum, si nupseris; quinquaginta, si Religionem ingrediaris, in vtroque casu assequaris centum, si in vtroque casu Religionem ingrediaris. Atque ita contra Doctores, quos citat, & sequitur Couarruuias *lib. 1. var. cap. 19. numer. 7. & seqq.* contra Caietanum, Nauarrum, & Angles, quos citat, & sequitur Lopez *par. 2. cap.* 18 *1. & 2. conclus.* Item contra Molinam *cit. disputat.* 207. Guttierez *lib. 1. Canon. qq. cap.* 32. *num.* 58 Villalob. *in Summa par. 2. tract.* 30. *diffic.* 29. *num.* 7. Menochium *volum. 2. consil.* 169. Capiblancum *de offic Baronum tom. 2. pragm. 9. cap. 6.* Cenedum *in Can. qq. q.* 35. Ambrosinum *par. 2. decis.* 30. Curtellium *de Eccles. libertate lib. 1. quæstio.* 125. Sanchez *de matrimon. lib. 1. disputat.* 34. *num.* 11. & alios (qui contrarium tenent ex eo, quia dator, vel testator in tali casu expressè oppositum statuit, & potuit ad hoc iusta ratione moueri, præsertim vt familia conseruaretur) docent Ioannes Andreas, Butrius, Romanus, Bartolus, Albericos, Abbas Mathesilanus, & Baldus sibi contrarius, quos citat, & sequitur Felinus *in cit. cap. in præsentia, de probationib. num.* 37. Item Socinus, Aretinus, Iason & Ioan. Crottus, quos citat Couarruuias *loco supra cit. n.* 9. Item Siluester, *ver. legatum,* 1. 9. *& ver. hæreditas,* 4 *quæstio. vltim.* Armilla *eodem verb. numero* 25. Medina *quæstio* 23. Ioannes Valerus, *ver. testamentum, diff.* 10. *ver. hæreditas, differ.* 12. *num.* 3. *& ver. legatum differ. 4. num. 1.* Pontius *de impedim. matrim. causa* 27. *q.* 2. *cap.* 17. §. 1. *& de matrim. lib. 3. cap.* 8. Rodriguez *in Sum. tomo 3. cap.* 140 *num.* 1. Marchesde *iurisdict. par. 4. centur. 1. cas.* 8. Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat.* 83. *num.* 28. Beia *par. 1. cas.* 44. & 66. Rebellius *par. 2. lib.* 18. *quæstio.* 16. *num.* 3. Bonacina *de restitut. disputat.* 3. *q* 1. *punct.* 4. *num.* 10. Thoms *in Summa priuilegiorum, priuileg.* 242. Bleda *tract.* 2. *cap.* 1. §. 5 Sà *ver. legatum num.* 35. & 38. Comitolus *in Respons. moral. lib. 3. quæstio.* 7. Lessius *de iust. & iur. lib. 2. cap.* 18. *Dubitat.* 15. & Diana *par. 1. tr. ct. 2. resol.* 124. Et probatur; quia cit Nouella 123. Iusti-
niani, *cap.* 57. non nititur præsumptioni tacitæ vo- 2
luntatis datoris, vel testatoris (vt contendunt Ad-
uersarij, qui proinde volunt, illam locum non ha-
bere, quando dator, vel testator expressè Religio-
nem excludit) sed absolutè intendit etiam contra
datoris, vel testatoris voluntatem fauere pietati, &
ideo vult talem clausulam pro non adiecta haberi
(sicuti *l. reprehendenda, Cod. de instit. & substit. l. quidam ff. de condit. instit.* & *l. turpia, ff. de legatis, 1. cum alijs citatis in gloss. penultim. in cap. fin* post textum *ibi de condit. appos.* pro non adiecta, in fauorem nuptia-
rum, habetur clausula, *si non nupserit*) Atque ita col- 3
ligitur ex Nouella, & Authentica *supra citatis.* Vnde
idem Iustinianus in eadem Nouella 123. statuit in
fauorem Religionis, ne parentes possent filios 4
Religionem ingredientes legitima priuare, sed bona
tenerentur Religioni assignare; & multa alia ibi-
dem in fauorem Religionis statuit, scilicet ne pa-
rentes, & consanguinei quidquam Religionem in-
gredientibus detraherent. Quapropter etiāsi de cō-
traria datoris, vel testatoris voluntate constet, clau-
sula dicta (sicuti & clausula, *si non nupserit*) pro non
adiecta habebitur, sicuti supra dicebatur: ita vt pos-
sit legatarius non solum in foro exteriori, sed etiam 5
in interiori conscientiæ legatum recipere, & reti-
nere, etiamsi dictas conditiones non obseruet, quia
cùm conditiones illæ à iure, vti dicebam, meritò
reprobentur, non est, cur legatarius tutus in con-
scientia esse non possit; etiamsi contrarium appa- 6
reat de voluntate testatoris, cuius voluntas regu-
landa omninò est secundùm ius; cùm non possit
homo facere, vt leges iustæ in suo testamento non
valeant: & sic dicendum, quod testatoris voluntas 7
seruanda sit pro lege, quando est secundùm, vel
præter legem, non autem quando iure reprobatur
à lege. vt est in casu nostro.

Obiicies ex Couar. *loco supra cit.* Nemo, qui seriò
Religionem cogitat, ratione talis clausulæ à Reli- 8
gione auerteretur: Ergo haberi non debet, quasi
contra pietatem, pro non adiecta talis clausula.

Respondetur; distinguo antecedens: si, quod reli-
ctum est, sit exiguum, transeat: si sit opimum, ne- 9
go. Adde, non solum à Religione auerti non debe-
re, qui firmo animo Religionem cogitat, sed nec
etiam, cùm & hoc sit contra pietatem, qui de illa
quoquo modo deliberat.

His tamen non obstantibus, oppositum (quod 10
docent Couar. Molina, Gutierez, Curtellius, Villa-
lob Sanchez, & cæteri *in locis supra cit.*) non est om-
ninò improbabile; nempè si quis det, vel leget tibi
centum si maneas in seculo; secus, si Religionem
ingrediaris, standum esse voluntati datoris, vel te-
statoris; cùm talis voluntas bono etiam fine con-
cepta esse potuerit, scilicet non ea intentione, vt
à Religionis ingressu retraheret, sed quia pro fi-
liorum educatione, & familiæ (cuius conserua-
tionem desiderabat) sustentatione bona tempora-
lia magis necessaria esse putauerit: eadem ratio-
ne, si quis det, vel leget tibi centū, si nupseris; quin-
quaginta, si Religionem ingrediaris, standum etiā
esse datoris, vel testatoris dispositioni, tū ob rationē

iam

iam dictam, tum quia conditio matrimonij bonis moribus non repugnat, neque iure aliquo reprobatur. Confirmatur, quia iura primogeniturę, & quędam feuda, prǽsertim maiora, hanc conditionem de facto annexam habent, vt clerici, & Religiosi non succedant, vt videre est apud Couarruuiam 1. resol. cap. 19. n. 11. Molinam disp. 140 §. Regulam statuam, & Sanchez de matrimo. libro. 1. disputat. 34. num. 14.

SECTIO IV.

An, & quando valeat conditio hæreditati, vel legato adiecta?

SVMMARIVM.

1 *Conditio hereditati, vel legato adiecta, si à matrimonio abstinens Religiosus, aut Clericus efficiaris obseruanda est.*

2 *Conditio hereditati, vel legato adiecta, si cum certa Persona nubas, valet, & obseruanda est.*

3 *Limita si tali conditione grauetur legitima, quæ de iure grauari non potest.*

4 *Limita, si persona cui nubere deberes indigna sit, vel ei honeste, ac licite nubere non possis.*

5 *Limita si per te non stet, quominus sequatur matrimonium cum illa Persona.*

6 *Conditioni mixtæ pendenti à duorum voluntate hoc speciale est, quod non ex culpa grauati, sed ex culpa alterius ipsa deficiat.*

7 *Intellige, si qui dedit, vel legauit in fauorem eius Personæ, per quam non stat, quominus matrimonium sequatur, disposuerit.*

8 *Pœna in perdendo, vel minuendo Patrimonium, non incurritur ob defectum alterius, si ipse præstiteris quod in te est, incurritur tamen pœna impropriè dicta in lucro si non acquirendo consistens.*

9 *Conditio hereditati, vel legato adiecta si matrimonium non contrahatur non valet, & obseruanda non est; ita vt hereditas, vel legatum, reiecta tali conditione, tanquam Reipublicæ, & bonis moribus repugnante, absolute debeatur.*

10 *Si tibi dentur, vel legentur centum, si non nupserit, quinquaginta si nupseris, consequetur centum, etiam si nupseris.*

11 *Conditio supradicta an obseruanda sit in foro conscientiæ, sunt Doctores pro vtraque sententia.*

12 *Opinio negatiua non est omnino improbabilis, probabilior tamen est affirmatiua, eo quia iusta est legum dispositio, quæ præualere debet Datoris voluntati.*

13 *Conditio hereditati, vel legato adiecta, vt matrimonium non contrahatur accedente alterius consensu, non valet, & sic neque est obseruanda, quia repugnat libertati matrimonij.*

14 *Conditio hereditati, vel legato adiecta, vt matrimonium non contrahatur, nisi accedente talis Persona consilio, valet & obseruanda est, quia matrimonij libertatem non tollit.*

15 *Consilium petere necesse quidem est, non tamen illud sequi necesse est.*

16 *Conditio hereditati, vel legato adiecta, si Religionem ingressus non fuerit, neque valet, neque obseruanda est.*

17 *Matrimonium spirituale se. Religionis ingressus, æquiparatur matrimonio carnali.*

18 *Conditio, quæ à maiori Religionis bono directe remouet, bonis moribus repugnat: quapropter in vltimis voluntatibus talis conditio tanquam turpis reijcitur.*

19 *Conditio vltimis voluntatibus adiecta, quæ non aufert libertatem matrimonij contrahendi simpliciter; sed solum secundum quid, seu quoad circumstantias, valet, & obseruanda est.*

20 *Conditio hereditati, vel legato. Viduo, vel Viduæ relicto adiecta, si non nupserit, valet, & obseruanda est.*

21 *Conditio hereditati, vel legato Virgini relicto adiecta, si non nupserit, alioquin relictum ad pias causas transferatur, valet, & obseruanda est.*

22 *Ius ciuile, nisi à Canonico approbetur, piis causis præiudicium afferre non potest.*

Respondetur, & dico primò, quod è contra valeat, & sic obseruanda sit in sententia omnium conditio hæreditati, vel legato, &c. adiecta, si à matrimonio abstinens, Religiosus, aut clericus efficiaris: vel, vt accipias plus, si Religionem, aut clericatum assumas; minus autem, si nubas; quia in fauorem status Religiosi, aut clericatus est adiecta. Ita Mol. disputat. 207. ver. si hæreditas, aut legatum. 1

Dico secundò, quod valeat, & sic obseruanda sit etiam conditio hæreditati, vel legato, &c. adiecta, si cum certa persona nubas. Ita habetur in l. Titio. 1. §. Titio centum, ff. de condit. & demonstrat. & in l. 1. Cod. de institut. & substitut. & ex communi docet Couar. 4. decret. par. 2. cap. 3. § 3. nu. 1. Molina disp. 207 & Sanchez disp. 33. concl. 2. 2

Excipe, si tali conditione grauetur legitima, quæ de iure grauari non potest. Secundò, si talis persona, cui nubere deberes, indigna sit, vel ei honestè, ac licitè nubere non possis; quia tunc conditio habetur pro non adiecta, l. cum ita legatum, ff. de condit. & demonstrat. & videri poterit Mynsingerus cent. 6 obseru. 31. & Sanchez cit. disp. 33. num. 11. & seqq. Tertiò, si per te non stet, quo minus matrimonium sequatur, vel is ante matrimonium moriatur; quia tunc hæreditatem, vel legatum, &c. in vtroque casu assequeris; est enim hoc speciale conditioni mixtæ, pendenti à duorum voluntate, quod non ex culpa grauati, sed ex culpa alterius ipsa deficiat, pro impleta habeatur; vt ex l. 1. Cod. de institut. & substitut. docent Mol. disp. 206. ad fin. Sanchez cit. disp. 33. numer. 19 & Sà ver. legatum, num. 37. 3 4 5 6

Quod tamen intellige, si qui dedit, vel legauit, in fauorem eius personæ (per quam non stat, quo minus matrimonium sequatur) disposuerit; quia si principaliter disposuit in fauorem alterius (verbi gratia si dicatur: Do, vel lego tibi centum, si Titius vnus ex hæredibus meis matrimonium tecum contraxerit) relictum corruit, si Titius tecum matrimonium contrahere nolit; sicuti docet præter alios Sanchez loco supra cit. num. 21. vbi cum Siluestro ver. sponsalia, q. 8. rectè subdit, quod, licet pœnam in perdendo, vel minuendo patrimonio consistentem non incurras, ob defectum alterius, si ipse præstiteris quod in te est; incurras tamē pœnam impropriè dictam, in lucro scilicet non acquirendo consistentem (verbi gratia si dicatur: Do, vel lego tibi centū, si effeceris, vt Petrus cum Paula cōtrahat (& sic non consequaris relictum, etiamsi omnem diligentiam, vt tale matrimonium celebretur, adhibueris, atque per solum Petrum steterit, quo minus illud sequatur. 7 8

Dico tertiò, quod è contra non valeat, & sic obseruanda non sit conditio hæreditati, vel legato, &c. adiecta, si matrimonium non contrahatur, ita vt hæ- 9

reditas, vel legatum, &c. sub conditione, si matrimo-
nium non contrahatur relictum, reiecta tali cnodi-
tione, tanquam Reipublicæ, & bonis moribus re-
pugnante, absolutè debeatur; vt *supra subsect. 2.* dice-
batur, & habetur io *l. quoties, & l. cùm tale, §. e Ma-
uia ff. de condit. & demonstrat.* vide etiam *l. reprehen-
dendi, Cod. de instit. & substit. l. quidam, ff. de condit. in-
10 stit. & l. turpia de legat. 1.* Similiter si cui dentur, vel
legeotur centum, si non nupserit, quinquaginta, si
nupserit, consequetur centum, etiamsi nupserit, *l.
Titia, ff. eod. tit.*

11 An autem hæc etiam in foro conscientiæ obser-
uanda sint?

Negant oon omninò improbabiliter Caietanus,
12 Nauar. & Angles, quos citat, & sequitur Lopez,
par. 2. cap. 18. 1. & 2. concl. Item Medina *q. 32. de re-
stit. dub. 3.* Vasquez *de testam. cap. 8 num. 32* & Gutie-
rez *lib. 2. Canon. qq. cap. 25. num. 15.* vbi aiunt, quod
si constet, voluntatem dantis, vel testaturis fuisse,
non dandi absolutè, sed sub conditione, si matri-
monium non contrahatur, non possit relictum, ma-
trimonio contracto, in conscientia retineri.

Sed affirmant melius Couarruuias *1. r sol. cap. 19.
num. 9.* Silu. *ver. hereditas, 4. in fin.* Mol. *cit. disp. 107.*
Valerus *ver. legatum, differ. 4. num. 1. ver. hereditas, dif-
fer. 1. a num. 3. & ver. Testamentum diff. 10. per totam;*
& Sanchez *cit. disp. 34. num. 4* quia in tali casu insta
est legum dispositio; & sic vt talis præualere debee
datoris, vel testatoris voluntati. Vide, quæ dice-
bantur *supra sect. 2.*

13 Hinc inferas, primò, quod neque valeat, & sic ne-
que obseruanda sit conditio hæreditati, vel lega-
to, &c. adiecta, vt matrimonium non contrahatur,
nisi accedente alterius consensu; quia matrimonij
libertati repugnat. Atque ita habetur *in l. cum tal. §.
14 si arbitratu, ff. de condit. & demonstr. 1.* Quamuis è
contra, tanquam honesta, valeat, & sic obseruanda
sit conditio hæreditati, vel legato, &c. adiecta, ve
matrimonium noo contrahatur, nisi accedente ta-
lis personæ coosilio; quia matrimonij libertatem
15 non tollit; cùm consilium petere, necesse sit quidē,
non item necesse sit, consilium sequi; vt ex com-
muni docet Sanchez *cit. disp. 34. q. 1. concl.* 8. & Sà
ver. legatum, num 35.

16 Inferas secundò, quod neque valeat, & sic neque
obseruanda sit conditio hæreditati, vel legato, &c.
adiecta, si Religionem ingressus non fueris. Atque
ita docent Medina *cit. q. 23. dub. 3.* & alij communi-
ter Doctores, quos referebam *supra subsect. 1.* & apud
Sanchez *cit. q. 1. num. 11.* quamuis ipse contrarium
17 sentiat. Sed probatur; quia matrimonium spiritua-
le, scilicet Religionis ingressus, æquiparatur matri-
16 mooio carnali; tum quia conditio, quę à maiori Re-
ligionis bono directè remouet, bonis moribus re-
pognat: quapropter in vltimis voluntatibus talis
conditio, tanquam turpis, reiicitur Vide, quæ dice-
bantur *supra cit. sect. 2.* Dixi, *quæ directè remouet*; quia,
si indirectè tantum, & per accidens à Religione re-
moueat, per se autem, & directè ad matrimonium
alliciat, aliter dicendum est, vt *Dubitat. 19. sect. 4* di-
cebatur.

Cæterùm quæ dixi, limita primò, qund valeat, &
19 sic obseroanda sit conditio vltimis voluntatibus
adiecta, quæ non aufert potestatem matrimonij cō-
trahendi simpliciter, sed solum secundùm quid, seu
quoad circumstantias, verbi gratia vt matrimonium
non contrahatur ante tale tempus, cum tali perso-
na, ex tali gente, oppido, vel familia, &c. qua de re
Molina *cit. disputat. 107.* & Sanchez *disp. 34. quæst. 2.
concl. 5.*

Limita secundò, quod valeat, & sic obseruanda
sit etiam conditio hæreditati, vel legato, &c viduo, 20
vel viduæ relicto adiecta, si nun nupserit. Ita habe-
tur *l. 2. Cod. de indicta viduitate, & Auth. de nupt. s ;c.
a 3. §. quæ verò, collat. 4.* & docent Conar. *in 4. decret. p.
2. cap. 3. §. 9.* Mol. *disp. 207.* & Sanchez *disp. 34. q. 1. in
princip.*

Limita tertiò quod valeat, & sic obseruanda sit
etiam conditio hæreditati, vel legaro, &c. virgini 21
relicto adiecta, si non nupserit, alioquin relictum
ad piam causam transferatur. Ita docent Sanchez
loco supra cit. concl. 4. & Tiraquellus *de priuilegiis piæ
cau a, priuileg. 18.* & probatur; quia ratio, cur condi-
tio non contrahendi matrimonij ab vltimis volun-
taribus, tanquam inutilis, reijciatur, non oritur ex
iure naturali, sed ex iure ciuili; ius autem ciuile, nisi
à Caoonico approbetur, piis causis præiudicium af- 22
ferre non potest, ergo, &c.

SECTIO V.

An, si coniux coniugi morienti obliget se, quod à secundo matrimonio se abstinuerit, talis obligatio subsistat, & valeat?

SVMMARIVM.

1 *Obligatio mulieris facta Coniugi morienti de ser-
nanda veduitate quando subsistat nec ne.*

2 *Omnis promissio, quæ obiectum honestum, & possibile,
habet, in foro conscientiæ obligat, ideoque mulier reli-
cta si fidem datam temere violet, peccabit, plerumque
tamen venialiter, si iuramentum promissioni non ac-
cessit.*

3 *Mulier relicta, dato quod voluerit se ex iustitia
Coniugi morienti obligare, adhuc à mortali excusa-
tur ob leuitatem materiæ, quandoquidem ex hoc, quod
Coniux ad secundum matrimonium contra fidem trā-
seat, non graue Coniugi morituo damnum aduenit, nisi
forte filij ex ipso adsint.*

RE spondetur, distinguendo: vel coniux mori- 1
turus coniugem suam ad abstinendum à secon-
do matrimonio obligare voluit sub conditione
donationis, vel legati, &c. (verbi gratia, Do, vel le-
go tibi hoc vel hoc, si à secondo matrimonio ab-
stinueris) vel ex absoluta promissione. In priori
casu non solum in foro externo, sed etiam in fo-
to interno conscientiæ tenetur coniux relicta vel
à secundo matrimonio abstinere, vel (si ad secun-
dum matrimonium transire velit) relictum dimit-
tere; sicuti constat ex *Authent. cui relictum, Cod. de
indicta viduitate*; & ex communi docet Sanchez *de
matrim. lib. 1. disp. 34. & lib. 7. disp. 91. numero 5.* In
posteriori autem casu iterum distinguo: vel coniux
relicta incontinentiæ periculum posteà patitur, &
in foro conscientiæ à secundo matrimonio abstine-
re non tenetur; quia non præsumitur se homini cū
tanta difficultate obligare voluisse: vel tale peri-
culum non patitur, sed laudabiliter vidoitatis sta-
tum seruare potest, & tenetur ex vi promissionis fa-
ctæ à secundo matrimonio abstinere; quia omnis 2
promissio, quæ obiectum honestum, & possibile ha-
bet, in foro conscientiæ obligat; ideoque tunc si fi-
deoi datam temerè violet, peccabit; plerumque ta-
men venialiter, si iuramentum promissioni non ac-
cessit;

cessit,quia præsumitur in tali casu, non ex iustitia,
sed ex fidelitate tantum voluisse se coniugi mo-
rienti obligare;qua de re Sanchez *de matrim. lib. 7.*
3 *disp.88.num.37.*& Sà *ver.promissio,num.* 2. Quinimò
dato, quod voluerit se ex iustitia obligare, adhuc
à mortali excusatur, ob leuitatem materiæ; quan-
doquidem ex hoc,quod coniux ad secundum ma-
trimonium contra fidem transeat, non graue con-
iugi mortuo damnum aduenit;nisi fortè filij ex ip-
so adsint,quibus graue damnum ex tali matrimo-
nio sequatur;in quo casu, si promissioni iuramen-
tum accessit,non facilè, & sine causa illud relaxari
debebit.

SECTIO VI.

An,si relictum sit pro puellis maritandis,vel dotandis, illud consequi possit puella, quæ dotem habet,sed non sufficientem ?

SVMMARIVM.

1 *Puella,quæ non habet dotem sufficientem,vt commode nubere possit,etiamsi ex alio capite labore suo viuere queat,consequitur relictum pro Puellis maritandis,vel dotandis.*

1 REspondetur, quod si relictum sit pro puellis maritandis, vel dotandis, relictum consequi poterit illa (si conditiones cæteras, quas requirit testator retineat)quæ dotem quidem habet;sed non sufficientem,vt commode nubere possit, etiamsi ex alio capite labore suo viuere queat. Homobonus *de exam.Eccles.part.2.tract.9. cap.9.q.22.* Genuensis *in pract.Eccles.Tricen.13.q.387.*

SECTIO VII.

An,si relictum sit pro puellis orphanis,illud consequi possit, quæ parentes habet ambos,sed pauperes,& inutiles,vel est orbata altero ?

SVMMARIVM.

1 *Puella habens Parentes pauperes, & inutiles,consequi potest relictum pro Puellis orphanis relictum.*

2 *Relictum, vel eleemosyna distribuenda inter Viduas pauperes,dari etiam potest mulieribus habentibus Viros inutiles.*

3 *Puella exposita,licet parentes habeat, quia tamen ostendere illos non potest, gaudet etiam dicto relicto; etiamsi legatum requirat,vt detur Puellis,quæ sint naturales loci;quia exposita præsumitur esse de loco, vbi iam fuit exposita.*

4 *Habitatio decennalis facit quem esse de loco vbi habitat,licet aliunde oriundus sit, dummodo non constet de animo non habitandi ibi perpetuo,& ita sufficit ad obtinendum relictum pro naturalibus loci.*

5 *Orphana dicitur, quæ vtroque Parente orbata est.*

6 *Ad consequendum legatum factum Orphanis sufficit, si tantum patre sit orbata.*

7 *Puella orbata Patre, in cuius potestate est,destituta est præsidio licet matrem habeat.*

8 *Mater vt potè fœmina insufficiens est ad se ipsam, nedum ad filios regendos.*

REspondetur, quod si relictum sit pro puellis 1
orphanis, relictum consequi poterit illa(si ve-
rè parentibus orbatæ non concurrant) quæ paren-
tes habet ambos,sed pauperes, & inutiles. Lara *de*
anniuers.lib.1.cap.21.n.26 Nouatins *de elect.fore sect.* 2
2.q.7.num.3.(vbi subdit à simili,quod relictum, vel
eleemosyna distribuenda inter viduas pauperes,
dari etiam possit mulieribus habentibus viros inu-
tiles)Diana *part.2.tract.16.resol.52.*contra Sanchez
in opusc.tom.2.lib.4.cap.2.dub.13. num. 2. & alios. Et 3
consequenter etiam poterit dictum relictum puel-
la illa,quæ(vtpotè exposita)quamuis parentes etiam
habeat,illos tamen ostendere non potest. Quod &
locum habet, etiamsi relictum requirat, vt detur
puellis,quæ sint naturales loci; quia exposita præ-
sumitur esse de loco,vbi iam fuit exposita. Lara *cit.*
lib.1.cap.21.num. 26. Sicut & de loco etiam indica- 4
tur (ita vt & relictum consequi possit)quæ ibi per
decennium habitauit,licet aliunde oriunda sit, si
non constet de animo non habitandi ibi perpetuò.
Sanchez *in opusc.tom.2.lib.4.cap.12.dub.19.num.* 1.&
Burgos.de Paz *in l.3.Taur.n.371.*

An autem, vt dictum relictum puella, tanquam orphana,consequi possit,requiratur, quod vtroque parente orbata sit?

Respondetur,quod quamuis affirmandum videa- 5
tur(quia vt sit propriè orphana,vtroque parente il-
lam orbatam esse debere, notant communiter Do-
ctores *in l.orphanotrophos, Cod. de Episc.& cler.* Ro-
landus à Valle *lib.1.consil.76.num.46.*Menochius *de*
arbitr.Iudicat, 66.in addit.num.7. & Castillus *con-*
trouers.iur.lib.1.cap.25.num.17. tamen in ordine ad
legatum consequendum, oppositum satis probabi-
liter dicatur;vt scilicet sufficiat, patre solum orba-
tam esse. Atque ita contra Laram *cit.cap.21.num.32.* 6
docent Tholosan.*in syntagm.iuris part.2.lib.12.cap.1.*
*num.5.*Gratian.*in discept.forens.lib.4.cap.666.* Alcia-
tus *lib.1.praetermissorum,ver.Orphanotrophos*, & San-
chez *cit sup.2.dub.63.num.4.*vbi tamen *num.* 2. rectè
reprobat Paulum de Castro dicentem, sufficere 7
etiam,orbatam esse matre. Ratio autem huius sen-
tentiæ est,quia si puella orbata sit patre, in cuius
potestate est,destituta est præsidio,licet matrem ha-
beat;non sic,si orbata sit matre, in cuius potestate
non est,& patrem(scilicet vtilem)habeat; cùm ma- 8
ter,vtpote fœmina, insufficiens sit ad seipsam, ne-
dum ad filios regendos.

SECTIO VIII.

An,si relictum sit pro virginibus, illud consequi possit puella, quæ habetur pro virgine?

SVMMARIVM

1 *Fœmina,quæ communiter habetur pro Virgine,etiamsi reuera,Virgo non sit,sed corrupta,& etiam ex culpa ipsius,consequi potest in vtroque foro relictum pro Virginibus.*

REspondetur,quod,si relictū sit pro virginibus, 1
legatum consequi in vtroque foro poterit il-
la,quæ communiter habetur pro virgine,etiamsi re-
uerà virgo non sit,sed corrupta, & etiam ex culpa
ipsius;

ipsius;quia in dubio talis præsumitur esse intentio testatoris;ita decisum fuit Bononiæ anno 1635. & tenet Trullench *in decal.tam.2.lib.3.cap.18. dub. 12. num.25.*

SECTIO IX.

An,si relictum sit pro puellis dotandis, illud consequi possit,quæ nupta est,sed sine dote,vel sine sufficiente dote?

SVMMARIVM.

1 *Mulier nupta sine dote, vel sine sufficienti dote consequi potest relictum pro Puellis dotandis; secus si relictam sit pro Puellis maritandis,cum iam illa maritata sit.*

1 Respondetur, si relictum sit pro puellis dotandis, relictum consequi poterit illa, quæ nupta est,sed sine dote,vel sine sufficienti dote, quia causa pietatis adhuc durat : secus , si relictum sit pro puellis maritandis;cùm iam illa maritata sit.Nouarius *in quæst.forens. quæst.* 125. Homobonus *loco citato cap.* 10. *quæst.* 28. Genuensis *quæst.* 386. *numera* 1. & Saochez *de matrim. lib.7.disp.*91.*n.*65.

SECTIO X.

An,si relictum sit pro puellis maritandis, illud consequi possit viduata?

SVMMARIVM.

1 *Viduata consequi potest relictum pro Puellis maritandis.*

2 *Limita id procedere,si Vidua primum matrimonium non consummauerit.*

3 *Limita,etiamsi consummauerit matrimonium,in casu,quo non concurrant pro tunc alia fœmina nubiles.*

4 *Legatum factum pro Puellis maritandis , dari non debet nisi fœminis,quæ sint nubiles.*

5 *Relictum pro certa Persona maritanda , debetur, quamuis illa tempore testamenti , & multo magis postea,testatore superstite ,maritata sit.*

1 Respondetur,si relictum sit pro puellis maritandis,legatum consequi poterit viduata. Rouitus *consil.*33. & Thorus *in Summa priuilegiorum,priuileg.* 84 qui per S. C. Neapolitanum ita decisum fuisse,testatur. Vide etiam Caluanum *decis.*26. *num.*
20.*part.*3.& Diana *o*ri.2.*tract* 16. *resol.* 52. Quod
2 saltem verum est, si vidua primum matrimonium
non consummaoerit; quin & etiamsi consumma-
3 uerit , in casu,quod non concurrant pro tunc aliæ
fœminæ nubiles, quæ relictum tunc consequi possint;quia sic tunc ex verisimili testatoris voluntate præsumitur,nè tam pium opus differatur. Aloysius Baciola *in Aphorism.lit.l.ver.legatum*,Diana,*resol.*52. *cit.* Naldus *ver.legatum num.*42. Lara *loc.supra cit.* & Sanchez *num.*55.*& seqq.* qui *num.* 61. rectè subdit,
4 quod legatum dari non debeat , nisi fœminis quæ
sint nobiles , id est, 12. annos natæ , & *num.* 65. contra Manticam *de coniect.vlt.volunt.* *lib.*12.*tit.*1. *num.*13 ait,quod relictum pro certa persona mari-
5 tanda debeatur , quamuis illa tempore testamenti,
& multò magis postea,testatore superstite , maritata sit.

SECTIO XI.

An,si relictum sit pro certa persona maritanda vel dotanda & illa moriatur antequam nubat,relictum extinguatur

SVMMARIVM

1 *Relictum factam pro certa Persona maritanda , vel dotanda ex causa pia, si illa antequam nubat, moriatur,non extinguitur;sed debetur alteri Puella pauperi; quia non cessat finis primarius pietatis.*

2 *Legatum relictum sub conditione ad hæredes non transmittitur, neque legatario cedit,antequam conditio impleatur;ita vt si prius Legatarius obeat, Legatum expiret si relictum fuit principaliter intuitu Personæ;secus si intuitu pietatis.*

3 *Legatum factum Episcopo si principaliter fit intuitu Personæ,quia erat eius propinquus, vel amicus , expirat eo mortuo antequam dies Legati cedat , si vero dies iam cesserat,transmittitur ad eius hæredes; secus si reliquerit principaliter intuitu,vel fauore Ecclesiæ, & sic causa pietatis.*

4 *Legatum si relictum sit , vt Monasterium in vno loco ædificetur,& illud ibi ædificari non possit, ædificari debet in alio loco,cum consensu Episcopi,& Executorum Testamenti.*

Respondetur,quod si relictum sit pro certa per- 1
sona maritáda,vel dotanda ex causa pia,& illa
ante quàm nubat,moriatur,relictũ nõ extinguitur,
sed debebitur alteri puellæ pauperi;quia non cessat
finis primarius,scilicet pietatis. Vide Paulum Staibanoni *in Resol.forens.resol.* 18. *per totam*.Quapropter,cum dicitur ex *l.vn.§.sin autem aliquid sub condition ,Cod.de caducis tollendis* , qood, si legatum reli- 2
ctũ sit sub conditione,vt ad hæredes non transmittatur,neque legatario cedat,antequam conditio impleatur;ita vt si prius legatarios obeat,legatum expiret,id intelligitur,si relictum fuerit principaliter intuitu personæ,secus,si intuitu pietatis,ex quibus duobus quodnam reuerà fuerit , ex circumstantiis colligendum erit ; v. g. (vti dicebam) qui dotem Titiæ puellæ reliquit,principaliter reliquerit causa pietatis;vt proinde illa mortua,antequam legatum assequeretur,alteri puellæ pauperi maritandæ assignanda sit:an verò principaliter reliquerit fauore talis personæ ; quia diù ipsi seruiuerat ; quia tunc expirabit legatum,iuxta *supra cit.l.vn.* & docent ex communi Abb. *in cap.nos quidem , de testament. num. vlt.*& Silu.*verb.legatum* 1.*q.*10.Item v.g.qui Episco- 3
po mille reliquit , principaliter reliquerit intuitu personæ , quia erat eius propinquus; aut amicus; quia tunc eo mortuo antequam dies legati cedat expirat legatum,si verò dies iam cesserat, transmittitur ad eius hæredem.An autem principaliter reliquerit intuitu seu fauore Ecclesiæ,& sic causa pietatis;quia tunc mortuo Episcopo,successori debebitur.Qua de re Silu. *verb. legatum.*2.*q.*5.& Miranda 4
*to.*1.*Man.Prælator.q.*32.*art.* 7. vbi propterea subdit,
quod si relictum sit legatum , vt monasterium in vno loco ædificetur,&illud ibi ædificari non possit, ædificari, debeat in alio loco,cum consensu Episcopi,& executorum testamenti.

SECTIO

SECTIO XII.

An, si relictum sit pro primogenita maritanda, vel dotanda, & hæc antequam nubat, moriatur, relictum consequatur secundogenita?

SVMMARIVM.

1 *Legatum si relictum sit pro Primogenita maritanda, vel dotanda, & hac similiter antequam nubat, moriatur, legatum consequetur secundogenita.*

RESpondetur, quod si relictum sit pro primogenita maritanda, vel dotanda, & hæc similiter, antequam nubat, moriatur, relictum consequetur secundogenita; Imola *consil.* 103. contra Romanum *consil.* 68. vel potius cum Mantica *loco supra cit lib.* 8. *tit.* 7. *numer.* 10. dicendum quod id ex coniecturis determinandum sit.

SECTIO XIII.

An, & quid dicendum, si relictum sit pro virginibus, vel fœminis maritandis, vel dotandis, & numerus non determinetur?

SVMMARIVM.

1 *Legatum si factum sit pro Virginibus, vel pro fœminis maritandis, vel dotandis, & numerus in testamento non determinetur, determinabitur arbitrio Prudentum, inspecta qualitate, & facultatibus Defuncti.*

2 *Item dic de numero Missarum determinando.*

3 *Testator si reliquerit centum denarios pro centum Missis dicendis, si postea crescat stipendium Missarum Hæres tenetur data hæreditatis capacitate eleemosynam augere.*

4 *Testator potius præsumitur auxisse numerum missarum data hæreditatis capacitate, quam diminuisse.*

RESpondetur. quod si relictum sit pro virginibus vel pro fœminis maritandis, vel dotandis,
1 &c. & numerus in testamento non determinetur,
determinabitur arbitrio prudentum; inspecta qualitate, & facultatibus defuncti. Lara *cit. lib.* 1. *cap.* 10.
2 *num.* 97 sicuti & in simili casu determinabitur et-
3 iam numerus Missarum. Quamuis, si testator reliquerit, verbi gratia centum denarios pro centum Missis dicendis, & postea crescat stipendium Missarum, hæres teneatur, data hæreditatis capacitate, eleemosynam augere; quia testator in tali casu non reliquit pecuniam simpliciter pro eleemosyna soluenda, sed pro Missis dicendis, Missas scilicet principaliter intendendo. Quapropter, data, vt dicebam, hæreditatis capacitate, potius præsumitur, quod te-
4 stator, si Missarum stipendij augmentum futurum præuidisset, eleemosynam pro salute animæ fuisset aucturus, quàm Missarum numerum pro hærede diminuturus Genuen. *in practicabilib. Eccles. Tricen.* 6. *q.* 179 Riccius *in praxi par.* 4. *resol* 364. *num.* 5 Barbosa *de, otest. Episc. par.* 2 *allegat.* 29. *nu.* 7. & Homobonus *par.* 1 *tract.* 4 *cap.* 13. *q.* 118.

SECTIO XIV.

An, & quid dicendum, si relictum sit incertum ex parte personæ, cui relinquitur?

SVMMARIVM.

1 *Legatum si sit incertum ex parte Personæ, sc. legatarij non debetur, & iure ciuili corruit*

2 *Legatum verbi gratia factum vni Puellæ, quæ nomine ab alia non distinguitur, in dubio præstandum est per Hæredem secundum proportionem dubij vtrique Puellæ si ambæ consentiant, ex eo quod ipse hæres certus sit de debito.*

3 *Leges ciuiles contrarium disponunt propter bonum commune; ad litium s. occasionem tollendã, & ad studium testamentum excitandum.*

4 & 5. *Hæres non tenetur neque in foro conscientiæ legatariis incertis modo supradicto legatum soluere; etiamsi alter alteri ius suum renunciet, vel ambo paciscantur, quod inter se illud diuidatur; tamen si sit ad causam piam non corruit relictum.*

6. 7. 8. & 9 *Relictum factum Ecclesiæ verbi gratia S. Mariæ, & in eo loco plures sint Ecclesiæ eiusdem nominis, relictum in dubio cedit Parochiali; si tali nomine vocetur, alioquin cedit maiori; vel pauperiori; quod si omnes sint æquales, cedit Episcopo loci, vt is distribuat, sicut ipsi videbitur, ac tandem nulla existente Ecclesia talis nominis cedit Ecclesiæ Cathedrali illius loci.*

10 & 11. *Legatum factum absolute, & sine expressione loci Ecclesiæ ædificandæ vel Pauperibus, præstari debet in loco vbi Testator domicilium habuit; nisi sit extraneus, vt Domicilium eius ignoretur, vel multum distet; quia tunc dari poterit Ecclesiæ, vbi mortuus est.*

12 *Quod dictum legatum relictum Pauperibus dari etiam possit Pauperibus extra Patriam, est probabilis opinio, saltem in casu, quo Testator reliquit Executori, vel alteri facultatem eligendi pauperes quoscumque voluerit*

13 *Locus, vel Persona pauperior in dubio præferri debet.*

14 *Monasteria Monialium, vt pote plerumque pauperiora, monasteriis Virorum præferenda sunt.*

15 *Relictum Consanguineo Pauperi, pauperiori dari debet.*

16 *Legatum absolute, & in genere pro Pauperum alimentis relictum videtur esse dispensandum iuxta Executorum arbitrium, vel si Executores non sint, ad arbitrium Episcopi, etiam in se ipsos si vere pauperes sint.*

17 *Nomine locorum pauperum intelligendi sunt loci, qui victum incertum habent ex Eleemosynis fidelium, non autem Xenodochia, vel Religiosorum monasteria, quæ ex fidelium eleemosynis certum annuum sufficientem victum obtinent.*

18 *Voluntas Testatoris in casibus supradictis attendi debet etiam ex coniecturis.*

RESpondetur, quod si relictum sit incertum ex parte personæ, cui relinquitur; quia scilicet duæ puellæ eodem nomine appellantur, neque ex
coniecturis colligi potest, de qua testator locutus 1
fuerit; quamuis, si non sit ad causam piam, iure ciuili corruat relictum, l. in tempus, §. ff. de hæred.

hered. instit. l. si quis seruum, §. *si inter duos. ff. de*
legat.2.l.si fuerit,l.si quis pluribus,ff.de rebus dubiis, &
l.duo sunt Titij,ff.de testam.tutela (Quod , etiam in
foro conscentiæ, contra Caietanum *in* 2. 2. *quæstio.*
62.*art.*5. *ad* 3.Sotum *de Iustitia* , & *Iure lib.* 4. *quæ-*
stio. 7.*art.* 1. *ad* 3. Valerum *verb. legatum* , *dif-*
fer. 5. *numero* 2. Ægidium *in lege* 1. *numero* 39.
*Codic.de sacr.Eccles.*Villalobos *in Summa to.2. tract.*
2 30.*diffic.*29.*r.*6 & Molinam *disp.* 197. illud in tali
casu secundùm proportionem dubij inter vtram-
que puellam ab hærede in conscientia,præsertim,si
in id ambæ consentiant,diuidendum esse, existimã-
tes locum habet;quia,etsi spectato iure naturali,sic
vti docent prædicti Doctores, æquitas naturalis
exigere videatur,ex eo quod hæres certus sit de de-
3 bito,incertus autem vtrinam ex iis duabus puellis
dare debeat ; tamen ciuilibus legibus contrarium
statutum est propter bonum commune , ad litium
scilicet occasionem tollendam , & ad studium te-
4 stantium excitandum,vt clarè se exprimant , si sci-
ãt alioquin irritas fore suas dispositiones, si se in il-
lis clarè non explicent;ità vt hæres neque in foro
conscientiæ teneatur legatariis relictum soluere
etiamsi alter alteri ius suum renunciet , vel ambo
5 paciscantur,quod inter se illud diuidatur) tamen,si
sit ad causam piam , non corruit relictum , *argum.*
Auth.de Ecclesiasticis titulis,cap.6. ibi:*Si quis in nomi-*
ne Christi hereditatem,vel legatum reliquerit,iubemus,
Ecclesiam loci illius,in quo testator domicilium habuerit,
accipere. Si quis autem vnum Sanctorum heredem scrip-
serit,aut legatum ei reliquerit , & non specialiter nomi-
nauerit locum,in quo est Ecclesia,inueniãtur autem in eo-
dẽ loco,aut ciuitate plures Ecclesiæ eiusdẽ sãcti,illi magis
Ecclesiæ,quæ pauperior est,præbeatur.Si autem non est in
ciuitate Ecclesia nominati Sancti , inueniatur autem in
territorio eius,illi detur : si autem neque in territorio eius
reperitur eiusmodi Ecclesia,tunc Ecclesia ciuitatis , siuè
Parochia,in qua testator domicilium habuerit, præbeatur.
Sic ibi. Vide etiam Afflictum *decis.* 244. Maoricam
*lib.*8.*ti.*6.*per totum*,& Thuscum *ver. legatum conclus.*
46.vbi iuxta *cit. Auth.* vt aiunt , quod si quis quid
reliquerit,verbi gratia Ecclesiæ S.Mariæ, vel alicu-
ius Sancti,& in eo loco plures sint Ecclesiæ eius-
7 dem nominis,relictum in dubio cedit Parochiali,si
8 tali nomine vocetur:alioquin cedit maiori,vel pau-
periori:quod si omnes sint æquales,cedit Episcopo
9 loci,vt is distribuat,sicut ipsi videbitur:ac tandem,
si nulla sit Ecclesia talis nominis in illo loco, cedit
Ecclesiæ Cathedrali illius loci.

10 Quapropter,si absolutè,& sine expressione loci,
Ecclesiæ ædificandæ,vel pauperibus quid relictum
fuerit, executio fieri debet in loco vbi testator do-
11 micilium habuit,iuxta Auth.*cit.* & *l.si quis ad decli-*
nandam,Cod.de Episc.& cleric. Nisi sit extraneus, vt
domicilium eius ignoretur vel multum distet; quia
tunc dari poterit Ecclesiæ, vel pauperibus loci,vbi
mortuus est,arbitrio Episcopi eiusdem loci , si de-
functus alium executorem non designauerit,*l.nulli,*
C.de Episc.& cleric.& Auth.de Eccles.tit.§.si quis pro
redemptione,eod.tit.& docet Mol.*to.*1.*tr.*2.*disp.*157.

Quamuis dari simpliciter pauperibus extra pa-
12 triam posse probabile putent Tuschus , & alij Do-
ctores,quos citat , & sequitur Homobonus *in con-*
*sult.Mor.volum.*1.*par.*5.*respons.* 29.saltem in casu,
quod testator reliquerit executori,vel alteri,facul-
tatem eligendi pauperes, quoscumque voluerit Si
autem dubium sit(propter incertitudinem verbo-
rum,vel propter hæreditatis insufficientiam) cui-
nam ex duobus locis conferendum sit relictum,
13 persona,vel locus pauperior præferri debet , iuxta
cit.§.si quis,& docet gloss.*in cap. indicante de testam.*
& Miranda *in man.to.*1.*q.*32.*art.*8. vbi ait monaste-
ria monialium,vtpotè plerumque pauperiora , mo- 14
nasteriis virorum præferenda esse. Videri etiam po-
tit Thorus *in Summa priuilegiorum piarum causarum,*
*priuileg.*269.vbi similiter ait relictum consangui- 15
neo pauperi,pauperiori dari debere:quod nota pro
consecutione legati maritagiorum, in fauorem cõ-
sanguineorum indigentium,constitutorum.

Cæterùm,si quid absolutè,& in genere pro pau- 16
perum alimentis relictum sit , videtur in arbitrio
executorum,vel(si executores non sint)in arbitrio
Episcopi esse , distribuere in eos qui pauperes sunt
(etiam in suas Ecclesias,& in suos consanguineos;
quin & in seipsos , si vere pauperes sint , saltem
ignorante testatore , vel incidenter de nouo post
mortem testatoris , cùm non sit , cur ipsi debeant
deterioris conditionis esse,quàm alii pauperes:qua
de re S.Th. 2.2.*q.*32.*art.*9.*ad* 3 Caiet. *ibid.* Silu.*ver.*
*Testamentum,*2.*q.*2.*dict.*5.Rosella *ver. Restitutio,*15 *n.*
8 & Sanchez *lib.*6.*cap.*11.*num.*59.) sicuti colligitur
ex *cit. Auth.* & docet ibi gloss. Benè tamen admonet
Paludan,*in* 4.*dist.* 15.*quæst.* 3.*art.*7.*conclus.*4.quod 17
nomine locorum pauperum intelligendi sint loci,
qui victum incertum habent ex eleemosynis fide-
lium,non autem Xenodochia , vel Religiosorum
monasteria , quæ ex fidelium eleemosynis certum
annuum sufficientem victum obtinent. Quæ tamen
omnia,intellige,si coniecturæ non adsint , ex qui-
bus probabiliter cognosci possit,quænam determi- 18
natè fuerit voluntas testatori ; quia hæc in primis
attendenda est,sicuti ex communi docent Abb.*cap.*
*nos quidem de testam.n.*13.Couar.*ibid.* *n.*2. & Mol.*to.*
1.*tract.*2.*disp.*197.*ad fin.*

SECTIO XV.

An,& quid dicendum , si relictum sit incertum ex parte rei relictæ?

SVMMARIVM.

1 *Relictum si incertum sit ex parte rei (quamuis non sit ad causam piam) videndum tunc est , an illud sit res habens certos fines,ac terminos à natura, vt bos,equus vel à natura non habens,sed ex arte,& humana industria,vt Domus,vestis,&c.*

2 *Relictum incertum ex parte rei sed habens à natura suos fines sufficit præstari per rem mediocrem , nisi talium rerum genus sit in patrimonio Testatoris.*

3 *Electio pertinet ad legatarium,quando res est in patrimonio Testatoris,dummodo non eligat meliorem.*

4 *Legatarius facta semel electione , non potest deinde mutato animo,aliam eligere.*

5 *Electio rei , quando non est in patrimonio Testatoris pertinet ad hæredem,cum res aliena non possit operari, seu vindicari.*

6 *Relictum incertum ex parte rei consistentis in numero,pondere,& mensura,etiam per dationem rei minimæ,adimpletur,& hæres liberatur,dummodo non recedatur à verborum proprietate, consueto vsu,& multo minus à testatoris voluntate.*

7 *Relictum incertum à parte rei , si sit ad causas pias, præstandum est quod in tali genere melius est,nisi obstet testatoris paupertas.*

8 *Diues,& Nobilis si relinquat pro suo funere Culcitram,debebitur Ecclesiæ culcitra aurei velleris,& non de serico nigri coloris.*

9 Si

9 *Si relictum factum Ecclesiæ, sit de florenis, intelligitur de magnis.*

10 *Contraria sententia, quod etiam in relictis piis indeterminate factis, liberetur Hæres dando in eo genere rem minorem, non est improbabilis.*

11 *In dubio melior est conditio Domini possidentis, qualis est hæres post aditam hæreditatem, qui proinde nullo iure cogitur plus dare nisi ostendatur debitor.*

12 *Principalis, siue Testator si quid Ecclesiæ promisit, in dubio satisfacit, præstando in eo genere rem pretij minoris.*

13 *Relictum indeterminate factum inspecta æquitate Canonica si appareat voluntatem promissoris, vel Testatoris fuisse obligationem inducendi, arbitrio Prudentis Viri, inspecta qualitate, & hæreditate defuncti, determinari debet.*

1 REspondetur, quod si relictum sit incertum ex
parte rei relictæ (quamuis, si non sit ad cau-
sam piam, videndum tunc sit, an illud sit res certos
fines, ac terminos à natura habens, vt si relictus sit
bos, equus, &c. vel à natura non habens, sed ex
arte, & humana industria, vt si relicta sit domus,
vestis, &c. quia in priori casu danda est vna ex me-
2 diocribus, *l. legato, generaliter, ff. de legat. 1.* vbi gl.
ver. inspeximus, addit, quod in tali casu distinguen-
3 dum sit, an huiusmodi rerum genus sit in patrimo-
nio testatoris; quia tunc electio pertinet ad legata-
4 rium, dummodo non eligat meliorem, iuxta *§. si ge-
neraliter, iuncta gloss. ver. electio legatarij, Instit. de le-
gatis*; qui legatarius tamen facta semel electione,
non potest deinde, mutato animo, aliam eligere, *l.
5 serui electione in princip. ff. de legat. 1.* Vel non sit in
patrimonio testatoris, quia tunc pertinet electio
ad hæredem; cùm res aliena non possit optari, seu
vindicari, vt ait Abb. *in cap. ind cause, de testament.
numero 5.* Posteriori autem casu electio pertinet e-
tiam ad hæredem qui rem in eo genere minimam
6 dando liberatur, *leg. legato, & leg. si ita scriptum,
ad fin. ff. eod.* Idemque dicendum de rebus relictis
consistentibus in numero, pondere, & mensura;
quod scilicet & in hoc rerum genere etiam dan-
do minimam liberetur, *leg. 3. ff. de tritico, vino, &
oleo legato*; dummodo non recedatur à verborum
proprietate, consueto vsu, & multò minus à te-
statoris voluntate, si ea ex coniecturis colligi pos-
sit, vt supra dicebam, & expressè habetur *in leg.
nummis, ff. de legat. 3.*) si, inquam, relictum sit in-
7 certum ex parte rei relictæ, sit tamen ad causam
piam, præstandum tunc est, quod in tali genere
melius est; sicuti docent *in l. Titia, §. seia, ff. de auro,
& argento legato*, Bartolus, & alij passim Doctores,
Abb. *in cap. indicante, de testament. n. 6. & in cap. ex par-
te de censibus num. 4.* & Couar. *in cit. cap. indicante, nu.
5.* (nisi, vt obseruat Mantica *de coniectur. vlt. volunt.
lib. 6. tit. 3. num. 17.* obstet testatoris paupertas) Qua-
8 propter si quis diues, & nobilis relinquat pro suo
funere culcitram, debebitur Ecclesiæ culcitra aurei
velleris, & non de serico nigri coloris, ait Riccius
par. 2. de .84 & Thorus *in summa priuilegiorum, priui-
leg. 12.* Et si relinquat Ecclesiæ de florenis, intelli-
9 getur de magnis, ait Genuensis *in pract. Eccles. T. o-
cen quæstio. 153. numero 4.* & Thorus *loco supra cit. pri-
uileg. 264.*

Contrarium tamen, quod docent cum Baldo, &
10 aliis apud Couarruuiam *vbi supra* Molina *disp. 198.*
& Sanchez *lib. 4. moral. cap. 13. num. 8. & c. p. 15. num.
vl im.* est non improbabile, vt scilicet etiam in re-
lictis piis indeterminatè factis, liberetur hæres
dando in eo genere rem minorem. Et ratio esse
potest; quia in dubio melior est conditio Domini
possidentis (qualis est hæres post aditã hæreditatẽ) 11
qui proinde nullo iure cogitur plus dare, nisi osten-
datur debitor. Confirmatur; quia ipsemet principa-
lis (scilicet testator) si quid Ecclesiæ promisit in du- 12
bio satisfacit præstando in eo genere rem pretij mi-
noris, iuxta *cit. cap. ex parte de censibus*. Ergo similiter
& satisfaciet hæres personam defuncti repræsen-
tans.

Quamuis interim dicendum videatur, quod (li-
cet iure ciuili vitietur promissio, vel relictum ob
nimiam generalitatem; vt si promissum, vel relictũ
sit triticum, oleum, vel vinum, &c. quia dando mo-
dicam quantitatem liberatur homo, *l. triticum, ff. de* 13
verb. obligat.) tamen secundùm æquitatem Canoni-
cam, si appareat voluntatem promissoris, vel testato-
ris fuisse obligationem aliquam inducendi arbitrio
prudentis viri, inspecta qualitate, & hæreditate de-
functi, res determinari debeat; sicuti supra diceba-
tur, & Abb. *in cit. cap. ex parte, n. 7.*

SECTIO XVI.

An, si relictum sit ad causam piam, & non possit applicari ad vsum, quem testator voluit, corruat relictum?

SVMMARIVM.

1 *Relictum factum ad causam piam non corruit, licet non possit applicari ad eum vsum, quem Testator voluit, quia principalis intentio Testatoris fuit, illud in salutem animæ, & honorem Dei relinquere.*

2 *Episcopus, & Executores Testamenti supradictum relictum in alium pium vsum applicare possunt, & debent, ita tamen vt Testatoris voluntas, quam maximè fieri possit, adimpleatur.*

3 *Conuersio prædicta legati non potest fieri per solum Heredem, nec per solum Episcopum, sed per vtrumque, nisi heres, vel alius Executor sine iusta causa Episcopo consentire recuset, quia tunc etiam eo inuito, Episcopus facere potest.*

4 *Pecunia relicta ad Monasterium construendum, si non sufficiat, conuerti debet in alium pium vsum.*

5 *Monasterium, quod ædificandum in certo loco Testator legato relicto, disposuit, si ibi ædificari non possit, in alio loco cum consensu Episcopi, & Executoris Testamenti, ædificandum est.*

REspondetur, quod si relictum sit in causam 1
piam, & applicari non possit ad eum vsum,
quem testator voluit, non ideò corruit relictum;
quia principalis intentio testatoris fuit, illud in
salutem animæ, & honorem Dei relinquere; qua- 2
propter Episcopus, & executores in alium pium
vsum id ipsum applicare poterunt, & debebunt;
ita tamen vt testatoris voluntas, quàm maximè
fieri potest, adimpleatur, *cap. nos quidem de testa-
ment.* & docet ibi Couarruuias *num. 12.* & Abb. *nu.*
6. qui tamen subdit, quod talis conuersio non pos-
sit fieri per solum hæredem, nec per solum Epis-
copum, sed per vtrumque; quod intellige, nisi hæres, 3
vel alius executor in tali casu sine iusta causa Epis-
copo consentire recuset, quia tunc, etiã eo inuito, E-
piscopus id facere poterit, sicuti colligitur ex *cit. c.
nos quidem*, & docet ibi Cou. *n. 3.* Rochus *de iure pa-* 4
tronatus in 6. definit. verb. n. 32. Vnde si pecunia v. g.

relicta ad monasterium construendum non sufficiat, vel relicta certo pauperi, aut Religioso, non in fauorem personæ, sed in salutem animæ, seu ob piã causam (quod in dubiu præsumitur) tali personæ dari non possit, conuerti debet in alium pium vsum. Abb. *in cit. c. nos quidem, n.* 14. Couar. *n.* 12. Molina *disp.* 249. *arg. l. legatum, ff. de vsufructu legato*, & Miranda *to.* 1. *Man. Prælator. q.* 32. *art.* 7. vbi subdit, quod si legato relicto pro monasterio in certo loco edificando, monasterium ibi ædificari non possit, in alio loco cum consensu Episcopi, & executoris testamenti ædificandum illud sit.

SECTIO XVII.

An, si voluntas defuncti impleri possit, possit Episcopus illud in alium vsum commutare?

SVMMARIVM.

1 *Voluntas Defuncti si honeste impleri possit, non potest Episcopus, vel Executor relictum in alium pium vsum, quamtumuis meliorem commutare.*

2 *Voluntas Testatoris pro lege, & omnibus modis seruanda est.*

3 *Ea, quæ ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad illum debent, non ad alium, salua sedis Apostolicæ auctoritate conuerti.*

4 *Commutationes vltimarum voluntatum nisi ex iusta, & necessaria causa fieri oportet à sede Apostolica.*

5 *Commutationum huiusmodi executio fieri non debet per Episcopos nisi cognitis precibus Papæ factis non subreptitiis.*

6 *Legatum factum pro Puellis maritandis conuerti non potest in aliud opus pium, nisi à Summo Pontifice de plenitudine Potestatis.*

7 *Res Ciuitati, vel Municipio relicta de iure ciuili conuerti non potest in alium vsum, quàm Defunctus voluerit citra Principis auctoritatem.*

8 *Princeps potest pro non adiecta declarare tanquam inutilem conditionem illam relictis adiectam quæ congruere non videtur.*

9 *Episcopus cum consensu Hæredis, vel Executoris Testamenti quando subest causa de nouo eueniens, vel ignorata à Defuncto potest per epiicheiam interpretari voluntatem testatoris, & relictum in alium pium vsũ, qui melior, seu magis necessarius, videbitur commutare.*

10 *Dispensatio vltimarum voluntatum spectat ad Summum Pontificem, interpretatio vero ipsarum per Epiicheiam ad Episcopum.*

11 *Episcopus relictum factum Ecclesiæ ad reparationem illius, vel ad vasa sacra conficienda, si Ecclesia his non indigeat potest de consensu Hæredis, vel Executoris commutare ad missas celebrandas, & ad ornamenta facienda, vel ad similem pium vsum.*

12 *Clementina quia contingit loquitur in casu, quo non adsit iusta ratio commutandi, quia ibi bona illa relicta fuerant, vt Pauperes lepra infecti curarentur, quod Rectores Hospitalis facere inhumaniter, renuebant.*

13 *Dictio (Et) quam ponit Concilium Tridentinum, in illis verbis, In commutationibus huiusmodi, iustam, Et, necessariam causam requiri, non stat coniunctiue, sed disiunctiue, ita vt sonet, (vel).*

14 *Relictum pro fabrica expendi potest pro ornamentis, vel aliis rebus cultui Diuino necessariis.*

15 *Relictum pro liberatore in carcere detrusorum quolibet anno, expẽdi potest ad impediendum ne quis eo detrudatur, si certum sit, proximè eum illuc detrudendum.*

RESpondetur, si voluntas defuncti honestè im-
pleri possit, non potest Episcopus, vel execu- 1
tor relictum in alium pium vsum, quamtumuis me-
liorem, commutare; sicuti deducitur ex *l. legatum,*
ff. de administr. rer. ad Ciuit. pertin. l. in conditionibus
de condit. & demonstr. cap. conquestus, de foro compet.
cap. quia nos, de testam. & cap. 4. *causa* 13. *quæstio.* 2.
quatenus in dictis locis habetur, quod voluntas
testatoris pro lege, & omnibus modis seruanda sit; 2
& ex *Clement. quia contingit de religios. domibus,*
ibi: *Cum ea quæ ad certum vsum largitione sunt desti-*
nata fidelium, ad illum debeant, non ad alium, salua
sedis Apostolicæ auctoritate, conuerti. Fauet etiam 3
Tridentinum Concilium *sess.* 22. *cap.* 6. *de reforma.*
quatenus ibi supponitur, commutationes vltima-
rum voluntatum non nisi ex iusta, & necessaria 4
causa, fieri oportere à sede Apostolica: & quatenus
ibidem subditur, quod si eiusmodi commutationum
executio Episcopis à sede Apostolica delegetur, ta- 5
lem executionem prius facere non debeant, quàm
summariè, & extraiudicialiter cognouerint, nihil in
precibus Papæ factis subreptionis adfuisse. Atque
ita docent Abb. *in c. tua nobis de testam. n.* 4. Molin. *de*
iust. to. 1. *tract.* 2. *disp.* 249. Guido Papa *dec.* 556. Berta-
chin. *tract. de Episc. par.* 4. *n.* 79. Cappella Tholosana
dec. 16 Ric. *par* 2. *dec.* 125. Molfesius *in Summ. to.* 2. *tr.*
13. *c.* 5. *n.* 182. Naldus *ver. legatũ. n.* 39. & Lara *de anni-* 6
uersariis lib. 2. *c.* 21 qui in specie loquens de legatis
pro puellis maritandis, ait, quod tale legatum com-
mutari non possit in aliud opus pium, nisi à Sum-
mo Pontifice de plenitudine potestatis.

Eadem simili ratione etiam in iure ciuili pro- 7
hibitum est per *l.* 1. *&* 4. *ff. de administr. rerum ad Ciui-*
tates pertinentium; ne res ciuitati, vel municipio re-
licta in alium vsum, quàm defunctus voluerit, con-
uertatur, citra auctoritatem Principis, cuius supre-
ma potestas meritò excipitur; quia cùm Princeps
toti Reipublicæ præsit, ipse, quæ ad eius commo-
dum spectant, prouidere debet; quapropter si in re-
lictis modus, vel conditio aliqua adiecta fuerit, quæ
congruere non videatur, poterit Princeps illam
tanquam inutilem, pro non adiecta declarare; sicuti 8
in specie de Pontifice notauit præter alios Driedo
lib. 2 *de libertate Christiana c.* 4.

Non nego tamen, quod si causa aliqua, vel de no- 9
uo eueniens, vel ignorata à defuncto subsit, quam si
is præuidisset, aliter disposuisset (quod secundùm
epiicheiam interpretari ad Episcopum, hæredem, &
& executores pertinet,) possit Episcopus præsertim
cum hæredis, vel executorum consensu, relictum in
alium pium vsum (qui melior, seu magis necessarius
videbitur) cõmutare; non quidem dispensatione, cũ
dispensatio circa vltimas voluntates ad Summum 10
Principẽ (sicuti dicebam) spectet, sed interpretatione
secundũ Epiicheiam; quod scilicet in tali casu cõ-
mutatio nõ fit contra voluntatem, sed potius iuxta
voluntatem defuncti, si non explicitã, & formalem,
saltem virtualem, & interpretatiuã (quomodo com-
mutatio in relictis ad causam profanam, & priuatam
facilius fieri potest, consentiente non tantum hæ-
rede, sed etiam legatario, quippe qui iuri, ac fauo-
ri suo renunciare potest; Qua de re Siluester *ver.*
legatum, 2. *quæst.* 11. *&* 13. & Ioan. Molanus *tract. de*
testam. piis, cap. 72. (verbi gratia si quis relinquat pe- 11
cuniam Ecclesiæ ad reparationem illius, vel ad vasa
sacra conficienda, &c. & Ecclesia his non indigeat,
possit Episcopus, præsertim cum hæredis, vel exe-
cutorum consensu, illã ad Missas dicendas, ad orna-
menta facienda, vel ad quemalium similem piũ vsũ,
& è contra, commutare. Et in hoc sensu intelligo

Siluestrum

Siluestrum *ver.legatum,4.quaest.* 12. Vasquez *opusc.de*
*testam.cap.*8.§.5 *dubitat.*3.*num.*104. Graff.*to.* 1. *consil.*
*libro.*3.*cons.*2.*num.*10. Antooinum Diana *par* 2 *tract.*
17.*resol.* 26. Comitolum *in resp. mor. libro.* 7. *quaest.*
9. *num.* 7. Lucam de Pena *in l. unic. Cod de extensis*
ludorum, Bartolum, S. Antoninum, Angelum, Tabienam, & Armillam, quos citat, & sequitur Fernandez *par* 4. *cap.* 18. §.2.*num.*2 Item Beiam *in respons.*
cas.Consc. par. 4 *cas.*22. & Genuensem *in prax.cap.*
19.*num.*5.*& in practicabil. Ecclesiast. Tricenar.*8.*quaest.*
213 qui cootrarium absolutè sentire videntur: intelligo, inquam; hos citatos Doctores, quod loquantur; non propriè dispensando, sed voluntatem testatoris modo, quo supra dicebam, interpretando. In
12 quo sensu paret Responsio ad iura supra adducta; &
ad Clement. *quia contingit*: nam ista loquitur in casu, quo non adsit iusta ratio commutandi, vt supra;
quod inde probatur; quia ibi bona illa (vt notat praeter alios Lucas de Pena *loco cit.*) relicta fuerant, vt
pauperes lepra infecti curarentur; quod rectores
hospitalis facere inhumaniter renuebant; quin eorum pronentus ad vsus proprios conuertebant. Quapropter non mirum, si ibi subiungitur: *Cùm ea, quae*
ad certum vsum largitione sunt destinata fidelium, ad il-
lum debeant, non ad alium, salua sedis Apostolicae aucto-
13 *ritate, conuerti.* Item paret Responsio ad Tridentinum Concilium (quatenus dicit in commutatiooibus huiusmodi iustam, & necessariam causam requiri.) praesertim, quia ly Et (vt notat Comitolus
loco cit) sumitur ibi pro vel, ita vt non fiat sensus
coniunctiuus, sed disiunctiuus, ad eum modum, quo
dicitur: Natura est principium motus, & quietis: &
accidens est, quod adest, & abest praeter subiecti
corruptionem. Vide praeter Doctores supra citatos,
Couarruuiam *in cap. fin. de testamentis, num.* 4. & Altamiranum *tract. de visitat.* §. *sed Episcopus, num.* 11. qui
14 in terminis cootra Abbatem *in cit. cap. fin. num* 4. docent, relictum pro fabrica, expendi posse pro ornamentis, & aliis rebus cultui diuino necessariis. Vide etiam idem sentieotes Medinam *in* 3.*par. quaest.*
53 *art.* 3. & Sanchez *in in opusc. to.* 2.*lib.*4 *cap.*2.*dub.*
4.*num.*2. qui subdit, & rectè, relictum pro liberatione in carcerem detrusorum quolibet anno, expendi
posse ad impediendum, nè quis eò detrudatur, si certum sit, proximè eum illuc detrudeodum esse, nisi
per dictum relictum ei subueoiatur.

SECTIO XVIII.

An, si relictum haeres per annum exequi negligat, possit compelli ad illud exequendum?

SVMMARIVM.

1 *Haeres, vel Executor etiam laicus si relictum per annum exequi negligat, potest à Iudice tam Ecclesiastico, quam seculari ad illud exequendum compelli, ita vt dicta causa sit mixti fori, & detur locus praeuentioni.*

2 *Iudex Ecclesiasticus Personis miserabilibus, & destitutis omni auxilio (qualis est Defunctus, cum ipsemet causam suam agere non possit) subuenire tenetur.*

3 *Solus Episcopus attento iure canonico in ordine ad legatum pium, & eius executionem est Iudex competens in sententia nonnullorum.*

4 *Legatum pium, vt pium est extra spheram, seu limites secularis Potestatis.*

5 *Haeres, & Executor relictum exequi negligere in foro conscientiae dicitur, si illud statim post haereditatem aditam, & Inuentarium confectum, non exequatur.*

6 *Haeres licet habeat vnius anni spatium ad soluendum legatum, ita vt ante annum completum post aditam haereditatem a nullo Iudice in foro externo ad id compelli possit, in foro tamen interiori conscientiae statim post aditam haereditatem, exequi tenetur; nisi iusta causa differendi excusetur.*

7 *Iusta autem causa differendi censetur; si differat ad finem, vt res Defuncti pluris vendatur, & sic plus Elemosyna Pauperibus secundum voluntatem Defuncti dari possit. secus si id non speretur.*

8 *Haeres & Executor grauiter peccat non solum contra legatarios, sed etiam interdum contra Defunctum, si non integre, vel valde tarde relicta soluat per sacrificia, orationes, & cetera fidelium suffragia.*

9 *Relicti pij executio multum confert ad satisfaciendum pro peccatis Defuncti.*

10 *Differentes relicta pia dare donec in Iudicium vocentur, de iure ciuili poena dupli tenentur.*

11 *Vide quas poenas incurrant de iure canonico, quae augentur iuxta grauitatem delicti etiam vsque ad priuationem, dempta tantum legitima si Haeres sit necessarius.*

RESpondetur, quod si relictum haeres vel executor, etiam laicus per annum exequi negligat, potest eum Iudex, tam Ecclesiasticus, quàm
secularis, ad illud exequendum compellere; ita vt 1
officium hoc sit iurisdictioois mixti fori; & sic
detur locus praeoentioni, Tiraquellus *de priuilegiis*
piae causae, priuileg. 149. & ibi Ioannes Bapt. Thorus
Ioan. Honorius *in Compend. iuris Can. libro.* 3.*tit.*
26. *num.* 20 Valensis *in decret. lib.* 3.*tit.*26.§ 8.*num.*
4. Martha *de iurisdict. par.* 2.*cap.*11.*num.*14. Sanchez
*in opusc.to.*1.*lib.*4.*cap.*1.*dubitat.*54.*num.*4.*ex l. haereditas, l. nulli, Cod. de Episc. & cler. & l. haereditas, ver. fin.*
ff. de petit. hered. & Abbas *in cap. si heredes, de testam.*
num. 3. *& in repet cap. cùm esses, eodem tit. num.* 32. vbi
id ad Iudicem Ecclesiasticum, etiam in relictis
ad causas profaoas, spectare (quod est cootra glossam *in cap. tua nobis, ver. piis de testament.* Aufrerium *in addit. ad Capell. Tholos. decis.* 251. & alios,
sicut ex Bartolo, Boërio, Nauarro, & Tiraquello
docet Pereira *in tract. de manu Regia, par.* 1.*cap.*16.
num. 5.) specialiter ostendit. Et ratio est, quia Iudex Ecclesiasticus personis miserabilibus, & desti- 2
tutis omni auxilio (qualis est defunctus, cùm ipsemet causam agere non possit) subuenire tenetur, *cap.*
super quibusdam, de verb signif. quod adeò verum videtur, vt nonnulli, vt Spinus *in specul. testam. gl.* 28.
*num.*44. Bonacina *de contractibus, disp* 3.*q* 18. *punct.*
1.§.10 *num.*1. & alij probabiliter seotiant, quod, attento iure Canonico, in ordine ad executionem legati pij, priuatiuè spectet ad solum Episcopum. Pri- 3
mò, ex cap. tua de testam. ibi: *Cùm igitur in omnibus*
piis voluntatibus sit per locorum Episcopos prouidendum,
vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant,
&c. & videri poterit *cap. si heredes, eodem titulo, &*
Tridentinum Concilium *sess.* 7 *cap.* 15. *& sess.* 22.
de reformat. cap. 8. Secundò, ratione; quia legatum
pium, vt pium, est extra sphaeram seu limites secu- 4
laris potestatis: quapropter eius executio non videtur posse ad iudicem secularem spectare, cùm
nulla causa excedere possit sphaeram, seu limites suae
actiuitatis. Vide, quae dicentur infra *sect. seqq. & dubit.*22.*& cap.*10.*dubit.*5.*sect.*7.

Caeterum haeres, & executor relictum exequi

negligere in foro conscientiæ dicitur, si illud statim post hæreditatem aditam. & inuentarium confectum, non exequatur; quia licet in foro exteriori
6 ex Auth. *hoc amplius, Cod. de fideicom. & gloss. in cap. si hæredes de testam. & in cap. nos quidem eod. tit.* vnius anni spatium habeat ad illud soluendum; ita vt ante annum completum à nullo Iudice in dicto foro ad id compelli possit; in foro interiori conscientiæ tamen statim post quam hæc fecerit, legata, & alia, quæ defunctus præceperat, exequi tenetur, nisi ipse iusta causa differendi excusetur, *cit. cap. si hæredes de testam.* & docent *ibi* Abb. *num.* 5. Conarruuias *num.* 4. Silu. *verb. testamentum,* 2. *q.* 6. & 9. Mol. *disp.* 251. *§. dubium item est,* Villalob. *in Man. Confess. cap.* 5. *num.* 16. Valerus *ver. legatum, differ.* 1. *num.* 2. Caillus *par.* 2. *cap.* 14. *num.* 16. *& seqq.* Diana *par.* 3. *tract.* 5. *resol.* 59 Petrus Nauar. *lib.* 3. *restit. cap.* 4. *num.* 165. Nauarrus *cap.* 25. *num.* 65. & Palatius, Rubeus *in Rubr. de donat.* § 65. *num.* 19. & 20. Azeuedus, & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *in opusc. to.* 2. *lib.* 4. *c.* 1. *dub.* 53 *n.* 8.

7 Iusta autem causa differendi, & sic qua excusetur (vt docet S. Th. *quodlib.* 6. *art.* 24.) est, si differat, ad finem, vt res defuncti pluris vendi, & sic plus eleemosynæ in pauperes secundùm voluntatem defun-
8 cti dari possit; secus, si diu expectandum sit, & non multò maius pretium inde speretur; quia tunc (vt rectè notant Silu. & Petr. Nanar.) hæres, & executor grauiter peccabit, non solum contra legatarios, sed etiam interdum contra defunctum, si nõ integrè vel etiam valde tardè relicta soluat, per sacrificia, orationes, & cætera fidelium suffragia; præsertim, cùm & ipsamet relicti pij executio (scilicet actua-
9 lis eleemosynæ datio) multum conferat ad satisfaciendum pro peccatis defuncti, cuius nomine, & voluntate efficitur; vt docuit S. Th *quodlib.* 9. *art.* 13. & Gabr. *in Can. Missa lect.* 58 & meritò, cùm per eam excitentur saltem multi actus pietatis in recipientibus.

10 Quapropter iure ciuili *Instit. de actionib. §. Item mixta,* qui relicta ad piam causam dare, vsque adeò in iudicium vocentur, differunt, in duplum con-
11 demnantur. Et iure Canonico, qui relicta exequi quomodocumque negligunt, pœnam incurrunt; quod, si intra medium annum à die publicati testamenti numerandum, cessante legitimo impedimento relicta pia exequi neglexerint, posteà eadem cum omnibus fructibus, & emolumentis (quæ à die mortis testatoris percipi poterat) soluere cogantur, *cit. cap. si hæredes, & Authent. de Ecclesiast. titulis, §. si autem legatum.* Secundò, quod si bina etiam monitio ab Episcopo facta accesserit, omnibus in testamento sibi relictis priuentur, *c. Auth. §. si quis autem pro redemptione.* Tertiò, quod, si hæres relictum fuisse ad causam piam perperàm neget, & in ea negotiatione vsque ad sententiam perseueret, in duplum condemnetur, *cit. §. item mixta, Instit. de actionibus* & docet Abbas *in cit. cap. si hæredes, num.* 5. Quartò quod, si hæres, vel executor, etiam in relictis ad causam profanam, intra annum post monitionem à Iudice Ecclesiastico, vel seculari factam exequi intermiserit, omni commodo (excepta sola legitima, si hæres necessarius sit) ex testamento ipsi proueniente priuetur, *Auth. hoc amplius, Cod. de legat. & fideicommiss. & Auth. de hæredib. & Falcidia, §. si quis autem;* quæ tamen pœna (vt ex probabiliori docet Couarruuias *in cit. cap. si hæredes, num.* 9. *contra gl. in cit. §. si quis autem verb. auferri*) non obligat in conscientia, ante iudicis condemnationem, Sed de his, & de aliis pœnis, quas hæres, & executor negligens incurrant, vide Abb. & Couarruuias *in cit. cap. non quidem, & cit. cap. si hæredes,* Siluestrum *ver. Testamentum,* 2. *quæst.* 6. & 8. Molinam *disput.* 251. Petrum Nauarrum *loco supra citato numero* 166. Valerum *numero* 3. & Antonium Diana *resolut.* 59.

SECTIO XIX.

An, & qui, cùm primum hæreditas adita est, agere possit pro executione relicti?

SVMMARIVM.

1 *Legatarius, cum primum hæreditas adita est, aduersus hæredem actionem non solum personalẽ ex testamento, sed etiam realem vindicationis instituere potest.*

2 *Legatarius habet actionem hypothecariam (in securitatem, & subsidium) in omnes res hæreditatis aduersus quemcumque earum Possessorem.*

3 *Item dic id etiam verum esse de personali, & hypothecaria, seu quasi Seruiana, seu res relicta sit in specie, sc. hic bos, siue in genere sc. aliquis bos.*

4 *Iudex Ecclesiasticus, si nemo adsit quò petat relicta, præsertim ad causam piam, potest ex officio compellere hæredem ad illam exequendam.*

5 *Fratres Minores, & similes, non possunt agere in Iudicio ad solutionem relictorum (cum pro nulla re temporali agere in Iudicio ipsis liceat) spectat tamen ad Iudicem ex officio.*

6 *Specialis Syndicus interdum constituitur, qui nomine Ecclesiæ petat, si ipsa met Ciuitas, vel eius Syndicus id facere negligat.*

7 *Fratres Minores, & similes, si omnes id negligant, possunt extra iudicium Iudicem admonere vt officij, sui memor, ad dicta relicta soluenda hæredem cogat.*

8 *Executores Testamenti possunt ad relicta soluenda agere in Iudicio, modo quo supra dicebatur, tum aduersus hæredem, tum etiam aduersus alios bonorum hæreditatis Possessores.*

6 *Executores Testamenti non possunt similiter agere ad alia non pia relicta soluenda, sed solum debent Iudicis Officium contra hæredem negligentem implorare.*

RՍEsponderur, & dico primò, quod legatarius, cùm primùm hæreditas adita est, aduersus hæ- 1
redem actionem non solum personalem ex testamento, sed etiam realem vindicationis instituere possit; cùm ex tunc rei in specie relictæ Dominus extiterit, perinde ac si statim post mortem testatoris secundùm fictionem iuris recta via ad ipsum rei relictæ dominium transierit, *l. à Titio hærede, ff. de furtis, iuncta glossa, ver. recta via, & l. si tibi homo, §. cùm seruus, ff. de legat.* 1. Quin & habet legata-
rius actionem hypothecariam (in securitatem, & 2
subsidium) in omnes res hæreditatis aduersus quẽcumque earum possessorem, *l.* 1. *Cod. communia de legatis,* & docet Abb. *in cit. cap. si hæredes, de testam. num.* 8. Gomez 1. *resol. cap.* 12. *num.* 7. & 8. Molina
tomo 1. *tract.* 2. *disp.* 3. vbi subdit, id etiam verum 4
esse de personali, & hypothecaria, seu quasi Seruiana, siuè res relicta sit in specie, scilicet hic bos; siue in genere, scilicet aliquis bos, vel tot mensuræ vini, tritici, &c. vide, quæ dicentur *infra citata Sectione* 18.

Dico secundò, quod si nemo adsit, qui pe- 5
tat relicta, præsertim ad causam piam, possit Iudex, præsertim Ecclesiasticus, ex officio compellere

pellere hæredem ad illam exequenda; sicuti colligitur ex *cap. nos quidem de testam* & docet *ibi*
5 Abb. subdens, quod etsi Fratres Minores (idemque dicas de similibus personis) nō possint agere in iudicio ad solutionem relictorum (cùm pro nulla re temporali in iudicio agere ipsis liceat, *cap. exiit*, §. *ceterùm cùm in eadem, de verb. signif. in 6.*) ad Iudicem
6 tamen ex officio pertineat, vt hæredem ad eiusmodi relicta Fratribus soluenda compellat. Quapropter interdum speciales syndicos constituuntur, qui nomine Ecclesiæ petas, si ipsamet ciuitas, vel eius syndicus id facere negligas, *argum. Ciuit. ut. ut, ff. de legat.* 1. Quin si omnes negligant, possunt etiam ipsimet Fratres extra iudicium Iudicem admone-
7 re, quod officij sui memor, ad dicta relicta soluenda hæredem cogat; vt rectè docent Rodriguez *to. 2. Regular. qq. quæst. 126. art. 4. in fin* & Sanchez *libro. 7. moral. cap. 26. numer. 61. & cap. 27. num 10.*

Dico tertiò, quod possint etiam executores ad dicta relicta soluenda agere in iudicio modo, quo
8 supra dicebatur, tum etiam aduersus hæredem, tum etiam aduersus alios bonorum hæreditatis possessores, *l. nulli, & l. si quis ad de lunan. num, Cod. de Episc. & cleric.* & docet Abb. *in cap. Ioannes, de testam. num.* 4. Couar. *ibid. num.* 5. Silu *ver testamentum, 2. quæst. 5. dist. 2.* & Mol. *disp.* 148. §. *quoad vltimum.* Quamuis
9 non possint similiter agere ad alia non pia relicta soluenda, sed solum debeant Iudicis officium contra hæredem negligentem implorare, *l. Lucius, §. Meuia, ff ad S. C. Trebellian. & l hereditas, ff. de petit. hered.* & doces Abbas *in cit. cap. Ioannes, num. 5.*

SECTIO XX.

An executor à testatore nominatus cogi possit à Iudice ad tale officium accipiandum; & an in foro Conscientiæ, si non acceptet, peccet mortaliter?

SVMMARIVM.

1 *Dua sententia sunt circa quæsitum, vna quod Executor cogi nō possit ad acceptandū, teneri tamen in conscientia acceptare cum à similiter peccet mo taliter quod officium arbitri non acceptat, quando spes est concordia: altera sententia quod non solum non possit cogi, sed quod neque peccet mortaliter, quia est officium voluntarium, & nullum vrget charitatis preceptum.*

RESpondes Spinos *in specul. testam.* gl. 18. *n.* 18.
1 quod non possit cogi à Iudice ad acceptandū, teneatur tamen in conscientia acceptare quia glossa *in c. si uis, 11 quæst 1. ver. vsum, & ibi* Archidiaconus, Imola *in cap. pastoralis, de offic. delegati* & *ibid* Felinus *num. 6* docent, quod pecces mortaliter, qui officium arbitri non acceptat, quando spes est, quod partes inter se dissentientes possit concordare.

At melius respondet Sanchez *in opusc. to 2. lib. 4. cap. 1. dub. stat. 42. num 4 & seqq.* quod non solum, (quando scilicet neque expressè, neque tacitè acceptauit officium) non possit cogi à Iudice ad acceptandum (etiamsi consanguineus testatoris sit, vs contra Padillam *in l. 1. ff de legat. 2. numer. 28.* tenet Sarmientus *in dict. l. 1. num. 28. lib. 8. s. lect.*) sed nec etiam teneatur in conscientia illud acceptare; quia dictum officium est voluntarium, vt habes communis sententia Doctorum; & ex alio capite in tali casu nullum viget charitatis præceptum; cùm, si executor à testatore nominatus non acceptet (sicut etiam, si nequeat esse, vel obierit) executor de iure sit Episcopus, & sic ipse supplet. vt rectè docent Archidiac *in cap. religiosi de test. in 6. num. 2.* Silu *ver. Testamentum, 2. quæst. 2. dist.* . Angelos *ver. Executor, num. 2 1.* Armilla *num.* 5. & Tab. *na, q. 1 5.*

SECTIO XXI.

An in soluendis relictis seruandus sit ordo ita vt hæres, & executor teneatur v. g. primo loco soluere relicta magis pia, secundò relicta minus pia, terti ò relicta profana, maximè in casu, quod hæreditas non sit sufficiens & testator reliquerit, vt ex quibusdam redditibus paulatim successiue relicta soluerentur?

SVMMARIVM.

1 *Testator si non disposuerit de modo solutionis, idem dicendum est de relictis soluendis, ac de creditis chirographarijs, nempe quod gratificationi locus non detur; sed pro æquis portionibus illa soluenda sint.*
2 *Relicta profana corruunt, si corruat testamentum defectu solemnitatum, non sic legata pia.*
3 *Testamentum si sit ad causam piam subsistit etiam remissis solemnitatibus, & consequenter etiam legata profana in eo.*

RESpondetur (si testator de hoc nihil disposuerit) negatiuè, ita vt in tali casu idem de relictis 1
soluendis dicendum sis, ac dicitur de creditis chirographarijs, nempè quod gratificationi locus non detur, sed pro æquis portionibus illa soluēda sint. Atque ita docent Doctores, quos citat, & sequitur Valerius, *ver. legatum, diff. 2. num. 2.* Sanchez *lib. 4. Mor. 1. num. 40.* Comitolus *in Respons. mora. lib. 7. quæst. 10. num. 4* & Bonacina *de contractibus, disp. 3. q. vlt. punct. vlt. n. 27* quod tamè quoad relicta pro fana intelligo solū quādo sunt ex testamēto solemni vel etiam ex testamento ad piam causam, licet minus solemni; quia si testamentum def. ctu so- 2
lemnitatum corruit, corruunt etiam relicta profana; etsi non item corruant ratione pietatis, relicta pia. Et quia, si testamentum sit ad causam piam, cùm licet sit minus solemne, subsistat, sub sistant etiam 3
legata profana; nā cùm subsistat principale, subsistūt etiam accessoria, quæ sequuntur naturam principalis.

SECTIO XXII.

An, si quis reliquerit Ecclesiæ v. g. aureos quinquaginta quolibet anno soluendos, hæres teneatur illos Ecclesiæ soluere, etiam post spatium centum annorum elapsum?

SVMMARIVM.

1 *Hæres post spatium elapsum centum annorum non tenetur soluere Ecclesiæ prædictum legatum, quia iura abhorrent infinitatem.*

2 *Opinio in oppofitum dicitur multo probabilior ,& in praxi amplectenda.*

3 *Relictum factum Puellæ,fi caftè vixerit, ei debetur fi caftè vixerit tantum per decennium , & fic etiamfi poft decennium in fornicationem inciderit.*

1 REfpondetur ex non omninò improbabili fen-
tentia aliquorum Doctorum , negatiuè;idque
ad vitandam infinitatem,quam iura quammaximè
abhorrent. Atque ita docent Couar. Brunus, Tuf-
chus , Menoch. & Surdus , quos citat,& fequitur
Molfefius *in fumma to.2.tract.* 13 *cap* 5 *num.*58. Vi-
uius *lib.2.opinion.*446.& Naldus *ver vfusfructus nu.*
2 11.*& ver.Infinitas,num.*1.Quamuis contrariam opi
nionem multò probabiliorem , & in praxi fequen-
dam,doceant Bonac *de contractib. dif* . 3.*q.*17 *punct.*
8.§.6.*nu.*1.& Homobonus *in confult.caf confcient.vol.*
2.*par* 7.*refp.*17 qui etiam *loco fupracit ref* . 44 fub-
3 dit,quod fi quid poellæ relictum fit fi caftè vixerit,
relictum ei debeatur,fi caftè vixerit tantum per de-
cennium;& fic etiamfi poft decennium in fornica-
tionem inciderit.

SECTIO XXIII.

An fi quid relictum fit non pro ingreffu monafterij,fed pro monachatu,hæres ,& executor illud præftare poffit mulieri, quæ vitam virginalem,vel cœlibem , feu caftam vidualem vouit , & cum habitu tertij Ordinis degit,vulgò dictæ Bizochæ vel Beatæ?

SVMMARIVM.

1 *Legatum reconfitum in titulo debetur etiam Bizochis,non folum fi viuant collegialiter , fed etiamfi viuant in proprijs Domibus, dummodo vouerint caftitatem , etiamfi non vouerint paupertatem , & obedientiam.*

2 REfpondetur affirmatiuè;idque non folum fi vi-
uat cum aliis collegialiter(ficuti docet præter
alios Barbofa *de poteft. Epifc. par.* 2. *allegat* 12 *num.*
42. inquo eft minor difficultas) fed etiam fi viuat
non collegialiter, & in domo propria , dummodo
tamen,vti dicebam , vouerit votum caftitatis (etfi
non item vouerit votum paupertatis , & obedien-
tiæ)& degat in habitu tertij ordinis(quin & gau-
det etiam priuilegio Canonis , & fori) Atque ita
contra Carolum de Graffis *de effect.cleric.effect.*1.*num.*
93.Riccium *par.* 410 *coll.*1051.Caftillum *lib.*1.*decif.*
88.*num.*2.Ceuallos *in tract de cognit.per.viam violent.*
par. 2. *quaeft.*61 & multos alios docent ex Felino
Pontius *de im edim.matr.caufa* 27. *cap.* 1955.Gra-
tianus *to.*3.*cap* 413 *nu.*38.Rodriguez *in qq. Regular.*
*to.*2.*quæft.*65.*art.*5.Portell.*in dubiis Regular ver. Ter-*
*tiarij numer.*7.Nonarius *de elect.fori,fect.* 1.*quaeft.*67.
*num.*16.Piafecius *in prax. Epifc.par.*2.*cap.*3.*art.* 7. *n.*
11.& Cherubinus *in compend. Bullar.to.*1 *conftit.*22.
Leonis X.fchol. 1.vbi adducit Cardinalium declara-
tionem in terminis fic decidentem pro viris ,fi vi-
uant collegialiter;& pro fœminis,etiamfi non tali-
ter viuant. Vide etiam §.*fed hoc prafenti* , *Auth.de*
fanct Epifc.collat. 9. & quæ dicebam *cap.* 4.*dubit.*15.
num 9 *& feqq.*

SECTIO XXIV.

An , fi quid relictum fit Religiofo ea lege, vt ad ipfum , & non ad Religionem pertineat , Hæres , & executor teneatur illud præftare?

SVMMARIVM

1 *Hæres , & executor Teftamenti vfum & commoditatem rei relictæ prout in tit. præftare debet Religiofo cum dependentia à confenfu Prælati.*

2 *Dominium rei relictæ poft habitum confenfum Prælati, fit monafterij.*

3 *Verba(quod nihil Iuris Religioni ex relicto acquiratur)intelliguntur,quod Religiofus cum Prælati licentia expendere poffit in vfus licitos ,& honeftos.*

4 *Prælatus non poteft dare licentiam Religiofo vt dicta relicta expendat ad libitum ,& ita faciens Religiofus faceret contra votum Paupertatis.*

5 *Prælatus , fi deneget licentiam Religiofo acceptandi relictum,illud corruit,& cedit hæredi , cum nihil vmquam ex eo Religioni acquifitum fuerit.*

6 *Difpofitio quæcumque in dubio interpretanda eft vt potius valeat,quam vt corruat.*

7 *Verba Teftatoris intelligi debent fecundum qualitatem Perfonæ,cui aliquid datur,vel relinquitur.*

8 *Religiofus relicti capax eft fecundum vfum feu commoditatem dependenter à Prælati voluntate , & non aliter.*

9 *Vfus,& commoditas rei legatæ non confentiente Prælato ad Religiofum non pertinet.*

10 *Refignatio vfus rei legatæ facta à Religiofo Religioni de licentia fui Prælati valet,quia cum talis conditio adiecta fit in eius fauorem ,non eft cur non poffit illam renunciare.*

11 *Legatum factum Religiofo cum expreffa conditione,vt Dominium rei relictæ illi acquiratur fine dependentià ab illius Prælato corruit.*

12 *In vltimis voluntatibus (vt & in omni alia difpofitione) primum locum voluntas Teftatoris obtinet, & conditiones regit.*

13 *Si Teftator , quod Religiofo reliquit ,ei reliquit;ita vt dominium relicti ad ipfum , & non ad Religionem fpectet,præfumi debet quod fit conditio,feu modus impoffibilis;& fic pro non adiecto habeatur.*

14 *Conditiones natura,vel iure impoffibiles in vltimis voluntatibus pro non adiectis habentur.*

15 *Conditionibus impoffibilibus reiectis pro valore matrimonij pronunciatur,nifi conftet,quod contrahentes reuera non confenferint,nifi fub conditione impoffibili.*

16 *Matrimonium fine confenfu mutuo contrahentium verè, effe non poteft.*

REfpondetur affirmatiuè,ita tamen vt hæres , & 1
executor vfum, feu commoditatem Religiofo
præftare debeat cum dependentia à confenfu Præ-
lati;qui cum primum confenfum præbuerit, domi- 2
nium rei relictæ fit monafterij;quia verba illa,quod
ad Religionem relictum non pertineat;quin quod 3
& nihil iuris Religioni ex relicto acquiratur,intel-
liguntur,quod Religiofus cum Prælati licentia ex-
pendere poffit in vfus licitos ,& honeftos,& fi in-
directè indè commodum Religioni fequatur.

Dixi,*in vfus licitos honeftos*;quia non item intelli-

gi

gi possunt verbe illa, vt etiam expendere possit ad
4 libitum,& quomodocumque, etiam cum licentia
Prælati; quia talem licentiam non potest ei dare
5 Prælatus; & consequenter ita faciens Religiosus,
faceret contra votum paupertatis. Sin verò Præla-
tus consensum denegauerit,corruit relictum,& ip-
so facto absque vlla solemnitate ad hæredem tran-
sit,cùm nihil vnquam ex eo Religioni acquisitum
fuerit. Atque ita docet Bartol. *in Auth. excipitur, Cod.de bonis,quæ liber.* Abb. *in cap. Monachi de statu Monachi num.* 8. Silu. *verb. Religio,* 18 q 5. Angelus
ver. Monasterium num. 2. Vincentius de Franchis *de-
cis.* 728. Molfesius *in summa tom.* 2. *tract* 7. *cap.* 20. *n.*
30. Homobonus *in Exam. Eccles. par.* 2. *tract* 9. *cap.* 8.
q. 12 Moline *to.* 1 *tract.* 2. *disp.* 140. Rodriguez *tom.* c.
6 *regul. qq. q.* 125. *art.* 2. Diena *par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 34. &
Sanchez *lib.* 7. *cap* 17. *num.* 4. Et ratio est; quia dispo-
sitio quæcumque in dubio interpretanda est,vt po-
tius valeat, quàm vt corruat; sicuti communiter
tradunt Doctores, *l. in contrahenda, ff. de regul. iur. l.
qui quadraginta, ff. ad legem Falcidiam, & l. si l n.m, §.
7 Equi j, ff. de vsu, & habitat.* vbi habetur; quod verba
testatoris intelligi debeant secundùm conditionem
8 personæ,cui aliquid datur,vel relinquitur,sed Re-
ligiosus relicti capax est secundùm vsum, seu com-
moditatem dependenter à Prælati voluntate,& non
aliter. Ergo, &c.
9 Quapropter dicendum etiam est,quod,quamuis
si Prælatus non consentiat,relictum corruat,vt ne-
que vsus, seu commoditas ad Religiosum perti-
neat; quia tunc impleta non est relicti conditio
(scilicet dependenter à Prælati voluntate) quæ si-
10 cuti dicebam,subintelligitur; tamen si Prælatus ex
sua parte consentiat,& Religiosus vsum, seu com-
moditatem sibi competentem Religioni resignet,
resignatio valeat; quia cùm talis conditio adiecta
sit in gratiam,& fauorem Religiosi,non est cur Re-
ligiosus non possit Religioni renunciare; qua de
re videri potest Sanchez *loco supra cit. n.* 9.
11 Quod, si testator cum expressa conditione Reli-
gioso reliquerit,vt dominium rei relictæ illi acqui-
ratur sine dependentia ab illius Prælato,corruit re-
lictum; sicuti contra Sanchez *num.* 12. docent Bart,
12 Abb. Silu. Mol & Rodriguez *in locis supra cit.* Et
probatur; quia in vltimis voluntatibus (vt & in
omni alia dispositione) primum locum voluntas
testatoris obtinet,& conditiones regit, *l. in conditio-
nibus, ff. de condit. & demo strat. & l. si Titius, ff. de
condit. Institut.* Quapropter si clarè constet, quod te-
stator non voluerit aliter,quod reliquit, relinque-
re, nisi cum conditione, quæ impleri non potest,
corruit relictum, *argumentum §. vltim. Instit. de le-
gatis.*
13 Tandem,si testator quod Religioso reliquit, ei
reliquerit,ita vt dominium relicti ad ipsum,& non
ad Religionem spectet, in dubio, an conditio ista
sit propriè dicta conditio, & sic suspensiue dispo-
sitionis an verò modus adiectitius dispositioni abso-
lutę? In fauorem voluntatis dicendum est hoc po-
sterius,vt scilicet præsumi debeat,quod sit conditio,
14 seu potius modus impossibilis,& sic pro non adie-
cto habeatur, *argum. l.* 1. *l. si quis ita, l. quæ sub conditio-
ne, l. conditiones, quæ, & l. conditiones contra, ff. de condit.
Institut.* vbi decernitur,quod conditiones turpes,vel
iure impossibiles,in vltimis voluntatibus pro non
adiectis habeantur. Vnde ad harum legum ciuilium
imitationem in *cap. vlt. de condition. appositis* etiam
15 decernitur,quod huiusmodi impossibilibus condi-
tionibus reiectis, pro valore matrimonii pronun-
cietur,nisi constet, quod contrahentes reuera non
consenserint, nisi sub conditione impossibili: &
meritò; quia matrimonium sine consensu mutuo 16
contrahentium verè esse non potest. Quamuis in
dubio,vtrum conditio propriè dicta fuerit apposi-
ta,an verò modus adiectitius matrimonio absoluto,
hoc posterius (vt dicebam) in fauorem matrimonii
præsumatur,vt proindè matrimonium valeat, mo-
dus autem impossibilis (verbi gratia accipio te in
vxorem, si cælum digito tetigeris; aut si montem
aureum in dotem dederis: vel accipio te in vxo-
rem, vt cælum digito tangas; aut montem au-
reum in dotem des) corruat, & pro adiecto non
habeatur. Vide Couarruuias *par.* 2. *Epith. cap.*
3. §. 2.

SECTIO XXV.

An, si quid relictum sit Fratribus Minoribus de obseruantia, vel Capucinis professis, eorumque Monasteriis, vel Ecclesiis, hæres, & executor teneatur illud præstare?

SVMMARIVM.

1 *Hæres, & Executor non tenetur præstare relictum, si tale sit hæreditas, quia dicti fratres hæredes institui non possunt.*

2 *Hæres, & Executor tenetur præstare legatum factum per modum piæ donationis, vel eleemosynæ dictis fratribus.*

3 *Hæreditas delata fratribus minoribus acquiritur Ecclesiæ Romanæ, quæ hæreditariæ successionis capax est, & si Communitas fratrum Minorum vel Capucinorum capax non sit.*

4 *Hæreditas delata fratribus Minoribus solum Ecclesiæ Romanæ acquiritur in eo, quod dicti fratres eiusdem capaces sunt, non è contra.*

5 *Hæreditas delata fratribus minoribus non Ecclesiæ Romanæ acquiritur, sed Hæredibus ab intestato Defuncti.*

6 *Hæreditas fratribus prædictis relinqui non potest cum ea conditione, vt eam vendant, & venditionis pretium in vsus necessarios expendant, secus est si alius instituatur hæres, cum onere vt hæreditatem vendat, & pretium in vsus necessarios fratrum conuertat.*

8 *Fratribus Minoribus de Obseruantia, & Capucinis potest relinqui legatum per modum simplicis eleemosynæ.*

9 *Spurij non possunt institui Hæredes, sed potest ipsis legari alimentatio, habitatio, & dos, quæ succedit in locum alimentorum.*

10 *Limita nisi legatum sit in tanta quantitate vt in fraudem relictum videatur, vel sub nomine legati hæreditas detur.*

11 *Fratres Minores de Obseruantia, & Capucini ex legato per modum simplicis eleemosynæ tantum accipere possunt, quantum arbitrio Prudentis Viri satis est ad eorum indigentiam subleuandam, & illud plus non possunt exigere, nisi noua necessitas appareat.*

12 *Fratres minores de Obseruantia, quin & Capucini possunt sibi seruare victualia, cum timetur fore, vt in alio tempore habere non possint.*

13 *Item possunt recipere triticum, vinum, & similia supra necessitatem, vt postea per ipsorum Syndicum pro rebus necessariis commutentur, vel vendantur.*

14 *Limita, nisi dictis fratribus legetur Domus ab eorum Monasterio seiuncta, quia huius capaces non sunt; quamuis possint Domos veteres instaurare, extendere, quin & Domum aliam sibi contiguam legatam acceptare si indigeant.*

15 16. & 17 *Limita, nisi iisdem fratribus legetur pro victu, & vestitu annuus redditus perpetuus, vel longus per decennium, vel vltra, quia huius etiam capaces non sunt. Secus est si legetur pro fabrica templi, vel sacelli, luminibus, & aliis ordinatis ad Diuinum cultum seu ipsis fratribus, ad minus tempus quam decennium.*

18. & 19 *Limita, si legetur res mobilis modo adiecto, qui eorum professioni repugnet, vt si legetur hortus, vel vinea, vel quid simile, vt ceteris locent, secus si legetur ad necessariam fratrum recreationem desumendam. vide alios modos recensitos.*

20 *Prelatus Religionis potest legatum relictum in vnum pium vsum in alium commutare.*

1 RESpondetur distinguendo de relicto: vel enim
relictum est hæreditas; vel est legatum per mo-
2 dum scilicet piæ donationis, seu eleemosynæ: si
prius non tenetur hæres, & executor illud præstare;
quia Fratres Minores de obseruantia, & Capucini
professi, non solum singuli (sicut & cæteri cætera-
rum Religionum professi) hæredes institui non
non possunt, sed nec etiam (ad differentiam aliarum
Religionum, quæ in communi possident) eorum
Monasteria & Ecclesiæ; adeò vt talis institutio (si-
cut & hæreditas ab intestato) omninò nulla, & irri-
ta sit; sicuti colligitur ex *Clement. Exiui, ver. quia
agitur, de verb. sign f.* & docet ex communiori sen-
tentia Doctorum Sanchez *lib. 7. moral. cap. 25. num.*
3 14. contra Rodriguez *tom. 1. qq. Regul. q. 78 ar. 5.* qui
ait, quod in tali casu hæreditas acquiratur Ecclesiæ
Romanæ, quæ hæreditariæ successionis capax est,
etsi Communitas Fratrum Minorum, vel Capuci-
norum capax non sit; & sic quod hæc, licet, vtpotè
in communi possidendi incapax, sibi non acquirat,
Ecclesiæ Romanæ tamen acquirat. Sed responderi
posset, quod hæc Ecclesiæ Romanæ quidem acqui-
rat, sed solum quatenus possidendi capax est, & sic
4 Ecclesiæ Romanæ solum acquirat ea, quorum ipsa
communitas Fratrum Minorum, & Capucinorum
aut eorum Ecclesia capax esse potest. Quapropter
cùm ipsi eorumque Ecclesiæ secundùm se hæredita-
riæ successionis, tam ex testamento, quàm ab inte-
stato, incapaces sint (quandoquidem sicuti dice-
bam, nihil in cõmuni possidere possunt, & alioquin
ipsorum Ecclesiæ bonis suorum profitentium etiam
succedere possent) consequens est, quod hæreditas
5 neque Ecclesiæ Romanæ, sed hæredibus ab intesta-
to deferatur, & acquiratur. Quin addo, quod ex cõ-
muniori etiam sententia Doctorum (& idem San-
6 chez *num. 11*, contra Rodriguez *num. 4* docet) Fra-
tribus prædictis propter eandem rationem nec pos-
sit relinqui hæreditas, vt eam vendant, & venditio-
nis pretium in vsus necessarios expendant; quia in
tali casu etiam ius hæreditatis, cum omnibus anne-
xis oneribus, ipsis acquireretur, cuius, vt dicebam
7 incapaces sunt, *cit. Clement. Exiui.* Quamuis secus
dicendum, si alius instituatur hæres, cum onere, vt
hæreditatem vendat, & pretium in vsos necessarios
Fratrum conuertat; quia tunc non ipsi Fratres, sed
institutus hæres ius hæreditatis cum annexis one-
ribus reciperet. Vide Villalobos *in summa tom. 2.
tract. 30. diff. 12. numero* 8. & Diana *resol. supracit.*
8 Sin verò sit posterius (id est, relictum sit lega-
tum) tenetur hæres, & executor illud præstare; quia
licet dicti Fratres, & Capucini professi hæredes (vt
supra dicebam) institui non possint, potest tamen
eis legatum relinqui per modum piæ donationis,
seu eleemosynæ, iuxta *c. exiit, §. ad hæc quia Fratri-
bus, de verbor. signific. in 6. & Extrauag. 1. ver. Porrò vt
circa sepulturam de priuileg.*
Et confirmatur; quia, licet spurij institui hæredes 9
non possint, *Auth. licet in fin. Cod. de natur. filiis,
Auth. quibus modis naturales, §. vlt. Auth. ex complexu,
Cod. de incestis nupt. l. fin. ad S.C. Orficianum, §. nouis-
simè, vbi gl. ver. admittit,* & docet ex communi Couar.
in Epith. part. 2. cap 8. § 5 num. 3. & 4 Clarus, *q. 31.*
& Mol. *disp. 176.* Potest tamen eis habitatio, ali-
mentorum sufficientia; quin & dos (quia succedit
loco alimentorum) legari, *l. si, cui, ff. de alimentis, & ci-
bariis legatis*, modò (sicuti rectè notant Silu. *ver. le-
gatum, 2. q. 2* & Mol *tom. 1. tract. 2. q. 195 §. spuriis*) nõ
fiat in fraudem. Ergo & sic multo magis Fratribus
supra dictis.
Limita tamen primo, nisi legatum tantæ sit quã- 10
titatis, vt similiter in fraudem, sicuti dicebam, re-
linqui videatur, vel sub nomine legati hæreditas
detur. *c. 1. Clement. Exiui, §. cupientes, de verbor. signific.*
& docent ex communi Rodriguez *tom. 2. qq. Regul.
q. 126. art. 1.* & Sanchez *lib. 7. moral. cap. 26. num. 11.* 11
vbi subdunt, quod ex legato dicti Fratres tantum
accipere possint, quantum arbitrio prudentis viri,
spectata personarum, temporum, & locorum quali-
tate, aliisque circumstantiis, ad subleuandam indi-
gentiam necessarium iudicabitur, & sic, quod plus
non possint exigere, nisi noua necessitas appareat.
Vnde dic cum Siluestro *ver. legatum, 2. q. 5. dist. 1.* 12
quod possint sibi seruare victualia, cum timetur fo-
re, vt in alio tempore habere nõ possint. Et dic cum
Sanchez *num. 14* quod possint recipere triticum, vi- 13
num, & similia, supra necessitatẽ, vt posteà per ipso-
rum Syndicum pro rebus necessariis commuten-
tur, vel vendantur.
Limita secundò, nisi dictis Fratribus legetur do- 14
mus ab eorum monasterio seiuncta; quia huius ca-
paces non sunt, *cap. 1. §. confirmatos, de Religiosis do-
mibus in 6. & cap. vn. de excessibus Prælat. in 6.* Quam-
uis possint domos veteres instaurare, extendere,
quin & domum aliam sibi contiguam legatam ac-
ceptare, si indigeant. Vide Rodriguez & Sanchez *in
locis supra citatis.*
Limita tertiò, nisi iisdem Fratribus legetur pro 15
victu, & vestitu annuus redditus perpetuus vel lõ-
gus per decennium, vel vltra; quia huius etiam ca-
paces non sunt, *cit. Clement. Exiui, §. cumque annui
redditus, de verbor. signif.*
Dixi, *pro victu, & vestitu*; quia sic eorum pauper- 16
tas, & mendicitas tolli videtur. Vnde secus dicen-
dum, si legetur annuus redditus pro fabrica tem-
pli, vel sacelli, pro luminibus, vel vestimentis, & or-
namentis Ecclesiæ, & Sacristiæ, pro vino, vel tritico
ad quotidianum sacrificium faciendum, pro libris
emendis, pro infirmaria, seu infirmorum necessita-
tibus, & similibus rebus; sicuti contra Paulum Gle-
mouensem *in tract. de legatis perpetuis relictis Fratri-
bus S. Francisci de obseruantia part. 4. §. 6. num. 19.*
Quesadam *in qq. iuris cap. 22. num. 23.* & Azorium
par. 1. lib. 12. cap. 13. q. 15. docent Rodrig. *tom. 2. qq.
Regul. q. 126. art. 5.* Sanchez *cit. cap. 26. num. 41.* Sà
ver. Religio, num. 57. Laurentius de Portel. *in dubiis
Regular. ver. legatum, num. 7.* Menochius *tom. 2.
114.* Homobonus *in Exam. Eccles. part. 2. tract. 9.
cap. 11. q. 33.* Bonacina *de contract. disp. 3. q. vltim.
punct. 3.* Diana *part. 3. tract. 2 resol. 33.* Hieronymus
Rodriguez *in Compend. qq. Regular. resol. 88. n. 10.* &
videri

videri etiam poterit Anania *consil. 30. n. 3. & seqq.* Abb *consil. 63. num. 2.*

Dixi secundò, *annuus redditus perpetuus, vel longus per decennium, vel vltra*; quia sic eorum paupertas, &
17 mendicitas tolli etiam videtur. Vnde secus dicendum, si legetur ad minus temporis, sicuti contra Paulum Glemensem *loco supra cit. part. 1. §. 4. num. 4.* docent Silu. *ver. legatum. 2. q. 3. dict. 1.* Rosella *ver legare, num. 21.* & Sanchez *num. 36. & 39.* Vel si legetur ad vitam Religiosi, cùm vita hominis incerta sit; sicut docet Sanchez, & Diana *in locis supra cit.* & Abb. *part. 2. consil. 63. num. 6.* Quamuis alij contrarium sentiant: præsertim, si Religiosus (ad vitam cuius legatum relinquitur) sit iuuenis, & corpore sanus; cùm ius annuatim recipiendi totalis hominis vita pluris æstimari soleat; quàm ius percipiẽdi ad decennium. At quidquid sit de hoc, illud saltem dicendum videtur, quod anniuersarium perpetuum, quo hæres grauatur, ad eleemosynam annuatim Fratribus præstandam, relinqui eis non possit, cùm reuerà sit hic redditus annuus pro victu, & vestitu quo paupertas, seu mendicitas eorum aliquo modo tolli videtur, sicuti docent Nauar *lib. 3. consil. 8. num. 3. de testam.* & Sanchez *loco supra cit. n. 44* contra Rodriguez *cit. q. 126. art. 4.*

18 Limita quartò, si legetur res mobilis modo adiecto, qui eorum professioni repugnet; vt si legetur hortus, vel vinea, &c. vt ipsi retineant, excolant, & inde fructus pro victu, vel vestitu, vel etiam pro vino quotidiano colligant, vel diuendant, aut vt eam aliis locent. Item si legetur pecunia, vt ex ea Fratribus vestes duplices, ac superfluæ comparentur, sicuti colligitur ex *cit. cap. exiit. §. ad hac, quia*
19 *Fratribus, de verbor. signif. in 6.* Vnde secus dicendum, si legetur hortus, vel vinea, &c. ad necessariam Fratrum recreationem desumendam, vel ad quotidiana olera tantum colligenda, *cit. Clement. Exiui, §. licet verè.* Item, si legetur hortus, vinea &c. absolutè; quia tunc vendi, & pretium in necessarios vsus Fratrum conuerti potest, *cit. §. ad hac.* Item, si legetur pecunia pro vestitu Fratrum, & ipsi eo non indigeant; quia tunc similiter illa in alias eorumdem necessitates conuerti poterit; sicuti docet præter alios Sanchez *num. 24.* & in hoc sensu intelligo, quod nonnulli Doctores apud Lezanam *tom. 1. cap. 18. num. 94.* docent quod possit Prælatus Religionis legatum relictum in vnum pium vsum, in alium
20 commutare.

SECTIO XXVI.

An, si relictum sit quodcumque, hæres, Et executor teneatur illud præstare?

SVMMARIVM.

1. 2. & 3 *Testator potest relinquere non solum quæ sunt propria actu, sed etiam, quæ sunt propria in potentia, & in spe, item iura, & actiones, item res alienas, ita vt Hæres teneatur has redimere, & præstare, & si non possit earum æstimationem dare. item & res pignoris, quas tenetur luere, & Legatario liberas dare.*

4. 5. & 6 *Limita si testator sciebat rem esse alienam, vel obligatam alteri; secus si ignorabat, nisi ex circumstantiis aliud conuincatur puta, si Persona cui relictum est, est ei coniuncta; vel res relicta sit ipsiusmet hæredis.*

7 *Testator rem hæredis relinquere potest vti propriam secus si res relicta sit Legatarij.*

8 *Relictum inutile est; si Debitor Creditori relinquat censum, quod antea eidem debebat; cum relictum debeat esse gratuitum.*

Respondetur affirmatiuè; quia testator potest 1
relinquere non solum quæ sunt propria actu,
sed etiam quæ sunt propria in potentia, & in spe:
item iura & actiones: item res alienas; ita vt hæres 2
teneatur has redimere, & præstare; & si non possit,
teneatur earum æstimationem dare, *§. non solum Institut. & l. cum alienam, Cod. de legatis*: item & res pi 3
gnoris nomine alteri obligatas, ita vt hæres & has
etiam teneatur luere, & legatario liberas dare, *§. sed etsi, Institut. eod. tit.*

Limita tamen, si testator sciebat, rem esse alienã 4
vel obligatam alteri; secus si ignorabat. Nisi etiam
in hoc casu tales circumstantiæ sint (scilicet quia
personæ coniunctæ, vel valde dilectæ reliquit) vt 5
præsumatur, quod tametsi sciuisset illam esse alienam, vel alteri obligatam, adhuc reliquisset; sicuti
rectè docent Silu. *ver. legatum, 3. q. 2.* Mol. *disp. 196.* 6
& Vasquez *de testam. cap. 8. n. 64* vel nisi res relicta
sit ipsiusmet hæredis: hæc enim præstari debet, licet testator putauerit, non ad hæredem sed ad se 7
spectare, *l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legat. 2.* Et ratio est; quia testator rem hæredis relinquere potest
vti propriam vt notauit gl. *cit. §. si rem suam, ver. facilius res,* & Abb. *in cap. solum, de testam. num. 4.* secus si
res relicta sit legatarij; quia tunc inutile est relictum; cùm quod est alicuius, amplius eius fieri non
possit, *§. sed si rem, Institut. eod. tit.* Vnde similiter inu- 8
tile est relictum, si debitor creditori relinquat
censum, quæ antea eidem debebat; cùm relictum
debeat esse gratuitum, & id, quod anteà debitum
est, gratis non detur Vide *§. ex contrario Institut. eod.*

SECTIO XXVII.

An, si debitor quid creditori suo relinquat, nihil exprimens, in dubio censendus sit, illud reliquisse ad compensationem debiti?

SVMMARIVM.

1 *Debitor ex contractu voluntario si relinquat Creditori suo nihil exprimens, in dubio non censetur reliquisse ad compensandum; secus si Debitor sit de necessitate Iuris.*

2 *Si Maritus Vxori in testamento aliquid relinquens, non addiderit, velle eam pro dote id accipere, præsumitur voluisse vtrumque sc. Legatum, & dotem.*

3 *Si Pater sine consensu filiæ dotem soluto matrimonio exegerit, & postea testamento eidem relinquat, censendus est id fecisse animo compensandi.*

4 *Item dic de aliis debitis necessariis præsertim iniuste contractis, quæ homo sub titulo, & colore legati, honestius se restituere posse arbitratur.*

Respondetur distinguendo: vel debitor est ex voluntario contractu, vel ex necessitate iuris. Si prius, non censetur reliquisse ad compensandum, *argum. l. vn. §. sciendum, Cod. de rei vxoria actione*; vbi habetur, quod, si maritus vxori in testamento aliquid

2 aliquid relinquens, non addiderit, velle eam pro
dote id accipere, præsumendus sit voluisse, illam
vtrumque(legatum scilicet, & dotem)consequi. Si
posterius, censetur reliquisse ad compensaudum,
arg. l. si cùm dotem, §. si pater, ff. soluto matrimonio, vbi
habetur, quod si pater sine consensu filiæ dotem
3 soluto matrimonio exegerit. & postea testamenro
eidem relinquat, censendus sit, id fecisse animo cō
4 peosandi. Quod etiam dicas similirer de aliis debi-
tis necessariis, præsertim iniustè contractis, quæ
homo suo titulo, & colore legati honestius se re-
stituere posse arbitratur. Vide Bart. *in cit. l. si cùm do-
tem*, Abb. *cap. officij, de testam. num.* 4. Couar. *ibid. num.*
2. Silu. *ver. legatum* 3. *q.* 11. Mascardum 1. *vol. concl.*
96. & Fachinæum *lib.* 5. *contr. iur. cap.* 33.

SECTIO XXVIII.

An, si debitor creditori suo, quod ipsi debet ex iniusta actione, relinquere velit in testamento, confessor contentus esse possit, & sic illum absoluere?

SVMMARIVM.

1 *Debitor si Creditori suo, quod ipsi debet ex iniusta actione, relinquere velit in testamento, Confessor contentus esse non potest, neque illum sic absoluere, nisi adsit iusta causa, quæ excuset, quominus restitutio statim fieri debeat, & cur.*

2 *Excipe si is videatur sincero animo agere, & Hæredi restitutionem faciendam committere; vel non sit periculum, vt ex illo testamento dicta legata non debeantur.*

1 Respoodetur negatiuè, nisi adsit iusta causa,
quæ excuset, quo minos restitutio statim fie-
ri debeat, & sic vsqoe ad illud tempus differri pos-
sit. Atque ita docent Sot. *lib.* 4. *de iust. quæst.* 7. *art.*
4. S. Antoninus *part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1. §. 25. *decept.* 4. &
7. Nauar. *capite* 17. *numero* 68. Petr. Nauar. *lib.* 4.
cap. 4. *numero* 72. Aogles *in Flor.* 9. *de restit. art.* 2.
diffic. 4. Sayrus *lib.* 10. *clauis Reg. tract.* 5. *cap.* 3.
dub. 9. Rodriguez *part.* 1. *sum. cap.* 44. *concl.* 7. & To-
let. *lib.* 5. *cap.* 24. §. *oportet*, qui subduut, quod,
licet debitor morti vicinus sit, absolui non debeat,
si quod ipse sine famæ detrimenro restituere po-
test, in testamento, vt ab hærede restituatur, re-
linquere velit. Et ratio est; quia talis non vi-
detur reuera habere propositum restituendi, si
superuixerit; tum quia testamenta, & sic lega-
ta in illis contenta, sæpe sæpius supprimi consue-
uerunt.

2 Excipe tamen, si videatur is sincero animo age-
re, & hæredi restitutionem faciendam committe-
re; quia sic commodius faciendam putat; & ex alio
capite periculum non est, vt testameotum, & lega-
ta in illo contenta supprimantur, vt quia suot ad
causam piam, quæ defectu solemniratum non cor-
ruunt, & hæres ac executor sunt viri probi, & fide-
les; oam io tali casu poterit Confessor infirmo per-
mittere, vt quod debet in testamento creditori suo
relinquat; qua de re vterque Nauarrus *in locis su-
prà cit.*

SECTIO XXIX.

An legata pia, v. g. post aliquot menses pauperibus distribuenda, hæres, vel executor distribuere possit aute tempus, vel diem designatum à testatore?

SVMMARIVM.

1 *Hæres, vel Executor distribuere potest legata pia ante tempus designatum à Testatore.*

2 *Si quis reliquerit annuum censum singulis annis distribuendum Pauperibus iuxta beneplacitum suorum Testamentariorum, possunt illi semel totam illam quantitatem Pauperibus distribuere contra nonnullos.*

3 *Eleemosynæ, & Puellarum electiones relicta iuxta diem à Testatore præfixum faciendæ sunt.*

4 *Opinio in oppositum videtur Auctori probabilior.*

5 *Relictum ad causam profanam tali anno, vel tempore, in fine anni soluendum est.*

6 *Relictum ad causam piam solui debet in principio anni.*

Respondetur affirmatiuè: atqoe ita docent Co- 1
uar. *in cap. tua, de testam. num.* 5. Mantica *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 5. *num.* 20. Padilla *in l. vnum
ex familia, ff. de legat.* 2. *num.* 12. Marienzus *lib.* 5. *recopil. tit.* 4. *leg.* 14. *gl.* 1. *num.* 37. & *seqq.* & Sanchez *in
opusc. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 11. *num.* 4. vbi proptereà, 2
idque ex multis, subdit, quod si quis reliquerit an-
nuum censum singulis annis distribuendum pau-
peribus iuxta beneplacitom suorum testamentario-
rum, possint illi semel totam illam quaotitatem cū
suis redditibus pauperibus distribuere, applicando
eam v. g. alicui monasterio, vel hospitali, &c. vt iis
in perpetuum fruantur; quamuis contrarium sen-
tiant Peralta *in l. cùm pater, §. à filia ff. de legat.* 2. *num.*
1. Berous *in cap.* 1. *de Constitut. num.* 254. & Io. Ba-
ptista Thorus *in singul. piarum causarum, singul.* 56. &
in summa priuilegiorum, priuileg. 23. vbi docetur, quod
eleemosynæ, & puellarum electiones relictæ, iuxta 3
diem à testatore præfixum faciendæ sint.

At quidquid sit de hoc (cuius oppositum, vt su- 4
prà, in fauorem pietatis, & ex præsumpta testatoris
voluntate nisi de contrario constet, videtur mihi
probabilius) illud saltem dicendum est, quod licet 5
relictum ad causam profanam tali anno, vel tem-
pore, in fine anni soluendum sit, *l. qui hoc anno, de
verbor. obligat.* relictum tamen ad causam piam solui 6
debeat in principio, *l. si ita fuerit libertas relicta, ff. de
manum. test.* & docet Tiraquellus *de priuilegiis pro
causa pia, priuileg.* 22. Gomez *in l.* 56. Tauri, *num.* 2.
ver. 11. & Thorus *in summa priuilegiorum piarum cau-
sarum, priuileg.* 11.

DVBITATIO XXII.

An statutum laicorum disponens, vt Episcopus, licet legata pia exequatur contra hæredem, non tamen exequi possit contra laicum tertium possessorem, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVM

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædicta disponens est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Iura tribuentia Episcopo, quod dicta legata exequi possit, indistinctè loquuntur, & consequenter indistinctè debent intelligi, & non restringi.*

3 *Ad consequendum legatum tres dantur actiones, nempe Personalis, Realis, & Hypothecaria.*

4 *Episcopus procedere potest contra Tertium Possessorem, si non actione personali, saltem actione reali, quæ solum requirit Dominium ex parte Agentis, & possessionem ex parte Rei conuenti.*

5 *Actio realis potest etiam non adita hæreditate, contra Possessorem intentari.*

6 *Saluianum Interdictum datur etiam pro consequendo legato contra Tertium Possessorem.*

7 *Episcopus, seu eius Vicarius cumulatiuè etiam non transacto anno legata profana exequi potest, contra nonnullos.*

8 *Amplia id procedere etiam in casu, quo in Testamento non sunt legata pia, sed tantum profana.*

9 *Amplia id procedere, etiamsi Iudex secularis non sit negligens in administranda iustitia.*

10 *Amplia, quod id possit Episcopus & eius Vicarius etiam si non procedat ex officio, sed ad instantiam Partium.*

1 ESPONDETVR affirmatiuè: patet etiam ex dictis *dubit.* 2. & probatur

2 vlterius; quia iura tribuentia Episcopo, quod legata dicta exequi possit indistinctè loquuntur, & consequenter indistinctè debet intelligi, & nō restringi; tum quia alioquin Episcopi munus, & officium facilè eluderentur, interuertendo scilicet

3 possessionem bonorum in tertiam personam; tum quia ad consequendum legatum dantur tres actiones nēpe personalis, realis & hypothecaria (vt patet ex textu in §. nostra autē, Institut. de legatis, & do-

4 cēt ibi gl. cæterique Doctores) & cōsequenter Episcopus procedere poterit cōtra tertium possessorē; si non actione personali (quia ille non est hæres) saltem actione reali, quæ solum requirit dominium ex parte agentis, & possessionem ex parte Rei con-

5 uenti: quapropter potest talis actio, etiam non adita hæreditate contra possessorem intentari, *l. in rem, ff. de rei vindicat. §. omnium autem, Institut. de actionib.* & tradunt ibi communiter Doctores; tum quia pro consequendo legato, & acquirenda eius possessione

6 datur contra tertium possessorem etiam aliud remedium, scilicet Saluianum interdictum.

Quod, si verum est in legatis prufanis, multò magis verum erit in legatis piis. Atque ita docent Gratianus *in disce. tat forens. to. 1. cap. 62. num. 27. & seqq.* Gutierez *pract. qq. libro. 4. quæst. 29. num. 14.* & Cialinius *in controuers. forens. cap. 28. num. 25. &* 26. Vide etiam, quæ dicebantur *supra dubitat.* 21. *sect.* 18.

7 Cæterum, an transacto anno possit Episcopus, & eius vicarius, cumulatiuè ad Iudicem secularem, intētata etiam eo à ipsis actione aduersus executores, aut hæredes laicos ab eo, cui à testatore aliquid (etiā ad causam non piam) relictum est, legata non pia exequi?

Respondetur affirmatiuè; qua de re dixi *supra cit. sect.* 18. & dicam *cap.* 10. *dubit.* 6. *sect.* 7. & docent etiam gl *in cap. si hæres de testam.* & Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *in collect. to. 1. lib. 3. tit. 26. cap. 6. num. 2.. & de potest. Episc. par. 3. allegat. 82. num. 15.* Molina *de iust. to. 1. tract. 2. disp. 250. num. 5.* & Bonacina *de contract. to. 2. disp. 3. q. 17. punct. 8. §. 10. num.* 1. Et ratio est; quia (vt ibidem dicebam, & probat Abb. *in cap. si hæres, de testam. num. 3. & in relect. cap. cum esses, eod. tit. nu.* 31. Episcopo ex officio suo commissum est, defuncti voluntatem (etiam quando ad piam causam non est) in bonum ipsius defuncti exequi, & adimplere; & consequenter Episcopus, & eius vicarius potest cumulatiuè ad Iudicem secularem, etiam quando aduersus executorem aut hæredem laicum actio intentatur, efficere, vt ea via in defuncti bonum voluntas ipsius defuncti in executionem mittatur: quamuis alij id negent; cùm executor, & hæres sit laicus; & ex alio capite actio forum Rei sequatur. Sed ad talem eorum rationem facile Respoonderi potest ex dictis.

Ex quibus contra Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. par. 2. quæst.* 21. *num.* 8. & Bobadillam *in Polit. to. 1. lib. 1. cap 17. num.* 103 sequitur primo, quod id exequi possit Episcopus, & eius vicarius, etiam in casu, quo in testamento non sint legata pia, sed sint omnia profana. 8

Sequitur secundò, quod etiam id exequi possit Episcopus, & eius vicarius in casu, quo Iudex secularis non sit negligens in administranda iustitia. 9

Sequitur tertiò, quod etiam id exequi possit Episcopus, & eius vicarius in casu, quo nō procedant ex officio, sed ad instantiam partis, quod scilicet executores, aut hæredes laici dicta legata exequantur. 10

DVBITATIO XXIII.

An statutum laicorum disponens, vt mortuo Episcopo inuentarium bonorum pro spolio fieri possit à Iudice seculari, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædicta disponens est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Successor Episcopi vel est Episcopus, vel Ecclesia, vel Camera Apostolica, & consequenter non potest Iudex secularis conficere Inuentarium, cum non possit in has Personas iurisdictionem exercere.*

ESPONDETVR affirmatiuè. Patet etiam ex dictis *dubit.* 2. & confirmatur quia, cùm tam mortuus quàm successor dictorum bonorum dominus sit persona Ecclesiastica (quandoquidem ex morte vnius Episcopi ad illa succedit alius Episcopus, vel Ecclesia, vel Camera Apostolica) non est cur inuentarium dictorum bonorum fieri possit à Iudice seculari, qui nullam in dictas personas, eorumque bona iurisdictionem habet. Atque ita docent Martha *de iurisdict. par. 4. cas. 122. numero.* 15. Franc. Marchus *par 1 decis* 105. & Barbosa *de iure Pontificio libro. 1. cap. 8. num.* 88. contra Gutierez *in pract. quæst. libr. 2. quæst. 49. num.* 1. Cabedum *decis.* 83. & Ceuallos *de cognitione per viam violentia par. 2. q. 78. num.* 13.

DVBITATIO XXIV.

An statutum laicorum inualidans donationem vltra quingentos aureos Ecclesiæ factam,si non adsit insinuatio, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM

1 *Recensitum statutum est contra libertatem Ecclesiasticam, quia hoc esset imp.dire liberam dispositionem iure concessam in acquisitione, & contractatione inter Laicos,& & Clericos,& sic impedire Ecclesiasticam libertatem.*

2 *Leges illud C.de Sacrosanctis Eccles.& sancimus C. de donat.quatenus prædictam insinuationem, requirunt in donatione Ecclesiæ facta, sunt irrita, & nulla.*

1 RESpondetur,quod tale statutum sic disponens si scilicet adsit insinuatio, id est,solemnitas quædam consistens in registratione penès acta coram Iudice seculari super donationem,interponēte suam auctoritatem,vti notauit glossa *in §. illud,in ver.gesta,in Authent.* vt non fiant pignot.) sit contra libertatem Ecclesiasticam. Patet etiam ex dictis *dubit.* 2 quia hoc esset impedire liberam dispositionem iure concessam in acquisitione, & contractatione inter laicos,& clericos;& sic impedire Ecclesiasticam libertatem,quæ laicæ potestati, & iurisdictioni non subiacet. Atque ita docent Hostiensis,&
2 Io.Andr.*in cap.fin. de fide instr.* Vitalis *in tract.clausular in cap.an legibus insinuat.exig.post.renunt.num.* 105. & Regens de Ponte,*in respons.super Censur.Pauli V. fol.*99. qui propterea rectè subdunt, quod *l. illud, Cod.de Sacrosanct.Eccles.& l.sancimus, Cod. de donat.* quatenus prædictam insinuationem modo supra dicto in donatione Ecclesiæ facta requirunt,sint irritæ,& nullæ.

DVBITATIO XXV.

An statutum laicorum inualidans donationem omnium bonorum, vel maioris partis à patre filio exempto(vtpotè clerico v. g.) factam, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædictum est contra libertatem Ecclesiasticam si donationem recensitam inualidet simpliciter, id est etiamsi facta fuerit sine fraude tributorum;& in casibus iure permissis.*

2 *Lex 11. tit. 10. lib.5 Recopil.non impedit homini libero liberam administrationem suarum rerum in fauorem Ecclesiæ modo licito,& in casibus iure permissis.*

3 *Item non irritat ipso iure donationem filio Clerico factam;sed solum illam præsumit fraudolentam, & annullat ipso iure ad effectum procedendi, non autem ad alium effectum.*

4 *Præsumptio in d.lege non est iuris,& de iure (cùm possit probari contrarium)sed solum iuris, & ideo nullitas ibi inducta non est nullitas vera, sed præsumpta, atque adeo reperta veritate reuocabilis.*

9 *Donatio prædicta est nulla etiam in foro conscientiæ si sit facta in fraudem tributorum,secus si contrarium.*

RESpondetur affirmatiuè. Patet etiam ex 1 dictis *dubit.* 2.Quod tamen intellige, si eā inualidet simpliciter, id est, etiamsi facta fuerit non in fraudem tributorum, & in casibus iure permissis;& hoc probaretur: secus, si aliter.

Non obstat lex 11.*tit.*10. *lib.* 5. *Recopil.* vbi con- 2 trarium decerni videtur. Non obstat, inquam,quia reuerà lex illa non impedit homini libero liberam administrationem suarum rerum in fauorem Ecclesiæ modo licito,& in casibus iure permissis, vti supra dicebam:nec irritat ipso iure donationem fi- 3 lio clerico factam, sed solū illam præsumit fraudulentam,& annullat ipso iure ad effectum procedendi,non autem ad alium effectum. Quod inde probatur; quia dicta lex concedit donatori allegandi de suo iure licentiam, quæ licentia ad nihilum deseruiret,si donatio semper,& in omni casu esset nulla;quandoquidem si talis esset semper, & in omni casu, semper, & in omni casu quidquid allegasset donator,ab ipso,vel ab ipsius hærede fiscus sua tributa posset exigere. Vnde dicendū, quod præsūptio 4 in lege illa non sit iuris,& de iure(cū possit probari contrariū)sed solum iuris;ac proinde quod nullitas ibi inducta non sit nullitas vera, sed præsumpta;atque adeò,reperta veritate,reuocabilis. Sicuti docet præter alios Flores de Mena *va. q.lib.1.q.* 21. §. 2. *n.*73.contra Azeuedum *to.3.lib.5.tit.*10.*leg.*11.*n.*18. *Recopil.*Matticnzū *in eu.lug.*11.*tit.*10.*lib.*5.*gl.* 5. *n.*3. &Vasquez *opusc.de restitut.* .6.§ 1.*dub.*2.*n.*34.vbi ait, 5 quod dicta donatio simpliciter sit nulla, etiam in foro conscientiæ;sed minus rectè,si (vt supra dicebam)facta sit sine fraude tributorum, & in casibus iure permissis;in quo casu valida est, non solum in foro conscientiæ,sed etiam in foro exteriori, si scilicet facta fuisse sine fraude tributorum,probaretur, vti dicebam.

DVBITATIO XXVI.

An statutum laicorum disponens de crimine hæresis, pœnas in illud committentes infligendo, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum prædictum est contra libertatē Ecclesiasticā.*

2 *Crimen Hæresis est merè Ecclesiasticum; non obstante quod olim Imperatores de illo statuerint.*

3 *Laica Potestati hodie de iure Canonico prohibetur sub pœna excommunicationis aliquid statuere de crimine hæresis.*

4 *Laica Potestati cognoscere de crimine hæresis prohibetur etiam,si incidenter id faceret.*

5 *Laica Potestas dicto crimini hæresis potest imponere alias pœnas præter eas,quæ iure Canonico sunt imposita,si non sint eis contraria.*

6 *Benifacius VIII. approbat leges ciuiles in denotionem*

Ecclesiæ, & Hæreticorum exterminium latas, quatenus hæ legibus canonicis non obstant. vide alia quæ decernit.

1 RESPONDETVR affirmatiue. Patet etiam
2 ex dictis *dubit.* 2. præsertim quia tale crimen est merè Ecclesiasticum.

Neque obstat, quod olim Imperatores de illo statuerint; vt patet ex §. *si verò crimen in Auth. de sanctiss. Episc. & ex l. 1. §. fin. Cod. de summa Trinit. & l. quicunque. §. vlt. Cod. de hæreticis.*

3 Respondetur enim, quod, licet id verum sit, hodie tamen, & meritò propter rationes dictas, id laicę potestati iure Canonico sub pœna excommunicationis ipso facto incurrēda prohibeatur. *Cap. quæ in Ecclesiarū, de constitut. cap. vlt. de immunit. Eccles. cap. nouerit, de sentent. excommun. cap. statutum Ciuitatis, cap. accusatus, §. sacerdotes, & cap. vt inquisitionis officium, de hæreticis in 6.* ibi: *Prohibemus quoque districtius Potestatibus, dominis temporalibus, & rectoribus, eorumque officialibus sub-radictus, ne ipsi de hoc crimine, cum merè sit Ecclesiasticum, quoquo modo cognoscant, vel iudicent.* Idem statuitur in Constitutione Iulij III. licet à diuersis apud Pegnam inter literas Apostolicas: & docent Parisius *lib. 4. consil. 2. num.* 107. Simanchas *Cathol. Instit. tit. 36. rubr. de Iudicibus secularibus, num. 1. & in Enchirid. violat. Relig. tit. 66. rubr. de Iudicibus secularib. nu* 1. Farinacius *q. 186. nu.* 154. Clarus *in pract. crim. §. hæresis, nu.* 4. Castrus *lib. 1. de iusta hæretic. punit. cap.* 23. Scaccia *tract. de iudic. causarum, cap. 15. num.* 2. qui ex *cit. cap. vt inquisitionis offi-*
4 *cium, §. prohibemus, ver. quoquo modo*, ex ly *quoquo modo* subdunt, & rectè, quod laicæ potestati cognoscere de crimine hæresis interdicatur, etiam incidenter.

5 Non nego tamen, quod possit potestas laica dicto crimini alias pœnas (præter eas, quæ iure canonico sunt impositæ, si non sint eis contrariæ) imponere, prosequi, & exercere; sicuti ex communi tradunt Penna *in director. Inquisit. par. 3 q. 86. comment.* 135. Farinacius *de hæresi, q.* 186. *nu.* 157. Carter. *tract. de hæretic. num.* 64 Decianus *in tract. crimin. lib. 5. cap. 35. num.* 2 & videri etiam poterit doctissimus Cardinalis de Lugo *tract. de fide disp.* 24. & Carena *in praxi S. Officij, par. 2. tit. 3. §. 4. nu.* 13. Vide, quæ dicentur *cap. 10 dubit. 2. sect. 2. & cap. 14 dubit. 9. seqq. 2. & seqq.* Vide etiam omninò *cit. cap. vt Inquisitionis, de hæreticis in 6.* vbi Bonifacius VIII. approbat leges ciuiles in deuotionem Ecclesiæ; & hæreticorum exterminium latas, quatenus hæ legibus canonicis non obstant. Secundò monet Potestates omnes seculares Inquisitoribus in inuestigandis, & capiendis hæreticis obedire. Tertiò mandat prædictis potestatibus, vt reos condemnatos ab Episcopo, vel Inquisitore, sibique relictos puniendos, sine dilatione, appellatione, vel proclamatione, pœnis debitis afficiant. Quartò prohibet, ne de hoc crimine, vtpotè Ecclesiastico, quoquo modo cognoscant, neue reos è carcere liberent, vel condemnatoriam sententiam retardent; quod si contra facere præsumpserint, excommunicatione innodentur; & si in illa per annum perstiterint tanquam hæretici condemnentur.

SECTIO II.

An Iudex laicus in cognitione huius criminis, possit aliquo modo se intromittere?

SVMMARIVM

1 *Iudex laicus in cognitione criminis hæresis, vtpote Ecclesiastici nullo modo neque directè, neque indirectè potest se intromittere.*

2 *Dictio (quomodo) omnem cognitionem excludit etiam incidentem.*

EX dictis sequitur primò, quod Iudex laicus in 1
cognitione huius criminis, vtpotè Ecclesiastici, nullo modo neque directè, neque indirectè, possit se intromittere; quia expressè *in cit. cap. vt Inquisitionis*, dicitur: *Prohibemus, ne ipsi de hoc crimine (cum merè sit Ecclesiasticum) quoquo modo cognoscant, vel iudicent.*
Quæ verba omnem cognitionem, etiam inciden- 4
tem, excludunt, vti supra dicebam; & docent præter Doctores supra citatos glossa *in dicto cap. vt Inquisitionis*, Io Andreas *col. in fin.* & Gemin. *num.* 4.

SECTIO III.

An Princeps laicus possit condere statuta, quibus præscribatur modus procedendi, vel puniendi hoc crimen, diuersus ab eo, quem Ecclesia præscribit.

SVMMARIVM.

1 *Princeps, & Iudex secularis non potest concedere statuta, quibus præscribatur modus procedendi, vel puniendi crimen hæresis, diuersus ab eo, quem Ecclesia præscribit, & obseruat.*

2 *Præscribere modum procedendi in crimine hæresis, cum tale crimen sit Ecclesiasticum, ad Ecclesiam, & non laicam iurisdictionem pertinet.*

3 *Statuta laicorum Ecclesiasticam iurisdictionem concernentia, nullius valoris sunt, dum à Pontifice Romano non approbantur.*

4 *Statuta laicorum si solum augent, vel promouent procedendi, & puniendi modum, quem Ecclesia obseruat, firma, & valida sunt.*

SEquitur secundò, quod Princeps, & Iudex se- 1
cularis non possit condere statuta, quibus præscribatur modus procedendi, vel puniendi hoc crimen; diuersus ab eo, quem Ecclesia præscribit, & obseruat. Atque ita habetur in cap. statutum Ciuitatis, de hæreticis in 6. Et probatur; quia hoc esset
de crimine cognoscere, & in alienam messem falcē 2
mittere: tum quia præscribere modum procedendi in crimine hæresis, cùm tale crimen sit Ecclesiasticum, ad Ecclesiasticam, & non laicam iurisdictionē
pertinet Ergo, &c. Accedit, quod statuta laicorum 3
Ecclesiasticam iurisdictionem concernentia nullius valoris sunt, dum à Pontifice Romano non approbantur, *cit. cap. vt inquisitionis in princip. & cap. quæ in Ecclesiarum, de constit.* & docent gl. & Doctores ibi, quos refert Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 26. num.* 4. Bossius *tit. de hæreticis num, 13. & seq.* & dicebamus nos *supra dubit* 2.

Dixi, statuta laicorum modum procedendi, vel puniendi crimen hæresis diuersum ab eo, quem Ecclesia obseruat, præscribentia, nullius valoris esse; quia si solum augent, vel promouent procedendi & puniendi modum, quem Ecclesia obseruat, id est, au-
gent pœnas per ius Canonicum hæreticis imposi- 4
tas aut mandant impositas ab Ecclesiastico Iudice obseruari, firma, & valida sunt; sicuti supra dicebatur. Et ratio est; quia tunc non cederent in diminutionem Ecclesiasticæ iurisdictionis, sed potius in augmentum illius.

SECTIO IV.

An Iudex laicus possit examinare causas,& processus hæreticorum,qui puniendi sibi à Iudice Ecclesiastico committuntur?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus non potest examinare causas,& processus Hæreticorum,qui puniendi sibi à Iudice Ecclesiastico committuntur quia alias esset cognoscere causas hæresis contra prohibitionem.*

1 SEquitur tertiò,quod Iudex laicus nõ possit eaaminare causas,& processus hæreticorũ, qui puniendi sibi à Iudice Ecclesiastico committũtur;quia hoc esset facere contra cit. cap. *vt inquisitionis*, vbi ipsi demandatur,vt reos sibi relictos indilatè pœnis dignis puoiendos recipiat,& de tali crimine,vtporè Ecclesiastico,non cognoscat,nec quoquo modo iudicet, nec sententiæ executiooem adimplere recuset,vel alias directè, vel indirectè impediat;at si reos sibi commissos,vt eorum causas pollet iterum eaaminare, reos non pœois digois puniendos, sed potius eaaminandos,vt puoiantur,vel libereotur, reciperet,& sententiæ executionem adimplere recusaret,ac tandem de hæresis crimine veiè cognosceret. Ergo, &c. sic gl. *ibi,ver indilatè*,Ioan. Andreas, *num* 1.*col*.2.Franc.*numer*. 3. Vmbert.Locat.*in Iudic. Inquisit.ver.Iudex,num*.57.Pegna 3.*par. direct.quæst*. 36.*numer*. 85. Calderin.*tract.de hæretic.rubr de pœnis hæreticorum num*.10.& Farinacius *quæst*. 97. *de pœnis temperandis num*.103.*& de hæresi,q*.186.*num*.161.

SECTIO V.

An Iudex laicus à Iudice Ecclesiastico pro capiendis, & custodiendis hæreticis requisitus,teneatur ei auxilium præstare?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus ab Inquisitore, vel Episcopo pro capiendis,& custodiendis Hæreticis in auxilium vocatus, tenetur ei auxilium præstare.*

1 SEquitor quartò, quod Iudex laicus ab Inqnisitore,vel Episcopo pro capiendis,& custodiendis hæreticis in auailium vocatus,teneatur ei auxilium præstare, *cit.cap.vt inquisitionis*;& videri poterit Constitutio Innocentij IV. Vrbani IV. & Martini V.apud Vmbert.Locatum *in cit.ver.Iudex, num*.57.& Farinac.*q*.186.*n*.160.

SECTIO VI.

An,si Iudex laicus auxilium præstate recusauerit,vel sententiam à Iudice Ecclesiastico latam,exequi distulerit, pœna aliqua cogendus sit?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus,si auxilium Inquisitori, vel Episcopo pro capiendis, & custodiendis hæreticis, præstare recusauerit,vel sententiam à Iudice Ecclesiastico latam exequi distulerit,pœna excommunicationis,aliisque arbitrariis pœnis pro qualitate dilationis & contumaciæ cogendus est.*

2 *Recusans præstare supradicta cum sit requisitus redditur suspectus fautoriæ,& tanquam fautor Hæreticorum puniri potest.*

3 *Iudex Ecclesiasticus cogens Iudicem laicum, vt contra Hæreticos mortis sententiam exequatur, non contrahit irregularitatem.*

SEquitur quintò,quod si Iudea laicus aoxiliũ hoc 1
præstare recusauerit, vel sententiã à Iudice Ec-
clesiastico latã eatqui distulerit,pœna excommuni-
cationis,aliisque arbitrariis pœnis pro qualitate di-
lationis & contumaciæ,cogendus sit Sic Pegna 3.
par.direct.q.36.*comment*.85 & Farinacius *q*.186.*num*.
163.Quinimmò recusans eaequi sententiam à Iu- 2
dice Ecclesiastico latam,vel omittens hæreticis pu-
niendis auailium præstare, cùm sit requisitus,red-
ditur suspectus fautoriæ,ac proinde tanquam fau-
tor hæreticorum puniri poterit. Sic etiam Pegna
cit.comment.85.Farinac.*cit.q*.186.*num*.164.& Graff.
lib.4.*decis.cap*.18.*num*.22.Non tamen per hoc,quod 3
Iudex Ecclesiasticus cogat Iudicem laicom,vt con-
tra hæreticos mortis sententiam exequatur,irregu-
laritatem contrahit,sicuti dicetur infra *cap*.10.*dubit*.
10.& videri poterit Pegna *loco supra cit.in fin*.

SECTIO VII.

An Iudex laicus obligatus sit statim hæreticum sibi à Iudice Ecclesiastico commissũm, pœna mortis afficere?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus obligatus est statim, & absque vlla dilatione(id est intra sex dies, post quam legitimè fuerit requisitus) hæreticum sibi à Iudice Ecclesiastico commissum,pœna mortis afficere.*

SEquitur sextò, qood Iudea laicus obligatus sit 1
statim, & absque vlla dilatione (id est,iotra sex dies,postquam legitimè fuerit requisitus) hæreticũ sibi à Iudice Ecclesiastico commisũ pœna mortis afficere,;quia talis est pœna contra illum per leges ciuiles à Pootificibus approbatas stabilita, *cit. cap.vt inquisitionis,§.prohibemus*,& Constit. Innocentij VIII quæ incipit: *Dilectus filius*;& docent Pegna 3.*par direct. q*. 36.*comment*.85.Farinacius *q*.97.*num*. 105. *& de hæresi q*. 186 *numer*.162.& 165.& Diaz *pract.crimin.Canon.cap*.144.*num*.2.

SECTIO VIII.

An, si Iudex laicus cognoscat reum falsis testibus esse condemnatum, debeat adhuc in illum mortis sententiam exequi?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus si euidẽter,& absque vlla tergiuersatione,& processus visione cognoscat Reum falsis testibus esse condemnatum,non debet exequi.*

2 *Iudex non debet condemnare Innocentem, quamuis probatum Nocentem.*

3 *Iudex laicus si non cognoscat euidenter; sed aliter*

altior indagatio requiratur teneatur exequi, quia non potest processum examinare.

4 Iudex laicus, si euidenter constet de sententia nullitate ob non seruatum ordinem Iuris, vel quia sententia fuit lata à Iudice incompetente, vel non habente iurisdictionem non debet Reum condemnare.

5 Iudex laicus, si nullitas sententiæ accidenter non appareat, non potest executionem præferre prætextu nullitatis, quia non potest causa etiam remittendi ad superiorem, probationes recipere.

6 In aliis delictis licet possit Iudex laicus in continenti, probationes quæ offeruntur recipere remittendi causa Reum ad superiorem, id tamen non procedit in crimine hæresis ob fidei fauorem.

1 Respondetur, si id euidenter, & absque vlla tergiuersatione, & processus visione cognoscit,
2 non debet exequi, quia innocentem, quamuis probatum nocentem, non debet, Iudex condemnare;
3 sicuti lib. de Parlã. Dub. 4. sect. 21. subsect. 12. ex probabiliori sententia Doctorum dicebam. At si id nō euidenter cognoscit, sed altior indagatio requiritur, tenetur exequi; quia ipse non potest processum examinare, neque potest prætextu iniustæ cōdemnationis, executionem retardare.
4 Et quod dixi de iniusta sententia ob delinquentis innocentiam, idem dico, si constet de nullitate sententiæ, ob non seruatum ordinem iuris; vel quia fuit sententia lata à Iudice incompetente, vel iurisdictione non prædito; quia tunc non ex auctoritate publica, sed priuata reus condemnaretur, quod est iniquum, & proinde executor exequi non debebit. Sic Decianus tract. crimin. lib. 5. cap. 25. num. 3. & 4. Repert. Inquisit. ver. executor, vers. ex prædicto, Contad. Brun. de heretic. par. 4. cap. 15. num. 10. & seqq. Gundisalu. de heretic. quest. 19. num. 6. & 7. Farinacius de pœnis temper. quæstio. 97. n. 77. 88. 92. & seqq. & nos dicebamus cit. subsect. 12.
5 At si nullitas sententiæ euidenter non appareat, non potest Iudex laicus executionem differre, prætextu nullitatis; quia non potest tunc, etiam ad effectum supersedendi à sententiæ executione, & causam remittendi superiori probationes recipere; quia licet id in aliis delictis possit facere, quan-
6 do in continenti probationes afferuntur (vti docent Nauar. in cap. non contingat, in primo rem. num. 7. & 8. de rescript. Salzed. in addit. ad pract. Bernardi Diaz cap. 154. numero 14. & Farinacius quæst. 97. num. 91. & 92.) non tamen potest facere in crimine hæresis, in fauorem fidei, sicuti statuitur in Constitutione Innocentij VIII. supra cit. & docet Simanch. Catholic. Instit. tit. 36. n. 7. & Farinac. q. 97. n. 108.

SECTIO IX.

Difficultates, earúmque solutiones.

SVMMARIVM.

1 Iudex laicus Executor, licet non possit iniustitiam, vel nullitatem sententiæ cognoscere, nisi per scientiam priuatam, tamen hæc sufficit, vt non debeat ille ad executionem sententiæ procedere.

2 Scientia publica in oppositum non honestatur, quando in errore fundatur.

3 Pugnatio militis non honestatur ex præcepto Principis Bellum iniustum inuentus euidenter.

4 In cap. Pastoralis tantum colligitur, quod Executor debeat, licet cognoscat iniustam sententiam exequi, si illa iniusta sit in iis, quæ condemnatus Reus cedere potest, non autem in priuatione vitæ, vel etiam membrorum quam cedere non potest.

5 Non semper obediendum est Iudici, si euidenter iniquum sit illius mãdatum, sine cetera sui, secus si aliàs fuerit sanctum, quia hoc præceptum non dicitur iniustum, sed iustum ex iuris rigore, & sic exequendum.

6 Sententia, à qua non est appellatum, elapso decennio mandanda est executioni.

7 Spontanea appellationis omissio purgat turpitudinem, quæ sententia inerat, item dic si appellauit, & succubuit.

8 Executor non teneatur sententiam latam exequi, si sciat illam nullam, v. g. latam ex vi falsarum literarum quod intellige in criminibus ab heresi diuersis, non in crimine heresis.

Obiicies, si Iudex laicus exequi non deberet, id esset, vel quia cognoscit iniustitiam ex actis, vel aliunde: non ex actis, cùm apud ipsum illa facta non fuerint, neque possit ipse examinare: neque aliunde; quia si ea, vt priuata persona, legit, exinde tantum hauriret scientiam priuatam; at ex scientia priuata moueri non potest ad sententiæ executionem supersedendam; cùm in executione sententiæ gubernari non debeat ex scientia priuata, sed publica, sicuti similiter in sententiæ prolatione Iudex gubernari nō debet ex scientia priuata, sed publica, quam scilicet gignūt testes, & probationes. Ergo, &c. Sic Simanc. cit. tit. 56. at I. diuibus secularibus, num. 6. & seqq. & in Enchirid. viol. relig. tit. 66. rubr. de sententiis, num. 4. & seqq. & inclinat Farinacius q. 97. de pœnis temper. num. 107. & seqq. & de heresi. q. 186. num. 168. & seqq. & alij, qui tenent, quod Iudex laicus quantumcumque cognoscat iniustitiam, vel nullitatem sententiæ Iudicis Ecclesiastici, adhuc teneatur sententiam exequi. 1

Respondetur, quod licet Iudex laicus executor non possit iniustitiam, vel nullitatem sententiæ cognoscere, nisi per scientiam priuatam, tamen hæc sufficiat, vt non debeat ille ad executionem sententiæ procedere: procederet enim ad rei iniquæ executionem, qualis est, innocentem vita priuare; quod neque honestatur ex scientia publica in oppositum, quia euidenter hæc in errore fundatur; sicuti non honestatur ex præcepto Principis bellum iniustum ineuntis pugnatio militis euidenter bellum iniustum scientis, sicuti cit. subsect. 12. diffusius dicebam. 2

Obiicies secundò, in cap. pastoralis, §. quia verò, de officio, & potest. Iudic. delegat. sic habetur: Quia verò sæpè contingit, quod executio sententiæ ordinario demandetur, quæsiuisti, an si ipsam iniustam cognouerit, debeat eam executioni mandare; attendentes nos, quod non cognitio, sed executio tantum demandetur eidem, Respondemus, quod cùm ordinarius teneatur obsequi delegato, etsi sciat sententiam illam iniustam, exequi nihilominus tenetur eandem, nisi apud eum efficere possit, vt ab hoc onere ipsum absoluat. Cùm ergo Iudici laico solum executio, & nulla cognitio demandetur, cōsequens est, quod, etiamsi cognoscat sententiam contra hæreticum latam esse, debeat nihilominus illam exequi. 3

Respondetur, ex cit. cap. pastoralis, tantum colligi, quod executor debeat, licet cognoscat iniustam, sententiam exequi, si illa iniusta sit in iis, 4 quæ condemnatus reus cedere potest, non autem,

in priuatione vitæ, vel etiam membrorom, quam
cedere non poteſt. Ita gl. *ibi*, *verb. etsi ſ:sat,in fin.*
5 vbi ſic ait: Non ſemper obediendum eſt Iudici, ſi
euidenter iniquum ſit illius mandatum; ſiue con-
tra ius, *c.quod culpatur*, 23.q.5.ſecus ſi aliàs fuerit
iniuſtum *c.lex externa,c.cùm minister,23.quaſt.5* quia
hoc præceptum non dicitur iniquum, ſed iuſtum
ex iuris rigore,& ſic exequendum.Nam v.g.ex quo
6 ſententia lata eſt,licet iniuſta,& contra ius litigan-
tis, à qua non eſt appellatum,elapſo decennio de
iuris rigore mandanda eſt executioni, *argum.l.vlt.*
Cod. vt lite pendente. Spontanea enim appellationis
7 omiſſio purgat turpitudinem,quæ ſententię inerat,
argum. l.ſi ob tur, em, ff.de condict. ob turpem cauſam.
Item ſi appellauit ſecundò, & ſuccubuit;quia hoc
etiam de rigore iuris introductum eſt,ne lites pro-
trahantur in infinitum. Accedit,quod *ibidem* gloſſ.
8 dixerat, quod executor non teneatur ſententiam
latam exequi, ſi ſciat illam nullam,verbi gratia latã
ex vi falſarum literarum,vel ex eo,quod Iudex falſis
inſtrumentis, vel aduerſarij dolo iuriſdictionem
vſurpauerit;quia in tali caſu executionem ſuperſe-
dere debet, ſi in continenti hæc coram executore
obiiciantur; poterit tamen illa recipere,vt cauſam
ſuperiori referat; quod intellige in criminibus ab
hæreſi diuerſis,non autem in crimine hæreſis; cùm
in tali crimine nulla cognitio iudicialis à Iudice
laico haberi poſſit, vti *ſupra* dicebam Videri etiam
poterunt, quæ *in citata ſubſectione* 12. diffuſiùs dice-
bantur,& quæ *in cap.*14.*dubit.*9 dicentur.

Cæterum an,ſi ſententia nulla fuerit iuſta, ſit e-xequenda,vide Paulum Staibanum *reſol.*55.

DVBITATIO XXVII.

An ſtatutum laicorum diſponens vt familiares S. Inquiſitionis non gaudeant ſine conſenſu Inquiſitorum priuilegio fori in aliquo delicto, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam?

SVMMARIVM.

1 *Statutum talia diſponens eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

2 *Iuriſdictio, quam habent Inquiſitores in ſuos familiares, eſt Eccleſiaſtica; & eſto ſit Regia, data fuit propter benemerita,& publicum bonum.*

3 *Priuilegium conceſſum propter benemerita dicitur remuneratorium,& tranſit in vim contractus.*

4 *Priuilegium Eccleſiæ conceſſum dicitur Priuilegium conceſſum non ſubdito,& ſic eſt irreuocabile.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè.Patet etiam
ex dictis *dubit.* 2. Et confirmatur quia
iuriſdictio,quam habent Inquiſitores
2 in ſuos familiares, eſt Eccleſiaſtica:&
eſto,ſit Regia,id eſt,à Rege procedens,
data fuit propter benemerita & publicum bonum;
ſcilicet propter ſeruitia facta Tribunali S Officij,ad
publicum bonum;& ſic effecta eſt irreuocabilis.

3 Primò,quia,cùm conceſſa ſit propter benemerita
& bonum publicum,eſt priuilegium remunerato-
rium,& ſic priuilegium,quod tranſit in vim con-
tractus;qua de re dixi *cap.*1 *dubit.*2.*ſect.*2. *& libro de*
Parlament dubit. 4.*ſect.*19 *ſubſect.* 4.*& Dubit.*17.*ſect.*
3.4.*& ſeqq.* Et videri etiã poterit Sordus *conſil.*104.
num. 38. Grammaticus *deciſ.* 65 *numer.* 24. Oſaſcua
*deciſ.*139.Rolandus à Valle *conſil.*13.*num.* 30. *vol.* 3.
Bayerola *in allegat.pro iuriſdict.S.Officij,art.*5.*num.*91.
Cochier *de libertate Eccleſiaſtica par.*1.*cap.*30.& Re-
gens à Ponte *conſil* 60.*num.* 22.

Secundò, quia,cùm conceſſa ſit in fauorem Ec- 4
cleſię,& priuilegium conceſſum nõ ſubdito;qua de
re etiam dixi *in locu ſupra cit* vbi probabam,quod hęc
differentia ſit inter priuilegium à Principibus lai-
cis Eccleſiæ, & priuilegiũ ab Eccleſia Principibus
laicis(vt cognoſcendi cauſas Eccleſiaſticorum,&c.)
conceſſum quod hoc,licet conſuetudini immemo-
rabili nitatur,poſſit(tanquam priuilegium ſubdito
conceſſum)reuocari;non ſic propter oppoſitam ra-
tionem illud. Vide Suarez *contra Regem Angliæ lib.*4.
*c.*34.*n.*27 & Tuſchum *to.* 5. *ver.libertas Eccleſiaſtica,*
con l. 41. Narbonam *in* 3.*par.Recopil.lib* 4.*tit.*1 *leg.*
10 *gloſ.*22.*n.*21. Paramum *in reſponſ.*2.*pro Iuriſdictio-*
*ne S.Officij,nu.*149 *&* 154.& alios,quos citat,& ſe-
quitur Portocarrerus *in allegat.pro iuriſdict.S. Inqui-*
*ſit.n.*44. Vide etiam,quæ dicentur *cap.*4.*dubit.*14.

DVBITATIO XXVIII.

An ſtatutum laicorum inualidans,vel relaxans iuramenta,etiam ob iuſtam cauſam, v.g.quia metu,vel iniuria extorta ſunt,ſit contra libertatem Eccleſiaſticam?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum inualidans, vel relaxans iuramenta modo ſupradicto,eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſi inualidet per modum diſpenſationis vel abſolutionis,quæ facultas omnino ſpiritualis,& Eccleſiaſtica eſt.*

2 *Statutum laicorum inualidans,vel relaxans relaxatione indirecta,quæ fit ratione materiæ,vel ſupplendo vicem eius,cui iuratum eſt, & qui remittere debebat, non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

RESPONDETVR affirmatiue. Patet etiam 1
ex dictis *dubit.*2.Et ita ex communi ſen-
tentia Doctorum docent Couar.*cap.quã-*
*uis, par.*1.§.3.*num.*22.& Rodriguez *to.*1.
Summ. cap. 192.*numer.*9. Quod tamen intellige, ſi
inualidet,vel relaxet relaxatione directa, quæ fit
per modum diſpenſationis, vel abſolutionis,quia
hæc ad Eccleſiaſticam tantum poteſtatem ſpectat;
cum ſit quædam remiſſio ex parte Dei facta per
eius miniſtrum; cuiuſmodi facultas omninò Ec- 2
cleſiaſtica, & ſpiritualis eſt. Secus, ſi inualidet,
vel relaxet relaxatione indirecta, quæ fit ratione
materiæ, vel ſupplendo vicem eius, cui iuratum
eſt, & qui remittere debebat; quia tunc etiam ad
poteſtatem laicam ſpectare poteſt, ſicuti contra
Couarruuiam, & Rodrigoez in locis ſupra cit.
item contra Ledeſmam *in Summa tomo.* 2. *tractatu*
11.*cap.*4.*dubitat.* 3. & alios Doctores,quos citat, &
ſequitur Diana *par.* 1. *tractatu* 2 *reſol.*14.probabam
lib.de Parlamentis Dubitat. 4.*ſect.* 27. *ſubſect.*1.2.*&*
ſeqq.& docent Suarez *libro* 2.*de iuram. cap.* 41. *num.*
16.Sanchez *lib.*3.*moral.cap.*21.*num.*13.Gutierez *in*
*Auth.Sacramenta puberum,numer.*46. Molina *de inſt,*

*tom.1.tract.2.disp.*149.Raphael de la Torre *in* 2. 2. *tom.*2.*q.*89.*art.*9.*dub.*5.& alij, quos *in cit. sect.* 27. referebam.

SECTIO II

An laica potestas possit remouere aliquem ab officio, ratione cuius subditi per iuramentum ei subiecti erant?

SVMMARIVM.

1 *Laica Potestas potest ob iustam, eamque publicam causam, aliquem remouere ab officio, vel Dignitate, ratione cuius subditi per iuramentum eò subiecti erant.*

EX dictis *sect. praecedent.* (vt ibidem etiam notabã)
1 sequitur primò, quod laica potestas possit ob iustam, eãque publicam causam, aliquem remouere ab officio, vel dignitate, ratione cuius subditi per iuramentum ei subiecti erant.

SECTIO III.

An etiam possit aliquid praecipere, vel prohibere, ita vt non obstante contrario iuramento, subditus ipsi obedire teneatur?

SVMMARIVM.

1 *Laica Potestas potest ob iustam, eamque publicam causam, aliquid praecipere, vel prohibere, ita vt non obstante contrario iuramento subditus ipsi obedire teneatur.*

SEquitur secundò, quod etiam possit ob similem iustam eamque publicam causam, aliquid prae-
1 cipere, vel prohibere, v. g. vt quis è ciuitate non egrediatur, ad talem locum non accedat, ciuitatis gubernationem acceptet, & similia; ita vt non obstante contrario iuramento, subditus ipsi obedire teneatur, *l. vlt. ff. ad municip.*

SECTIO IV.

An etiam possit relaxare iuramentum?

SVMMARIVM.

1 *Si is, cui iuramentum praestitum est, potest propter vim, fraudem, vel aliam iustam causam ad Reipublicae bonum pertinentem, cogi ad relaxandum iuramentum, potest etiam illo inuito, illud relaxare.*

2 *In casu praedicto factum Iudicis, factum Partis reputatur.*

3 *Citatio Partis substantialiter requiritur quotiescumque actus iudicialis cedit in graue praeiudicium partis.*

SEquitur tertiò, quod si is, cui iuramentum praestitum est (potest propter vim, fraudem, vel aliam
1 iustam causam ad Reipublicae bonum pertinentem, cogi ad relaxandum iuramentum) possit etiam illo inuito, illud relaxare. Ita Molina, & Gutierez *in locis supra cit.* Azor. *tom* 1. *lib.* 1. *cap.* 9 *q.* 6. *in fin.* Afflictos *decis.* 263. *num.* 3. & videri poterit Felinus *in cap. cùm sit generale, n.* 7. *de foro compet.* Et ratio est,
qoia in tali casu factum Iudicis factum partis re-
putatur, sicuti docent Doctores *in l. si ob causam. C. de evict. on.* Quamuis tunc requiratur citatio partis; 2
quia citatio partis substantialiter requiritur quotiescumque actus iudicialis cedit in graue praeiudicium partis, *l. de vnoquoque, ff. de re iudic. & l. non ita,*
ff. de adoption. & docent Cou. 1. *res. c.* 4. *n.* 5 & Sanch. 3
lib. 3. *c.* 21. *n.* 28.

SECTIO V.

An etiam possit promissionem, vel contractum ita prohibere, vt prohibere possit, non solum, quod iuramentum ei non accedat, sed etiam, quod si accesserit, nulla ex illo obligatio oriatur?

SVMMARIVM.

1 *Item Statutum laicorum potest ob iustam, eamque publicam causam iuramenta irritare, vt in Regno Castellae.*

2 *Iuramentum facit vt causa, quae est mere ciuilis fiat mixti fori.*

3 *Potestas laica non solum prohibere potest aliquam promissionem seu Contractum, sed etiam potest prohibere validitatẽ ipsius non obstante iuramento apposito, intellige tamen de prohibitione indirecta.*

4 *Prodigus, cui bonorum administratio prohibita est, iuramento se ad alienandum, & soluendum obligare non potest.*

5 *Laica Potestas quotiescumque compellere potest recipientem vel exigentem iuramentũ ratione fraudis, violentiae, vel alterius iniustae causae ad illud relaxandum potest etiam lege publica lata impedire quominus obligatio iuramento contrahatur.*

6 *Laica Potestas potest praescribere certas solemnitates in contractibus Minorum quibus non seruatis ex vi praesumpti doli potest irritare Contractus non obstante iuramento.*

7 *Potestas ciuilis debet esse sibi sufficiens ad prohibendum, & remouendum ea, quae fini suo, & Communitatis bono noxia sunt, alias facilè Publica Potestas, & Iustitia eluderetur.*

SEquitur quartò, quod etiam possit ob iustam, 1
eãque publicã causam (vt in regno Castellae, & Lusitaniae fit iure Regio nouae Recopil. *l.* 4. *tit.* 7. vbi omnia iuramenta, quae sine Regis facultate in contractibus, & promissionibus apponuntur, irritantur ne lites super huiusmodi pacta ad forum Ecclesiasticum trahantur, & sic Ecclesiastici Iudicis iurisdictio prorogetur, cùm iuramentum faciat, vt causa, quae aliàs est merè ciuilis, fiat mixti fori,
cap. fin. de foro compet. in 6. cuiusmodi iuramenta satis 2
probabiliter, praesertim si id principaliter ad euitãda periuria, quae passim contingere solent, fiat, irritari posse, defendimus *lib. de Parlamentis cit.* [illegible] 4. *sect.* 27. *& inf. à cap.* 4. *Dub.* 6. *sect.* 2. & defendunt Molin. *disp.* 49. *num.* 15. Rebellius *par.* 2. *lib.* 16. *q.* 2. *num.* 9. Valbos *tom.* 1. *cap.* 3 *de Iudiciis, n.* 16; Anguianus *de lib.* 3. *controu.* 24. *per tot.* Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 3. Pereira *de manu Regia par.* 2. *cap.* 35. *num.* 2. Cabedus *tom.* 1. *decis.* 32. *num.* 2. Carauali̇us *de Iudiciis lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 112. Osascus *decis.* 33. *n.* 7. *& decis.* 78. *n.* 19. Gama *decis.* 247. *num.* 1. Guillelmus Benedict. *in cap. Raynutius ver. & vxorem, dec.* 2. *n.* 53. *de testam.* & alij, contra Maceratensem *var. lib.* 1. *re-*

fol. 48. *num.* 24. Martham *de iurisdict. par.* 4. *centur.* 1. *cas.* 72. Marescottum *libro.* 1. *cap.* 62. *num.* 10. *& seqq* Seraphinum *de iuram. priuileg.* 76. *num.* 18. Duardum *in Bull. Cœn. libro* 2. *Can.* 11. *quæst.* 19. *num.* 56. Bellettum *in Disquisit. cleric. tit. de fauore cler. person.* §. 2. *num.* 26. Riccium *par.* 2. *decis.* 211 *num.* 3. Genuensem *in prax. Episc. cap.* 22. *num* 2. Sahagun. *in cap decernimus de iudiciis, num.* 127. Carolum de Grassis *de effect. cleric. eff.* 2. *num.* 81. & alios, quos citat, & sequitur Diana *par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 71. & videri etiam poterit Suarez *de relig. to.* 2. *libro* 2. *cap.* 38. *numer.* 15. Fagund. *de præcept. Eccles. præc.* 1. *libro.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. Valascus *to.* 1 *consil.* 99. *num* 3. & Bonacina *in Bull. Cœn. disputat.* 1. *quæst.* 26 *sect.* 2. *punct.* 2. *num.* 26.) adeò
5 aliquam promissionem, vel contractum prohibere, vt possit prohibere non solû, quod iuramentû ei nô accedat, sed etiâ, quod si accesserit, nulla exinde obligatio oriatur; possit prohibere, inquâ, similiter, vt supra dicebam, non prohibitione directa (cùm ea spiritualis sit, & sic laicæ potestati nô subiecta) sed prohibitione indirecta, vt si ciuilis potestas, iusta lege lata, executionem rei promissæ, ad improborum hominum fraudes, & iniurias arcendas, prohibeat, & illicitam reddat; quia tunc huiusmodi iuramentum erit de obiectu illicito, ideoque non obligatorio. Qua ratione prodigus, cui bonorum administratio prohibita est, iuramento se ad alienandum, & soluendum, obligare non potest; sicuti ex probabiliori sententia Doctorum docet Couar. *in cit cap. quamuis par* 2. §. 3. *num.* 11. *arg. l. si quis fecerit ff. pro emptore.*

Hinc simili ratione, quotiescumque laica potestas recipientem, vel exigentem iuramentum, ratione fraudis, violentiæ, vel alterius iniustæ causæ ad relaxandum iuramentum compellere potest, poterit etiam, lege publica lata, impedire, quominus obligatio iuramenti (saltem efficaciter, vel sine exceptionis, aut actionis remedio) contrahatur. Qua ra-
4 tione laica potestas prohibere posse videtur, ne ex contractu tutoris cum pupillo (item ex contractu Minorum, & mulierum, nisi fiat sub certa forma, & solemnitate statuta, aliter ex vi præsumpti doli sit nullus) etiam accedente iuramento, obligatio sequatur.

Atque ita docent Molina *cit. disp.* 149. Sanchez *cap* 21. *nu.* 10. Vasquez *de testam. cap.* 3. *dub.* 2 Pontius *de matrim. lib.* 12. *c* 8. §. 5. *n.* 39 & Pereira *de manu Regia c.* 19. *per. tot.* contra Couarruuiam *in cit. cap. quamuis par.* 2. §. 1. *n.* 18. Gutierez *in cit Auth. Sacramenta puberum, n.* 152 Martham *de iurisd. par.* 4. *centur.* 1. *cas.* 72. *num.* 18. Molinum *de Ritu. nupt. lib.* 1. *compar.* 19. *n.* 60. Io. Valerum *ver. iuramentum.* 9. Alexand. *lib* 1. *consil.* 59. *num.* 9. Duardum *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *c.* 15. *q.* 19. *num.* 56. Carolum de Grassis *de effect. cleric. effect.* 2. *n.* 81. Parladorum *Rerum Quotid. lib.* 2. *c.* 4. Barbosam *in l.* 1. § 1. *num.* 70. *& l.* 7. *ff. soluto matrim* & Dianam *par.* 1. *tract* 2. *resol.* 113. Et ratio præter rationes dictas vlterius est; quia potestas ciuilis debet esse sibi sufficiens ad prohibendum, & remouendum ea, quæ si-
6 bi suo & communitatis bono noxia sunt, cuiusmodi etiam sunt quorundam côtractuum obligationes quia alioquin facilè publica potestas, & iustitia eluderetur, si homines, quod vna via consequi non possunt, alia via consequi possent. Vt omittam, quod si laica potestas iuramenti iam contractam obligationem indirectè (sicuti *supra* dicebam) remittere potest, non sit, cur non etiam indirectè eandem prohibere, seu impedire possit, quo minus sequatur.

SECTIO VI.

An etiam possit relaxare iuramentum, non obstante, quod soli Deo, seu solum intuitu pietatis illud factum sit? Vbi etiam, an possit compellere ad idem obseruandum?

SVMMARIVM.

1 *Potestas Ecclesiastica sola potest relaxare, seu dispensare Iuramentum, seu votum soli Deo, seu solum intuitu pietatis emissum, & ad illud obseruandum compellere.*

2 *Potestas sola Ecclesiastica in dubio validitatis iuramêti, potest de illo cognoscere, secus si iuramentum interponatur super contractu, vel alio negotio ad laicum forum pertinenti, non quidem priuatiuè, sed cumulatiuè.*

3 *Iuramentum non mutat forum; sed addit forum foro.*

4 *Index Ecclesiasticus potest compellere recipientem ad relaxationem iuramenti, quando continet turpitudinem v.g. labem vsuræ.*

SEquitur quintò, quod cum obligatio iuramenti, sicut & voti, sit spiritualis (quia vtraque immediatè, & per se tendit ad Deum) si iuramentum, & 1
votum soli Deo seu solum pietatis intuitu, fiat, illud sola potestas Ecclesiastica ob iustam causâ possit relaxare, seu dispensare, sicut & ad idem obs[er]uandum compellere. Item si de viribus, seu val[ore] iuramenti agatur; seu, si an iuramentum licitum, vel obligatorium sit, nec nè, in dubium vertatur, sola et- 2
iam potestas Ecclesiastica de illo possit cognoscere; sicuti habetur expresè *in c. venerabilem, § . verû verò de elect.* & ex communi docet Abbas *ibi n.* 13. *in cap. licet de voto, n.* 3. *& in cap.* 2. *de iureiur. nu.* 3. ibidem Alexander *de Neuo, num.* 3. Molina *cit. disp.* 149. Afflictus *cit. decis.* 261. *num.* 3. Tabiena *ver. iurare, q.* 20. *num.* 21. & Sanchez *lib.* 1 *de matrim. disp.* 32. *num.* 18. *& lib.* 3. *moral. cap.* 33. *num.* 16.

At secus, si iuramentum interponatur super côtractu, vel alio negotio ad laicum forum pertinenti; quia tunc ratione huius, potestas laica etiam potest illud relaxare, vel simpliciter, vel saltem ad effectum agendi contra recipientem actione iniuriarum, damni illati, &c. quatenus id ad terminationem litis, & conseruationem publicæ iustitiæ necessarium est, sicut & potestas laica potest etiam ad eiusdem iuramenti obseruationem (si de obligatione constet) subditos laicos compellere, non quidem priuatiuè, ita vt id possit solum potestas laica, sed cumulatiuè, ita vt id & possit potestas Ecclesiastica (etiam ad effectum agendi vt scilicet præstita relaxatione iuramenti rescindat, & annullet ipsum contractum; qua de re Gomez *to.* 2. *var. cap.* 12 *num.* 22. & alij, quos citat, & sequitur Suarez de Paz *in praxi to.* 2. *Prælud.* 2. *num.* 39 & Io. de Heuia *in Curia Philippica par* 5. §. 3. *num.* 16. contra Couarruuiam *loco supra cit.* & Gutierez *de iuramenti confirmat. par.* 3. *cap.* 12. *num.* 6.) sicuti expresè habetur *in cap. vlt. de foro compet. in* 6. Et ratio est; quia (vt ibi notant Doctores) iuramentum non mutat forum, sed addit forum foro. Nempe, si contractus iuramento con- 3
firmatus sit, potest quidam iurans ratione contractus politici conueniri coram Iudice laico, vt is totam litem definiat; sed potest etiam ratione interpositi iuramenti (cuius obligatio per se ad forum Ecclesiasticum spectat) conueniri coram

Iudice

Iodice Ecclesiastico, ita vt in tali casu materia iuramenti sit mixti fori. Similiter, si iuramentũ cõtinet turpitudinem laici (v. g. vsurarij) illud recipientis, ab ipso remittendum sit, possit ad id etiam Ecclesiasticus Iudex compellere, *cap. 1. iunct. gl. ver. iuramenta, de iureiur.* & docet Abb. *ibi. num. 3.* Alexander de Neuo *ibid. num. 8.* Couarr. *1. resol. cap. 4. num. 5.* & Sanchez *de matrim. disp. 31. num. 18.* qua de re vide quæ *lib. de Parlament. cit. dub. 4. sect. 27. per totam*, diffusius dicebantur, & quæ *cit. cap. 10 dub. 6.* dicentur.

DVBITATIO XXIX.

An statutum laicorum prohibens, ne clerici è laicis exigant decimas, quæ per consuetudinem solui non solent, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Statutum laicorum prohibens ne Clerici exigant decimas, quæ per consuetudinem solui non solent, est contra libertatem Ecclesiasticam, nisi priuilegio summi Pontificis id fiat.*

2 *Leges Caroli V. & Philippi II. Regis Hispaniarum quibus decernitur, quod laici non soluant decimas, quæ per consuetudinem non soluuntur, dicuntur iustæ.*

3 *Statutum Laicorum prohibens ne à laicis violetur talis consuetudo, non est contra libertatem Ecclesiasticam.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, nisi priuilegio summi Pontificis id fiat, vel authoritate illius firmetur. Patet etiam ex dictis; præsertim quia ius decimarum est spirituale, de quo laici nullo pacto possunt statuere sic Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 26. quæst. 1.* & Raphael de la Torre *in 2. 2. S. Th. q. 87. art. 1.* contra Couarruuiam *in pract. qq. cap. 35. n. 2. vers. 4. & lib. 1. var. cap. 17. num. 8.* quem sequi videtur Turrianus *in sum. par. 1. cap. 137. dub. 4. concl. 3.* quatenus

2 ait, quod iustæ sint Caroli V. & Philippi II. Regis Hispaniarum leges, quibus decernitur, quod laici non soluant decimas, quæ per consuetudinem cõsueuerunt non solui.

Obiicies, laici per huiusmodi statutum tantum præcipiunt, quod consuetudo non soluendi decimas recepta seruetur; at omnia iura decernunt, quod consuetudo recepta teneat, & vim legis habeat, ergo tale statutum non est contra libertatem Ecclesiasticam.

3 Respondetur, hoc argumento solum probari, quod, ne talis consuetudo violetur, prouidere spectet quidem ad laicos, sed non quod etiam spectet ad laicos præcipere, nè contra eam clerici faciant: hoc enim solum spectat ad Ecclesiasticos, scilicet ad Episcopos, & summum Pontificem ob rationes dictas; & in hoc sensu reuera loquitur Turrianus *loco supra cit.*

SECTIO II.

An possit quis consuetudine à soluendo debito decimarum liberari?

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo quomodo introduci possit, & quæ sint eius conditiones.*

2 *Consuetudo Rationi consona dicitur; quæ iuri naturali, vel Diuino non aduersatur.*

3 *Consuetudo Rationi consona dicitur, de qua fieri poterat lex; vel dari priuilegium non obstante priori lege.*

4 *Consuetudo vim legis habet, & ideo debet etiam legis honestatem habere.*

5 *Consuetudo, in dubio præsumi debet, quod fuerit legitimè introducta à Posteris, qui eam non introduxerunt.*

6 *Textus in cap. fin. de consuetud. & in cap. 1. de eo qui misit in possess. loquuntur de introducentibus consuetudinem, non autem de sequentibus introductam.*

7 *Introducentes consuetudinem non excusantur à peccato nisi ea sit rationabilis, & honesta; nam in dubio præsumitur irrationabilis præsertim si sit à lege reprobata.*

8 *Scientia Principis non requiritur ad stabiliendam consuetudinem sed ex tacito Principis consensu vires habet.*

9 *Princeps censetur consuetudines contra suas leges reuocare, & abrogare, si eæ stabilitæ sint ipso ignorante.*

10 *Consuetudo mutatis circumstantiis habet vim abrogandi legem, & legem nouam constituendi; siue noua causa superueniat, siue etiam antiqua melius cognoscatur, etiamsi in lege lata sit clausula derogatoria consuetudinis.*

11 *Procurator Generalis à Domino specialiter prouisus, reuocari non potest, nisi iusta causa interueniente, v. g. si falsas rationes confecerit.*

12 *Consuetudo legitima, vt contra legem introducatur, & legem ciuilem abroget, requiruntur decem anni.*

13 *Ad consuetudinem introducendam ius ciuile requirit longum tempus, qualis sunt decem anni.*

14 *Ad consuetudinem introducendam contra legem Canonicam requiruntur quadraginta anni.*

15 *Consuetudo est quædam præscriptio, & contra Ecclesiam non præscribitur, nisi tempore quadraginta annorum.*

16 *Consuetudo cum scientia Principis ad hoc vt introducatur, non requirit longum tempus, sed sufficit, si bis, aut ter contra legem actum fuerit, ipseque Princeps non resistat, cum facile possit.*

17 *Decennium dicitur sufficiens non solum ad abrogandam legem ciuilem, sed etiam legem canonicam.*

18 *Ad consuetudinem, quæ legem Canonicam abroget, nullum tempus in iure Canonico est assignatum, ideo à iure Ciuili est desumendum.*

19 *Actus etiam mali per decennium Principe, seu summo Pontifice non contradicente, sufficiunt ad consuetudinem introducendam.*

20 *Communitas, & Persona particularis ex vi consuetudinis eximi potest à debito decimarum dummodo Ministris Ecclesiæ debita sustentatio subministretur.*

21 *Decimarum solutio est de iure positiuo; quapropter consuetudine potest abrogari, non solum quoad decimas personales, sed etiam quoad reales.*

22 *Communitates plures priuilegio Principis à decimis ſoluendis exempta ſunt.*

23 *Gloſſa, Innocentius, & alij Canoniſta cap. in aliquibus de decimis putarunt nulla conſuetudine introduci poſſe immunitatem à decimis ſoluendis, & iure Diuino illas deberi.*

24 *Conſuetudo non ſoluendarum decimarum cohoneſtatur, quando miniſtri Eccleſia ſufficientem ornatum habent, & debitam ſuſtentationem, ad quam ipſi ſolum de rigore ius habent.*

25 *Nulla conſuetudo liberare poteſt à tributo Regi ſoluendo.*

26 *Solutio decimarum eſt quoddam tributum Pontifici ſaltem debitum.*

27 *Conſuetudo introduci etiam poteſt aduerſus decimas ſoluendas Pontifici.*

28 *Tributum datur primario in recognitionem Regia dignitatis, & ſecundario in Regis ſuſtentationem; Decima vero dantur primario in ſuſtentationem Miniſtrorum; ſecundario in recognitionem Excellentia Pontificia.*

29 *Nulla conſuetudo poteſt Communitati ius tribuere, vt ei decima ſoluantur; quia eſt incapax talis iuris.*

30 *Diſcrimen eſt inter ius acquirere, vt ſibi decima ſoluantur, & eximi ab obligatione decimas ſoluendi.*

31 *Laicus non poteſt praſcriptione decimas acquirere, etiam immemorabilis temporis poſſeſſione; niſi ea fundetur in praſumptione alicuius legitima conceſſionis, vel priuilegij ſaltem per famam, & communem opinionem.*

32 *Laici, cum decimas detinere non poſſint, eas nulla valent praſcribere ratione.*

33 *Perceptio decimarum ex ſua primaua inſtitutione annexa eſt titulo ſpirituali, & ab eo ſeparari non poteſt, niſi Legitima Eccleſiaſtici Pralati conceſſione.*

34 *Laicus, qui vult detinere decimas debet fundare ſuam intentionem non in nuda detentione decimarum, ſed in titulo alicuius legitima conceſſionis.*

35 *Beneficium praſcriptionis à iure prouenit; & ſi ius reſiſtat praſcriptioni, non poteſt hoc praualere, etiam tempore immemorabili.*

36 *Lex vbi impedit praſcriptionem, bona fides poſſidenti nihil prodeſt.*

37 *Dictum illud (quidquid priuilegio Principis acquiri poteſt, idem quoque poſſeſſionis immemorabilis praſcriptione acquiri poteſt) verum non eſt, ſi ex Legis conſtitutione quis incapax ſit poſſidendi.*

38 *Dictum illud (quidquid conſuetudine, vel praſcriptione acquiſibile eſt, idem etiam priuilegio ſupremi Principis acquiri poteſt) verum eſt.*

39 *Laicus, qui à tempore immemorabili Decimas ſine titulo poſſidet, in conſcientia tutus dicitur à multis Doctoribus.*

40 *Poſſeſſio immemorabilis titulum tribuit, cum inſtar priuilegii ex iuris diſpoſitione ſit.*

1 OBiicies ſecundò, ergo conſuetudine poteſt
quis, ſiuè clericus, ſiue laicus à ſoluendo debito decimarum liberari.

Reſpondetur, vltrò concedo. Vt autem conſuetudo hæc, ſicut & omnis alia, à lege liberare, vel nouam legem introducere poſſit, debet eſſe talis, quod ſit vſus cõmunis, ſeu à communitate factus, & prolongatus tanto tempore, quantum iura ad ſtabiliendam conſuetudinem requirunt, vti conſtat ex *c. fin. de conſuetud.* & docent communiter Doctores: ex quo fit, quod conſuetudo debeat à communitate prouenire; quia cùm habeat vim legis, ſeu vim abrogandi legem, ſeu à lege liberandi, non poteſt per particularem perſonam introduci; aliàs quælibet perſona particularis poteſtatem haberet diſpenſandi in lege ſuperioris, & illam denuò introducendi. Conditiones prætereà ad talem conſuetudinem introducendam requiſitę variæ ſunt vti cõſtat
ex *cit. cap. fin.* vbi dicitur ad legem abrogandam, vel
conſtituendam ſufficere conſuetudinem, quæ rationi
conſona eſſe videatur, etiamſi ignorante principe introducta ſit: rationi verò conſona conſuetudo 2
dicitur, quæ iuri naturali, vel diuino non aduerſatur, Nauar *lib. 3. conſil. tit. de conſ. 3. n. 3 edit. 2.* vel ra- 3
tioni conſona, ſeu legitima conſuetudo dicitur, de
qua fieri poterat lex, vel dari priuilegium non obſtante priori lege. Sot. *lib. 1. de iuſt. q. 7. ar. 2. §.* quod
verò longum. Et ratio eſt, quia conſuetudo vim le- 4
gis habet, ergo habere debet honeſtatem, quam habet lex, Doctores, quos citat, & ſequitur Sanch. *de
matrim. lib. 7. diſp. 4. n. 54.* In dubio autem, vtrum cõ- 5
ſuetudo ſit rationabilis, & legitima, nec ne? Poſteri,
qui eam non introduxerunt, præſumere debent partem affirmatiuam, Doctores ſupra cit. Neque obſtat
text. in cap. fin. de conſuetud. ibi: *niſi fuerit rationabi- 6
lis*, & text. in cap. 1. de eo qui mittit in poſſeſſ. ibi: *ſi
laudabilem eſſe conſtiterit.* loquuntur enim hi textus
de introducentibus conſuetudinem, non autem de
ſequentibus conſuetudinem introductam: iis enim,
vt à peccato excuſentur, cõſtare debet conſuetudinem eſſe rationabilem, & honeſtam: nam aliàs tunc 7
in dubio præſumitur irrationabilis, præſertim ſi à
lege ſit reprobata. Scientia verò Principis non requiritur ad ſtabiliendam conſuetudinem, vt colli-
gitur ex *cit. c. fin.* cùm ibi dicatur, cõſuetudinem ſta- 8
bilitam habere rationem legis; neque ibi ad id requiratur ſcientia particularis in Principe: quapropter ex tacito Principis conſenſu vires habet; quia
aliundè, præcipuè contra legem Pontificis, non poteſt vires habere; & quia cenſetur Princeps, quo- 9
tieſcunque etiam ipſo ignorante, fuerit ſtabilita cõſuetudo contra ſuas leges, eas reuocare, & abrogare, ne generetur ſcandalum, & lites multiplicentur.
Quin. ſi in aliqua lege conſtituatur, ne conſuetudo 10
contra illam vnquam ſit valitura, id intelligi debet
rebus immutatis quoad omnes circumſtantias, quibus attentis talis conſuetudo iudicata fuit irrationabilis: adeò quod ſi circumſtantiæ illæ poſteà mutentur, ex quibus poſtea dicta conſuetudo iudicari
poſſit rationabilis, vim habebit abrogandi legem, &
legem nouam conſtituendi; ſiuè noua cauſa ſuperueniat, ſiue etiam antiqua melius cognoſcatur, *argum. l. ſi Domin. 10. ff. mandati*, vbi dicitur procurato- 11
rem generalem ſpecialiter à domino prouiſum reuocare non poſſe, niſi iuſtam cauſam habuerit, veluti ſi poſteà compererit, eum falſas rationes confeciſſe: & ita docent Couarr. *lib. 3. var. cap. 13. n. 4.* &
alij multi, quos citat, & ſequitur Sanchez *de matrim.
lib. 7. diſp. 4. n. 14.* & Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. c. 6. dub.
14. n. 48.* & probatur, quia ideò reprobauit lex futuram conſuetudinem, quia putauit illam futuram
eſſe iniquam; at noua cauſa ſuperueniens, vel etiam
antiqua melius cognita poteſt iniquitatem tollere,
& de facto Principem mouere ad nouam legem cõſtituendam (vt in impedimentis de matrimonio, &
in contractibus humanis pro varietate temporum
contigit) ergo. Confirmatur; quia nulla ſtabilitur
lex, quin exiſtimetur, quando illa ſtabilitur, conſuetudinem illi contrariã eo tempore rationabilem nõ
eſſe, & tamen ſi de facto poſteà conſuetudo introducatur, hæc in omniũ ſententia legẽ Principis abrogat, ergo, etiamſi in lege detegetur conſuetudini
in futurum naſcituræ, poterit nihilominus hæc, ſi
poſtea naſcatur, legem Principis abrogare.

Cæte

Cæterum, vt legitima consuetudo contra legem
12 introducatur, & legem ciuilem abroget. Docto-
res communiter requirunt decem annos; quia
13 ad introducendam consuetudinem ius ciuile re-
quirit longum tempus, *C. quæ sit longa consuetud.* &
decem anni videntur longum tempus; *l. 1. 2. & 3.*
14 *C. de præscript. long. tempor.* Vt verò legem Canoni-
cam abroget, requirunt iidem ferè Doctores qua-
draginta annos; quia non præscribitur contra Ec-
15 clesiam, nisi tempore quadraginta annorum, &
consuetudo est quædam præscriptio. Sic in specie
Abb. *cap. vlt. de consuetud. num.* 11. Nauarr. *lib. 1.
consil. titul. de consuetud.* & Molin. *de iust. tract.* 5.
16 *disp.* 77.

At meliùs ita distinguendum mihi videtur: vel consuetudo viget sciente Principe, & non contradicente; vel Principe illam ignorante. Si primum, non requiritur longum tempus, sed sufficit, si bis aut ter contra legem actum fuerit, ipseque Princeps non resistat, cùm facilè possit; quia duo actus sufficiunt ad introducendam consuetudinem. Doctores, quos citat, & sequitur Rochus *tract. de consuetud. §. gloss. finalis in 2. requisit.* & Azor *tom. 1. lib. 5. cap. 19. q. 15.* & colligitur ex *l. nemo, C. de Episcop. audient. in fin.* Et probatur, quia cùm huic consuetudini Princeps non se opponat, cùm facilè possit, illam approbare censetur, atque adeò consuetudo ex
17 consensu tacito Principis legem abrogat. Si secundum, probabiliter sufficiunt decem anni, non solum ad legem ciuilem, sed etiam ad legem Canonicam abrogandam. Less. *de iust. & iur. lib. 2. cap. 6. dub. 4. circa fin* & Suar. *tract. 2. de relig. lib. 1. cap. 22. num. 6. prope fin.* Et probatur; quia ad consuetudinem, quæ
18 legem Canonicam abroget, nullum tempus in iure Canonico est assignatum; ergo probabiliter ex iure Ciuili est illud desumendum. Confirmatur, quia decem anni sufficiunt, vt Princeps sæcularis consentire censeatur consuetudini contra legem introductæ, ergo & sufficient, vt censeatur etiam consentire Pontifex, præsertim cum ad hunc præcipuè spectet de subditis curare, & modum eorum procedendi prospicere. Neque obstat, consuetudinem actibus legi contrariis, ac proinde mala fide introductam esse. Respondetur enim id semper esse necessarium in omni consuetudine, quæ introducitur contra legem à populo iam acceptam: nam quoms-
19 que consuetudo introducta sit, non possunt introducentes excusari, nisi ex ignorantia, quod contra legem procedant; verùm si contra legem operantur, Principe denuo non contradicente, sufficient illi actus mali, & prohibiti consuetudinem introducere. Caiet. 1. 2. q. 97. *art.* 3. Sanchez *de matrimon. lib. 7. disp. 4. num.* 14. & alij passim.

20 Ex quibus omnibus sequitur, vt supra dicebam ad argumentum, quod possit communitas, & ratione illius quælibet particularis persona à soluendo debito decimarum, etiam prædialium, liberari vi consuetudinis; dummodo ministris Ecclesiæ sufficiens sustentatio aliunde, v.g. ampla Ecclesiæ fundatione, fidelium oblationibus, vel piis legatis, suppeditetur; quia ex lege diuina solum debetur iis
21 sustentatio, & decimarum solutio est de lege positiua; quapropter consuetudine poterit abrogari, non solum quoad decimas personales, sed etiam quoad reales, cùm omnes sint de iure positiuo, aduersùs quod consuetudo procedit, & locum habet. Accedit etiam, quod priuilegio Principis de facto
22 plures communitates à decimis soluendis exemptæ sunt; ergo non est, cur consuetudine etiam eximi non possint.

Sic tenent Couarr. *lib. 1 resol. cap. 17. num. 8.* Suar. *lib. 1. cap. 12. num. 7. & 8* Less. *de iust. & iur. lib. 2. c. 39. dub. 5. num. 29.* Gutierrez *lib. 2. can. qq. cap. 20. n. 64.* Fagundez *de precept. Eccl. lib. 3. cap. 1. in princ.* Siluest. *verb. decima, q. 4* Nauarr. *cap. 21 n. 30. & lib. 3. consil. 2. de decimis, edit. 2.* Valentia *tom. 3 disp. 6. q. 5. punct. 2.* Rebuff. *de decimis q. 13. n. 81.* Molina *tom. 1. tract. 2. disp. 75.* Henr. Canisius *de decimis cap. 17. n. 16.* Siluius *in 2. 2. S. Thom. q. 87. art. 1. concl. 5.* Reginaldus *tom. 2. lib. 19. cap. vlt. sect. 3 q. 2. n. 97.* Munera *de decimis cap. 5. q. 6. concl. 4. n. 112.* Diana *part. 3. tract. 5 resol. 77. & p. 5. tract. 24. resol. 42.* & Fernandus Vasquez *lib. 2. illustrium qq. cap. 89. art. 10.* Quamuis contra- 23
rium senserint glossa, Innocentius, & alij Canonistæ, cap. in aliquibus de decimis, dictam scilicet immunitatem à decimis soluendis nulla consuetudine, sicut & nulla præscriptione, introduci posse; quia putarunt, decimas deberi iure diuino: nam Couarr. *cit. c. 17. n. 10.* Gutierrez *cit. cap. 20. n. 35.* Rebuff. *cit. disp. 1. n. 5* Barbatius *vol. 2. cons. 5.* Ruinus *vol. 5. cons. 142.* Socinus *lib. 2. cons. 297.* Parisius *volum 4. cons. 25. n. 17.* & Aragon. *2. 2. q. 78. art. 1. ad 5.* admittentes decimas deberi tantum de iure Ecclesiastico, cùm aiunt in totum abrogari per consuetudinem, sicut & per præscriptionem, non posse, sed solum secundùm partem, seu aliquotam, intelligunt, si ministri Ecclesiæ aliundè, quàm ex decimis, congruam sustentationem non habeant.

Instabis, talis consuetudo non est rationabilis; ergo, &c. Antecedens probatur; quia ministri Ecclesiæ cogerentur seruire gratis, & sine stipendio, tum quia lex constituens decimas censetur à tota Ecclesia rationabilis; ergo consuetudo ei contraria erit irrationabilis; præsertim quia cedit in grauamen aliorum, qui forsan ea de causa magis grauantur, cùm aliqui eximantur: cedit etiam in diminutionem diuini cultus, subsidij pauperum, & ornatus ministrorum Ecclesiæ, quæ sunt causæ, ob quas decimæ soluuntur.

Respondetur, negó antecedens, & ad probationem respondeo quod si veræ illæ essent, sequeretur, neque posse Pontificem eximere vnquam Cõmunitatem aliquam à decimis soluendis; eo quod non sit rationabile, ministros obligare, vt alicui Communitati gratis inseruiant, & propterea alij magis grauentur, & sacerdotes conuenientem ornatum non habeant, quod tamen falsum est: quapropter secundò ad argumentum directè Respondetur, ex aliis capitibus posse saltem consuetudinẽ
honestari, quando scilicet alij non inde magis gra- 24
uantur, & ministri Ecclesiæ sufficientem ornatum habent: conuenientius enim est aliquando, quod hi paupertatem aliquam experiantur, & populi minus grauentur solutione decimarum, præsertim cùm multi prædia, & animalia non habeant, neque propterea ministri Ecclesiæ coguntur gratis inseruire, cùm ab aliis recipiant sustentationem sufficientem, ad quam ipsi solum de rigore ius habent: quapropter si hãc ab aliis recipiunt, nõ est, cur multum querantur, quod ad contributionem aliqui non concurrant.

Reinstabis, nulla consuetudo liberare potest à 25
tributo Regi soluendo, *l. comperimus, Cod. de præscript. triginta annorum*, ergo neque poterit liberare à decimis soluendis. Cõsequentia probatur, quia solutio decimarum est quoddam tributum Pontifici saltem debitum, *cap. tua nobis de decimis.*

Respondetur, hoc argumento ad summum pro- 26
bari, non posse introduci consuetudinem aduersùs decimas soluendas Pontifici, non item soluendas

Paro

Parocho, aliisque Ecclesiæ ministris. Adde, posse
etiam introduci consuetudinem aduersus decimas
27 soluendas Pontifici; quia Pontifex uoluit vires au-
ferre consuetudini respectu solutionis decimarum;
28 sicuti Princeps abstulit respectu solutionis sui tri-
buti,& forsan, quia tributum datur primariò in re-
cognitionem Regiæ dignitatis, & secundariò in
Regis sustentationem: At decimæ primariò dantur
in sustentationem ministrorum, & secundariò in
recognitionem excellentiæ Pontificiæ.

29 Vrgebis, nulla consuetudo potest communitati
ius tribuere, vt ei decimæ soluantur, quia est inca-
pax talis iuris, *cap. causam, quæ, de præscrips.* ergo ne-
que poterit eam liberare à debito illas soluendi.
Consequentià probatur; quia communitas hac ra-
tione ius quasi acquirit spirituale io decimas; si-
quidem virtualiter idem est non soluere decimas,
ac illas exigere. Vnde æqualis gratia fit alicui, si
debitum ei remittatur, vel quid gratis detur.

30 Respondetur, concedo antecedens, at nego con-
sequentiam; & disparitas est; quia aliud importat ac-
quirere ius, vt sibi decimæ soluantur, & aliud eximi
ab obligatione decimas soluendi; siquidem in prio-
ri datur iurisdictio, cuius incapax est laicus. At in
posteriori nulla datur iurisdictio, sed est quædam
libertas temporalis, cùm onus soluendi decimas sit
temporale.

31 Itaque ex dictis laicus non potest præscriptione
decimas acquirere, etiam immemorialis temporis
possessione, nisi ea fundetur in præsumptione ali-
cuius legitimæ concessionis, vel priuilegij, saltem
per famam, & communem opinionem, sumitur ex
cap. causam, quæ, de præscrips. vbi respondetur, virum
quendam ad decimarum restitutionem condemna-
tum esse, non obstante præscriptione temporis, si
eam opponere voluerit; quia cùm *laici decimas deti-*
32 *nere non possint, eas nulla valent præscribere ratione.* Quæ
responsio, laicum scilicet non posse (nempè ioridi-
cè, & vtiliter ad præscribendum) decimas possidere,
intelligi non debet de iure decimarum, quatenus
spirituale, seu in spirituali titulo fundatum est; si-
quidem ius tale laicus ille sibi non arrogaoerat;
consequenter intelligi debet de iure decimandi,
quatenus à spirituali titulo separatum, temporale
quid esse potest, & sic laicum tale ius ipsum non
posse possidere, ideoque nec præscribere, nisi inten-
tionem suam fundet in concessione Pontificis, vel
Episcopi, aut alterius Prælati, priusquam talis fa-
cultas illis per Concilium Lateranense adempta
fuerit. Et ratio Responsionis *in cit. cap. causam quæ,*
33 est manifesta; quia perceptio decimarum ex sua pri-
mæua institutione annexa est titulo spirituali; ita
vt ab eo separari, nisi legitima Ecclesiastici Prælati
34 concessione, non possit; consequenter, si laicus, qui
spiritualis tituli incapax est, decimas possidere ve-
lit, necessariò suam intentionem fundare debeat in
titulo alicuius legitimæ concessionis, & non in so-
la nuda detentione decimarum; cùm hæ primæuam
suam spiritualitatis naturam semper retinere præ-
sumantur, nisi ab ea separatas fuisse probatio vel
præsumptio aliqua existat, sicuti rectè notauit
Abb. *in cap. cum Apostolica, numero 12. de his, quæ
fiunt. &c.*

35 Confirmatur; quia, cùm beneficium præscriptio-
nis à iure proueniat, si ius resistit præscriptioni, nō
poterit hæc præualere, etiam tempore immemoria-
36 li: *Nam vbi lex impedit præscriptionem, bona fides possi-
denti nihil prodest,* l. 24. ff de vsurpat. & vsucap. qua-
37 re dictum illud: *Quidquid priuilegio Principis acquiri
potest, idem quoque possessione immemorialis præscriptio-
ne acquiri poterit,* verum non est, si ex legis constitu-
tione quis incapax sit possidendi; sicut notauit idē
Abb. *cap. contra eum instantia, n. 4. de cens.b.* Contrà 38
vniuersim verum est: *quidquid consuetudine, vel præ-
scriptione acquisibile est, idem etiam priuilegio supremi
Principis acquiri poterit;* quia ipsa etiam vis consue-
tudinis & præscriptionis aduersus ius commune, à
Principis voluntate deriuat.

Sic glos. *in cit. cap. causam quæ, ver. detinere,* Felin.
ibid. num. 3. Abb. *num. 2.* Abulen. *in cap. 23. Matth. q.*
578. Silu. *ver. Decima, q. 10. dict.* 2. Couar. *l. b. 1. re-
sol. cap. 17. num. 5.* Rebuff. *de decimis q. 10. n. 24. & q.*
11. *num. 64.* Henric. Canisius *cap. 13. num. 9. & 10.* &
Suar. *tom. 1. de relig. cap.* 27. Quamuis non desint (vt
videre est apud Couarruuiam *2. resol. cap. 17. num. 5.*
Peregrinum *de iure fisci lib. 4. tit.* 8. & Antonium Ga- 39
brielium *lib 5. de prescrips. concl. 2. n.* 8 Doctores, qui
laicum decimas à tempore immemoriali sine titulo 40
possidentem in conscientia tutum esse defendant;
eo quod ipsa immemorialis possessio titulum tri-
buat, cùm instar priuilegij ex iuris dispositione sit.
Quam sententiam in quibusdam locis multi (possi-
dentes decimas, quas laicales vocant, sed quando,
vel qua ratione ad ipsorum antecessores peruene-
rint, nulla coniectura assequi possunt) in praxi se-
quuntur ob rationem dictam; tum ex eo, quia fieri
potest, vt olim tēporales domini, obligatione præ-
dialium decimarum per consuetudinem, vel per pri-
uilegium immunes, vel nondum ab ipsis suscepta
religione Christiana prædia sua in colonos tran-
stulerint, cum reseruatione decimarum per modum
census, vel tributi; quapropter adhuc hodie tales
decimæ, tanquam merè laicales sint, liberè non re-
quisito Ecclesiæ consensu vendi, & alienari solent;
sed quod dixi priùs, est multò probabilius.

SECTIO III.

Quantumnam tempus requiratur ad introducendam consuetudinem aduersus solutionem decimarum, etiam prædialium?

SVMMARIVM.

1 *Decimæ prædiales cum scientia summi Pontificis, &
aliorum quorum interest, non dicuntur præscribi ob
non solutionem, sed potius summum Pontificem reuo-
care legem si non expressè saltem tacitè.*

2 *Lex decimarum probabiliter abrogatur per contra-
riam consuetudinem ignorante summo Pontifice, per
decennium.*

3 *Lex decimarū de communi consensu Doctorū, si non
adsit titulus, & Summi Pontificis scientia, non abro-
gatur nisi per consuetudinem immemorabilem dantem
præsumptionem iuris, ac tituli.*

4 *Tempus quadraginta annorum in sententia nonnul-
lorum sufficit ad introducendam consuetudinem, quæ
deroget legi decimarum; quia vt ipsa Consuetudo sit
legitime præscripta sufficit tempus quadraginta an-
norum.*

5 *In consuetudine inducenda non requiritur titulus,
etiamsi Iuris præsumptio ei aduersetur, imo nec ad eam
inducendam requiritur bona fides; secus si agatur de
iure præscriptionis ipsius rei, seu iuris non soluendi.*

6 *Præscriptio requirit titulum, præcipue cum ius resi-
stit; non sic consuetudo, quæ ex se sine titulo valet le-
gem abrogare, & bonam fidem non requirit.*

7 *Ex vi consuetudinis per lapsum quadraginta annorum non liberatur Persona particularis à solutione decimarum sed Communitas.*

8 *Titulus, & bona fides non requiruntur in Communitate ad inducendam consuetudinem non soluendi decimas.*

9 *Consuetudo Communis non liberat quemquam à solutione decimarum, quia exemptio præscriptionis non fit abrogatione legis, sed sufficit tempus immemorabile, modo non constet de mala fide.*

10 *Ex vsu temporis immemorabilis præsumitur bona fides, & iustus titulus.*

1 RЕspondetur ex dictis supra distinguendo : vel
id fit sciente , & voluntariè tolerante Summo
Pontifice;vel ignorante:in priori casu lex decima-
rum non abrogabitur propriè per contrariam con-
suetudinem legitimè præscriptam , sed potius per
tacitam reuocationem legislatoris;accedente etiam
expresso vel tacito consensu aliorum,quorum inter-
est,& qui decimas exigere intermittunt ; quapropter
in hoc casu nullum certum tempus abrogandæ
legis definiri potest,sed tantū tempus, & tot actus
contra legem necessarij erunt,vt probabiliter in no-
titiā legislatoris deuenerit, qui etiamsi contentus
non esset , quod lex abrogaretur , id ipsum ve-
risimiliter declarasset. In posteriori verò casu
lex decimarum probabiliter abrogabitur per con-
2 trariam consuetudinem decem annorum inter-
uallo præscriptam : quamuis communiter Do-
3 ctores ad id , si non adsit titulus , & Summi Pon-
tificis scientia , requirant consuetudinem debere
esse immemorialem , seu temporis immemorialis,
dantis præsumptionem iuris,ac tituli;quia cùm ius
semper tali consuetudini resistat,semper præsumi-
tur mala fides,quousque non probetur titulus , vel
sit consuetudo immemorabilis. Et quamuis melius
alij,vt Couar. *lib.* 1. *var.cap.* 17. *num.* 8. §. 10.& Less.
*de iu*st.*& iur.lib.* 2.*cap.* 39.*dub.* 5. *num.* 26 Reginald.
4 *lo.* 2.*lib.* 20.*cap.vlt.sect.* 3.*q.* 4.*num.* 96. & Diana *par.* 5.
tract. 14.*resol.* 4 teneant , tempus quadraginta an-
norum,etiam sine titulo , sufficere ad inducendam
consuetudinem,quæ deroget legi decimarum,quia
5 vt ipsa consuetudo sit legitimè præscripta , sufficit
tempus quadraginta annorum, *cap. fin. de consuetud.*
nec ad eam requiritur titulus , etiamsi iuris præ-
sumptio ei aduersetur ; immò nec ad eam inducen-
dam requiritur bona fides : secùs si agatur de iure
præscriptionis ipsius rei, seu iuris non soluendi,vt
mox infra nos etiam dicemus; quia aliud est loqui
de præscriptione,& aliud de consuetudine ; siqui-
6 dem illa titulum requirit,præcipuè cùm ius resistit,
non sic consuetudo,quæ ex se sine titulo valet le-
gem abrogare,& bonam fidem non requirit ; quia
etiam mala fide introduci potest , & sæpe de facto
ita introducitur,vt patet ex dictis.

7 Quapropter aduerte hic,vt vi consuetudinis li-
bereris,non sufficere,quod tu particularis persona
non consueueris soluere,etiam per annos quadra-
ginta;quia sicuti consuetudo particularis non po-
test legem introducere , ita neque potest legem
abrogare:lex enim respicit Communitatem. Vnde
requiritur,quod Communitas per tantum tempus
consueuerit non soluere.Neque requiritur titulus,
aut bona fides,vti dicebam ; sed sufficit ipsa Com-
8 munitatis consuetudo ; quæ sicut potest legem in-
troducere , ita etiam potest legem abrogare : vnde
censetur lex decimarum abrogata per talem con-
suetudinem , in illo populo. Vt autem vi præscri-
ptionis libereris,non requiritur consuetudo com-
munis;quia exemptio præscriptionis non fit abro- 9
gatione legis,sicut exemptio consuetudinis sed si-
ne titulo quidem sufficit , vt tu à tempore imme-
moriali non consueueris soluere , modò non con-
ster,te mala fide fecisse:nam ex tanti temporis vsu 10
præsumitur bona fides,& iustus titulus v. g. quod
tui maiores ob iustam aliquam causam fuerint rō-
secuti hoc priuilegium,vel pacto aliquo hoc onus
redemerint:quod si titulum aliquem habeas,ob quē
non solueris(v.g.priuilegium,etsi ob excommuni-
cationem,vel similem causam inualidum) suffici-
unt anni quadraginta cum bona fide, vt mox in-
fra dicetur ad tertium.

SECTIO IV.

An possit quis præscriptione à soluendo debito decimarum liberari ?

SVMMARIVM.

1 *Clericus , siue laicus à soluendo debito decimarum præscriptione liberatur.*

2 *Conditiones ad præscribendam ; vel vsucapiendum sunt quatuor, & quales.*

3 *Incapaces ipso iure possessionis ciuilis numquam possunt præscribere , vel vsucapere. vt Religiosi , Professi.*

4 *Titulus non solum verus,sed etiam præsumptus sufficit ad præscribendum, secus si titulus sit inualidus ex ignorantia iuris clari, & manifesti.*

5 *Bona fides cum possessione necessaria est ad præscribendum, alias non prodest præscriptio.*

6 *Res mobiles etiam annorum spatio præscribuntur, immobiles decem annorum inter præsentes; viginti inter absentes.*

7 *Assignatur discrimen inter præscriptionem , & consuetudinem, quia præscriptio potest introduci à particulari Persona ; non sic consuetudo , quæ solum introduci potest à Communitate. vide alias differentias.*

OBiicies tertiò , ergo etiam præscriptione po- 1
test quis,siue clericus, siue laicus à soluendo
debito decimarum liberari.

Respondetur , vltrà etiam concedo. Condi- 2
tiones autem ad præscribendum , vel vsucapi-
endum , sunt quatuor. Prima est , possessio.Se-
cunda , titulus probabilis præsumptus. Tertia,
bona fides , quæ duret toto tempore, quo con-
tinuatur possessio. Quarta , quod hæc omnia du-
rent toto tempore , quantum ad præscriptio-
nem , vel vsucapionem est requisitum. Titulo
igitur requiritur possessio ; quia sine possessio-
ne , non quidem naturali , sed ciuili , numquam
præscribitur. Vnde , qui incapaces sunt ipso 3
iure possessionis ciuilis , numquam possunt præ-
scribere , vel vsucapere , (vt sunt Religiosi pro-
fessi, qui nomine suo nihil possunt possidere)
conductores , fructuarij , commodatarij , pigno-
ratitij , & similes ; quia cùm dominus semper re-
tineat dominium directum , & possessionem ci-
uilem , ipsi numquam possident;possessio autem
fieri debet nomine proprio , *capite cleric.* 11. *&*
cap.

cap. si Episcopus, 1 2 16. q. 4. Secundò requiritur titulus præsumptus, seu probabilis verus; quia sine titulo nulla datur præscriptio, & cum titulo vero statim præscribitur: quapropter sufficiat ad præscribendum, vel vsucapiendum titulus præsumptus;
4 quia cum hoc titulo, tempore præscriptioni, vel vsucapioni necessario finito, res incipit esse possidentis, etiamsi comperiatur postea, titulum inualidum fuisse, nisi sit inualidus ex ignorantia iuris clari, & manifesti: quia tunc non præsumitur bona fides, & sic non præscribitur, saltem in foro externo Molina *tom. 1. tract. 2. disputat.* 64. Ioannes Medi-
5 na *Codic. de restitut. quæstio.* 17. & Less. *de iust. & iur lib. 2. cap. 5. Dubitat.* 5. Tertiò, debet possidens possidere bona fide, & continuare toto tempore, quod est necessarium ad præscribendum, aliàs ei non proderit præscriptio, Doctores communiter, & præcipuè Molina *loco citat. disputat.*
6 63. Quartò, requiritur tempus, quod iure statutum est ad vsucapiendum, vel præscribendum, scilicet tres anni ad vsucapiendum res mobiles, & decem anni ad præscribendum res immobiles inter præsentes, viginti verò anni inter absentes.
7 Ex quibus omnibus constat, quod præscriptio differat à consuetudine; quia præscriptio potest introduci à particulari persona, non sic consuetudo, quæ solum introduci potest à communitate. Item præscriptio requirit titulum, & bonam fidem non sic consuetudo. Item tandem præscriptio requirit diuersum tempus, ac requirit consuetudo; quæ omnia patent ex dictis, & videri potest Abb. & Baldus, quos citat, & sequitur Siluester *ver. Consuetudo, quæstio.* 22. *& ver. præscriptio, num. 1. & seqq.* Axor. *tom. 1. l. b. 5. cap.* 18. *q.* 16. & Molina *de iust. tom. 1. disp.* 61. *& seqq.* Itaque si dictæ conditiones adsint, poterit quis, siue clericus, siue laicus, à soluendo debito decimarum, etiam prædialium, præscriptione quoque, sicuti dicebam, liberari.

SECTIO V.

Quantum nam tempus in hac materia ad præscribendum sit necessarium?

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad præscribendum Decimas necessarium est annorum quadraginta cum titulo, & sine titulo requiritur tempus immemorabile, seu hominum memoriam excedens.*

2 *Ad præscribendum contra decimas in sententia multorum Doctorum sufficit tempus quadraginta annorum etiam sine titulo.*

3 *In sententia aliorum requiritur tempus immemorabile, seu centum annorum.*

4 *Tempus immemorabile ideo ad præscribendum Decimas requiritur, quando titulus non ostenditur, quia ius semper resistit tali præscriptioni, & consequenter semper præsumitur mala fides, nisi transactum sit dictum tempus.*

5 *Circa decimarum circumstantias multum valet consuetudo, & præscriptio.*

1 Respondetur, tempus in hac materia ad præscribendum necessarium sunt quadraginta anni cum titulo, & sine titulo requiritur tempus immemoriale, seu hominum memoriam excedens, *cap. de præscript. in 6. cap. auditis de præscript. & cap. 3. de consuetud. in 6.* & tradunt Siluester *ver. Decima, quæstio.* 4. Nauar. *cap. 21. numero 30. & lib. 3. consil. de decimis, edit. 2.* Henricus Canisius *de decimis cap. 17. num. 16.* Valentia *tom. 3. disp. 6. quæstio. 5. punct. 1. in fin.* Rebuff. *q. 13. num.* 81. Couarruuias *lib. 1. var. cap. 17. num. 8. & 10.* Molin. *tomo 1. tract. 2. disp.* 71. Lessius *cap. 39. Dubitat. 5. numero* 26. Fernandus Vasquez *lib. 1. illustrium qq. cap.* 89. *ar.* 10. Gotierez *lib. 2. Canon. qq. cap. 21. numero* 65. Suarez *lib. 1. cap. 12. & 13. num.* 1. Filliucius *tomo 2. tract. 27. par. 2. cap. 7. num.* 354. Siluius *in 2. 2. S. Thom. q. 87. art. 1. concl.* 5. Fagundez *de præcept. Eccles. lib. 3. cap. 1. num.* 24. Monetra *tract. de decimis cap. 5. q. 6. concl. 4. num.* 512. Reginaldus *tom. 2. lib. 10. cap. vltim. sect. 9. 4. num.* 96. & Diana *par. 3. tract. 5. resolut. 77. & par. 5. tract. 14. resol.* 42. contra Tannerum *in 2. 2. S. Thom. disp. 5. qu. 5. dub. 1. num.* 31. & Henriquez *lib. 7. cap. 27. num.* 2. asse- 2
tentes ad præscribendum contra Decimas sufficere semper tempus quadraginta annorum, etiam sine titulo; & contra Molfesium *in summa tomo 1. tract. 6. cap. 4. num.* 46. aliosque asserentes è contra requi- 3
ri semper tempus immemoriale, seu centum annorum. Ratio autem, cur in hac materia tempus immemoriale requiratur, quando titulus non osten- 4
ditur, illa est, quia ius semper resistit tali præscriptioni, *cit. cap. 1. de præscript. in 6.* & consequenter semper præsumitur mala fides, nisi transactum sit tempus immemoriale, quia præsumitur, antecessores priuilegium aliquod consecutos fuisse, vel pacto aliquo talem obligationem redemisse. Quod autem cum titulo sufficiant quadraginta anni, insinuatur sufficienter *in citat. cap. 1. de præscript. in 6. & in aliis cap. citatis.*

Ex dictis sequitur, quod præscriptio, & consue- 5
tudo à fortiori vim habeat circa decimarum circumstantias, verbi gratia quod soluantur ex his bonis, & non ex illis, in hac mensura, in hoc tempore, huic Ecclesiæ, & non illi, quod deferantur in Ecclesiam, vel solum quando petuntur in area, &c. Ratio; quia si præscriptio, & consuetudo potest abrogare legem decimarum quoad substantiam, manente tamen sustentatione ministris Ecclesiæ necessaria, multò magis poterit abrogare illam quoad circumstantias, Doctores, quos citat, & sequitur Suar. *loc. cit. c.* 12, *n.* 15.

SECTIO VI.

An etiam transactione, compositione, vel commutatione, &c. possit quis à soluendo debito decimarum liberari?

SVMMARIVM.

1 *Transactio, Compositio, Commutatio, vim habent liberandi à solutione decimarum si sint dictæ pactiones fundatæ sufficienti auctoritati.*

2 *Compositio de futuris decimis inter Clericos & laicos in perpetuum, vel ad longum tempus debet fieri auctoritate Pontificis.*

3 *Compositio decimarum, si fiat inter vnam & aliam Ecclesiam sufficit Episcopi auctoritas.*

4 *Compositio, si fiat non super ius, sed super fructus, quos Rector Ecclesiæ percipere debet, absque consensu superioris valide, & licite fieri potest pro vita Parochi transigentis.*

5 Com

5 *Compositio de decimis iam debitis pro aliis fructibus à quolibet particulari fieri potest.*

6 *Pactio perpetua de decimis etiam consentiente Clerico fieri non potest auctoritate Episcopi, fieri tamen potest vt diminuatur pars Decimarum.*

OBiicies quartò, ergo etiam transactione, com-
1 positione, commutatione, vel alio simili pacto poterit quis à soluendo debito decimarum liberari, & à fortiori liberari quoad circumstantias, v.g. quod ex his bonis, in hac mensura, in hoc tempore, huic Ecclesiæ, & non alteri priori, &c. decimę soluantur.

Respondetur, vltrò etiam concedo. Debent au-
2 tem hæ transactiones, vel pactiones sufficienti auctoritate fundari. Nam, si inter clericos, & laicos compositio fiat de futuris decimis in perpetuum, vel ad longum tempus, auctoritas debet esse Pontificis; quia sic est quædam alienatio bonorum immobilium, & iuris spiritualis pro re temporali: sed, si compositio fiat inter vnam, & aliam Ecclesiam, sufficit auctoritas Episcopi, cap. ex multiplici,
3 de decimis, ibi: *Soluatis, vel amicabiliter rem componatis*. Et docet Abbas *in cap. cum hoc de decimis*, Rebuff. *tract. de decimis, q. 13. numero 16. & 17.* & Fagundez *de precept. Eccles. lib. 3. cap. 2. num. 2.* Quin, si compositio fiat non super ius, sed super fructus,
4 quos Rector Ecclesiæ percipere debet absque consensu superioris validè, & licitè fieri potest pro vita Parochi transigentis; quia tunc non alienat bona Ecclesiæ, sed propria, cap. *venient de transaction.* & docet Abb. *loc. cit* & Fagundez *num.* 18. Ex quo
5 constat, quod multò magis à quolibet particulari compositio fieri possit de decimis iam debitis pro aliis fructibus, sicut & etiam ab eodem ex rationabili causa illæ remitti possunt. Doctores, quos citat & sequitur Bonacina *disp. vlt de quinto pracepto Eccles. q. vn. punct. 5. n. 3.*

Instabis, ergo sola auctoritate Episcopi poterit quis à soluendis decimis liberari ex consensu partium; siquidem possunt laici cum clericis conuenire ex consensu Episcopi, quod non solum decimæ ex aliquibus prædiis, aut ex lucro personali non soluantur, sed etiam quod non soluantur in tanta mensura, scilicet decima, sed quod vigesima, vel trigesima pars soluatur; quod videtur derogare iuri Ecclesiæ, & potestatem habere aduersus legem Pontificis; cum sic relaxetur auctoritate Episcopi ius commune, quod est, vt integræ decimæ soluantur.

Respondetur, licet, vt eximatur quis ab omni
6 debito decimarum, fieri quidem non possit auctoritate Episcopi, etiam consentiente clerico, ita vt hæc pactio sit perpetua, & transeat ad successores, fieri tamen potest auctoritate Episcopi, vt diminuatur pars decimarum, id est, non soluantur decimæ ex his rebus, in hac mensura, in hoc loco, &c. quia ob vtilitatem Ecclesiæ concessa est in hac parte potestas Episcopis ad firmandas huiusmodi pactiones; siquidem ad circumstantias decimarum spectare illæ videntur, & licet in hoc ipso videatur relaxari ius commune, quod est, vt integrè decimæ soluantur, hoc ius commune tamen videtur Episcopus posse relaxare, si partes inter se conueniant. glos. *in c. statuimus, 2. de transact.* Hostien. *ibid.* Suar. *lib. 1. c. 13. n. 15.* & alij passim.

SECTIO VII.

An possit Pontifex quamcumque consuetudinem in hac materia abrogare?

SVMMARIVM.

1 *Numquam potest consuetudo in hac materia decimarum ita vigere, vt summus Pontifex non possit illam abrogare.*

2 *Summus Pontifex in aliqua Regione Christianorum vbi decima numquam soluta sunt, vel in desuetudinem abierunt, potest de plenitudine potestatis eas imponere.*

3 *Non sunt in statu damnationis non soluentes decimas in locis illis, in quibus Ecclesia non petit, nisi forte propter obstinationem animi habentis voluntatem non soluendi, etiam si ab ipsis peterentur.*

4 *Cessantibus oblationibus, & aliis prouentibus ad debitam Ministrorum Ecclesiæ sustentationem necessariis, etiam in locis Christianorum vbi decimæ non consueuerunt solui, oritur obligatio naturalis ad illas soluendas etiam cessante Summi Pontificis auctoritate.*

REspondetur, numquam posse in hac materia 1
consuetudinem ita vigere, quin Pontifex non possit illam abrogare, & denuò legem in contrarium statuere; quia cùm Pontificis potestas sit de iure diuino, non potest consuetudine aliqua abrogari, neque diminui; & in hoc sensu loquitur lex 2. C. quæ sit longa consuetudo, ibi: *Consuetudinis, vsusque longaui non vilis auctoritas; verùm non vsque adeò valitura, vt aut rationem vincat, aut legem: non enim rationem habet vincere; quia non debet esse contra rationem; neque etiam debet vincere legem superuenientem, siquidem lege tolli potest.* Cùm enim consuetudo totam vim abrogandi legem Principis habeat ex tacito consensu illius, illo contradicente, & repugnante nullam vim habebit; atque adeò illa non obstante Princeps poterit nouam legem statuere, vel præteritam renouare. Doctores, quos ex communi citat, & sequitur Suar. *c. 12. n. 11.*
& Less. *de iust. & iur. lib. 2. c. 39. dub. 5. n. 25.* Vnde, si 2
in aliqua regione Christianorum decimæ numquã solui consueuissent, vel per desuetudinem abolitæ essent, poterit Pontifex ex plenitudine potestatis de nouo illas imponere, non solùm si ministri Ecclesiæ ibi ad sustentationẽ indigeant, sed etiam ob aliam vniuersaliorem causam, v.g. vt vniformis decimarum lex in tota Ecclesia seruetur; & secundùm hæc dicta intelligi debet S. Th. cùm *q. 87. ar. 1. ad 5.* ait, *non esse in statu damnationis, qui non soluunt*
decimas in locis illis, in quibus Ecclesia non petit; nisi 3
fortè propter obstinationem animi, habentes voluntatem non soluendi, etiamsi ab ipsis peterentur; seu exigente iusta necessitate, seu accedente Summi Pontificis auctoritate, & imperio. Vide Suar. *cit. c. 11. n. 11. & seqq.* Quinimmò, si similiter in aliqua regione Chri-
stianorum decimæ omnes, etiam prædiales per de- 4
suetudinem omninò abrogatæ essent; quia ministri Ecclesiæ ex aliis fidelium oblationibus sustentationem sufficientem habent, sed postea variatis circumstantiis, & facta rerũ mutatione, debito stipendio carẽt, hoc casu decimas, saltẽ quatenus ad ministrorũ sustentationẽ necessarię sũt, præstandi obligatio ipso naturali iure de nouo nasceretur, nedũ

auctoritate Pontificis imperari posset posset, Sed quædam alia de decimis vide *cap. 5. dubit. 7. sect. 18. & 19. & cap. 10. dubit. 4. n. 29. & seqq.*

DVBITATIO XXX.

An prohibitio Principis, nè è suo Regno sine ipsius consensu Summo Pontifici annatæ soluantur, sit contra libertatem Ecclesiasticam?

SVMMARIVM.

1 *Prædicta prohibitio est contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Annatæ debentur Summo Pontifici de iure Diuino saltem scripto.*

3 *Item debentur ei tanquam Patri in spiritualibus, in sui ipsius, & sua Curia sustentationem, cui, præsertim si indigeat, filii spirituales subuenire tenentur, non minus quin multo magis quam Patri naturali.*

4 *Filij naturales compelli possunt ad subueniendum Parentibus.*

5 *Summus Pontifex potest fructuum decimas, etiam quæ aliis debentur, laicis concedere, vt de facto concessit Regibus Hispaniarum & Galliæ.*

6 *Item potest statuto, consuetudine, vel priuilegio inducere vt fructus primi anni, & quandoque duorum vel trium fabricæ, Episcopo, vel alteri pio operi reseruentur.*

7 *Summus Pontifex est Vniuersalis Ecclesiæ Pastor, & Episcopus, & sic habet pro sua Diœcesi totum orbem.*

8 *Summus Pontifex est omnium bonorum Monasteriorum supremus Administrator, ita vt ex iusta, & rationabili causa possit dicta bona ab eis auferre, & aliis, etiam secularibus concedere.*

9 *Anatarum exactionibus existentibus Regno nimis grauibus, & onerosis debet Rex non illas prohibere, sed supplicare Summum Pontificem pro moderatione.*

10 *Martinus V. dixit se in posterum nullatenus annatas in aliquo Regno impositurum, nisi de consilio Prælatorum eiusdem Regni.*

11 *Concessio prædicta cum sit quadam species priuilegij, quod non extenditur de Persona ad Personam, minus rectè ab aliquibus extenditur ad Principes laicos, qui sub nomine Prælatorum non comprehenduntur.*

1 ESPONDETVR affirmatiuè. Patet
2 etiam ex dictis *dubit. 2.* præsertim;
quia annatæ debentur ei de iure diuino, saltem scripto, vt ex multis
notauit Azor. *tom. 2. lib. 7. cap. 12. q. 1.*
& eidem debentur tanquam patri
3 in spiritualibus, in sui ipsius, & suæ Curiæ sustentationem; cui (præsertim si indigeat) filij spirituales
subuenire tenentur non minus, quin multò magis,
4 quàm patri naturali tenentur filij naturales, qui ad
id compelli possunt, *l. qui filius, Cod. quæ res pign. oblig. poss. l. 1. & 11. Cod. de patr. qui fil. distr.* ipsos etiam ven-
5 dendo; tum quia potest Pontifex fructuum decimas etiam quæ aliis debentur, laicis concedere (vt
de facto Regibus Hispaniæ, & Galliæ concessit, teste
Valboa *tom. 1. ad cap. ad causam, de præscript. num. 12.*
& 13. & Castillo Sotomaiori de Tertiis *cap. 10.* 6
num. 6.) & potest statuto, consuetudine, vel priuilegio inducere, vt fructus primi anni, & quandoque duorum, vel trium, fabricæ, Episcopo, vel alteri pio operi reseruentur; Ergò multò magis poterit medios fructus primi anni in suimet ipsius, & suæ Curiæ sustentationem reseruare. Consequentia patet. Antecedens probatur *ex cap. à nobis de decis. cap. Adrianus, cap. in Synodo 16. q. 1. cap. si propter, de rescriptis in 6. & Extrauag. Ioannis XXII.* quæ incipit: *Suscepti.* Et probatur etiam ratione; quia cùm
sit vniuersalis Ecclesiæ Pastor, & Episcopus; & sic 7
habens pro sua Diœcesi orbem vniuersum, *c. per principatem, c. cuncta per mundum, quasi 3.* est omnium 8
bonorum Monasteriorum, & Ecclesiarum, si non dominus, saltem supremus administrator; ita vt ex iusta, & rationabili causa possit dicta bona ab eis (relictis ad victum necessariis) tollere, & aliis, etiam secularibus, concedere (sicuti *capite 5. dubit. 1. sect. 5. dubit. 14. sect. 12. & lib. de Parlamentis Dubit. 4. sect. 21. subsect. 9. & 11. Dubit. 24. sect. 4. & Dubit. 27. sect. ult.* ex communi sententia Doctorum dicebamus, & docent præter alios Caiet. *in 2. 2. q. 43. art. 8. col. de redditibus cap. 23.* Mol *tom. 1. tract. 2. disp. 29. concl. 2.* Lessius *de iust. & iure lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 19. & 20.* Trullench. *in Decalog. tom 2. lib. 7. cap. 2. dub. 5. num. 1. & dub. 6. num. 12.* & Dicastillus *de iustit. & iure lib. 2. tract. 2. disp. 2. dub. 8. num. 100.*) Quapropter si potest ex iusta, & rationabili causa bona Ecclesiastica ipsa secularibus concedere, poterit multò magis eorum aliquos fructus sibi ipsi in sui, & suæ Curiæ sustentationem applicare; ita vt, si quando fortasse Annatarum exactio nimis
Regno grauis, & onerosa Regi videatur, non pos- 9
sit Rex illam prohibere, & impedire, sed solum Summum Pontificem, vt illam moderari velit, supplicare; nisi forsan de non exactione priuilegium à sede Apostolica concessum habeat, quod an sit, & modò non fuerit reuocatum (præsertim per Bullam Cœnæ, & Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex,*) videant, qui consulunt, & affirmant.

Sed de his annatis vide Concilium Constan- 10
tiense *sess. 43.* vbi Martinus V. ait, se in posterum
nullatenus Annatas in aliquo Regno impositurũ,
nisi de consilio Prælatorum eiusdem Regni; quæ
concessio (cùm sit quædam species priuilegij, quod 11
secundùm regulas iuris extendi non debet de persona ad personam) minus rectè ab aliquibus extenditur ad Principes laicos eiusdem Regni, qui sub nomine Prælatorum minimè comprehenduntur. Vide etiam Bellarminum *in Apologia contra Regem Angliæ, cap. 6.* Azorium *loco supra cit.* Thomam Campegium *de Annatarum institutione, & earum defensione,* & Filliucium *tom. 3. tract. 41. cap. 6. num. 54.*

DVBITATIO XXXI.

An statutum laicorum imponens gabellam super contractus (vt v. g. pro aureis centenis soluantur singuli) sit contra libertatem Ecclesiasticam?

Dixi *cap. 5. dubit. 7. sect. 12.*

DVBI

DVBITATIO XXXII.

An ſtatutum laicorum imponens gabellam ſuper vino, oleo, carne, & ſimilibus, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam?

Dixi *cit. cap. 5. Dubit. 7. ſect. 12.*

DVBITATIO XXXIII.

An ſtatutum laicorum mandans exigi ex Eccleſiaſticis, etiam cum animo reſtituendi, ſimul cum intereſſe in fine anni, quod interim exactum fuit ab iiſdem, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam?

Dixi *cit. cap. 5. Dubit. 7. ſect. 13.*

DVBITATIO XXXIV.

An ſtatutum laicorum mandans, quod laici venditores vini (ſi includat, ſiue explicite, ſiue implicitè venditores vini Eccleſiaſticorum) teneantur præſtare fideiuſſionem de ſoluendis pœnis, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam?

Dixi *cit. cap. 5. Dubit. 7. ſect. 14.*

DVBITATIO XXXV.

An ſtatutum laicorum imponens gabellam ſuper emptore laico contrahente cum Eccleſiaſtico, ſit contra libertatem eccleſiaſticam?

Dixi *cit. cap. 5. Dubit. 7. ſect. 15.*

DVBITATIO XXXVI.

An ſtatutum laicorum mandans, quod venditores vini (ſi includat ſiue explicitè, ſiue implicitè venditores vini Eccleſiaſticorum) teneantur illud vendere in quarta domo, verbi gratia, diſtante ab Eccleſia, ſit contra libertatem Eccleſiaſticam.

Dixi *cit. cap. 5. Dubit. 7. ſect. 16.*

DVBITATIO XXXVII.

An ſtatutum laicorum mandans exigi gabellas ex Eccleſiæ emphyteutis, ſit contra libertatem eccleſiaſticam?

Dixi *cap. 5. Dubit. 7. ſect. 17.*

DVBITATIO XXXVIII.

An ſtatutum laicorum mandans exigi gabellas è Colonis laicis partiariis Eccleſiaſticorum, ſit contra libertatem eccleſiaſticam? Vbi etiam de Colonis Regularium, an teneantur ſoluere Decimas pro ſua portione Colonica ex prædiis eccleſiaſticis percepta?

Dixi *cit. cap. 5. Dub. 7. ſect. 18. & 19.*

DVBITATIO XXXIX.

An ſtatutum laicorum mandans, ne laici vendant, molant, coquant panem, vel alia ſimilia eccleſiaſticis præſtent, ſit contra libertatem eccleſiaſticam?

Dixi *cit. cap. 5. Dubit. 7. ſect. 20.*

DVBITATIO XL.

An ſtatutum laicorum tollens Eccleſiaſticis ea, quæ iis tanquam ciuibus competunt, ſit cōtra libertatem eccleſiaſticam?

Dixi *cit. cap. 5. Dubit. 7. ſect. 21.*

DVBITATIO XLI.

An ſtatutum laicorum prohibens Eccleſiaſticos tabernas aperire ad vendendas res ſuas ex ſuis prædiis collectas, ſit contra libertatem eccleſiaſticam?

Dixi *cit. cap. 5. Dubit. 7. ſect. 22.*

DVBITATIO XLII.

An ſtatutum laicorum mandans, ne concubinæ (ſi includat, ſiue explicitè, ſiue implicitè concubinas Eccleſiaſticorum) teneantur pro furtis, quæ committunt in ſuos concubinarios, ſit contra libertatem eccleſiaſticam?

Dixi *cit. cap. 5. Dub. 7. ſect. 23.* vbi multa alia de ſtatutis inuenies.

DVBITATIO XLIII.

An statutum chartæ sigillo Regio signatæ sit contra libertatem Ecclesiasticam?

Dixi *cap.1. dubit.4. sect.3.*

DVBITATIO XLIV.

An statutum laicorum pœnæ condemnationem, & exactionem imponens aduersùs eos, quorum pecora, vel animalia damnum dederint in fructibus, vel pastibus vetitis, si includat Ecclesiasticos, sit contra immunitatem Ecclesiasticam?

RESPONDETVR, vide, quæ dicam *cap. sequenti, dubit.10.* & quæ dixi *lib. de Parlam. dubit.4.sect.19.subsect.14.& sect.10. subsect.1.*

DVBITATIO XLV.

An statutum laicorum disponens super vtili dominio rei emphyteuticæ Ecclesiæ, sit contra immunitatem Ecclesiasticam: & quid, si disponat super directo?

RESPONDETVR. Vide, quæ dicam *cap.10. dub.16.*

DVBITATIO XLVI.

An statutum laicorum, saltem si sit confirmatum à Summo Pontifice, præsertim ex certa scientia, obliget Ecclesiasticos?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Prædictum statutum obligare etiam Ecclesiasticos est sententia plurimorum grauissimorum Doctorum, quod dictum statutum accedente confirmatione Summi Pontificis fiat Papale.*

2 *Sententia Auctoris est pro parte negatiua; quia statutum laicale à quocumque factum fuerit de se non extenditur ad Ecclesiasticos, nec ad ipsorum bona.*

3 *Statutum non plus extenditur, quam extendatur potestas statuentis, quapropter non valet quoad non subditos.*

4 *Ecclesiastici nullo modo subsunt laicis, nec sunt in iurisdictione illorum.*

5 *Statutum laicale neque habet locum inter laicos quando agitur de re Ecclesiastica.*

6 *Statutum laicale per confirmationem Summi Pontificis etiam ex certa scientia non extenditur ad Ecclesiasticos nisi ad hos à Summo Pontifice de facto illud extendi aliunde constet.*

7 *Confirmatio non extendit Confirmatum extra suos terminos; sed solum intra illos dat robur.*

8 *Confirmatio cadit super Confirmatum secundum ipsius capacitatem; quare illud non extendit, sed solum intra suos terminos corroborat.*

9 *Princeps confirmans statuta vnius Ciuitatis, non extendit illa ad alias Ciuitates sibi subditas.*

10 *Confirmatio tantum operatur, quantum disponit Confirmatum, & nihil vltra.*

11 *Confirmatio intelligitur in terminis, in quibus statutum loquitur.*

12 *Confirmare, & de nouo dare sunt diuersa, siquidem de natura Confirmationis est, vt nihil de nouo tribuat.*

13 *Confirmatio quando aliquid de nouo tribuit, vt cum sit ex certa scientia, & cum cognitione causa, solum tribuit valorem intra proprios terminos actus confirmati.*

14 *Statutum laicale, vt ad Ecclesiasticos se extendat, & sic Ecclesiasticos obliget, debet confirmatio non solum tribuere valorem intra proprios terminos, sed etiam tribuere nouam rationem dispositionis.*

15 *Statutum, si confirmetur à Summo Pontifice tunc dicitur Papale, quando aliàs seclusa confirmatione, nullam haberet vim obligandi, sed ab ipsa confirmatione eam totam desumeret.*

16 *Statutum laicale non per hoc quod dicitur Papale obligat Ecclesiasticos, sed remanet intra suos terminos, & solum extenditur ad laicos, pro quibus est conditum.*

17 *Princeps dicitur facere sua ea, quibus auctoritatem suam impertitur, non quomodocumque, & per confirmationem.*

18 *Textus in l.1. §.omnia, C. de veteri iure enuclean. declaratur.*

19 *Textus in cap. si Apostolica, de præbend. ponderatur.*

RESPONDETVR, quod (quamuis affirment Duran *decis.365.num.2. part. 2.* Addition. ad Ludouis. *decis. 576. num. 18.* Dominicus Picus *de contractu, sine certa forma non valit. ad stat.verb.lib.1.cap.151.gl.2.num.27.& seq.* Bellet. *part.disquis.cleric.§.1. de exempt.cleric. num.44.* & affirmare videatur Rota *decis. 452. num.1. part.1. diuers.* ex eo, quod statutum laicale, licet ex se non extendatur ad Ecclesiasticos, accedente tamen confirmatione Summi Pontificis fiat Papale, sicuti docent Paris. *consil.27. numer.12. lib. 3.* Vrsillus *ad Afflict. decis.310. num.13. in fin.* Bartol. *in l.priuilegia, Cod. de sacrosanct. Eccles.* Alex. *consil. 59. volum.1.* Abbas *in cap. Eccles. S. Mariæ de constitut.* Decius *ibid. num. 17. & seqq.* Roman. *consil. 387. num.4.* Ruinus *consil. 130. num. 8. volum. 2.* Roland. *consil. 86. num. 28. volum 1.* Surdus *consil. 535. num.15.* Martha *de iurisdict. part. 4. centur.1. casu 99.* Crot. *consil. 35. num. 46* Gabr. *consil. 127. num. 14. lib. 1.* Honded. *cons. 4. num.42. lib.2.* Thesaur.Iun. *lib.2. qq. forens.quæst.5. num.13.* Io.Anton.Bellon. *cons.74. num.125.* Seraphin. *decis. 797.num.26.* Gratian. *discept. forens.cap.10. num.4.* & Rota *cit. decis. 452. numer.1.* & probat text. *in l.1. §. omnia, Cod. de veteri iure enucl. ibi*: Omnia nostra 1

nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. & text. *in cap. si Apostolica, de praebend.* ibi: *Cum ipsa promisso ipsius legati post impartitam à nobis auctoritatem nostr a censeatur esse*) negandum tamen sit; quia statutum laicale, à quocumque factum fuerit, de se non extenditur ad Ecclesiasticos, nec ad ipsorum bona, *in cap. Ecclesia S. Mariae, de constitut. & cap. fin. de reb. Eccles. non alien.* Bart. *in leg. fin. Codic. de pactis*, Angel. *ibid. circa fin.* Alex. *consil. 129. volum. 1.* Ioannes Andreas *in cap. postulasti propè fin. de foro compet.* Decius *in cit. c. Ecclesia, numero 5. 15. & 16* Felinus *num.* 88. & alij
3 passim. Et probatur; quia statutum non plus extenditur, quàm extendatur potestas statuentis; qua propter non valet quoad non subditos, *l. g. 1.9 hoc autem, ff. quod quisque iur. in al. & l. 1. Codic. de summa Trinit.* vbi communiter Doctores; & *cap. à nobis, 1. de sent. excommun. cap. quod autem, de poenit. & remiss. cap. 2. de constitut. in 6.* & tradunt Bart. *in leg. omnes populi, quaestio. 1. in princip. ff. de iust. & iur.* &
4 Bald. *in leg. fin. Cod. de iurisd. omn. Iud.* sed Ecclesiastici nullo pacto subduntur laicis, nec sunt in iurisdictione illorum, sicuti supra plures dictum & habetur *in cit. cap. Ecclesia S. Mariae, de Constitut.* ibi: nos attendentes, quod laicis, etiam Religiosis, super Ecclesiasticis personis, & Ecclesiis nulla sit attribut. facultas imperandi. Et in Concil. Lateran *sess. 9.* in Bulla quae incipit: *Supernae dispositionis arbitrio*, ibi: *Et cum à iure, tam diuino, quàm humano laicis nulla potestas in Ecclesiasticas personas attributa sit.* Et docent communiter Doctores.
5 Adeò quod neque statutum laicale locum habet inter laicos quando agitur de re Ecclesiastica, vt esset emphyteusis Ecclesiae, vti *cap. 4. Dubitat. 3. sect. 17.* dicetur, & docent Abbas *in cap. inter alia, numero 16. de immunitat. Eccles.* Gratian. *consil.* 110. *numer. 36. lib. t.* & Rota *in Romana domus de Scapucis, 19. Ianuar. 1611. & in Romana domus ad S. Onuphrium, 26. April. 1626. coram Durano*; quia omnia, quocumque modo Ecclesiastica, subtrahuntur
6 tur à dispositione laicorum, sicuti subtrahuntur à iurisdictione ipsorum. Ex dictis ergo statutum laicale per confirmationem Summi Pontificis, etiam ex certa scientia, non extenditur ad Ecclesiasticos, nisi ad hos à Summo Pontifice de facto
7 illud extendi aliunde constet. Consequentia probatur; quia confirmatio non extendit confirmatum extra suos terminos, sed solum intra illos dat robur, vti docent Decius *in leg. more, num. 34. ff. de iurisdict. omn. Iud.* Baldus *in leg. nominationes in fin. Codic. de appellat.* Menochius *consil.* 378. *numero 39. & consil. 704. numero 36.* Socinus Sen. *consil. 1 8 numero 16. lib. 1.* Craueta *consil. 33. numero 6* Archidiac. *in cap. seruatis, 25. q. 2. numero 2.* Alex. *consil. 122. numero 2. lib. 4.* Cotoeus *consil. 224. numero 1. vol. 3.* Beroius *q. 50. numero 2.* & Rota *in*
8 *Romana pensionis domus, 16. Ianuar. 1598.* coram Lancellotto; quia confirmatio cadit super confirmatum secundùm ipsius capacitatem; quapropter illud non extendit, sed solum intra suos terminos corroborat. Quod inde clarè patet. quia Princeps
9 confirmans statuta vnius ciuitatis non extendit illa ad alias ciuitates sibi subiectas, quamuis ad has extendatur iurisdictio Principis confirmantis; ergo similiter Pontifex confirmans statutum laicale, illud non extendit ad Ecclesiasticos, quamuis ad hos extendatur iurisdictio Pontificis confirmantis.
10 Accedit, quod confirmatio tantum operatur, quantum disponit confirmatum, & nihil vltra, *leg.* *Aurelius, §. testamento, ff. de liber. legat.* & tradunt Bald. *in leg. nominationes, in fin. Codic. de appellat.* Alex. *consil. 123. numero 20. lib. 4.* & Rota in Perusina bonorum, 20. April. 1592. coram Pena, & in Romana relocationis domus, 13. Martij 1595. coram Gyptio, & in dicta Romana pensionis domus, 16. Ianuar. 1598. coram Lancellotto; ergo, cùm statutum laicale non disponat, quin neque possit disponere de personis Ecclesiasticis, sequitur, quod ad tales personas non extendatur, ex eo quod ad ipsum accedat Pontificis confirmatio, quae solum tantum operatur, quantum disponit tale statutum, vt scilicet operetur solum circa laicos; praesertim quia confirmatio intelligitur in termi- 11
nis, in quibus statutum loquitur, vt dixit Rota in dicta Romana pensionis domus, 16. Ianuarij 1598. coram Lancellotto, *numero 12.* sed statutum laicale de se loquitur solum de laicis, ergo, &c Et ideò confirmationem non trahi ad personas non inclusas in dispositione, tradunt Bald. *in Auth. quibuscumque Cod. de sacros. Eccles.* Ruin. *consil. 60. n. 3.* Corn. *consil. 9. n. 5. & consil. 25. n. 21. vol. 3.* & Greg. Querat. *consil. 28. n. 43. vol. 2.*

Accedit secundò, quod confirmare, & de nouo dare sunt diuersa, *leg. & quia, ff. de iurisd. omn. Iud.* & 12
tradit Craueta *consil. 285* siquidem de natura Confirmationis est, vt nihil de nouo tribuat *cap. inter dilectos §. porrò, de fide instr.* & notant Bart. *in leg. priuilegia, Codic. de sacros. Eccles.* Ancharanus *consil. 190.* Alex. *consil. 122. lib. 4.* Paris. *consil. 19. numero 13. lib. 1. & consil. 33. n. 50. lib. 3.* Abbas *in cap. examinata, de confirm. vtili, vel inutili*, vbi & alij Doctores cum glos. *in cap. quia diuersitatem de concess. praebend.* Decius *in leg. more, numero 29. ff. de iurisd. omn. Iud.* Oldrad. *consil. 164. in fin.* Rubeus *consil. 136. numero 6.* & Gozadin. *consil. 8. numero 19.* Etsi quando aliquid de nouo tribuit, vt cùm fit ex certa scientia, & cum 13
cognitione causae, solum tribuit valorem intra proprios terminos actus cõfirmati, ita vt faciat in suo genere validum, quod aliàs non erat validum, *c. 1. & cap. veniens, de transact.* & tradunt Decianos *in c. 1. numero 8. de confirmat. vtili, vel inut.* & Parisius *consil. 3. numero 39. lib. 4.* Quapropter vt statutum laicale ad Ecclesiasticos se extendat, & sic Ecclesiasticos obliget, debet confirmatio non solum tribuere valorem intra proprios terminos, sed etiam tribuere nouam rationem dispositionis; quia, cùm statutum sit conceptum solum pro laicis, non poterit extendi ad Ecclesiasticos, nisi acquirat ex noua facultate legislatiua nouam rationem alterius dispositionis; quia de facto acquirere constare debet aliunde, quàm ex sola confirmatione. 14

Ad oppositum Respondetur, quod tunc statutum, si confirmetur à Summo Pontifice, dicatur 15
Papale, quando aliàs, seclusa confirmatione, nullam haberet vim obligandi, sed ab ipsa confirmatione eam totam desumeret; tunc enim tale statutum non subsistit, nisi auctoritate confirmantis, ac proinde ab ipso condi censetur, iuxta illud, quod docet Bart. *in leg. omnes populi, quaestio. 3. princip. quaest. tunc. 4. ff. de iust. & iure*, Felinus *in cap. cùm accessissent, numero 5. de constitut.* Bellon. *consil. 37. numero 8.* Suarius *de legib. lib. 6. cap. 26. numero 16.* Granad *1. 2. controuers. 7. par. 1. tr. 3. disputat. vltim.* Palaus *par. 1. tract. 3. disputat. 5. punct. 2 §. 2. numero 8.* & Bonacina *de legib. disp. at. 1. quaest. 2. punct. 1. numero 16.* & sic meritò tunc dicitur Papale: non tamen per hoc, quod dicatur Papale, 16
extenditur ad Ecclesiasticos, seu obligat Ecclesiasticos; sed remanet intra suos terminos, & solum extenditur

tenditur ad laicos, pro quibus est conditum, nisi aliunde constet illud extendi ad Ecclesiasticos.

17 Dicitur autem Princeps facere sua ea, quibus auctoritatem suam impertitur, non quomodocumque, & per confirmationem; quia quæ fiunt auctoritate inferiori, etiamsi confirmentur à Summo Pontifice ex certa scientia, adhuc subsistunt auctoritate illa inferiori; sed quando ita auctoritatem suam illis impertitur, vt auctoritate ipsius fiant, & ex ipsa omnem valorem recipiant, & in hoc sensu procedit text. *in l. 1. §. omnia, C. de veteri iure enuclean.* ibi enim Imperator agit de ordinandis legi-
18 bus, & decernit, quod facta ordinatione tales leges sint valituræ, etiamsi sint desumptæ ex iis, quæ à Iurisconsultis adnotata sunt, vt patet ex illis verbis: *Tanquam à nostro diuino fuerint ore profusa; omnia enim meritò nostra facimus; quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas*: vbi nota ly *omnis*. Et in eodem
19 etiam sensu procedit Pontifex, cap. si Apostolicæ de præbend. dum ait: *Cùm ipsa prouisio ipsius legati post impertitam à nobis auctoritatem nostra censeatur effecta*: hoc enim dicit; quia & ipse delegauerat, vt quod mandauerat legatus, auctoritate ipsius, & sic Pontificis, executioni mandaretur, vt constat ibi: Vt in huiusmodi prouisionis negotio auctoritate nostra procedant, iuxta ipsius Legati continentiam literarum. Vnde non est sermo de confirmatione, sed de iis, quæ fiunt ab inferiori auctoritate Principis delegata.

SECTIO II.

An, si Superior confirmet legem inferioris, propriam illam sibi faciat, vt deinde inferior non possit eam immutare, nec dispensare?

SVMMARIVM.

1 *Superior legem inferioris confirmans, aut approbans eo ipso ad se illam reuocat, vt propriam sibi faciat, vt deinde inferior Summo Pontifice legem abrogare, vel in ea dispensare non possit; si confirmatio Superioris sit substantialis, secus si sit tantum accidentalis.*

1 EX dictis sequitur primò, quod Superior legem inferioris, v. g. Summus Pontifex legem Diœcesanam, vel Concilij Prouincialis, &c. confirmans, aut approbans, eo ipso ad se illam reuocet, vt propriam sibi faciat, vt deinde inferior Summo Pontifice legem abrogare, vel in ea dispensare non possit; si confirmatio legis, quam ei Superior dat, sit substantialis; quia videlicet ab inferiori cum tali potestate, & tanta extensione condi non posset; vt si Pontifex alicuius prouincialis Concilij, Canones, seu statuta velit in tota Ecclesia seruari: secus si confirmatio sit tantum accidentalis sine tali extensione, & solum ad maiorem securitatem, nè ab aliquo statutum possit oppugnari; sicuti notauit Suarez *de legib. lib. 6. cap. 26. num. 16.* & videri etiam poterit Azor *tom. 1. lib. 5. cap. 15. q. 7.* & Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 17. num. 30.*

* * *

SECTIO III.

An, si Superior confirmet statutum concernens fauorem aliorum, vel publicum, possit deinde inferior potestas, quæ illud condidit, infringere, vel mutare?

SVMMARIVM.

1 *Superior si confirmet statutum concernens fauorem aliorum, vel publicum, non potest deinde ab inferioribus, qui illud statuerunt infringi, vel mutari; quia Superior confirmando, fecit illud quasi proprium; secus si confirmet in gratiam statuentium.*

SEquitur secundò, quod, si Superior confirmet statutum concernens fauorem aliorum, vel publicum, non possit deinde ab inferioribus, qui illud statuerunt, infringi, vel mutari; quia Superior illud confirmando, fecit quasi proprium, Bart. *in l. omnes populi, ff. de iust. & iur.* & Abbas *in cap. cùm accessissent, num. 5. de Constitut.* Secus si confirmet statutum in gratiam, & fauorem ipsorum statuentium; quia tunc possunt hi ab eo recedere, eique perinde, ac alteri gratiæ, seu priuilegio renunciare, *argum. cap. per illorum, de præbend.* 1

DVBITATIO XLVII.

An per Bullam, quæ vocatur aurea, excludantur appellationes ad Romanum Pontificem?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Per Bullam, quæ vocatur aurea Caroli IV. non excluduntur appellationes ad Romanum Pontificem.*

2 *Bulla prædicta, quæ vocatur Aurea, quatenus statueret aliquid circa res, aut personas Ecclesiasticas, aut ipsarum causas, nulla prorsus esset.*

3 *Nullus Princeps cuiuscumque gradus potest condere leges, vel statuta in præiudicium Immunitatis Ecclesiæ.*

4 *Iure tam diuino, quam humano laicis nulla potestas in Ecclesiasticas personas attributa est.*

5 *Principes tam ex Concilio Tridentino, quam ex Bulla Cœnæ coguntur ad seruandam Ecclesiasticam immunitatem, idque decernitur etiam de iure Ciuili.*

6 *Omnia recipi debent in terminis habilibus, & reduci ad id, quod est iustum, & honestum.*

7 *Bulla Aurea disponit circa personas tantum sæculares, non item circa res, & personas Ecclesiasticas.*

8 *Ius non euocandi ad extranea Tribunalia concessum per talem Bullam, accipiendum est de iudiciis supremis constitutis per imperium.*

9 *Item quod non obstante priuilegio de non euocando, possit euocari in causa feudali.*

10 Deind

10 *Dominus feudi habet ordinariam iurisdictionem, quam imo supremam habet Pontif. in Ecclesiasticos.*

11 *Imperator dirigit in dicta Bulla suam dispositionem ad Episcopos, & Archiepiscopos non vt Personas Ecclesiasticas, sed vt Dominos temporales.*

12 *Bulla Aurea in hoc rectè procedit, quod Ecclesiastici habentes feudum ab Imperatore, vel Rege in iis, quæ pertinent ad feudum subdantur Imperatori, vel Regi ad quem pertinet iudicare, & disponere de iis, quæ pertinent ad feudum.*

13 *Clericus feudatarius non subest Principi temporali vt Clericus, sed vt Baro, vel Princeps feudatarius.*

14 *Non repugnat quod eadem res diuerso iure censeatur respectu diuersorum.*

15 *Imperator in d. Bulla Aurea prohibet exercere Iurisdictionem in subditos Lotharingiæ &c. solum Episcopis, Archiepiscopis, Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus.*

16 *Quod lex non dicit, præsertim si illud non sit iustum & rationabile, non est ab homine præsumendum.*

17 *Imperator voluit in d. Bulla appellationes, & recursus reducere ad terminos Iuris communis.*

17 *Concilium Melduitanum prohibet idem respectu Clericorum.*

19 *Appellatio est substantialiter ad superiorem.*

20 *Imperator in Bulla aurea vult quod appellatio, seu recursus ad Iudices incompetentes habet solum locum pro defensione naturali; id est quando aliter non potest obtineri administratio Iustitiæ.*

21 *Faciens obseruare dictam Bullam auream existimans eam impeditiuam appellationum, seu recursuum ad summum Pontificem, incidit in Canonem 15. Bullæ Cœnæ.*

22 *Dispositio dicta Bullæ Aureæ etiam in terminis habilibus sumpta non habet locum in Comitatu Flandriæ iuxta declarationem Caroli V.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis affirmandum videatur; quia Imperator Carolus IV in dicta Bulla Aurea prohibet, ne quis ducatus Lotharingiæ, Brabantiæ Limburgiæ, & Marchionatuum Imperij, & eorum districtuum in quibuscumque causis ciuilibus, criminalibus, realibus, aut personalibus, res, vitam, vel honorem concernentibus, possit euocari ad instantiam cuiuscumque personæ, ergo in virtute dictæ Bullæ excludi videntur ap-
2 pellationes ad Romanum Pontificem) tamen omninò negandum sit; quia certum est, quod illa, quatenus statueret aliquid circa res, aut personas Ecclesiasticas, aut ipsarum causas, nulla prorsus esset;
3 quia nullus Princeps cuiuscumque gradus, & dignitatis existat, potest de his condere leges, vel statuta, in præiudicium immunitatis Ecclesiæ, *c. lege Imperator dist. 10. c. bene quidem, c. cùm ad verùm c. satis euidenter, c. si Imperator, c. numquam, dist. 96. cap. quæ in Ecclesiarum, cap. Ecclesia S. Mariæ, de Constitution. c. non minus, cap. aduersus de immunit. Ecclesiarum cap. nouerint, cap. grauiter de sent. excommun. cap. fin. de immunit. Eccles. in 6. cap. decernimus, de iudic.* ibi *Laicis Ecclesiastica negotia tractare, maximè quæ spiritualia sunt, interdicitur* cap *placuit. 16. q. 7.* vbi declaratur, quod laici nullam habeant facultatem statuendi circa res Ecclesiasticas, *cap. secularis, de foro compet. in* 6. vbi dicitur, quod seculares Iudices circa personas Ecclesiasticas nullam iurisdictionem habeant, in Concilio Lateranensi, *sess.* 9. in bulla, quæ incipit;
4 *Superna dispositionis arbitrio*, ibi: *Et cum à iure tam diuino, quam humano laicis nulla potestas in Ecclesiasticas personas attributa sit*: in concilio Tridentin. *sess.* 25. *cap.* 26. vbi decernitur, quod cogantur Principes 5
ad seruandam Ecclesiasticam immunitatem; & in Bulla Cœnæ, *Can.* 15. quod & stabilitum est etiam in iure ciuili; vt in Auth. *Cassa de sacros. Eccles.* Auth. *Item nulla Communitas*, & in Auth. *statuimus, Cod. de Episc. & cleric.* qua de re vide, quæ supra dicebantur *sect. 1. 2. & seqq.*

Quare, cùm omnia recipi debeant in terminis 6
habilibus, & reduci ad id, quod est iustum, & honestum, Bart. *in l. 1. num. 1 ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, in l. omnes populi num. 37. ff. de iust. & iur. & in l. 1. num. 1. Cod. de monopol.* Ias. *consil.* 122. Dec. *cons.* 17. *num.* 2. Alex *cons.* 59. *num.* 9 *lib.* 1. Paris. *cons.* 19. *num.* 14. *lib.* 1. Roland. *cons.* 29. *num.* 32. *lib.* 1. Socin. *iun. cons.* 32. *num.* 43. *lib.* 3 Cornens *cons.* 9. *num.* 5. *lib.* 3. Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num.* 4. *in fin. de Constitut.* Guttierez *de iuramnt. confirm. par.* 1. *cap.* 38. *num.* 6. & Rota *decis.* 780. *num.* 6. *par.* 1. *diuers.* & *decis.* 3.
num. 17. *part.* 3. *in nouissimis*, fit, quod & dicta Bulla 7
Aurea recipi debeat etiam in terminis habilibus, & reduci ad terminos iustitiæ, & honestatis, vt scilicet dicatur disponere circa res, & personas tantum seculares, non item circa res, & personas Ecclesiasticas, quod & satis colligitur ex verbis ipsius Bullæ, dum eius dispositio coarctatur ad subditos Ducis Lotharingiæ, &c. ibi: *Aliquam iurisdictionem, seu iudiciariam potestatem temporaliter in subditos, vasallos, ac seruitores dictorum Ducis haredum, & successorum ipsius, &c.* quia si ad hos terminos non reduceretur, esset contra immunitatem Ecclesiasticam, atque adeò nulla, & non seruanda, iuxta iura supra citata, & Bullam Cœnæ Domini. Immò Additionator ad Martinum Rumelinum *in eu. Bullam Auream Caroli*
IV. part. 1. *dissert.* 1. *th.* 7. docet, quod ius non euocan- 8
di ad extranea tribunalia concessum per talem Bullam, sit accipiendum de iudiciis supremis constitu-
sis per Imperium, vt Camera Imperialis, &c. Item 9
quod non obstante priuilegio de non euocando, possit euocari in causa feudali per textum expressum Aureæ Bullæ, *cap.* 11. *in Germanica edit.* tradit idem Addition, *loco supra cit. th.* 13. Quod etiam docent Rosent. *de feud. cap.* 12. *concl.* 1. *num.* 25 Meichsn. *lib.* 2. *decis.* 1. *n.* 12. Buatorph. *ad Bullam Auream, th.* 94. *lit. A.* & Schrad *p.* 10. *de feud. sect.* 1. *n.* 202. quia
dominus feudi habet ordinariam iurisdictionem, 10
quam ordinariam, quin & supremam potestatem habet Pontifex in Ecclesiasticos; quapropter neque ex hoc capite obstat dicta Bulla Aurea.

Et quamuis Imperator in dicta Bulla dirigat 11
suam dispositionem ad Episcopos, & Archiepiscopos, quibus prohibet, quod exerceant iurisdictionem in subditos dicti Ducis Lotharingiæ, &c. non tamen hic sequitur, quod se extendat ad res, & personas Ecclesiasticas; quia dirigit eam solum ad Episcopos subditos Imperio, atque adeò, non vt ad personas Ecclesiasticas, sed vt ad Principes temporales. Nam cùm dicta Constitutio, sicuti dicebam, accipi debeat in terminis habilibus, & non possit, vtporè à potestate laica proueniens, afficere eos, vt personas Ecclesiasticas, sequitur, quod afficiat ipsos solum vt Principes Imperij, præsertim quia est in fauorem subditorum Ducis Lotharingiæ, &c. & in fauorem eiusdem Ducis; atque adeò in ordine ad iurisdictionem laicam, & causas laicas, quæ pertinent ad Iudices laicos.

In hoc autem rectè procedit Bulla Aurea, quod 12
Ecclesiastici habentes feudum ab Imperatore, vel Rege, quatenus feudatarij in iis, quæ pertinent ad feudum, subdantur Imperatori, vel Regi, ad quem pertinet iudicare, & disponere de iis, quæ

pertinent ad feudum, *cap.transmissa, & cap. verum de foro compet.* vbi Abb.*num.*13.*& in cap dilectus, nu:* 4. *de presbyt.* Gail *lib.*1.*obseruat.* 30. *&* 37.S.Antonin.*par.*3.*tit* 9.*cap.*2 §.3.Mynsinger. *centur.* 5.*obseruat.*3.Surdus *consil.*396 *lib.*3.Baiar.*in Clarum lib* 4.§. *feudum, quast.*90.*num.*8 Martha *de iurisdict.par.*4 *casu* 190.Ambrnsin.*de immunit.cap.*20.*num.*56.Suarez *lib.*4.*defens fidei.cap.*14.*nu.*12 Duardus *in Bull. Cœn. can.*15 *quast.*11.*nu.*68.& dicebamus nos *lib.de Parlam.Dubit .*4 *sect .*20.*subsect.*2.*n* 1. quia cùm dominium directum feudi maneat apod Imperatorem, vel Regem, sequitur, quod cùm disponit de iis, quę pertinent ad feudum, non disponat de clerico, neque de rebus clerici, sed de re propria.

13 Neque; quia res sequuntur personam, fit, quod
ratione rei possessæ clericus subdatur Principi secu-
lari; quia non subditur ei in tali casu, vt clericus,
vel persona Ecclesiastica, sed vt Baro, vel Princeps
14 feudatarius: & ex alio capite non repugnat, quod
eadem res diuerso iure censeatur respectu diuerso-
rum, Rota apud Farinacium *decis.* .669 *num.* 3.*par.*1.
Recent.& Doctores, quos citat, & sequitur Sãctarell.
*par.*1.*var.resol.q.*26.*num.*15.

15 Insuper in dicta Bulla Aurea prohibet Imperator
exercere iurisdictionem in subditos Ducis Lotha-
ringiæ, &c. solum Episcopis, Archiepiscopis, Princi-
pibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, &c, ibi:
Statuentes, quod nullus Episcopus, Archiepiscopus, Princeps, Comes, Baro, Nobilis, vel cuiuscumque conditionis existat, &c. & non abdicat à se ius appellationum, neque prohibet appellari ad Romanum Pontificem, vti constat ex ipsamet Bulla; ergo non est, cur dicatur, quod per dictam Bullam excludantur appellationes ad Romanum Pontificem; quia si lex id voluisset, expressisset, *l.vn.§.sin autem, Cod de caduc.tollen.l.si seruus,§.Prater ait, ff.de a quir.hared. cap.*
16 *ad audient.*2.*de decim.& c.*2.*de translat.Pra at.* Quod
enim lex non dicit, præsertim si illud non sit iustũ, & rationabile, non est ab homine præsumendum, *l. dissentientis, Cod.de repud.& cap.illa, nè sede vacante,* &c.

17 Quinimmò ex hoc colligitur, quod Imperator
voluerit appellationes, & recursus reducere ad ter-
minos iuris communis, prohibendo scilicet peregri-
na iudicia respectu subditorum Ducis Lotharingię,
18 &c. sicut fuerant prohibita respectu clericorum à
Concilio Milcuitano *Can.*22. à Fabiano Papa *epist.* 3.*De.ret.c.*2.*&* ab Innocent.I.*epist.*2.*Decret.c.*3.quia prohibuit Episcopis, Archiepiscopis Principibus, Comitibus Baronibus, & cæteris Imperio subditis, ne se immiscerent in causis subditorum dicti Ducis Lotharingiæ, &c. neque eos euocarent: Cùm enim
prædicti non essent superiores Ducis Lotharingię,
19 &c non poterat de iure ad ipsos esse appellatio, vel
recursus; quia appellatio est substantialiter ad superiorem, *l* 1.§.*si quis, l. Imperatores, ff.de appellat.l.ad dictes, Cod.eodem tit.cap.omnis oppressus, cap si quis & cap. placuit,*2 *quast.*2.Quapropter solum ex quadam cõsuetudine euocabantur subditi Ducis Lotharingiæ, &c. ad Iudices de iure non competentes: & propte-
20 rea dictus Imperator vult, solum id habere locum,
quando est merè necessarium pro naturali defensione, id est, quando aliter non posset obtineri administratio iustitiæ, vti constat ex illis verbis dictæ Bullæ: *Nisi primitus efficaciter euidenti, ac legitimo documento probetur, quod à Iudicibus, officialibus, & aliis fidelibus dictorum Ducis haredum, ac successorum ipsius, qui pro tempore fuerint, ministranda iustitia deputatis, petenti iustitia fuerit denegata, nec consequi potuerit iustitia complementum.*

Ex dictis ergo colligitur, quod si quis existimans 21
per dictam Bullam Auream prohiberi appellationes ac recursum ad Romanum Pontificem, impediat tales appellationes, ac recursus, incidat in excommunicationem Canonis 15. Bullæ Cœnæ contra vtentes legibus, ac statutis contra immunitatem Ecclesiasticam; siquidem faceret obseruari dictam Bullam Auream, tanquam prohibitiuam recursus ad Romanum Pontificem atque adeò tanquam prejudicialem iurisdictioni Ecclesiasticæ, & immunitati Ecclesiasticorum, Sayr.*de censur.libr.*3.*cap.*19 .*nu*.10. Alter.*de censur.in cit.can.*15.*c.*3.*vers.vel factus*, Duard. *ibid.q* 24.*num.*1.Bonacina *de censur.in praticus.disp* .1. *q.*16.*sect.*2.*punct.*1.*num.*9.& Filliuc.*tract.*16.*cap.*10. *num.*268.

His adde, quod dispositio dictæ Bullæ Aureæ, etiam in terminis habilibus sumptæ, non habeat locum in Comitatu Flandriæ, iuxta declarationem Caroli V.Imperatoris in his verbis: *Carolus, &c. notũ facimus, quod visis, & consideratis libellis, priuilegiis, memorialibus, & metiuis dictarum partium, tam in nostro priuato, quàm statuum consilio ad hoc notabiliter congregato, & quorum omnium nobis ampla relatio facta est, volentes imponere finem dictis controuersiis ad bonum, & quietem nostrarum prouinciarum, & subditorum, ex bona, & matura deliberatione consilij diximus, & declaramus per præsentes, dictum priuilegium aureum Brabantia non habere locum, nec se extendere in nostram prouinciam, seu Comitatum Flandria, siue ab hac, siue ab altera parte Scaldis fluminis, & quod ad hunc finem dicta prouisio data inter dictas partes per amitam nostram sortiatur effectum, tanquam definitiuum, ordinantes nostro Cancellario, & gentibus nostri Consilij, Procuratori fiscali, & omnibus nostris Iustitiariis, & subiectis nostri Ducatus Brabantia, vt imposterum se regant secundùm hanc nostram sententiam absque eo quod faciant, aut attentent aliquid in contrarium. In quorum testimonium præsentibus fecimus nostrum appensi sigillum. Datum in ciuitate nostra Bruxellensi, 4. Ianuarij anno gratia* 1531.*nostri Imperij* 2.*Regnorum Germania, Hispaniarum* 6.Ex quibus constat, quod neque in negotiis laicalibus dispositio dictæ Bullæ Aureæ locum habeat pro Comitatu Flandriæ.

SECTIO II.

Au appellatio ad Romanum Pontificem locum habear semper in omnibus causis fori Ecclesiastici?

SVMMARIVM.

1 *In omnibus causis fori Ecclesiastici vnusquisque semper potest ad Apostolicam sedem appellare, nec potest ab hoc exequende ab aliquo impediri.*

2 *Summus Pontifex probibet solum in prima instantiam agitari causas apud Peregrinos Iudices, & vult quod ad Romanam sedem semper pateat recursus.*

3 *Suprema Potestas Summi Pontificis non potest stare absque eo quod possint omnes ad ipsũ de iure appellare.*

4 & 5. *Summus Pontifex non potest per aliquam concessionem abdicare à se ius cognoscendi causas per appellationem omnium fidelium, vt inseparabile à suprema eius potestate, idem dic de Principe supremo respectu suorum subditorum.*

6 *Non potest esse supremus Princeps, vel Pontifex sine suprema potestate respectu suorũ subditorum; cũ suprema potestas sit forma, & substãtia supremi principatus.*

7 Qua

7 *Qua includuntur in suprema potestate separari non possunt à supremo Principe.*

8 *Quando Princeps supremus concedit aliquid cum omnimoda potestate, non intelligitur concedere cum illa potestate, qua est apud ipsum.*

9 *Princeps quacumque potestate concessa, semper sibi maiorem retinere censetur.*

10 *Potestas Summi Pontificis est potestas Vicarij, & sic principaliter est potestas Christi, & Capitis Ecclesia cuius ipse Pontifex est Vicarius in Terris.*

11 *Offendens Vicarium Principis incidit in crimen lasa maiestatis, sicut si offenderet Principem ipsum.*

12 *Summus Pontifex, cùm habeat potestatem à Christo supremam commissam sibi, tanquam Vicario, non potest in aliquo praiudicare tali potestati.*

13 *Potestas propria quando est complicata cum iure, & potestate alicuius, non potest quidquam quis ei detrahere, cum hoc redundet in praiudicium alterius.*

14 *Ius Summi Pontificis est implicatum cum iure Dei, & Christi, cuius vices in Terris gerit, quapropter cum non possit aliquis eximi à potestate Dei, & Christi, quominus possit semper habere recursum ad ipsum, neque potest eximi à Pontificis potestate.*

15 *Summus Pontifex non potest facere, quod quis ex-pressus non possit per viam appellationis ad ipsum recurrere.*

16 *Princeps supremus non potest alienare qua ad Reginam coronam spectant.*

17 *Summus Pontifex non potest alienare Iura Regia, & Pontificia potestatis.*

18 *Ius appellationum non potest non residere penes Principem; cum non possit quis esse Princeps, & non habere facultatem exercendi munus Principis.*

19 *Munus Principis est conseruare pacem, iustitiam, & tranquillitatem subditos tuendo, quod maxime fit per appellationem.*

20 *Appellatio est defensio aduersus iniustitiam, & oppressionem Iudicis in prasidium innocentia.*

1 RESpondetur affirmatiuè, ita vt in omnibus dictis causis possit semper vnusquisque ad Apostolicam Sedem appellare, nec possit ab hac re facienda ab aliquo impediri. Desumitur *ex c. si quis vestrum, c si quis putauerit, c. ad Romanam, c. cap ideo huic, c. arguta, 2. q. 6.* Item ex Concilio Sardicensi, *an.* 7. ibi: *Placuit, vt si Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint Episcopi regiminis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit, qui deiectus est & confugerit ad Episcopum Romana Ecclesia, & voluerit, se audiri, si iustum putauerit, vt renouetur iudicium, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter, omninò requirant, & iuxta veritatis fidem definiant. quod si is, qui rogat, causam suam iterum audiri, deprecatione sua monuerit Episcopum Romanum, vt à latere suo presbyterum mittat, erit in potestate Episcopi, quid velit, & quid astimet, & si decreuerit mittendos esse, qui prasentes cum Episcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si verò crediderit, Episcopos sufficere, vt negotio terminum imponant, faciet, quod suo sapientissimo consilio iudicauerit.* Item ex *Epist. 3. decret. cap. 2.* vbi Fabianus Papa prohibens peregrina iudicia excipit Sedem Apostolicam in his verbis. *Peregrina verò iudicia saluа in omnibus Apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus; quia indignum est, ab exteris vt iudicetur, qui prouinciales, & à se electos debet ha-*

2 *bere Iudices, nisi fuerit appellatum.* Ex quibus constat, Pontificem prohibere solum causas in prima instantia agitari apud peregrinos Iudices, & velle, quod ad Romanam Sedem semper pateat recursus: quod & desumitur etiam ex *Epist. 2. Decret. cap. 3.* vbi Innocentius I ait: *Si qua autem causa, vel contentiones inter clericos, tam superioris ordinis, quàm etiam inferioris, fuerint exorta, vt se undum Synodum Nicanam congregatus eiusdem prouincia Episcopus iurgium terminetur, nec alicui liceat Romana Ecclesia (cuius in omnibus causis debet reuerentia custodiri) relictis his sacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei Ecclesiam nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias.* Ex quibus constat semper fuisse concessum recursum ad sedem Romanam.

Et ratio est, quia appellatio tendit substantialiter ad superiorem, *l. 1 § si quis, ff. de appellat. & cap. cum appellationibus de appellat.* & notant communiter Doctores, Alex. *rubr. de appellat. numero 20.* Montan. *de appellat. lib. 2. cap. 5.* Castrens. *l. aduersus, numero 2. Cod. si aduersus rem iudic.* Scaccia *de appellat. lib. 3. q. 2. & 7* Ferret. *consil. 292. num. 1. vol. 2.* Riminal. *in Rubr. num. 42. & 166 ff. de offic. eius, &c.* Valenzuola *de immunit. t. art. 6. num. 75. & 77.* Menoch. *consf. 75. num. 2.* Lopez *in l. 1. & in l. 18. tit. 23. part. 3.* & Rota *decis. 196. num. 1. part 2. diuers.* ita vt vbicomque est superioritas, ibi locum habeat appellatio: ergo cùm Pontifex sit superior respectu omnium fideliũ, Ioan. 21. *Pasce oues meas,* poterunt ad ipsũ omnes 3
fideles appellare, ita vt non possit stare suprema potestas ipsius sine iure, quod possint omnes ad ipsum appellare.

Quinimmò adeò est proprium Apostolicæ Se- 4
dis, vt possint omnes ad ipsam appellare; vt non possit Pontifex per quamcumque concessionem facere, quod non maneat in fidelibus ad ipsum appellandi tale ius, vtpotè ab ipsius iurisdictione, & potestate suprema inseparabile, sicuti vniuersaliter de supremo Principe docent Ioan. Andr. *in cap.* 5
cum Episcopus, de offic. ordinar. in 6. Monachus *ibid.* Plot. *in l. si quando, numero 278. Cod. vnde vi* Ias. *consil. 161. vol. 2.* Couar. *pract. qq. cap. 4. num. 1.* Mastrillus *de Magistr. lib. 3. cap. 8. num. 19.* Lucas de Penna *l. in sacris, Cod. de proxim. sacror. Scrinior.* & loquentes de Pontifice Innocentius *in cap. Bona, 2 de postulat. Prælat.* ibidem alii Canonistæ passim, Abb. *in c. 2. de clerico non residen. & in cap. venientes de iure iur.* Io Andr. *in c. Ecclesia S. Maria, de constitut.* Socin. *cõsil. 275. vol. 1.* Bald. *in l. cùm multa, Cod. de bonis, qua lib* Recẽtiores *in c. cùm cõtingat, de foro cõpet.* Francis. Vargas *de Episcop. iurisd. cũ glos. in c. 1. de clerico agrot. in 6.* Seraphin. *d. 615. n. 5.* & S. Th. *in 2. dist 44 in exposit. litera in fine:* 6
& probatur; quia nõ potest esse supremus Princeps, vel Pontifex sine suprema potestate respectu suorum subditorum; cùm suprema potestas sit forma, & substantia supremi Principatus; alioquin esset supremus Princeps, & non esset: esset, quia supponitur, non esset, quia non haberet formam, per quam constituitur Princeps supremus: atque ita (non posse scilicet supremam potestatem separari à supremo Principe) docent glos. *in cap. super quast. de offic. delegat.* Bart. *in l. 1. q 2. ff. de dam. infect. & in l. todicum, ff. de iud c.* Cyo. *in l. vnic. Cod. qui pro sua iurisdict.* Bald. *in feud. tit. quid sit inuest. & in l. 1. ff. de offic. Præfect. Vrb.* Lucas de Penna *in l. quicumque Cod. de om. agr. desert.* Guillel. de Benedict. *in cap. Raynutius num. 319. de testam* Carolus de Grassal. *lib. 2 Regal. Franc. iure 14* Couarruuias *c. 4. pract. qq. n. 1.* Mastrillus *cit. lib. 3. c. 8. n. 18.* Belluga *in speculo Princip. Rubr. 1. n. 9* & habetur *ex l Legatus, ff. de offic. Præsid.* Quapropter nec separari possunt à supremo Principe, quæ in suprema potestate includuntur; alioquin haberet supremam potestatem, & non haberet: haberet, vt supponitur; & non haberet; quia non haberet

habeceret ea, quæ sunt supremæ potestatis: ius au-
tem appellationum competit Principi in signum
supremæ potestatis, & est aliquid de tali potestate,
vt notant Doctores supra cit.& alij, quos citat,&
sequitur Crauetta *consil.109.num.9.vol.* a. & Petra
de potest.Princip.*cap.6.num* 96. quia ius appella-
tionum est ius superioritatis, vt supra dicebatur,
ita vt vbi est suprema potestas, ibi sit supremum
ius appellationum.

8 Vnde, quando Princeps supremus concedit ali-
quid alicui cum omnimoda potestate, non intelli-
gitur concedere cum illa omnimoda potestate,quæ
est apud ipsum,Innocent.*in cap.dudum,de elect.& in
c.inter* Monasterium, de statu Monachor. Bald.*in l.
testam nta,Cod.de testamentis*,Ruin. *consil.* 104.*n.*13.
9 *vol.*3.& Riminal.*iun.in l.*1.*n.*641.*ff.de offic. e.n*;quia
non potest abdicare à se supremam potestatem,at-
que adeo nec ius appellationum:quapropter qua-
cumque potestate concessa, semper sibi maiorem
retinere censetur, *c.dudum de prabendis in* 6.vbi Ge-
minian.*n.*6.Bald.*consil.* 326.*in fin. vol* 1. Ancharan.
*cons.*28.Paris. *consil.*83.*n.*15. *vol.* 4. Camill. Borell.
consil. 86.*n.* 5 Natta *consil* 405.*&* 408. *n.*7.Iacob.
Gal.*consil.*105.*n.*25.Alban.*consil.*82.*n.* 17. *& consil.*
84.*n.*87.Cephal. *consi.*539.*n.* 15. Beroius *consil.*74.
*n.*3.*vol.*1.Giurba *consil.*59.*n.*13. Cartar. *decis.*68.*n.*
a & Peregrin.*lib.*1.*tract.var. n.* 74. *& consil.*1.*n.*12.
vol 1 Et ratio est;quia potestatis participatio con-
cessa est participatio potestatis, quæ est in Prin-
cipe,atque adeo pars illius,& sic aliquid minus,&
semper quid ab illa,vt à suo fonte & principio de-
pendens.

10 Quod speciali ratione locum habet in Pontifi-
ce;quia suprema potestas ipsius est potestas Vica-
rij,& sic principaliter est potestas Christi,vt capi-
tis Ecclesiæ,cuius ipse Pontifex est Vicarius in ter-
tis; siquidem Vicarius habet eandem potestatem
cum eo,cuius est Vicarius, *c.*1. *de offic.Vicarij in* 6.
vbi gloss.*ver.ipsius,& c.*2.*de consuetu.* *& c.Romana,
de appellat.in* 6.præsertim quoad iudicia, Abbas
*in Repetit.c.si quis contra,n.*31.*de foro compet.* Parisius
*consil.*89.*vol.*4.Pauin.*de potest.Capit.Sede vacan.q.*10.
11 *n.*14.& Rota *decis.*371.*in Nouis.*Quapropter offen-
dens Vicarium Principis incidit in crimen læsæ
Maiestatis, sicut si offenderet Principem ipsum,
Bart.*in Extrauag.contra Rebell. n.* 4 Cardin. *in Cle-
ment.Pastor. insi.de re iudic.*Præposit.*in c.in primis,§.
de persona,n.*10.*causa* a.*q.*1. Commens. *consil.*153.
Gigas *de crim.læsæ Maiest. lib.*1.*q.* 6.Menochius
*consil.*99.*n.*49.Et Pontifex facit idem Consistorium
cum Christo, tanquam Vicarius ipsius, quin &
quasi vnum Consistorium cum Deo, Gonzalez
*Regula de mens.& altern.§.*1.*proœm.n.*33.Azor *par.*a.
12 *lib.*4.*c.*7.Francisc.Marc *decis.*456. *n.* 19. Cùm ergo
Pontifex habeat potestatem à Christo supremam
commissam sibi,tanquam Vicario, non potest in
aliquo præiudicare tali potestati, neque à se abdi-
care respectu cuiuscumque quæ sunt talis potesta-
tis,vt est ius appellationum; quia quando est ius,
13 & potestas propria complicata cum iure, & pote-
state alterius non potest quidquam quis ei detra-
here, cùm hoc redundet in præiudicium alterius,
cum quo est ius complicatum,*c. cum tempore de ar-
bitr.& c.cùm olim*, *§.nos igitur de priuileg.* & tradunt
Felinus *in c.cum dilecta de rescript.* Abbas *in c.significa-
uit n.*11.*de foro compet.*Tusch.*lit.P.concl.* 759 *num.*
3.Gaspar.Guillel,*in apolog.Feud.c.*8.*n.* 31. Man. *del.
consil.*74.*n.*3.Seraphin.*decis.*324.*n.*5.Nouar.*in prax.
Electiom.fori,q.*7.*n.*17. *sect.* 3. & de priuilegio lo-
quentes Siluerius *ver.priuilegium,q.* 10. Armilla,*n.*
9.Sanchez *lib.*4.*moral. c.*39. *n.* 29. Sigismundus à
Bononia *de Elect.par.*1.*c.*2.*dub.*25.*n.*7.Suar.*de legib.
lib.*8 *c.*6.*n.*2.Lauor.*in variis lucubration,tit.*4.*c.*14.*n.
n.*87.Tamburin.*de iure Abbat.to.*1. *disp.* 16.*q.*15.*n.*
3.& Diana *par.*3.*tract.*2.*res.*86 & sic non habet po-
testatem,& ius ita proprium,vt possit de illo ad li-
bitum disponere sine iniustitia alterius. Quod præ- 14
sertim verum est in iure Pontificis, quod non so-
lum est implicatum cum alieno iure,sed est ius al-
terius,nempe Dei,& Christi, cuius vices in terris
gerit; quapropter cùm non possit aliquis eximi à
potestate Dei,& Christi, quò minus possit semper
habere recursum ad ipsum, neque poterit eximi à
potestate Pontificis,quo minus possit ad ipsum ap-
pellando pro iustitia recurrere tanquam ad supe-
riorem,& Vicarium Christi,alioquin eximeretur à
potestate Dei,& Christi,cuius locum in terris te-
net.Abbas *in c.cum instantia de censib.*& sic non po- 15
terit Pontifex facere, quod quis oppressus non
possit per viam appellationis ad ipsum recurrere:
sicuti non potest facere,quod non possit recurrere
ad Deum,& Christum.

Accedit, quod Princeps supremus non potest 16
alienare,quæ ad regiam coronam spectant,*c.intelle-
cto de iureiur.*vbi Ioannes Andreas Innocent. Ho-
stiens.Abb & alij,Cynus *in l.digna vox,Cod.de legib.*
Bald.*in c.licet,§.in generali si de feudo defunc.& in c.*1.
ver.possideant, de pace Constantie,Hernia *in c.*1.*§.præ-
terea de prohibit.feudi alien.* Oldrad.*cons.*74.Ferdinã-
dez Vasquez *lib.*1.*illustr.controuers.c.*5.*n* 25.& com-
muniter Doctores *in c.*1.*de probat. in l.prohibere, §.
planè,ff.quod vi,aut clam,& in l.bene à Zenone,Cod.de* 17
quadrien. præscript. Quod etiam valet in Pontifice
ob eandem rationem: quapropter non potest alie-
nare iura Regiæ,& Pontificiæ potestatis,quale,si-
cuti dicebam,est ius appellationum, & sic facere,
quod non possit quis, quando est iusta appellatio,
ad ipsum appellare;quia tenetur omnia,quæ perti-
nent ad Regiam,& Pontificiam potestatem, illiba-
ta seruare,*cit.c.intellecto,& c.grandi, de supplen.negli-
gent.Prælat.in* 6.

Accedit secundò,quod cùm non possit quis esse 18
Princeps,& non habere facultatem exercendi mu-
nus Principis alioquin esset Princeps solo nomine
non potest ad ipsum non residere ius appellatio- 19
num respectu suorum subditorum. Consequentia
probatur;quia munus Principis est conseruare pa-
cem,iustitiam,& tranquillitatem subditos tuendo
Aristot.5.*Ethic.c.*6.*&* 3.*polit. c.* 5.quem sequuntur
Caualcan.*de brach. Reg.par.*1. *n.* 524. Afflict. *decis.*
265.*num.*81.*&* 81.Natta *cons.*179.*num.* 3. Taparus
*de potest.Princip.§.*5.*num.* 27. Valenzuola *cons.*70.*n.*
3.Petr.Gregor.*lib.*6.*de Republ.c.*6.*numero* 4.*&* 5.Bo-
badil.*lib.*2.*Polit.c.*1.*n.*1.*&* 2.Menochius *consil.*5283.
numero 33.Parlador.*lib.*2.*rerum quotidianar. c.*1.*num.*
5.Grammat.*voto* 32.*numero* 16.& Socinus *cons.*279.
*in fin.lib.*a.& habetur ex *c.dilecto filio, de sent.excom-
mun.in* 6.*l.nam salutem,ff.de offic. Præfect. vigil. l.Im-
perialis,Cod.de nuptiis,& Auth. Quomodo oportet,init.*
ita vt in Principe idem sit regimen, & refugium,
*Auth. vt Iudices, init. Auth. de armis, Auth. de
priuileg.dotis,init.& Auth. de Quæstor. init.* & notant
Fulgos.*consil.*20.*circa fin.*Abb.*consil.*20.*n* a. *in fin.&
in c.qualiter,& quando,num.*8.*de iudic.* Rolan.à Valle
*consil.*1.*numer.* 101.*& seq.lib.* 1. Sesse *de inhibit.cap.*
8.*§.*3.*n.*58.& Tusch.*lit.P.concl.*679.*num.* 59.*& seq.*
Hanc autem potestatem subueniendi oppressis, & 20
tollendi violentias non haberet Princeps.& Ponti-
fex,nisi ad ipsos per viam appellationis refugiũ pa-
teret,est enim appellatio defẽsio aduersus iniustitiã,

&

& oppressionem Iudicis, in præsidium innocentiæ, *cap cum specialis, §. porrò, cap. suggestum de appellat. cap. omnis oppressus*, 2. *quæst. 6 l. 1. ff. de appellat. & l. 2. § ex actu ff. de orig. iur.* & docent Abb. *in rubr. de appellat. num* 6. Mantica *num.* 13 Francus *num.* 14. Socin. *consil.* 39. *num.* 9. *lib.* 4. Alex. *consil.* 13. *num.* 5 *lib.* 5. Maranta *par.* 6. *specul. num.* 247. Scaccia *de appellat. ar.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 3. & *quæst.* 16 *num.* 4. & 21. Rebuff. *in Præfat. de rescript. num.* 161. Couar. *pract. qq. cap.* 23. *num.* 6. Vrsill. ad Afflict. *decis.* 188. *num.* 6. Surd. *decis.* 5 *n.* 5. Purpurat. *in l.* 1. *num.* 37 *Cod. de pactis*; Veral. *decis.* 171. *par.* 2. & Rota *decis.* 2. & 3. *vt lite pendent.* & *decis.* 2. *de except.* & *decis.* 23. *num.* 3. *de appellat. in Nouis.* Quapropter appellatione ad Principem remota nō posset Princeps oppressionem à subditis tollere, atque, adeo nec proprium munus Principis exercere.

SECTIO III.

An possit præscriptione, & consuetudine acquiri, quod non appelletur, ad Romanum Pontificem?

SVMMARIVM.

1 *Non potest præsumptione, & consuetudine acquiri, quod non appelletur ad Romanum Pontificem.*

2 *Præscribi non potest quod non potest auferri à Domino nec pote t per consuetudinem induci quod non potest induci per legem, vel statutum.*

3 *Subditus, quandiu manet subditus non potest auferre supremam potestatem à Principe, & lex vel statutum non potest facere quod subditus non recognoscat in Principe supremam Potestatem.*

4 *Consuetudo, & præscriptio contra supremam Potestatem Pontificis non valet.*

5 *Ius superioritatis, quod est in Principe, in quo includitur ius appellationum, & recognitio subiectionis, & suprema Potestas cum iis, quæ sunt de intrinseca ratione ipsius, non possunt præscribi.*

6 *Subditus potest præscribere ius superioritatis abiiciendo subiectionem, & se subtrahendo à Domino Principis, non potest tamen idem manens subditus.*

7 *Subiectio ad Romanum Pontificem, vt Christi Vicarium, cui non potest non subiici omnis fidelis, nullo modo præscribi potest.*

8 *Ius appellationum ad Romanum Pontificem non potest præscribi per desitionem subiectionis.*

1 EX dictis sequitur primò, quod non possit præscriptione, & consuetudine acquiri, quod non
2 appelletur ad Romanum Pontificem, quia non potest præscribi, quod non potest auferri à domino; nec potest per consuetudinem induci, quod non po-
3 test induci per legem, vel statutum; sed non potest subditus, quandiu manet subditus, auferre supremā potestatem à Principe; nec lex, vel statutum facere, quod subditus manendo subditus non recognoscat in Principe supremo potestatem supremam; cùm impossibile sit, quod subditus, quamdiu est subditus, non habeat in se subiectionem, & ea, quæ ipsam consequuntur; & quod Princeps supremus sit talis, & non habeat iura supremæ potestatis; ergo fieri non potest, quod præscriptio, vel consuetudo valeat contra supremam potestatem, & contra ea, quæ ipsam consequuntur.

Confirmatur; quia expressè in *cap. Bona* 2. *de postulat. Prælat.* habetur, quod non valeat consuetudo, vel præscriptio contra supremam potestatem Pontificis; præsertim quia non valet consuetudo, vel præscriptio contra ius diuinum. 3

Confirmatur secundò, quia expressè etiam docent Bart. *in l. in omnibus, ff. de diuers. & temporalib. præscript. in l. infamem, ff. de public. iudiciis, l.* 1. *de aqua pluuia arcen. & in l. hostes, ff. de captiuis*, Felin. *in cap. cùm non liceat, & in c. cum nobis de præscript.* Ias. *consil.* 70 *lib* 3. Curtius *iun. de feud. par.* 2. Purpurat. *in l. Imperium, n.* 164. *ff. de iurisdict. omn. iudic.* Crauetta *de antiquit. tempor. par.* 4 *num.* 72. Io. de Legnidian. *in cap. cum ex offic. de præscript.* Innoc. *in cit. c. bonæ de postulat. Prælat.* Butrius *in c. cùm contingat, de foro compet.* Belluga *in specul. Principis rubr* 22. *num.* 55. Couar. *pract. qq. c.* 4. *num.* 1. *in Regul. Possessor, ar.* 2. §. 2. *num* 8. in specie loquens de iure appellationis, Socin. *consil.* 275. *lib.* 2. loquens in specie de potestate Pontificis, Gutierez *de gabellis, quæst.* 5. *num.* 16. Mieres *de maior. par.* 4 *quæst.* 21. *num* 79 Mastrill. *lib.* 1 *de Magist. c.* 9. *num.* 1. & 2 Peregrin. *lib.* 3. *de iure fisc. tit.* 8. *num.* 13. Burgos de Paz *consil.* 15. *num.* 11 Sixtinus *de regalib. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 136. & *seqq.* Mascard *de probat. to.* 1. *concl.* 215. *num* 50 Tusch. *lit. P. concl.* 569. & *concl.* 570. Valenzuola *consil.* 10. *num.* 49. & 50. & *consil* 93. *numer.* 42. Paul. Christianeus *decis.* 294. *numer.* 14. & 15. Suarez *in defens. fid. libr.* 4. *cap.* 3. *numer* 10. Barbosa *in c. cùm non liceat n.* 3 *de præscript* Ioan. del Castillo *de tertiis c.* 22. *num.* 5. Mol. *de iust. & iur. disputat.* 75. Merolla *to.* 3. *disp.* 7. *c.* 1 *dub.* 13. *num.* 259. & Ricciu *Collect.* 778. quod ius superioritatis, quod est in Principe, in quo includitur ius appellationum, & recognitio subiectionis, & suprema potestas cum iis, quæ sunt intrinseca ratione ipsius, non possint præscribi; & meritò, quia cùm iura appellationum conueniant Principi in signum supremæ potestatis, vti supra dicebam, & notant Bald. *in Auth. quas actiones, Cod. de Sacros. Eccles.* Oldrad. *consil.* 171. & *consil.* 244 Conar. *Regul. Possessor*, §. 2. *num.* 8 Crauetta *consil.* 209. *numer.* 9. *vol.* 1. Perra *de potestat. Princip. c.* 6. *numer.* 96. & Merolla *tomo* 3. *disputat.* 7. *c.* 1. *num.* 59. *in fi.* sequitur, quod non possint præscribi, nec possit contra ipsa prævalere consuetudo in oppositum; alioquin esset supremus Princeps, & sic debens recognoscere, quæ fiunt circa proprios subditos, & non posset, quod repugnare videtur. 5

Obiicies: Multi graues Doctores (inter quos Abb. *in cit. cap. non liceat, num.* 5 *de præscript.* Roman. *consil.* 371. Dec. *consil.* 207. Socin. *consil.* 277 *libr* 2. Purpurat. *in. l.* 1. *numer.* 4. *ff. de offic. eius*, & Couar. *Regul. peccatum, par.* 2. §. 9. *numer.* 9.) docent, quod subditus potest præscribere ius superioritatis, ergo.

Respondemus distinguo antecedens: potest subditus præscribere ius superioritatis, abiiciendo subiectionem, & se subtrahendo à dominio Principis, concedo: potest subditus præscribere ius superioritatis manendo subditus, vt non possit ad Principem appellare, qui remanet Princeps, & superior, nego; quia implicat, quod subditus sit subditus, & non habeat subiectionem, & sic non possit appellare; & quod Princeps sit Princeps, seu superior, & non possit subditum iudicare, & recognoscere, quæ à suis ministris fiunt circa iustitiæ administrationem; sic rectè adnotatur Oldrad. *consil.* 154. & *consil.* 172. & *consil.* 244. Conar. *Regul. possessor, par.* 2. §. 2. *num* 8. & alij passim. Vnde cùm non possit vllo modo præscribi subiectio ad Romanum Pontificem, vt Christi Vicarium 6 7

Vicarium, cui non potest non subiici omnis fidelis, siquidem ex institutione Christi omnis subiicitur, Matth. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, &c. & Ioan. 21. *Pasce oues meas*.
8 fit, quod non possit præscribi ius appellationum per desitionem subiectionis.

SECTIO IV.

An neque possit priuilegio quocumque acquiri, quod non appelletur ad Romanum Pontificem?

SVMMARIVM.

1 *Non potest priuilegio quocumque acquiri, quod ex aliqua Prouincia, vel loco, quando adest iusta causa appellandi, non appelletur ad Romanum Pontificem.*

2 *Priuilegium cum contineat speciale Beneficium concessum à Principe, potest tantum esse circa ea, quæ à Principe concedi possunt, non autem circa abdicationem eorum, quæ supremam potestatem concernunt.*

3 *Falsum est quod ratione priuilegij, vel Concordatorum de facto excludantur appellationes ad Romanum Pontificem.*

4 *Præsumendum non est quod Pontifex concordauerit, quæ non potuit concordare.*

5 *Potestas Summi Pontificis licet sit summa, est tamen coarctata ad limites rationis; ita vt non possit Pontifex facere quæ sunt irrationabilia.*

6 *Non est potestas, nisi rationabilis, & iusta.*

7 *Summus Pontifex potestatem accepit à Christo non in destructionem, sed in ædificationem.*

8 *Princeps, qui non sequitur rationem non vtitur plenitudine potestatis, sed tempestatis.*

9 *Pontifex si concederet, ne appellaretur ad Apostolicam Sedem, faceret actum irrationalem, esset enim dissipator Iurium Vicariatus Christi, quinimo renunciaret iuri, quod est inseparabile ab Apostolica Sede.*

10 *Reperitur quædam mentio Concordatorum circa causas appellatorias non committendas Iudicibus exteris; sed tantum Synodalibus patriæ; vide ibi per extensum.*

11 *In responsione S. Congregationis non fit mentio Concordatorum, sed solum declaratur, quod per facultates concessas Nuncio non censeatur derogatum statutis & priuilegiis, de quibus in cap. 20. de reformat. sess. 24. Concil. Trident.*

12 *Item in eadem Declaratione disponitur, quod dictum Decretum non habeat locum in causis, quæ iuxta Canones pertinent ad Sedem Apostolicam; & cauetur etiam quod salua maneat auctoritas Summi Pontificis, quando sibi videtur per speciale rescriptum signaturæ alicui committere.*

13 *Prædicta declaratio nihil iuuat ad tollendum ius appellationum ad Romanum Pontificē apud Belgas.*

14 *Prædicta declaratio Sac. Congregationis, cum innitatur priuilegiis Belgarum, non plus concedit, aut declarat conuenire, quam conueniat per priuilegia, quin si plus declarasset, corrueret defectu intentionis.*

15 *Intentio non se extendit vltra priuilegia.*

16 *Corruente causa, cui innititur sententia, corruit etiam sententia.*

17 *Dispositio Pontificis corruit, quando innititur alterius relatione falsa.*

18 *Declaratio, seu concessio respectu possessionis, non subsistit, quando possessio non est legitima.*

19 *Belgæ non habent aliud priuilegium, nisi quod causæ in prima instantia euocari non possint, concessum à Leone X. ad instantiam Caroli V. Imperatoris.*

20 *Priuilegia excludentia totaliter appellationem à Summo Pontifice, non præsumuntur ex iam dictis, & si quæ extant vel sunt subreptitia, vel extorta, & sic vim vllam habentia.*

21 *Princeps Belgarum misit procuratores suos ad Pontificem eligendum pro confirmatione statuti, in quo inhibebat suis vassallis, ne alterum vassallorum traherent extra Prouinciam in causa beneficiali; nisi in prima instantia fuisset terminata, quæ tamen confirmatio non apparet obtenta.*

22 *Priuilegium concessum Carolo V. à Leone X. est tantum pro prima instantia, non autem in terminis appellationis, & in Beneficialibus taxatiuè ad beneficia non excedentia valorem 24. aureorum de Camera quoad prouentus.*

23 *Item in dicto priuilegio excluduntur causæ criminales, quia de ipsis nulla fit mentio, sed tantum de ciuilibus, spiritualibus, & beneficialibus.*

24 *In concessionibus, & priuilegiis quod est omissum, censetur denegatum.*

Sequitur secundò, quod neque possit priuilegio 1
quocumque acquiri, quod in aliqua prouincia,
vel loco, quando adest iusta causa appellandi, non
appelletur ad Romanum Pontificem, quia priuile- 2
gium cùm contineat speciale beneficium conces-
sum à Principe, *cap. priuilegium dist. 2. cap. in his, de pri-
uileg. c. Abbate, & c. olim, de verb. signif.* potest tantum
esse circa ea, quæ à Principe concedi possunt, non
autem circa abdicationem eorum, quæ supremam
potestatem concernunt, vt est ius appellationum,
quæ à Principe concedi non possunt, vt patet ex
dictis.

Obiicies: ratione priuilegij, vel concordatorum 3
de facto excluduntur apud Belgas appellationes ad
Romanum Pontificem; ergo.

Respondetur: nego antecedens; quia de facto
non extant talia concordata, quin dato extarent,
nullum robur habent, vtpotè subreptitia, vel ex-
torta, vel ex aliquo alio deficientia; quia non est 4
præsumendum, quod Pontifex concordauerit, quæ
non potuit concordare; siquidem, licet Pontifex 5
habeat plenitudinem potestatis, *cap. ad honorem de
vsu pall. 1, & c. decreto, 2. q. 6. & c. fin. 9. quæst. 3.* hæc ta-
men potestas, quamuis summa, est coarctata ad limi-
tes rationis, ita vt non possit Pontifex facere, quæ
sunt irrationabilia; quia non est potestas nisi ra- 6
tionabilis, & iusta, *l. 2 de vsufr. ear. rer. quæ vsu con-
sum. l. penult. de furtis, l. reprehendenda, C. de instit. &
substit. & c. sunt quædam 25. q. 1.* & notant communi-
ter Doctores, præsertim in Pontifice, qui potesta- 7
tem accepit à Christo non in destructionem, sed in
ædificationem, 2. *Corinth.* 10. *vers.* 8. Quapropter 8
Princeps, qui non sequitur rationem, non vtitur
plenitudine potestatis, sed tempestatis, Bald. *consil.*
453. Probus *in cap. 1, num. 1.* Ne Sede vacante, *in 6.*
Rolan. *cons. 7. num. 113. lib. 3.* & Riminald. iun. *cons. 5.
num. 229.* At si Pontifex concordaret, ne appella- 9
retur ad Apostolicam Sedem, esset actus irrationa-
lis: esset enim dissipator iurium Vicariatus Chri-
sti; quinimò renunciaret iuri, quod est inseparabi-
le ab Apostolica Sede, sicut est inseparabile, quod
Pontifex manens Vicarius Christi non sit caput,
& Superior omnium fidelium, vt patet ex dictis;
ergo, &c.

Solum

10 Solum reperio, fieri mentionem Concordatorum circa causas appellatorias non committendas Iudicibus exteris, sed tantũ Synodalibus patriæ in quadam supplicatione porrecta S. Congregationi Concilij Tridentini, anno 1615. in hac forma.

Cum in Burgundia, Brabantia, & Flandria, & aliis Belgij partibus D. Alberto Archiduci Austriæ subiectis, inter alia Archiepiscoporum Synodalia statuta ex immemorabilibus consuetudinibus concordatis, & priuilegiis notoriis earundem partium, huiusque in viridi tantum, & obseruatum sit omnium, incolarum coram exteris Iudicibus nullatenus euocabilium, causas præsertim appellatorias Iudicibus Synodalibus patriæ dumtaxat committi, & nihilominus inter alias Nunciorum Apostolicorum Belgij facultates insertum asseratur indultum, easdem causas generaliter committendi, & cognoscendi, ideo per Philippum Maesium pro eodem Alberto hîc residentem quæritur, an per prædictas facultates Nunciorum Apostolicorum hîc annexas, possit dictis statutis, & priuilegiis aliquatenus derogatum censeri iuxta cap. 1. de reformat. sess. 24. Concilij Tridentini, S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, facto prius verbo cum Sanctissimo D. N. Paulo Papa V. respondit, eiusdem Sanctissimi, & Patrum dicti Concilij intentionem non fuisse, nec esse, statutis, & priuilegiis huiusmodi derogare, firma tamen, ac aliàs in reliquis illæsa permanente dict. c. 20. sess. 24. dispositione. Romæ 23. Iunij 1615. Cardinalis Lancellottus.

11 Verum prædicta Responsio concernit solum commissiones causarum respectu facultatis Nuncij Apostolici, non autem appellationes ad Romanum Pontificem: nec in Responsione Sacræ Congregationis fit mentio vlla concordatorum, sed solum declaratur, quod per facultates concessas Nuncio non censeatur derogatum statutis, & priuilegiis, de quibus *in cap. 20. de reformat. Sess.* 24. Concilij Tridentini. Et quia in eadem declaratione cauetur, quod in reliquis salua maneat dispositio eiusdem cap. 10 sequitur, quod solum in prima instantia non possint partes euocari, & solum in ap-
12 pellatione, quæ nõ fit à definitiua sententia, vel interlocutoria, quæ vim habeat definitiuæ, & quando grauamen per sententiam definitiuam reparari non potest. Rursus in eadem declaratione disponitur, quod dictum decretum non habeat locum in causis, quæ iuxta Canones pertinent ad Sedem Apostolicam; & cauetur etiam, quod salua maneat auctoritas Summi Pontificis, quando sibi videtur ex rationabili causa per speciale rescriptum signaturæ alicui committere: quapropter prædicta
13 declaratio nihil iuuat ad tollendum ius appellationum ad Romanum Pontificem apud Belgas.

14 Adde, quod cum dicta declaratio Sacræ Congregationis innitatur priuilegiis Belgarum, non plus concedit, aut declarat conuenire, quàm conueniat per priuilegia, quin si plus declarasset, corrueret defectu intentionis; quia intentio non se
15 extendit vltra priuilegia, Geminian. *consil.* 53. *num.* 14. *in fin.* & Rota in Tullensi Monasterij 19. Ianua-
16 rij 1609. coram Sacrato, vbi quod corruente causa, cui innititur sententia, corruit etiam sententia, & rursus Rota in eadem causa die 21. Maij eiusdem anni. & est decisio 224 par. 4. Recentior. vbi quod
17 corruit etiam dispositio Pontificia, quando innititur alterius relationi falsæ, & Alex. *consil.* 1. *n.* 427. &
18 428. *lib.* 2. vbi quod declaratio, seu concessio prætextu possessionis non subsistit, quando possessio
19 non est legitima; sed Belgæ non habent aliud priuilegium, nisi quod causæ in prima instantia euocari non possint, concessum à Leone X. ad instantiam Caroli V. Imperatoris, de quo mox infra; ergo, &c.

Quatenus autem spectat ad priuilegia, cùm emanare non possint ab Apostolica Sede priuilegia excludentia totaliter iura appellationis ad ipsam, vt patet ex dictis, præsumendum est, talia priuilegia non extare, & si extarent, non esse vera priuilegia, sed vel subreptitia, vel extorta, & sic vim nullam habentia. 20

Solum reperio, Principem Belgarum cogitasse, quod causæ in prima instantia non euocarentur. 21
Vnde Archidux anno 1437. mense Maio die 20. (vt habetur *in lib. Edictorum Belgicorum fol.* 209. inhibuit suis vassallis, ne alterum vassallorum traherent extra prouinciam in causa beneficiali, nisi in prima instantia fuisset terminata; & quia nouerat, hoc suum statutum inualidum esse, misit Sede vacante ad Curiam Romanam legitimos procuratores, quod electo Pontifice peterent ab ipso confirmationem, quam tamen non constat obtentam fuisse.

Similiter priuilegium concessum Carolo V. à 22
Leone X. est tantum pro prima instantia, non autem in terminis appellationis, vt constat ex verbis Bullæ, quæ incipit, Leo Episcopus, &c. sub Nonis Iulij 1515. ibi: *Pro quibuscumque causis, tam spiritualibus, quam ciuilibus, & mixti forum Ecclesiasticum quomodolibet concernentibus, ac etiam beneficialibus, dummodo singulorum beneficiorum fructus, redditus, prouentus viginti quatuor ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedant: & ipsa beneficia generaliter reseruata non existant, &c. in prima instantia citari, vel conueniri, vel aliàs quomodolibet ad iudicium euocari non possint, nec debeãt. Sed huiusmodi tamen in partibus illis in prima instantia cognoscantur, dummodo tamen per ipsos Iudices in partibus infra annum à die motæ litis terminentur.* Ex quibus constat, quod priuilegium sit tantum quoad primas instantias, & in beneficialibus taxatiuè ad beneficia non excedentia valorem 24. aureorum de Camera quoad prouentus.

Quin etiam excluduntur causæ criminales; 23
quia de ipsis nulla fit mentio, sed tantum de ciuilibus spiritualibus, & beneficialibus: in concessionibus autem, & priuilegiis quod est omissum,
censetur denegatum, Ripa *in leg. qui Romæ*, §. 24
duo fratres, ff. de verb. oblig. Castrens. *ib d.* Surdus *decis.* 69. *num.* 5. & Crauetta *cons. l.* 30. *in princip.* Quapropter in his in prima etiam instantia licebit recurrere ad Romanum Pontificem, & alios Iudices competentes.

SECTIO V.

Prima difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Mileuitanum falsò dicitur prohibere sub pœna excommunicationis Presbyteris, & aliis Clericis inferioribus appellare ad Romanam Sedem.*

2 *Concilium Mileuitanum fuit approbatum ab Innocentio I. in sua Epistola 25. quæ est. 93. inter Epistolas S. Augustini.*

3 *Concilium Mileuitanum, vt notat Baronius condidit solum octo priores Canones contra hæresim*

Pelagij, ceteri vero Canones, qui tribuuntur eidem Concilio fuerunt diuersorum Aphricanorum Conciliorum vnde non fuerunt confirmati ab Innocentio I.

4 *In canone supposito dicti Concilij cum prohibeatur appellatio ad Transmarina, non intelligitur de appellatione ad Romanam sedem; sed ad alios Episcopos, aut Concilia Prouincialia.*

5 *Consuetudo iam obtinuerat vt appellaretur ad Episcopos aliarum Prouinciarum, non solum ab Episcopis; sed etiam à ceteris Clericis.*

6 *Bellarminus minus recte responderit ad dictum Canonem Concilij Mileuitani, & cur.*

7 *In relatiuis, & connexis fit extensio de vno ad aliud, ita vt sit idem iudicium de ipsis, & quod dicitur de vno, dicatur etiam de alio; quin immo pro vno, & eodem reputantur.*

8 *Non potest esse in summo Pontifice ius accipiendi appellationes; nisi sit etiam in subditis ius appellandi.*

1 OBiicies primò. In Concilio Mileuitano Can.
22. fuit prohibitum sub pœna excommunica-
tionis Presbyteris, & aliis inferioribus clericis ap-
pellare ad Romanam sedem, ibi: *Item placuit, vt pres-
byteri, diaconi, vel cæteri inferiores clerici in causis, quas
habuerint, si de iudiciis Episcoporum suorum questi fue-
rint, vicini Episcopi eos audiant, & inter eos quidquid
est, finiant adhibiti ab eis ex consensu Episcoporum suo-
rum. Quod si & ab eis prouocandum putauerint, non
prouocent, nisi ad Aphricana Concilia, vel ad primates
prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui pu-
tauerit appellandū, à nullo intra Aphricam in communio-
ne recipiatur.* Quod concilium approbatum fuit ab
2 Innocentio I. in sua Epistola 25. quæ est 93. inter
Epistolas S. August. Ergo si Concilium potuit pro-
hibere tales appellationes, potest etiam Pontifex
concedere, ne eædem appellationes locum habeāt;
& consequenter potest etiam consuetudine, vel
præscriptione idem ipsum acquiri.

3 Respondetur, nego antecedens; quia ex cit. Ca-
none nihil tale colligitur, siquidem, vt notat Baro-
nius *anno* 416. *numer.* 3. Concilium Mileuitanum
condidit solum octo priores Canones contra hæ-
resim Pelagij; cæteri verò Canones, qui præter octo
priores tribuuntur eidem Concilio fuerunt diuer-
sorum Aphricanorum Conciliorum, quorum vnus
est citatus 22. Vnde nec fuerunt cōfirmati ab Inno-
centio I. quia in cit. Epist. solum approbauit acta cō-
tra Pelagium, vt ex ipsa constat. Accedit, quod cùm
in illo Canone prohibetur appellatio ad Transma-
4 rina, non intelligitur de appellatione ad Romanam
sedem; sed ad alios Episcopos, aut Concilia prouin-
cialia, vt notat Gratian. *cap. placuit*, 2. *q.* 6. referens di-
5 ctum Canonem 22. siquidem tunc consuetudo ob-
tinuerat, quod appellaretur ad Episcopos aliarum
prouinciarum, non solum ab Episcopis, sed etiam à
cæteris, vt desumitur ex Epistola Fabiani Papæ, &
Innocentij I. & ex Epistola 162. S. Augustini: qua-
propter Canon ille 22. Cōcilij Mileuitani tollit hāc
consuetudinem appellandi ad Transmarinos Epis-
copos, non quoad Episcopos Aphricæ, sed quoad
presbyteros, & clerum; non autem prohibet appel-
6 lationem ad Romanum Pontificem. Vide Bellarmi-
num *lib. 2. de Romano Pontifice, cap.* 24. qui respondēs
ad dict. Canonem 22. Concilij Mileuitani, ait, quod
in Summo Pontifice sit quidem ius recipiendi ap-
pellationes, si velit; possit tamen in subditis non
esse ius appellandi; sed minus rectè; quia cū appella-
tio relatiua sit ad eum, ad quem fit, connectis ap-
pellantem cum ipso, tanquam cum termino re-
latiuo, & facit, quod non possit esse appellans, nisi
sit is, ad quem appellatur, nec is, ad quem appella-
tur, nisi sit appellans. In relatiuis autem, & conne- 7
xis fit extensio de vno ad aliud, ita vt sit idem iudiciū
de ipsis, & quod dicitur de vno, dicatur etiam de a-
lio, *cap. si quis obiecerit, cap. si quis probandas*, 1. *q.* 3.
*cap. præterea, de offic. delegat. cap. translato, de constitut. l.
quid ergo, §. iudicio contrario, ff. de contr. & util. act.
tutel. l. proinde, ff. ad leg. Aquil. & l. cum actum, ff.
de negot. gest.* Quin immò pro vno, & eodem re-
putantur, *l. quod conclaue, ff. de damno infect.*
& tradunt Marsil. *singul.* 251. Aymon. *consil.* 275. *num.*
4. *&* 5. *& consil.* 461. *num.* 50. Surdus *decis.* 199. *numer.*
13. & Scaccia *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 21. *numer.* 75.
quapropter non potest esse in Summo Pontifice ius 8
recipiendi appellationes, nisi sit etiam in subditis
ius appellandi.

SECTIO VI.

Secunda Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Falsò dicitur in Concilio Carthag. VI. Romano Pontifici ius appellationis suscipiendæ ex Aphrica negatum esse.*

2 *Episcopi Aphricani supremam, & vniuersalem super omnes Ecclesias iurisdictionem Romani Pontificis cognouerunt.*

3 *Summus Pontifex ex Epistola synodica trium Conciliorum Aphricanæ Prouinciæ, appellatur summus omnium Præsulum Pontifex, & Apostolico culmine sublimatus.*

4 *Causa Pelagij, & Celestij hæreticorum liberum hominis arbitrium nimis extollentium ab Episcopis Aphricanis sedis Apostolicæ auctoritate diiudicanda censetur.*

5 *Item colligitur ex commonitorio prolato à Legatis sedis Apostolicæ in sexta synodo Carthaginensi, vbi præter causam appellationis alia puncta continebantur.*

6 *Item in concilio Aphricano statutum fuit, vt pergentes Episcopi ad Comitatum, causam suam, vel Carthaginensi, vel Romano Pontifici insinuare procurarent. vide ibi alia decreta.*

7 *Patres Aphricani absolute non negarunt appellationem Romano Pontifici; sed tantum modum procedendi, & exequendi.*

8 *Item putarunt consultius fore propter incommoda, quæ sequi solent, si iudicium in causa Episcopi Romam aduocetur, propter impedimenta eorum qui Romam se conferre non possunt, quod Iudicia vbi cœpta fuerint, ibi etiam terminentur.*

9 *In Concilio Nicæno de appellatione Episcoporum ad sanctam Romanam sedem nihil expressum inuenitur.*

10 *Concilij Nicæni perierunt multi Canones temporis iniuria.*

11 *Nicæni Concilij magnum Codicem fuisse ab Orientalibus se intellexisse testatur Isidorus.*

12 *In Concilio Nicæno decretum fuisse ne quisquam Episcoporum absque Romani Pontificis auctoritate damnaretur, concorditer testantur Episcopi Ægyptij: vide ibi alia quæ dicuntur dicti Concilij.*

13 *Concilium Sardicense, œcumenicum statuit de appellatione Episcoporum ad Romanam sedem, & valde credibile*

credibile est Canonem dicti Concilij à Romanis Legatis in suo Commonitorio in Concilio Carthaginensi 6. recitatum fuisse, & Nicanum etiam appellatum esse.

14 *Patres Aphricani non recte inferuas quod Metropolitani cognoscere debeant Episcoporum causas.*

15 *Episcopi condemnatio est ex grauioribus causis, quæ semper sedi Apostolicæ reseruatæ sunt.*

16 *Causæ quadam verbi gratia Minorum Clericorum licet aliquando ita visum fuerit Patribus, vt extra Prouinciam non pertrahantur, nihil tamen per hoc supremæ sedis Iurisdictioni fuit derogatum.*

17 *Episcoporum Ecclesiastica Iurisdictio, ac etiam legum ferendarum potestas quoad substantiam est ex Diuina Institutione, dependet tamen à Pontifice tanquam Christi Vicario, & Vniuersalis Ecclesiæ Pastore.*

18 *Christus Dominus constituens militantis Ecclesiæ vniuersalem Pastorem, voluit vt per eundem Vicarium suum succedentibus temporibus particularium Ecclesiarum Episcopi, & Pastores instituerentur sicut ad totius Ecclesiæ conuenientem statum expedire visum fuerit.*

19 *Christus Dominus perfectam Ecclesiæ militantis, sicut & triumphantis Monarchiam constituit.*

20 *Ad Monarchiæ perfectionem pertinet vt sub vno Monarcha, siue Vniuersali Capite alij sint in Republica inferiores Principes, quasi totius corporis membra dependentes à summo Capite.*

21 *Tres tantum in primitiua Ecclesia erant sedes Patriarchales, quæ à Sancto Petro tanquam communi omnium Patre fundata erant, Romana, Alexandrina, & Antiochena.*

22 *Romani Pontifices Græcis constanter se semper opposuerunt, volentibus Ecclesiam Constantinopolitanam propter Imperatoriæ sedis dignitatem inter Patriarchales alteram post Romanam connumerare.*

23 *Iustinianus Imperator post annum Christi 500. propria potentia fretus Constantinopolitanam Ecclesiam inter Patriarchales secundo loco numerari præcepit.*

24 *Romani Pontifices Græcorum, Orientaliumque Imperatorū voluntati annuerunt, vt tum Constātinopolitana, tum etiam Hierosolymitana Ecclesia Patriarchalibus annumerarentur.*

25 *Reliquæ Inferiores Ecclesiæ Patriarchalibus subordinatæ fuerunt à Sancto Petro.*

26 *Perpetua Ecclesiæ praxis habet quod ad Romanum Pontificem pertineat electos Episcopos confirmare, vel exigentibus causis deponere, eorum Iurisdictionem tum locorum spatiis, tum causarum qualitate definire, ab eorum iurisdictione aliquos eximere, & subiectorum appellationes admittere.*

27 *Papa si absque causa ab Episcopis aliisque beneficiatis beneficia auferat, licet peccet, beneficia tamen vacant, vt sic ab altero impetrari, & retineri sine restitutionis obligatione possint.*

28 *Dictum Anacleti Papæ Epist. 2. Decret.* Episcopos in Apostolorū locum successisse, *non potest intelligi secundum proprietatem, sed intelligi debet per proportionem quandam & quomodo.*

29 *Item intelligi debet quod Episcopi succedant Apostolis, & aliis primis Ecclesiarum Episcopis, vt Timotheo, Tito &c. ratione Episcopalis Ordinis.*

30 *Item tandem quod aliqui Episcopi v. g. Hierosolymitanus, & Ephesinus successerint Apostolis Ioanni, & Iacobo, in particularibus Ecclesiis, ad quas illi primùs ordinati fuerunt, non item in Apostolatu, & Iurisdictione vniuersali.*

31 *Soli Petro in Apostolatu, & iurisdictione vniuersali succeditur ex Christi institutione.*

32 *Ordinatio Episcoporum secundum antiquos Canones non à Romano Pontifice, sed ad testimonium Populi, electionem Cleri, à Prouincia Episcopis cum auctoritate Metropolitani, siue Primatis fiebat, sed tamen de consensu Summi Pontificis in Asia aliisque remotioribus locis.*

33 *Mos antiquissimus fuit quod ad Romanum Pontificem etiam referretur, qui nam etiam in Orientalibus Regionibus Episcopi creati essent.*

34 *Dictum Canonistarum quod potest Papa in tota Ecclesia, id etiam posse Episcopum in sua Diœcesi, intelligendum est primo cum dependentia, & subordinatione ad Papam, vt ad superiorem.*

35 *Secundo intelligitur de communi, & ordinaria gubernatione, exclusis causis maioribus, & ad primum gradum meri imperij pertinentibus.*

36 *Tertio, quod Episcopus nihil decernat contra vniuersales Ecclesiæ leges, vel consuetudines, licet secularibus Ducibus sæpe concessum sit contra leges imperatorias statuere.*

37 *Quarto, quod Episcopi, atque alij Prælati Pontifice inferiores non possint statuere, vel priuilegia dare cum præiudicio, vel diminutione iuris aliorum.*

38 *Solius supremi Principis est per plenitudinem potestatis, postulante causa publica, vni auferre, & alteri dare.*

39 *Episcopus non potest facere statutum in præiudicium iuris inferiorum Ecclesiarum causa maxima non vrgente.*

OBiicies secundò. In Concilio Carthag. VI. cui
etiam S. Augustinus interfuit, Romano Pon- 1
tifici ius appellationis ex Aphrica suscipiendæ negatum esse videtur, ergo.

Respondeo: nego antecedens: nam quod Episco-
pi Aphricani supremam, & vniuersalem super om- 2
nes Ecclesias iurisdictionem Romani Pontificis
agnouerint, constat primò ex Epist. Synodica tri- 3
um Conciliorum Aphricanæ prouinciæ scripta ad Damasum Papam, vbi illum summum omnium Præsulum Pontificem, & Apostolico culmine sublimatum appellant: *Notum vestræ facimus Beatitudini, quod quidam fratres in confinio nostro positi quosdam fratres nostros, venerabiles scilicet Episcopos, vobis inconsultis, à proprio deiiciunt, vel deiicere moliuntur, cùm vestræ Sedi Episcoporum iudicia, & summorum finem Ecclesiasticorum negotiorum in honorem Beatissimi Petri, Patrum decreta omnium cunctam reseruauere sententiam.* Et paulò post: *Antiquis enim regulis sancitum est, vt quidquid rerū, quamuis in longinquis positis ageretur prouinciis, non prius tractandum, vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ Sedis vestræ fuisset deductum, vt eius auctoritate iuxta quod fuisset pronunciatum, firmaretur.* Secundò ex causa Pelagij,
& Cælestij hæreticorum liberum hominis arbi- 4
trium nimis extollentium, quam Episcopi Aphricani non nisi Sedis Apostolicæ auctoritate diiudicandam ac damnandam censuerunt, vti constat
ex S. Augustino *lib. 2. aduersus Pelagium, cap. 7. E-* 5
pis. 106. ad Bonifacium Papam, & Epist. 2. de verbis Apostoli in fin. Tertiò ex commonitorio prolato à Legatis Sedis Apostolicæ in 6. Synodo Carthaginensi, vbi præter causā appellationis alia pūcta cōtinebātur, scilicet ne ad comitatū Cæsaris Episcopi

importunè nauigarent, quod ante etiam ab Innocentio I. scriptum, & mandatum erat Aphricanis, idque illi acceperant, & obtemperarant, vt non Episcopus, sed duo clerici ad aulam Imperatoris mitterentur in Concilio Aphricano sub Stilicone, & 6 Arsenio Consulibus. Et iterum in Concilio Aphricano statutum fuit, vt *pergentes Episcopi ad comitatum causam suam vel Carthaginensi, vel Romano Pontifici insinuare procurarent. Item de Vrbano Episcopo excommunicando, vel etiam Romam vocando, nisi ea qua videbantur corrigenda, corrigeret* ad quod Patres Aphricani rescripserunt in Epist. ad Bonifacium: *Coepiscopus noster Vrbanus, quod in eo corrigendum visum est correxit.*

7 Quatenus verò spectat ad appellationem, illam absolutè non negarunt Romano Pontifici Patres Aphricani, sed tantum modum procedendi, & exequendi missis à latere Presbyteris cum militari manu, ex quo multa incommoda sequebantur, sicuti conqueritur S. Augu t. epist. 162. ad Cœlestinum scribens in causa Antonij Episcopi à Concilio Aphricano Romam appellantis, & indicant etiam Episcopi Aphricani in epist. Synodica ad Bonifacium Papam, & in altera epist. ad Cœlestinum Papam, vbi deprecantur, ne Episcopos in Aphrica excommunicatos Romanus Pontifex facilius, præproperè indebitè recipere, & communioni restitue-8 re velit. Interim verò propter incommoda, quæ sequi solent, si iudicium in causa Episcopi Romam aduocetur, proptereà quod multi, tanquam testes necessariò adesse debeant, qui tamen ob sexus, vel ætatis infirmitatem, vel alia impedimenta Romam se conferre nõn possint, putarunt consultius fore, quod iudicia, vbi cœpta fuerunt, ibi etiam finirentur. Quod etiam S. Cyprianus ob eadem incommoda fieri optabat, scribens ad Cornelium Papam in causa Fortunati, & Felicissimi, *vt vniuscuiusque causa illic audiatur, vbi est crimen commissum.* quia sic statutum legitur in Concilio Nicæno Can. 5. quem Canonem explicarunt Fabianus Papa in Epistola 3. *Peregrina iudicia, salua in omnibus Apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus; quia indignum est ab exteris vt iudicetur, qui prouinciales, & à se electos debet habere Iudices, nisi fuerit appellatum, scilicet ad Sedem Apostolicam.* Et Stephanus Papa Epistola 2. *Vltra prouincia terminos accusandi licentia non progrediatur; sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, nisi ad Apostolicam sedem fuerit appellatum.*

9 Quamuis autem de appellatione Episcoporum ad Sedem Romanam in 20. capitulis, quæ nunc extant, Niceni Concilij nihil expressum reperia-10 tur, tamen constat, multò plures Canones, qui temporis iniuria perierunt, editos fuisse, vt patet ex Eusebio *libr. 3. de vita Constantini*, Ambrosio *libr. 10. epist.* 82. & S Hieronymo *in præfat. in Iudith*: id verò decretum in Concilio Nicæno, quod hodie 11 extat, non reperitur: etenim Niceni Concilij magnum codicem fuisse, ab Orientalibus se intellexisse restatur Isidorus præfat. in collect. Canonum, at-12 que illum ipsum Canonem in Nicæno Concilio concorditer roboratum esse à Patribus, ne quisquã Episcoporum absque Romani Pontificis auctoritate damnaretur, testantur Episcopi Ægyptij in epist. ad Felicem II. ei usdemque Canonis meminit Theodor. lib. 2. cap. 4. *Iulius Papa Ecclesia Canonem secutus Eusebianos Athanasij accusatores, & damnatores iussit Romam venire, & Athanasium, quo pro se in iudicio ipse responderet, vocauit.* Et Sozomenus libro 3. cap. 7. *Idem Iulius, cum propter sedis dignitatem cura ad ipsum pertineret, Athanasio Alexandrino, Paulo Constantinopolitano, & Marcello Ancyrano suas Ecclesias restituit.* Similis fuit causa Theodoreti ad Leonem I appellantis, vt apparet ex epistola eiusdem Theodoreti ad eundem Leonem I. *Ergo Apostolicæ vestra Sedis expecto sententiam; & supplico, & obsecro vestram sanctitatem, vt mihi opem ferat iustum vestrum, & rectum appellanti iudicium, & iubeat me ad vos accurrere, & ostendere meam doctrinam, vestigia Apostolica sequentem.* Sed esto, in Nicæno Concilio nullus de hac re Canon editus fuerit, extat tamen Canon 4. & 5. Concilij Sardicensis 13 œcumenici de appellatione Episcoporum ad Sedem Romanam; & valde credibile est, quod hic ipse Canon Sardicensis à Romanis Legatis ex suo commonitorio in Concilio Carthaginen. VI. recitatus fuerit: quod autem Nicænus fuerit appellatus, mirum videri non debet; quia Concilium illud, vtpotè ad eundem finem refutandæ hæresis Arianæ institutum, cum Nicæno veluti vnum in Ecclesiis habitum fuit.

Non rectè autem Patres Aphricani inferunt in 14 Epistola ad Cælestinum, quod si in Concilio generali decretum fuit, expedire, quod Clerici inferiores Episcopo, ipsique laici querelas suas, & appellationes deferant ad Metropolitanum, vel Concilium prouinciale (sicuti reuera statutũ est in Can. 14. Concilij Sardicensis, & merito, vt debita in Ecclesia subordinatio seruaretur.) non rectè, inquam, hinc inferunt, quod expediat etiam, vt causæ Episcoporum apud Metropolitanum decidantur. Ratio: quia Episcopi condemnatio est ex grauiori- 15 bus causis, quæ semper Apostolicæ Sedi reseruatæ sunt, vti rectè notauit Stephanus Papa *in cit. Epist.* 2. & testantur Episcopi Ægyptij ibidem: *Canonibus iubentibus absque Romano nos de maioribus causis debemus decernere Pontifice.* Cæterum tametsi aliquando ita visum fuerit Patribus, vt causæ quædam v.g. minorum clericorum, extra prouinciam ordinariè non 16 pertrahantur, nihil tamen per hoc Sedis Apostolicæ supremæ iurisdictioni derogatum fuisse sequitur: quemadmodum nec Imperiali potestati supremæ quidquam derogatum censetur, quod Imperij Duces priuilegium habeant, vt in causis criminalibus ab ipsorum sententiis appellatio ordinariè recipi non possit; siquidem expedit, in appellando modum constitui, ne quilibet homines perditi iudiciariùm processum facilè effugere possint.

Instabis. Episcoporum Ecclesiastica iurisdictio est ex diuina institutione; ergo non est, cur ipsorum causæ ad Summum Pontificem euocentur; & ipsimet Episcopi Summo Pontifici subordinentur.

Respondetur: quod licet Episcoporum Ecclesia- 17 stica iurisdictio, ac etiam legum ferendarum potestas quoad substantiam sit ex diuina institutione sicuti constat ex verbis S. Pauli Act. 20. *Posuit eos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei* tamen quoad modum & ordinem institutionis dependeat à Pontifice, tanquam Christi Vicario, & vniuersalis Ecclesiæ Pastore; sic Caiet. *tomo 1. opusc tractatu. 1. de auctor. Papa, & Conciliorum*, Richard. *in dist.* 18. *ar.* 9. *quæst.* 3. Victor. *relect.* 2. *de potest. Ecclesia in fin.* Turrecremata *in summa de Ecclesia libr.* 2. *cap.* 15. Sot. *in* 4. *dist.* 20. *quæst.* 1. *ar.* 4. S. Antonin. 3. *par. titulo* 22. *cap.* 4. §. 1. *ver. septima*, Nauar. *cap. placuit numer.* 21. *d.* 6. *de pœnit.* Bellarmin. *libr.* 4. *de Pontif. cap.*

cap. 14. Silu. *ver. Papa q.* 1. Couar.*reg l peccatum, part.* 2. §.9. *numero* 6. Suar *part.* 3. *tom.*4.*disp.* 45.
*& lib.*4. *de legib. cap.*4. Bannez *a.* 2. *quest.*1.*art.* 10.
dub. 5. Mol. *tract.* 5. *disp.* 4. *contra Castrum lib.* 2.
de heret. punit. c p. 24. Vasq. 1. 2. *disp* 152. *cap.* 3.
18 & Cordubam *tract. de indulg. quest.* 10. & proba-
tur; quia Christus Dominus, qui absolutè loquen-
do caput est corporis Ecclesiæ, *ad Coloss.* 1. & ad
Ephes. 1. constituens in terris visibilem, eumque
ordinarium, ac perpetuum Vicarium, & militan-
tis Ecclesiæ vniuersalem Pastorem, consequenter
voluit, vt per eundem Vicarium suum succedenti-
bus temporibus particularium Ecclesiarum Episco-
pi, ac Pastores instituerentur, tali modo, ac limite
potestatis iis concesso, sicut ad totius Ecclesiæ
conuenientem statum expedire visum fuerit; siqui-
19 dem Christus Dominus perfectam Ecclesiæ mili-
tantis, sicut & triumphantis monarchiam consti-
20 tuit. Ad monarchiæ autem, præsertim tam latè dif-
fusæ, perfectionem pertinet, vt sub vno Monarcha,
siue vniuersali capite, alij sint in Republica infe-
riores Principes, quasi totius corporis membra,
dependentes à Summo capite; ita vt sicuti in Ro-
mano Imperio sub Imperatore sunt Duces, &
Marchiones, ita proportionaliter sub Romano
Pontifice sint Episcopi, & Prælati: quod dixisse vi-
detur Vigilius Papa relatus in cap. qui se scit, 2. q.
6. *Ipsa namque Ecclesia, quæ prima est, ita reliquis Ec-
clesiis vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vo-
cata solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.* & S.
Th. in 4. dist. 20. q. vnic. art. 4. *Papa habet plenitudinem
potestatis pontificiæ, quasi Rex in regno: Episcopi verò as-
sumuntur in partem solicitudinis, quasi Iudices singulis
ciuitatibus præpositi,*

Idque confirmat etiam antiquissima traditio:
21 tres enim tantum in primitiua Ecclesia erant Se-
des Patriarchales, quæ à S. Petro, tanquam summo
Ecclesiæ capite, & communi omnium Patre fun-
datæ erant, Romana, Alexandrina, & Antiochena,
sicuti legere est apud Gregorium Papam *lib.* 6. *indi-*
22 *ctione* 15. *epist.* 37. *ad Eulog. Episc. Alexandr.* Qua-
propter Romani Pontifices Græcis constanter se
semper opposuerunt, volentibus Ecclesiam Con-
stantinopolitanam propter Imperatoriæ sedis di-
gnitatem inter Patriarchales alteram post Romanã
connumerare, sicuti constat ex epist 53. Leonis Pa-
23 pæ ad Anatolium, & Gelasij s. Epist. 4. ad Faustum
Magistrum; donec Iustinianus Imperator post annũ
Christi 500. non secundùm Canones (vt ipse ait
Constitut. Nouell. 131. *cap.* 1.) sed propria potentia fre-
tus Constantinopolitanam Ecclesiam inter Patri-
archales secundo loco numerari præcepit; cui dein-
de Græcorum, Orientaliumque Imperatorum vo-
24 luntati Romani Pontifices cesserunt, vt tum Con-
stantinopolitana, tum etiam Hierosolymitana Ec-
clesiæ Patriarchalibus annumerarentur, sicuti con-
stat ex Can. 21. Concil. VIII. œcumen. & c. 5. Con-
cil. 4. Lateranen. sub Innocent. III.

25 Porrò, cùm sedium Patriarchalium institutio,
atque diuisio à S. Petro manauerit cum subiectio-
ne ad Ipsum, eiusque successores Pontifices, Patri-
archalibus autem sedibus reliquæ inferiores Eccle-
siæ subordinatæ fuerint; sicuti constat ex Can. 6.
Nicæni Concilij, colligitur clarè Ecclesiastici re-
giminis à summo capite per reliquas partes diffu-
sio, & subordinatio. Quò respexisse videtur Inno-
centius I. epist. 26. ad Concilium Mileuitanum:
*Quoties ratio fidei ventilatur, arbitror omnes fra-
tres, & Coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est,
sui nominis, & honoris auctorem, referre debere, (ve-
luti nunc retulit vestra dilectio) quod per totum mun-
dum possit Ecclesiis omnibus in communi prodesse.* Et
S. Irenæus lib. 3. contra hæreses cap. 3. *Ad hanc
enim Ecclesiam* (Romanam) *propter potentiorem eius
principalem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc
est, eos, qui sunt vndique fideles.*

Hinc perpetua Ecclesiæ praxis habet, quod ad 26
Romanum Pontificem pertineat, electos Episcopos
confirmare, vel exigentibus causis deponere, eo-
rum iurisdictionem tum locorum spatiis, tum cau-
sarum qualitate definire, ab eorum iurisdictione
aliquos eximere, & subiectorum appellationes
admittere, quæ omnia arguunt, iurisdictionem
non à Christo Domino diuino iure, sed proximè à
Papa humano iure ipsis competere. Vide S Bernar-
dum *Epist.* 131. *ad Mediolanenses*, & Nauarrum
Comment. de spoliis clericor. §. 3 qui ex hac tradita do-
ctrina resoluit, quod si Papa sine iusta causa ab Epi- 27
scopis, aliisque beneficiariis beneficia auferat, li-
cet peccet, beneficia tamen vacent, vt sic ab altero
impetrari, & retineri sine restitutionis obligatio-
ne possint.

Reinstabis, est dictum illud Anacleti Papæ Epist. 28
2 decret. *Episcopos in Apostolorum locum successisse*:
quod etiam confirmat Concilium Florentinum *in
Instruct. Armenorum*, & Tridentinum *sess.* 23. *cap.* 4.
Ergo sicuti Apostoli, ita & Episcopi à Christo do-
mino iurisdictionem accipiunt.

Respondetur i dictum illud non posse intelligi
secundùm proprietatem, siquidem nec Episcopi
nunc sunt Apostoli; alioquin dicendum foret, quod
iurisdictionem per totum terrarum orbem, & Ec-
clesias fundandi, & alia Apostolica munera obe-
undi potestatem habeant; sed intelligi debet per
proportionem quandam, quod scilicet sicuti pri-
mi sub Christo fuerunt Apostoli duodecim; deinde
72. discipuli, ita nunc primi sub Romano Pontifice
sint Episcopi, deinde Presbyteri, ac Diaconi. Item 29
quod Episcopi succedant Apostolis, & aliis primis
Ecclesiarum Episcopis, vt Timotheo, Tito, &c ra-
tione Episcopalis ordinis. Item tandem, quod ali-
qui Episcopi, verbi gratia Hierosolymitanus, & 30
Ephesinus successerint Apostolis Ioanni, & Iaco-
bo, in particularibus Ecclesiis, ad quas illi primi-
tus ordinati fuerunt, non item in Apostolatu, &
iurisdictione vniuersali; quo pacto soli Petro ex 31
Christi institutione succeditur, sicuti rectè dixit
Leo papa 1. Epist. 87. ad Viennenses relatus in cap.
ita Dominus, d. 19. *Muneris huius* (Euangelicæ
scilicet prædicationis) *Sacramentum ita Dominus
ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt
in Beatissimo Petro Apostolo omnium summo princi-
paliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite dona
sua velut in corpus omne diffunderet.*

Vrgebis. Ordinatio Episcoporum secundùm an- 32
tiquos Canones non à Romano Pontifice, sed ad
testimonium populi, electionem cleri, à Prouin-
ciæ Episcopis, cum auctoritate Metropolitani,
siue Primatis, fieri debebat, sicuti constat ex ca-
pite 6. Concilij Nicæni, & Carthag. 4. capite 1. er-
go, &c.

Respondetur, consensisse Romanos Pontifi-
ces, vt in Asia, aliisque remotioribus locis, à com-
prouincialibus, ipsoque præsertim Metropolitano,
seu Primate, singularium Ecclesiarum Episcopi
crearentur; sic Suar *cit. cap.* 4. *num.* 25. cui adde eum
Baronio tom. 6. Anno Christi 482. morem ta-
men antiquissimum fuisse, quod ad Romanum 33
Pontificem referretur, quinam etiam in orientali-
bus regionibus Episcopi, præsertim Patriarchæ,

canonicè electi essent, sicuti testatur Simplicius Papa *in epist.* 14. & 17. ad Aracium. At de Episcoporum confirmatione vide plura apud Greg. 1. *in cap. quanto*, d. 63. *ex lib.* 2. *indict.* 11. *epist.* 30. Vide etiam *cap. Salonitana, ead. dist. & cap. pastoralis*, 7. *quaest.* 1.

34 Ex his sequitur, dictum illud Canonistarum, *Quod potest Papa in tota Ecclesia, id etiam posse Episcopum in sua dioecesi*, intelligendum esse, I. cum dependentia, & subordinatione ad Papam, vt ad superiorem, iuxta *cap. qui se scit*, & *seqq.* 2.
35 *quaest.* 6. secundò, de communi, & ordinaria gubernatione; exclusis causis maioribus, & ad primum gradum meri imperij pertinentibus, quae summae Sedi in signum specialis priuilegij reseruata sunt, iuxta *cap.* 1. & 2. *de translat. Episc. cap. transl. lationem de offic. Legati, cap. maiores de baptismo*, & *c. quamuis*, 3. *q.* 6. quò pertinet verbi gratia dispensatio in impedimentis matrimonij, depositio, vel translatio Episcopi, dioecesium diuisio, vel mu-
36 tatio, &c. Tertiò, quod nihil contra vniuersales Ecclesiae leges, vel consuetudines Episcopus decernat, quamuis secularibus ducibus saepe concessum sit contra leges Imperatorias statuere; cuius rei discrimen vide apud Abb. *cap. vlt. de consuetud. num.* 9. & Anton. de Butrio *in cap.* 1. *num.* 3. *de transl.*
37 *Episc.* Quartò, quod Episcopi, atque alij Praelati Pontifice inferiores non possint statuere, vel priuilegia dare cum praeiudicio, vel diminutione iuris
38 aliorum; quia solius supremi Principis est per plenitudinem potestatis, postulante causa publica, vni auferre, & alteri dare, ait. glos. *in cap. constitutus*, *ver. à quocumque*, *de relig. dom.* & Abb. *in cap. vestra*, *not.* 1. *de locato*, docet, quod
39 Episcopus non possit facere statutum in praeiudicium iuris inferiorum Ecclesiarum, causa maxima non vrgente, siquidem in tali casu, cùm consentire, boni publici causa, teneantur, ipsis nolentibus procedi poterit: sed de potestate Episcopi vide plura apud Siluestrum, *verb. Episcopus*, §. 7. & 10. & Henriquez *lib.* 10. *cap. vltimo.*

SECTIO VII.

Tertia Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Principes solent constituere supremum tribunal, à quo non detur appellatio; quia solent constituere supremum Senatum, quia cum suprema iurisdictione, & potestate procedat.*

2 *Diuersa Regna non faciunt vnum Corpus & Regia Potestas residere debet in singulis Regnis.*

3 *In Regno Hispaniarum adest supremum Inquisitionis tribunal, à quo non appellatur ad sedem ipsam Romanam ex concessione plurium summorum Pontificum.*

4 *In huiusmodi tribunalibus excluditur appellatio, quia d. Tribunalia procedunt nomine Regio, vel Pontificio & repraesentant Personam Principis, vel summi Pontificis.*

5 *Senatores, & quicumque alij constituentes huiusmodi supremum Principis tribunal, sunt pars corporis ipsius Principis, seu membra, quorum ipse Princeps est caput.*

6 *A supremis Tribunalibus licet prohibita sit appellatio, non tamen prohibetur recursus ad supremum Principem si quis euidenter, & notabiliter grauetur.*

7 *Princeps licet amplissimam facultatem concedat Senatui, tamen maiorem sibi censetur reseruare.*

8 *In concessionibus Officiorum semper intelligitur praeseruata auctoritas Principis.*

9 *In omni concessione semper intelligitur excepta Persona loquentis.*

10 *Princeps non praesumitur aliquid contra se concedere.*

11 *Ius subditorum recurrendi ad Principem, semper intelligatur praeseruatum, si ipsi apud suprema Tribunalia grauamen euideus, & notabile patiantur.*

12 *Principi semper saluum remanet ius superioritatis.*

13 *Tribunalia, quae procedunt nomine Principis, habeat potestatem precario, & consequenter constitutam sub plena eius dispositione, ita vt possit ad libitum eam minuere, vel auferre.*

14 *Pontificis auctoritas est incommunicabilis, cum sit auctoritas capitis totius. Ecclesiae, ac proinde indiuidua, sicut vnum tantum, & indiuiduum potest esse caput, & cam sit auctoritas ipsius Christi.*

15 *Summus Pontifex etiam in amplissimis concessionibus potest limitare, & auferre, cum concessio intelligatur cum omnimoda dependentia ab eius voluntate.*

16 *Malitia non praesumitur in iis, qui procedunt nomine Regio.*

Obiicies tertiò: de facto Principes solent constituere supremum tribunal, à quo non detur 1 appellatio; quia solent constituere supremum Senatum, qui cum suprema iurisdictione, & potestate procedat; vt de Collaterali Regni Neapolis notat Regens de Ponte *de potest. Proreg. tit.* 12. *num.* 5. à cuius sententia non datur appellatio; quia cùm procedat vt supremū tribunal, non adest ipso superius tribunal, et quod detur appellatio idemque passim constat in aliis regnis, siquidem id necessarium fuit pro recto regimine, tum quia diuersa Regna non 2 faciunt vnum corpus; tum quia regia potestas residere debet in singulis Regnis: immò in Hispania adest supremum Inquisitionis tribunal, à quo non 3 appellatur ad Sedem ipsam Romanam, ex concessione plurium summorum Pontificum, Innocentij VIII. anno 1485. & 1486. Alexandri VI anno 1518. Clementis VII. anno 1525. Pauli III. anno 1539. & 1544. Iulij III. anno 1551. Gregorij XIII. anno 1574. & Clementis VIII. anno 1599. Ergo. &c.

Respondetur, concedo antecedens. Hine tamen non infertur, quod supremus Princeps, vel summus Pontifex abdicet, à se ius appellationis, siquidem ideò in huiusmodi tribunalibus excluditur appellatio; quia dicta tribunalia procedunt nomine regio, vel pontificio, & repraesentant personam Principis, vel summi Pontificis, cùm sint loco 4 ipsius, & ipsius iurisdictionem supremam exerceant, Afflict. *decis.* 120. *num.* 6. Crauetta *consil.* 144. *num.* 10. Rolan. *consil.* 70. *num.* 17. *lib.* 3. Mastrillus *lib.* 5. *de Magistr. cap.* 8. & *decis.* 261. *num.* 2. Freccia *de subfeud. lib.* 1. *de offic.* Magistr. *instit. num.* 14. & *seq.* Carolus de Grassal. *lib.* 1. *regal. Franciae iure* 12. Regens *de potest. cit. tit.* 12. *numero* 18. Iason *in l. quo minus, ff. de fluminib.* Ripa *ibid.* Petr. Gregor.

Gregor. *de ind·cauſ. Fend. q.* 50. *ver. tertiò aduertendnm eſt*, Grinel. *deciſ. Dolana* 72. *numero* 25. Cabcd. *deciſ.* 212.*numero*.1.& Auendan. *in Dictionar. verb.Cancellarius*: quaptopter non mirum, quod in ipſis locum non habeat appellatio; quia ſunt tri-
5 bunal, & iudicium proprium Principis. Quod inde confirmatur quia ſeoatores, & quicumqne alij cooſtitnont hniuſmodi ſupremum Principis tribunal, ſunt pars corporis ipſius Principis, ſeu membra, quorum ipſe Princeps eſt caput, l. qniſquis, Cod. ad leg. Iul. Maieſt. ibi: *Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt, in quo nos ipſos numeramus.* Cùm autem corpus non poſſit habere motum niſi à capite, cenſetur, quod, qnidquid ipſi faciunt, fiat ab ipſo Principe; quia ſemper interuenire cenſetur ipſe Princeps, tanquam caput. & ſententiæ ipſorum ſententię ceoſentur ipſius Principis, *l.un.* §.1.*de offic. Præfect.Prætor.*

6 Quinimmò neque hinc inferri poteſt, quod non poſſit quis recurrere ad Principem, ſi apud huiuſmodi tribuoalia ſuprema euideoter, & notabiliter grauetur, quia licet prohibeatur ab ipſis appellatio, oon prohibetur tamen etiam recurſus, & querela ad Principem, gl. *in c.ſtatutum*, §. *acceſſorem, de reſcript. in* 6. Curt. Sen. *in l. admonend., num.* 379.*ff. de iurtinr.* Angel. *de mol:ſie. ver. præſentare, num.* 32. Boët. *deciſ.* 384. *num.* 20. *&* 21. Menoch. *de arbitra. quæſt.*70.*num.*18. *&* 19. *lib.* 1. Ancharan. Regienſ.*quæſt. familiar.*5. *num.*8. Boſſius *in pra:l. crim. tit. de mult. num.* 5. Rolan. à Valle *conſil* 94. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 1. Lancellot. *de attentatis, cap.* 19. *num.* 21. *&* 25. Martha *de iuriſd. par.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 46. Farinac. *in proœm. praxis crim. quæſt.*17. *num.* 32. *&* 33. Cenedus *quæſt.* 45. *pract. num.* 59. & Minat. *deciſ. Neapolit.* 27. *&* 42. & ſic licet non adſit ipſis tribunal ſuperius, habet tamen in ipſis locum recurſus ad Principem pro obtinenda debita prouiſione iuſtitiæ, ſi quis euiden-
7 ter, & notabiliter grauetur. Idque ex eo, quia licet Princeps ampliſſimam facultatem concedat ſenatui, tamen maiorem ſibi cenſetur reſeruare, *cap. dudum de præbendis in* 6. & tradunt Geminian. *ibi, num.* 5. Bald. *conſil.* 126. *in fin. vol.* 1. Ancharan. *conſ.* 28. Pariſ. *conſ.* 83. *num.* 15. *vol.* 4 Borel. *conſ.* 88. *num.* 15. Couar. *quæſt.* 4. *pract.* Natta *conſ.* 405. *&* *conſil.* 408. *num.* 7. Cattar. *deciſ.* 68. *numero* 2. Afflict. *in cap.* 1. *ver. poteſtas, num.* 16. *quib. mod. fen. l. amitt.* Iacobus Gallus *conſ.* 105. *num.* 25. Alban. *conſ.* 61. *num.* 17. *& conſ.* 64. *num.* 87. Peregrin. *lib.* 1. *tract. var. num.* 74. *& conſil.* 1. *num.* 12. *vol.* 1. Cephal. *conſ.* 539. *num.* 51. Beroius *conſil.* 74. *num.* 3. *vol.* 1. *& conſil.* 156. *num.* 8. *vol.* 3. Giurba *conſil.*59. *num.* 13. Alberic. de Roſate *in l. fin. Cod. de iuriſd. omn. Iudic.* Mynſinger. *conſ.* 39. *numero* 7. Gramm. *vot.* 28. *num.*4. Roland. *conſil.* 1. *num.*135. *vol.* 2. Perez *conſ.* 1. *num.*13. *vol.* 1. Sixtinus *conſil. Marpurg.* 9. *num.* 11. *vol.* 1. Gonzalez *ad Reg.* 8. *Cancellar.* §. 2. *proœm. num.*2. & Barboſa *in l.* 1.*ff. de iudic. art.* 4. *num.* 109. quapropter in virtute talis reſeruationis Princeps poteſt recognoſcere, quæ fiunt etiam per ſuprema tribunalia, atq; adeò admittere recurſus ſuorum ſubditorum, & ſubditi poſſunt recurrere ad ipſum, ſi euidenter, & notabiliter grauentur, etiam per illa.

8 Et hinc Doctores docent, quod in conceſſionibus officiorum ſemper intelligatur præſeruata auctoritas Priocipis, Bald. *in l. qui ſe patris, Cod. unde vi*, Surd. *conſil.*152. *num.* 16. Camill. Curt *part.* 1. *diuerſ. iur. Feud.* §. *poteſt, num.* 5. Natta *conſ.* 580. *num.* 4. & Ferdin. Vaſquez *de ſucceſſ. creat. lib.* 2. §. 17. *num.* 88. quia nimirum in omni conceſſione ſem- 9
per intelligitur excepta perſona loquentis, *l. inquiſitio*, *Cod. de ſolut.* vbi Doctores, *& l. ſi mercedem.* §. *fin. de act. empt.* vbi gl. & Bart. nec Prin- 10
ceps aliquid contra ſe concedere præſumitur, *l. peculium*, §. *ficus*, *ff. de peculio leg. & capite* 1. *in fin. de prohib. Feud. alienat.* & tradunt Bald. *in l.* 2. *Cod. an ſerv. ex ſuo fac.* Menoch. *lib.* 2. *præſumpt.* 18. *numero* 4 & alij; quos citat, & ſequitur Tiber. Decian. *Reſponſ.*19.*num.*92 *vol.* 3. Vnde ſequitur, quod 11
ſemper intelligatur etiam præſeruatum ius ſubditorum recurrendi ad Principem, ſi ipſi apud ſuprema tribunalia grauamen euidens, & notabile patiantur.

Accedit; quia ſemper remanet Principi ſaluum 12
ius ſuperioritatis, Baldus *conſil.* 327. *numero* 7. *lib.* 1. Afflict. *ad cap.* 1. §. *ad hæc, numero* 15. *de pace iuram. firmand.* Maſtrillus *lib.* 1. *de Magiſtr. cap.* 16. *numero* 13. Sixtinus *lib.* 1. *de Regal. capite* 5. *numero* 122. Cacherao. *deciſ. Pedemont.* 29. *numero* 5. *& deciſ.* 139. *numero* 17. Vaſquez *lib.* 1. *controverſ. illuſtr. cap.* 5. *numero* 9. Ruin. *conſil.* 142. *numero* 17. *vol.* 5. Mandel. *conſil.* 64. *numero* 90 Rolao. *conſil.* 75. *numero* 20. *vol.* 3. Zaſius *tit. de his, qui feud. dare poſſ. numero* 13. Oſaſc *conſil.* 3. *num.* 19. & Mozzius *de feud. tit. de natura ſub numero* 25. *ver. declarans prædicta*: quapropter ex hoc capite etiam, ſi grauentur euidenter, & notabiliter, remanet in ſubditis ius recurrendi ad Principem, quod eſt ab iis omninò inſeparabile, ſicuti ius ſuperioritatis à Priocipe.

Ee hoc à fortiori procedit; quia tribunalia, 13
quæ procedunt nomine Principis, habent poteſtatem precariò, & conſequenter conſtitutam ſub plena eius diſpoſitione, ita vt poſſit ad libitum eam minuere, vel auferre, Bartol. *in l. hoc Tiberius, ff. de hered. inſtit.* Baldus *in l. qui ſe patris, numer.* 10. *Cod. vnde liberi*, Caſtrenſ. *conſil.* 288. *numer* 2. *vol.* 1. Brunus *conſil.* 97. *numer.*2. Menochius *conſil.*1.*num.*181.*& de arbitrar. in ſcholiis ad quæſtionem* 95. *numer.* 5. Theſaur. *in proœm. deciſ. numer.* 10. Belluga *in ſpecul. Princip. rubr.* 26. §. 1. *numer.* 3. Pena *de poteſtat. Princip. cap.* 29. *numer.* 1. *&* 2. Cabed. *deciſ.* 85. *numer.* 1. *par.* 2. *&* Giurba *conſil.* 89. *numer.* 12. Cùm enim huiuſmodi tribunalia exerceant ſupremam poteſtatem Principis, & conſequenter illam non poſſideant, ſed tantum habeant merum exercitium, ita vt non poſſit quiſquam illam exercere ſine auctoritate Principis, *cap. quod tranſlatione, de offic. legati*, & tradunt Baldus *in l. qui ſe patris, Cod. unde liberi*, Petr. Gregor. *de conceſſ. feudi par.*1.*quæſt.*7.*numer.*4. Cabedus *deciſ.* 9. *numer.* 1. *&* 2. *par.* 2. Iacob. Gallus *conſil.*125.*numer.*19. Camil. de Curte *diuerſ. feud. par.* 1.§.10.*num.*7. Peregrinus *conſil.* 2. *num.*1. *& conſil.* 3. *num.*16.*lib.*1. Et proinde tale exercitium dependeat in conſeruari à voluntate Principis, fit, quod ad libitum poſſit Princeps circa illud diſponere, & quod quiſque apud huiuſmodi tribunalia grauatus poſſit recurrere ad Principem, tanquam ad eum, à quo in exercitio poteſtatis dependent dictorum tribunalium Magiſtratus.

Quæ omnia multò magis locum habent in ſummo Pontifice, Dec. *conſil.* 307. Guiellelm. Benedict. *in Raynut. de teſtament. ver. ad vxorem*, Carolus de Graſſal. *libr.* 2. *Regal. Franciæ iure* 14. Germon. *de ſacrorum immunit. cap. de indul.* §. *Epiſcopi, numer.* 29. Gramm. *deciſ.*30.*numer.*4. Menoch. *conſil.* 479. *numer.*9. & Ioan. Garſias *de nobilit. gl.*

35.

54 35. *numer.* 59. quia Pontificis auctoritas est incom-
municabilis, cùm sit auctoritas Capitis totius Ec-
clesiæ & proinde indiuidua, sicut vnum tantum,
& indiuiduum potest esse caput; & cùm sit aucto-
ritas ipsius Christi; cuius vices in terris gerit.
Vnde licet amplissimis concessionibus; & præ-
55 gnantibus clausulis concedat Pontifex aliqui-
bus, vt ipsius nomine iurisdictionem exerceant,
remouendo appellationes, &c. adhuc tamen pote-
rit talem iurisdictionem, quocumque titulo sit illa
concessa, limitare, vel etiam in totum auferre; quia
semper remanet sub ipsius dispositione, & intel-
ligitur concessum tantum exercitium cum omni-
moda dependentia ab ipsius voluntate: & sic poterit
Pontifex audire recurrentes ad ipsum, & qui-
cumque grauatus poterit recurrere ad ipsum; quia
solum auferuntur appellationes, & ad sum-
mum etiam recursus regulares, & ordinarij
(cùm non præsumatur malitia in iis, qui pro- 56
cedũt nomine regio) nõ autem auferuntur extra-
ordinarij, & in casu quo contingeret euidens, & no-
tabile grauamen.

Atque hic prioris partis finis esto.

DEO OPT. MAX. sit sempiterna
Laus, & Gloria. Amen.

INDEX

INDEX
RERVM ET VERBORVM QVÆ in hac prima parte continentur.

Prior numerus est marginalis ; Posterior paginam designat.

A

A B

Censura

Bulla

Clericus

Clericatus

Clericus

C O

gau

Bulla

Clericus

Clericatu

C O

gau

Aa

Denunciatio

Læsio

E P

Episcopus

Consulens

F

F A

F E

F I

recurrendum

nos

L

L A

Legea

M E

M I

excusa

Perpetua

Item

Seditio

S I

S O

F I N I S.